CORPVS
VNIVERSI IVRIS
CANONICI ABSOLV-
TISSIMVM.


IVXTA NOVAM ET ACCVRATAM GREGORII XIII. *PONTIficis Maximi recognitionem illustratum, notis & varijs lectionibus ita locupletatum, vt eruditissimi illæ commentarij vice esse possint.*

ACCESSIT SEPTIMVS DECRETALium, hoc est, Constitutionum & Decretalium post sextum & Extrauagantes à Sixto IIII. vsq; ad Sixtum V. editarum vtilis & necessaria constitutio,

OPERA


Petri Matthæi I. V. D.

CVM DVPLICI MARGARITA, ET INDICIBVS rerum omnium copiosissimis, & appendice PAVLI LANCELOTI Perusini adauctum ad exemplar Parisiense, cuius partes indicat auersa pagina.



FRANCOFVRTI
Excudebat Ioannes Feyerabendius, impensis Henrici Tacquii & Petri Fischeri.

M. D. LXXXX.



SERIES ET ORDO LI-
brorum.

I. Decretum à D.Gratiano collectum & digestum.
II. Epistolæ Decretales Gregorii IX.Pont.Max.
III. Sextus Decretalium liber per Bonifacium VIII. Pont.Max.editus.
IIII. Constitutiones Clementis V.Pont.Max.& Extrauagantes tam Ioannis XXII. Pont.Max. quam communes.
V. Continuatio Decretalium à Sixto IIII. vsque ad Sixtum V.Pont.Opt.Max.
VI. Institutiones iuris Canonici, à Paulo Lanceloto Perusino conscriptæ.

Illustrissimo VIRTVTE, GENERE, ET AVTHORITATE AMPLISSIMO PRINcipi Cardinali Caietano è latere Pontificis Maximi in Galliam Legato.

Nihil est Illustrissime Præsul, quod magis piorum mentes in admirationem protrahat, nihil quod impios magis torqueat ipsa visibilis huius Monarchiæ celsitudine, dignitate, & amplitudine, quæ occidētibus alijs regnis, conuulsis imperijs, potens & sublimis permansit, quam si totus illabatur orbis, impauidā ferient ruinæ. Fundata est hæc domus Domini in vertice montiū, illiusque regitur clauo nauis Christi qui nec à fidei aut religionis cynosura vnquam secessit aut defecit. Illo Dominicæ familiæ œconomia quid sacrum, quid prophanum, quid verum, quid falsum, quid contortum sit intelligit. Illius est condere leges, quæ non tanquam è Delphicis responsis, aut Dodoneis lebetibus, sed à cœlestis aulæ consilijs excipiuntur, quem pij omnes τὸν κορυφαιώτατον τῆς ἐκκλησιαστικῆς διατυπώσεως, *venerantur & suscipiunt. Hinc Ius Pontificium prima laude tot seculis obseruatum, tantis laboribus digestum progreditur. Quod quidem vt ius publicum & canonicum miros ecclesiasticæ disciplinæ attulit fructus, afferetque postquam à Gregorio* XIII. *Pontifice Maximo recognitum, & à varijs erroribus quos veritatis hostes in hoc vberrimo doctrinæ sacro agro superseminauerant vindicatum est. Illud itaque mira opera*

exornatum & nostra opera integro volumine locupletatum, illustrißimo celsitudinis tuæ iudicio offero, ea fretus audacia quæ me summã constitutionũ Pontificum, Sixto V. ter maximo iampridem dicare iußit. Eo siquidẽ me conduxit præclari & excelsi tui nominis splendor, impulit summa nescio quæ beneuolentia maximo virtutis philtro omnium affectus attrahens, quæ miseris & propemodum desperatis Galliæ rebus medebitur, vt ingenue vaticinatus sum in illa oratione quã nuper Lugduni in Comitÿs ἔξω τοῦ φθόνου βελῶν habui. Inde subodoratus sum non ingratum fore hoc munusculum C. T. & ne pluribus tecum orationis vorticibus agam, minime huic rerum tempestati inutile, quod quidem pro maioris & altioris argumenti arrhabone tibi dico & voueo. Vale D. O. M. illustrißimam Celsitudinem tuam diu seruet incolumem. Lugduni Cal. Martÿ. M. D. XC.

T. Illustrißimæ Celsitudini

Addictißimus

Petrus Matthæus I. C. Lugdunensis.

PETRI MATTHAEI, I.C.
LVGDVNENSIS: DE NOVA
totius Corporis Canonici illustratione & auctione.

PRAEFATIO.



ALLERENTVR multum & toto cęlo illi aberrarent, q res magni & ardui laboris è cortice duntaxat & supficie tenus pendi iudicarent. Quæ recõditã & grauem habent doctrinæ & eruditionis rõnem, exolitos fugiũt laudis anfractus, sed in medium erumpunt vt eadem in recessu habeãt q̃ in fronte pollicentur. E Pario marmore & diuturna arte laborato frõtispitio solent domus cõmendari, quorũ plerunq; penetralia inculta & ruinosa iacent, quædã vero nullo apparatu exterius ornantur, quæ vestibulum splendidissimum, supellectilem nitidissimã fouent. Vt in vite sub foliorũ palmitumq; vmbris sæpius vberiores vuæ occultantur: sic sub tenuis & obscurę sortis voluminibus augustiora & egregiora dicta latẽt. Quæ quidem eo vergũt ne p̃sentis laboris qualitas vnguibus vt Hercules, sed ex ipsis visceribus & præcordijs existimetur. Ignobile siquidem vulgare & plebeium primum illud intuẽtibus sese obijciet, maximum tamen ipsum limen ingressis apparebit, si illius sermonis grauitas & doctrinæ celsitudo explicetur. Nam quemadmodũ nihil esse potest ꝙ hominem magis indicet quã sermo, sic cuiusq;

iusq; operis faculras ipso verborũ & sentẽtiarum pondere iudicatur ita vt non abs re Socrates adolescẽti tacenti dixerit, loquere vt te videam. cum non ex corporis facie, sed ex animi habitu hominẽ intuendũ esse censeret. Iubeãt ergo hunc librũ loqui & Silenũ explicare qui illius naturã scrutari contendunt. Si consistant in supficie obscura res erit, si penetrẽt interius vim cęlestẽ Imperii, optimum & præsentissimũ ad virtutes, ad pietatẽ, ad reparandã deiectæ ecclesi. disciplinam remedium inuenient. Exprimit siquidem nõ sales aut iocos, nõ vrbana dicteria, sed grauissima priscorũ patrũ apophthegmata, & veluti ex Phœbi tripode selectas sentẽtias Cõciliorum œcumenicorũ, Canones vere Lesbios, imo sydereos tum Pontificũ & Dominici gregis pastorũ cõstitutiones, qbus prima ecclesię rudimenta pãduntur. Illius adolescẽtis integritas renouatur, collapsa morũ disciplina restituitur, eorũ deniq; vestigia teruntur q recte ambularũt, eorũ cursus seqtur quo facile plurimi in portũ delati sunt. Ex ipso lẽmate opus dignoscitur, pbatur, & absq; hedera satis cõmẽdatur, Iuris Pontif. monimẽta ostendit. Quid dignius? qd illustrius iure sacro? Quid ipsis Pontificib priscis ethnicis charius? qd nostris Christianis sanctius? Pontificibus inquã Rom. Apost. sedis principib. qui tantis iniuriis vndiq; pssi, tantis turbinibus & fluctibus agitati, nihilominus victores extiterũt tẽpestatis in medio maris, & vt loqtur Augustin. frustra circũlatrantibus hæreticis, culmẽ autho-
rit tis

ritatis obtinuerunt, adeo vt nō temere à magno, imo trismegisto illo Leone dictū sit: *Quisquis huic sedi principatū existimat denegandū, illius quidē nullo modo pōt minuere dignitatē, sed inflatus spiritus superbiæ suæ, semetipsum in inferna demergit.* Cōticuit tamē diu apud homines, insani huius seculi augusta Pōtificiæ potestatis reuerētia. In eā scurrę impij & rabulę insurrexerunt, vt summū honorē Pontificib. & Pontificijs sanctionib. debitū excuterent. Tale nephas nunq̄ ausere gentiles. Nā, vt inqt Aristot. Reges antiqs tēporibus tantū honoris vouerunt sacerdotio, vt sine sacerdotū consilio qdquā exeq illis minime licere putarēt, regioq; non solū sed & pontificio munere gloriarētur. στρατηγὸς γὰρ ἦν καὶ δικαστὴς ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς κύριος. Principio rerum humanarū Pōtificia potestas ita claruit, vt illa nō comite regia torperet, nec suos habebat fines iniussu illius penes quē rerū diuinarū cura hospitabatur. Igitur aut sacerdotes ipsi impe rabāt, aut reges nihil illis inscijs agebāt. Romulus initio vrbis tēplorum sacrorumq; antistitē regē appellauit & quasi socia potestate secum regnare voluit, & eum legū morisq; patrij custodē esse. Ex priscis illis historiarū monumētis nouimus quātum dignos existimarint Græci suos ἱεροδιδασκάλους, ἱερονόμους, ἱεροφύλακας, ἱεροφάντας. In cœtibus, in cōsilijs, in legū rogatione, in beneficiorū ac immunitatū largitione Celtarū antiqssimi populi Dryidæ sacrorū ac iudiciorum principes erant, non modo plebeis, sed ēt eqtibus, ac regulis superiores: Vn-

de ergo hic ptinax contēptus dignitatis Pōtificiæ nisi à lernæa palude q̄ pestilentissimū huiusmodi exhalauit virus, q̄ Deo charis mētib. lethū attulit & irreparabilē ruinam. Pudeat phanaticos illos & limphaticos tenebriones, pigeatq; demētię & vertiginis, q Petri successorib. & Christi vicarijs oēm primatū & auctoritatē adimunt, vt eos nec iurisdictionē vere coactiuā cōdēdi leges & statuta habere nugentur, licet id veteri & nouo testamento ꝓbetur, praxis ecclesiæ id ostendat, oriētis & occidētis Doct. cœlitus edocti id fateātur, aduersus hiulcā & hæreticā gentē. Chrysos. (vt reliquos p̄tereā) vere os aureū, vt sydus aureū Cōstātinopolis, Nemo, inqt, ecclesiastica despiciat vincula. nō enim q ligat est homo, sed Christus q nobis hanc cōtulit potestatē, & tāti dominos honoris cōstituit. Et hom. 83. in Mat. alloqns p̄sbyteros, Si dux qspiā, si cōsul, si ipse deniq; q diademate ornatur, indigne adeat, cohibe & coerce. Maiorē n. illo habes potestatē, q̄ si ipse pellere non audes, mihi dicas, nō pmittā ista fieri. Inde fulget gladij spiritualis, & clauiū potestas, hinc ꝓdeunt veluti è capite summi illius mōtis, tot sacra dogmata qbus fauēt pij, quibus fouetur integritas. Hebręi Mosem, Argiui Phoroneū, Aegyptij Mercuriū, Lacedęmonij Lycurgū, Crotoniatę Pythagorā Samiū, Cappadoces Charōdam, Elęēses Parmenidē, Tarentini Architā, Lacones Hipasum, Tyrij Protagoram, Cretenses Ephorū, Carthaginēses Phaleā, nō ob maius aliquod beneficiū susceptum quā legū &

fœlicis

fœlicis institutionis tāti fecerūt. Quātū vero debeat Christianorū gen⁹ electū Ro. Pontificib. hęc iuris Pōtificij monimēta fatētur, q̄ scilicet veluti diuini numinis oracula, sanctitatis & immortalitatis p̄cepta, vt ad cumulū pietatis, sanctitatis & iustitiæ nihil deesse videatur. Ad q̄ suscipienda eo ꝓpensiores & dociliores efficimur, ꝙ hos sacros canones non humana industria excogitatos sed summi & excelsi illius Dei, q ꝑpetuo sibi despōdit & elegit ecclesiam, dictatos fuisse nō dubitemus. Gloriabātur veteres legumlatores, à dijs edoctos fuisse legū ferēdarū rōnem. Mynios Aegyptiorū rex Mercuriū, Minos Iouę Saturni filiū, Lycurgus Apollinē, Amolxis Vestā, Numa Pōpil. Aegeriā Nymphā ciuilis vitę institutiones quas ꝓponebāt dictasse finxerunt, vt rudi plebeculæ imponerēt. In nostris vero sacrę hierarchię legibus Deus ipse loqtur & spiritu suo ꝑ ora Pōtificū loqtur, q̄ sint cauēda queue faciēda. Su⁹ priscis legislatorib. seruetur honos, suspiciāt I.C. Cęsarum imagines, ꝓbēt suos Paulos, Vlpianos, Scęuolas. Pijs omnib. decreta sanctorū patrū magis arrideāt. Hæc dicta suauia sunt, re & vsu vtilissima, qbus recta ad cœlos via patet. Qui ab hoc scopo aberrarit, aberrat ab alijs, imo noxia ōis legum humanarū scientia, omnisq; prudentia est secreta ab ecclesiasticæ potestatis celsitudine. Ius ciuile speciosum, eruditū puta, Pōtificium necessariū, illud ad ornatū adhibe, hoc ad salutē. Totā hanc iuris Pōtificij supellectilē nunc splendidiorē reddidit fœl. memoriæ

 Grego-

Gregori' XIII. Qui & diuini & humani iuris peritissimus, eã pulchro apparatu exornauit & religiosa fide primęuo nitori restituit. Auspicijs vero Sixti V. successoris digniss. posteriores Pōtificum cōstitutiones post extrauagātes & Clemētinas editæ, in lucē ꝓdiere, quarū selectiores non ineptis sensib' & scholijs, primū obtulimus, deinde in locos cōmunes & titulos digestos adiecim', his tribus voluminib. Oportune quoq; plurima ex ꝓbatissimis auctorib. trāslata in vsum aduersariorum & scholiorū cōuerti, sine tamē plagiarij criminis suspicione. Ingenui enim pudoris est, teste Plin. fateri ꝑ quos ꝓfecerimus, & hæc quasi merces auctori iure optimo pēsitāda est, ne fures esse videamur, ꝙ recte qdē sentire visus est Cicero, cum ait, Nos quidē ea tuemur q̄ dicta sunt ab ijs quos probamus, eisq; nostrum iudiciū, nostrumq; scribendi ordinē adiungimus. Iā ergo lector optime exosculare, & grato vultu suscipe opus hoc tuis studijs dicatum, à tātis diuis probatum, tot sacris patribus cumulatum, tot annis elaboratum, toties sub incudem reuocatum, toties ab impijs hæreticorum vnguibus vindicatum, operamq; nostram boni consule. Vale. Ex nostro Lugdunensi musæo Cal. Mart. M. D. X C.

EX CON-

EX CONSTITVTIONE GREGORII XIII PONT. AD PRÆSENTEM EDITIONEM, ROMAnam de verbo ad verbum exprimentem, pertinentia.

CVM pro munere pastorali humeris nostris iniuncto id præcipue nobis propositum habeamus, vt omni studio diligentiaq; omnes CHRISTI *fideles, his præsertim tam grauibus, calamitosisq; temporibus in recta & Catholica fide continere curemus, ac propterea id inprimis nobis agendum, & prouidendum sit, vt omnem omnib. aberrandi ab ea occasionem subtrahamus: Dudum ob huius rei executionem adhibitis nonnullis ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina & pietate insignium virorum studio, Decretum Gratiani nuncupatum absq; glossis, nec non idem Gratiani Decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus glossarum auctoribus, quibus cum viri pij & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque a sacris Concilijs diffinita fuerant, liberius locuti sunt, verum etiam cum his quæ ab impijs scriptoribus tam extra in marginibus, quam etiam intra adspersa fuerant Catholicæ veritati contraria, reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipsum Decretum absque glossis a præfatis a nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque maior pars a dilecto filio Paulo Constabili, tunc sacri nostri Palatij Apostolici Magistro, vna cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorij Noni Prædecessoris nostri iam impressis, recognita & approbata sit: Reliquum vero eiusdem decreti vna cum annotationibus prædictis tam absque glossis, quam ipsum totum cum glossis, Sextumque & Clementinas, simul & Extrauagantes, a dilecto filio Sixto Fabri eiusdem Palatij nostri Apostolici Magistro recognoscenda omnia & approbanda in officina pop. Rom. quæ ad hoc potissimum, vt libri sacri in ea fideliter, & incorrupte*

corrupte imprimantur, erecta fuit, imprimi & impressa diuulgari iussimus, ac vt ad maiorem Christi fidelium vbiq; tam intra quam extra Italiam, citra & vltra montes commorantium hoc Iuris Canonici corpus fideliter & incorrupte iuxta exemplar hic Romæ impressum a Catholicis Typographis a Romano Populo, siue ab eo deputatis, vel pro tempore deputandis, electis imprimi possit: Nos opportune prouidere volentes, vt hoc ius Canonicum sic expurgatum ad omnes vbiq; Christi fideles sartum tectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare aut inuertere, nullave interpretamenta adiungere, sed prout in hac nostra vrbe Romana nunc impressum fuit semper, & perpetuo integrum, & incorruptum conseruetur: Motu proprio & tenore præsentium inhibemus & interdicimus ne vlli omnino hominum tam in Vrbe, & tota Italia, quam extra vbiuis Terrarum, Regnorum, Regionum & Prouinciarum totius orbis liceat huiusmodi libris dicti Iuris Canonici, sic vt præfertur de mandato nostro recognitis, correctis & expurgatis, quidquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nullave interpretamenta adiungere, sed prout opus huiusmodi Romæ nunc impressum fuit, semper & perpetuo integrum, & incorruptum conseruetur, statuimus, sancimus & ordinamus, Mandantes, &c.

Decretum



DECRETVM ABBREVIATVM sigillatim cuncta attingens.

Liber Decreti diuisus est in tres partes: quarum Prima est de Distinctionibus, Secunda de Causis, Tertia de Consecratione. Prima pars distincta est in Distinctiones centum & vnam.

Secunda pars, quæ est de Causis, distincta est in Causas xxxvj. quarum quælibet plures sub se Quæstiones continet.

Prima Causa quæstiones habet septem.

Secunda causa habet octo quæstiones, & in ea quinta præcedit quartam.

ei danda non est, qui causa dilationis appellat. 244

Septima, an laici, vel monachi, vel quilibet inferiorum ordinum sint admittendi in accusatione maiorum. Non, de iure nouo. 252

Octaua, qualiter accusatio fieri debeat. Solu. in scriptis. 263

Tertia causa quæstiones xj. complectitur.

Prima, vtrum restitutio sit facienda quibuslibet spoliatis. Sol. sic, nisi in certis casibus. Nam infamatus, apostata, iuste spoliatus, præcisus, & suspectus, non sunt restituendi. 264

Secunda, quærit de induciis, quo spatio sint dandæ, an post restitutionem tantum, an post vocationem ad causam quibuslibet cōcedendæ sunt. Sol. ad arbitrium iudicis. 265

Tertia, quo spacio mensium sint vtrique concedendæ. Solu. vt prius. 266

Quarta, vtrum infames sint recipiendi ad testimonium. Solu. non, nisi cōtra sui similes. 267

Quinta, an testes domestici vel inimici sint producendi. Solu. non. 269

Sexta, vtrum reus extra prouinciam sit producendus. Solu. non. 271

Septima, vtrum criminosus possit esse iudex. Sol. sic, ab ecclesia toleratus. 274

Octaua, vtrum episcopus possit ab vno iudicari. Sol. non, nisi a xii. episcopis reseruata sententia summo Pontifici. 277

Nona, vtrum accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere valeant. Sol. non. ibid.

Decima, vtrum deficiētes in vno capitulo sint admittendi ad sequentia. Sol. non. 279

Vndecima, vtrum accusatus in accusatorem possit conuertere accusationem. Sol. non, nisi in maiori crimine. 280

Quarta causa habet quæstiones vj.

Prima, an in excommunicatione constitutus alium accusare valeat. Sol. non. 281

Secunda, an infra xij. annos in criminali causa quis testificari possit. Sol. non. ibid.

Tertia, an ab accusatione prohibitus possit esse testis. Solu. non. ibid.

Quarta, an idē possit esse accusator & testis. Sol. non. 283

Quinta, an si vocatus ad causam non veniat sit excōicandus. Solu. sic, nisi iustam absentiæ causam probauerit. 284

Sexta, an calumniator in propria causa sit audiendus. Solu. sic, si causa non sit criminalis. ibi.

Quinta causa habet quæstiones vj.

Prima, qua pœna sit feriendus qui famosum libellum scribit. Sol. anathemate, nisi scripturā probauerit. 285

Secunda, quoties quis sit ad causam vocandus antequam excommunicetur. Sol. non tantum semel, sed bis. ibid.

Tertia, an per procuratorem quis causam agere valeat cri-

minalem. Solu. non, nisi sit persona illustris. Causam vero iniuriarum ciuilem, sic. 286

Quarta, an absque synodali audientia episcopus sit damnandus. Sol. non. 287

Quinta, an sit habendus pro inimico, qui aliquem accusat. Solu. non, si hoc faciat ex charitate. ibid.

Sexta, qua pœna sit plectendus qui non probat obiecta. Sol. talione. 288

Sexta causa quæstiones v. continet.

Prima, vtrum criminosi vel infames religiosum episcopũ possint accusare de simonia. Non. 290

Secunda, si episcopus accusationem in accusantem conuertere voluerit, an eius verbo simplici fides adhibenda sit. Non. 293

Tertia, an liceat petere iudicium episcopi alterius prouinciæ. Non, nisi in causa damnationis. 294

Quarta, cuius iudicium sit expetendum cum episcopi prouinciæ in sua sententia discordant. Archiepiscoporũ & episcoporum vicinæ prouinciæ. 295

Quinta, an accusatore deficiente reus sit ad probationẽ cogendus. Non, sed bene ad purgationem, si laboret infamia. 296

Septima causa habet ij. quæstiones.

Prima, vtrum viuente episcopo alius poterit in eadem ecclesia ordinari. Non, nisi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate vel senectute datur sibi coadiutor. ibid.

Secunda, vtrum hi qui cesserunt causa infirmitatis, sanitate recepta possint cathedram repetere. Non. 308

Octaua causa quæstiones v. colligit.

Prima, vtrum liceat episcopo sibi successorem eligere. Non. 309

Secunda, an amicorum patrocinia in electione valeãt. Nõ. 313

Tertia, an sit simonia post electionem pro indemnitate ecclesiæ iuramentum præstare, Sic, si pactum super hoc præcessit. ibid.

Quarta, an liceat clericis declinare iudicia episcopi de crimine accusati ante sententiæ tempus. Non ante condemnationem, nisi per appellationem. 314

Quinta, an accusatus corã apostolico, sine eius litteris debeat reuerti. Non. ibid.

Nona causa habet iij. quæstiones.

Prima, an ordinatus ab excommunicato eijciendus sit. Non, si ignorauit illum esse excommunicatum. 315

Secunda, an liceat archiepiscopo vel episcopo clericos alterius ordinare. Non, sine litteris proprij episcopi. 316

Tertia, an liceat archiepiscopo clericos sui suffraganei absoluere vel damnare. Non, nisi data

trociniis liceat clericis munera exigere. Sic. 394

Tertia, an per confessionē mulieris cum qua peccauit sacerdos sit condemnandus. Non. 395

Quarta, an die dominico debeāt episcopi causas audire. Nō. 396

Quinta, an neganti crimen purgatio sit indicēda. Sic, si laborat infamia. ibi.

Sexta, an in criminalibus cōfessio sit extorquenda. Non. 397

Septima, an solus episcopus diaconum, vel presbyterum deponere possit. Non. 398

Octaua, si cōfessus vel conuictus de his quę ante ordinationem commisit, valeat ministrare. Non. 399

Decimasexta causa habet vij. q̄ones. Et in ea quinta quæstio ponitur in tertio loco.

Prima, an liceat monachis officium celebrare. Sol. sic. cū permissione episcopi, & licentia abbatis. 401

Secunda, an liceat eis in capellis suis sacerdotes instituere. Sol. sic, si quas possideant pleno iure. 414

Quinta, an episcopus vel abbas iure territorii capellam valeat vendicare. Sol. non. 415

Tertia, an iura ecclesiæ per præscriptionem tollantur. Solu. sic. 416

Quarta, an ecclesia contra ecclesiam vel monasterium possit præscribere. Sol. sic. 420

Sexta, si quis in rem ecclesiæ ab aliquo detentam sua auctoritate irrepserit, an cadat a causa. Sol. sic, sed non ecclesia. 421

Septima, an liceat alicui ecclesiā manu laici recipere. Sol. non, nisi ecclesia vel monasterium habeat ius patronatus. 422

Decimaseptima causa habet quatuor q̄ones.

Prima, an reus sit voti qui a proposito sui cordis recedit. Solu. non, quantum ad ecclesiam, nisi ore pronuntiauerit. 429

Secunda, an beneficia ei reddenda sint qui eis in infirmitate renunciauit. Sol. sic, si nō erat sui compos. ibi.

Tertia, an liceat illi qui se monasterio tradidit postea ad propria redire. Sol. non. 430

Quarta, an discedens de monasterio sine sui abbatis licentia, possit sua vendicare. Solu. non. ibid.

Decimaoctaua causa habet duas quæstiones.

Prima, an abbas factus episcopus acquirat ecclesiæ, vel monasterio. Solu. dum fuit abbas, acquisiuit monasterio, sed factus episcopus ecclesiæ. 437

Secunda, an per episcopum abbas sit eligendus vel instituendus. Sol. ab episcopo est ordinandus, a fratribus vero eligendus. ibid.

Decimanona causa continet iij. quæstiones.

Prima, an episcopus debeat permittere clericos transire ad monasterium. Sol. sic. 443

Secun-

Vigesima causa quæstiones iiij. comprehendit.

Vigesimaprima causa habet v. quæstiones.

Vigesimasecunda causa gerit quæstiones quinq;.

Vigesimatertia causa habet viii. quæstiones.

Prima

Trigesimaprima causa habet tres quæstiones.

Trigesimasecunda causa habet octo quæstiones.

Trigesimatertia causa habet quinque quæstiones.

Notandum hic quòd ratione huius tertiæ quæstionis motæ agitur de pœnitentia, cuius tractatus per Distinctiones septem est distinctus.

Trigesimaquarta causa habet duas quæstiones.

Trigesimaquinta causa habet ix. quæstiones.

Trigesimasexta & vltima causa habet duas q̃ones.

Tertia pars est de Consecratione, quæ quinq; Distinctiones duntaxat complectitur.

DE-

DECRETI TOTALIS MATERIA PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

Decretum Domini Gratiani tres habet partes principales. Prima est de Distinctionibus, quæ sunt vna supra centum. Et singulas distinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.

1	PRIMO legat quisque diuinum ius hominisque.	1
2	Altera dat textum quo nosces iura Quiritum.	2
3	Canonico varia iuri dat nomina terna.	3
4	Quarta docet legum quæ causa, modusque statuti.	4
5	Ius naturale probat immutabile quinta.	4
6	Sexta notat vitium distinctio ludificatum.	5
7	Septima signat eos qui leges composuere.	7
8	Parte sub octaua mores naturaque pugnant.	6
9	Nona statuta tenet naturæ cedere iuri.	9
10	In decima regum leges canon superabit.	10
11	Canonis & secli superatur legibus vsus.	12
12	Id quod Roma tenet, discretio sæpe relinquit.	14
13	Si perplexum te reddunt mala: tunc minus imple.	17
14	Non faciat leuia, quo quis vitet grauiora.	18
15	Canonis hæc ortum dabit, apocryphosque libellos.	18
16	Suadet apostolici vim canonis ista teneri.	22
17	Auctor, si Papa, si concilium celebretur.	27
18	Dicitur hic quòd bis synodus celebretur in anno.	29
19	Hæc decretalis referat quid epistola possit.	32
20	Bisdena Papæ sanctorum dogmata cedunt.	35
21	Inferior summum non iudicat hac prohibente.	36
22	Ista locos distinguit & ordinat ecclesiarum.	40
23	Ordinat hæc omnes, maiores, siue minores.	41
24	Post examen honos est ordinis attribuendus.	46
25	Optat apostolus hic quod sit sine crimine præsul.	47
26	Sit post baptisma contentus coniuge sola.	50
27	Nullus post factum præsumat nubere votum.	52
28	Ista sacratorum connubia pagina damnat.	53
29	Hac locus, & causa, tempus, persona notantur.	58
30	Connubium ter dena probat contra Manichæos.	56
31	Tangitur hic quòd contineant offerre volentes.	59
32	Desere presbyterum qui scorta palam retinebit.	61
33	Lusori, bigamove sacer non traditur ordo.	65
34	Femina pontifici persona domestica non sit.	66

DECRETI SECVNDA PARS principalis eſt de Cauſis, quę ſunt XXXVI.

¶ Prima cauſa.

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

¶ Septem quæſtiones primæ cauſæ.

¶ Secunda cauſa.

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

¶ Octo quæſtiones ſecundæ cauſæ, & in ea quinta præcedit quartã.

¶ Septima

¶ Decimaquarta causa.

Improbat vsuras post denam quarta voraces.

¶ Sex quæstiones decimæquartæ causæ.

¶ Decimaquinta causa.

In dena quinta furor & mulier memorantur.

¶ Octo quæstiones decimæquintæ causæ.

Decimasexta causa.

In sexta decima præbent monachi sacramenta.

Septem quæstiones decimæsextæ causæ. Et in ea quinta quæstio tertium locum occupat.

¶ Decimaseptima causa.

Septima post decimam prohibet dissoluere vota.

¶ Quatuor quæstiones causæ decimæseptimæ.

Decimaoctaua causa.

Fratribus abbatem bis nona dat instituendum.

Duæ quæstiones decimæoctauæ causæ.

¶ Decimanona cauſa.

Dat decimanona præſul clero monachatum.

¶ Tres quæſtiones decimænoni cauſæ.

¶ Vigeſima cauſa.

Biſdena pueri traduntur religioni.

¶ Quatuor quæſtiones vigeſimæ cauſæ.

¶ Vigeſimaprima cauſa.

Ter ſeptena docet veſtes geſtare decentes.

¶ Quinque quæſtiones vigeſimæprimæ cauſæ.

¶ Vigeſimaſecunda cauſa.

Iurantes falſum damnat biſdena ſecunda.

¶ Quinq; quæſtiones vigeſimæſecundæ cauſę.

¶ Vigeſimatertia cauſa.

Biſdena terna tractantur bellica geſta.

¶ Octo quæſtiones vigeſimætertiæ cauſæ.

¶ Vigeſimaquarta cauſa.

Hæreſiarcharum dat nomina biſduodena.

¶ Tri-

TRACTATVS DE POENITENTIA habens ſeptem Diſtinctiones hic inſeritur.

¶ Trigeſimaquinta cauſa.

Cognatos gradibus numerat trigeſimaquinta.

¶ Decem quæſtiones trigeſimæquintæ cauſæ.

¶ Trigeſimaſexta cauſa.

Vltima de raptis tractabit cauſa puellis.

¶ Duæ quæſtiones trigeſimæſextæ cauſæ.

DECRETO TERTIA PARS ADIVNgitur: quæ eſt de Conſecratione quinque diſtinctiones continens.

Expliciunt verſus peculiares, quibus ſatis clare vniuerſalis materia Decreti comprehenditur.

¶ Quæſtiones cauſarum ſunt 172.

Quæſtio centuplex, & ſeptuageſima duplex.
Eſt in cauſarum tractatu rite notata.

¶ Quot quæſtiones habeat quælibet cauſa, oſtenditur per quinq; carmina ſequentia: in quibus ſunt tot dictiones quot ſunt cauſæ, ſcilicet 36. Et quælibet dictio cauſam vnam repræſentat. Prima dictio primam cauſam, ſecunda ſecundam, &c. Item, quot ſunt litteræ in qualibet dictione, tot ſunt quæſtiones ſub illa cauſa per illam dictionem repræſentatæ. Verbi gratia: prima dictio, ſcilicet diſcere, quæ primam cauſam repræſentat, ſeptem habet litteras: & hoc ſignificat primam cauſam ſeptem quæſtiones continere. Secunda

cunda dictio est causarum, vbi sunt octo litteræ: ad denotandum quod secunda causa habet octo quæstiones: & sic de aliis. Aduerte tamen, quòd superior numerus significat causas: & inferior quęstiones. Versus.

1 2 3 4 5
7 8 11 6 6
Discere causarum quarumlibet ordine membra.
6 7 8 9 10 11 12 13 14
5 2 5 3 3 3 5 2 6
Optes vt doceo: sed non sis deses, & anceps.
15 16 17 18 19 20 21 22
8 7 4 2 3 4 2 5
Instanti dabitur quod tu vis, quod petis illud.
23 24 25 26 27 28 29 30
8 3 2 7 2 3 2 5
Efficies. Res id fama tum te dat ad omnes:
31 32 33 34 35 36
3 8 5 2 10 2
Vsu doctrinæ totum si constituas te.

¶ Carmina subiecta eandem prorsus materiam complectuntur, neque sunt sententiæ salubris expertia.

Tempora labuntur vernantibus indita formis.
Diues te lædit res tua. nam miser es.
Sperne fluentia, respice: cras ea non tibi sumes.
Multa recondis, cur? vt moriens ea des.
Da celer. est siquidem tutum. da præueniens te.

Dom. Baptista de sancto Blasio in repetitio. primæ rubricæ Decreti dicit canones esse ter mille & nonaginta, ponens tales versus:

Si numeres caute, ter mille capitula lector,
Atque decem nouies, Decretum continet in se.

¶ Causæ decreti sunt triginta sex.

Sub magni longa Decreti parte secunda,
Sex & triginta causas reperire licebit.

Causæ ipsę 36. patent per 36. vocabula, in septem subiectis versibus posita: ex quibus non tantum numerum, sed etiam principalem materiã cuiuslibet facile cognosces. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo, qui sex habet.

1 2 3 4 5
Simon[a] appellat[b] ſpoliatus[c] teſte[d] libello.[e]
6 7 8 9 10
Infames[f] viuens[g] ſucceſſor[h] ſolue[i] regendo.[k]
11 12 13 14 15
Cenſuram[l] teſtor[m] funus[n] fœnus[o] furioſus.[p]
16 17 18 19 20
Monachus[q] occidit[r] abbates[s] clauſtra[t] volētes.[u]
21 22 23 24 25
Cōmendat[x] iurās[y] pugnas[z] hæreſis[a] violatas.[b]
26 17 28 29 30
Sortilegus[c] ſponſis[d] infidis[e] ſeruiat[f] infans.[g]
31 32 33 34 35 36
Mœcha[h] coit[i] mēte[k] dubitās[l] gradib.[m] rapiēte.[n]

SECVNDA PARS DECRETI, VBI TRActantur Cauſæ: quia longe prolixior & difficilior eſt reliquis: ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum eſt. Illius profecto obſcuritatem paucis elucidatā conſpiciet, quiſquis hic impreſſa diligenter adnotauerit.

1 Simon. Simoniacus eſt, & peccatum cōmittit, qui ſpiritualia vendit. Damnantur epiſcopi per pecuniam faciētes ordinationem, & tunc lepram, non officium conferre dicuntur. Simoniacorum ſacramenta effectum gratiæ non habent. Sacerdotes digniores facilius quā reliqui a Deo exaudiūtur. Et ibi de dignitate verbi Chriſti, quod eius corpori æquiparatur. c. interrogo. Et in fine de crimine concuſſionis tractatur.

2 Simonia committitur, ſi pro ingreſſu monaſterii pecunia exigatur, vel exacta perſoluatur. Eccleſiaſtica ſtipendia accipere non debet qui bonis patrimonialibus ſuſtentari poteſt. c. clericos.

3 Simonia an committatur ſi præbendæ emantur. Inueſtitura eccleſiæ a laicis fieri prohibetur. c. ſaluator.

4 Simonia paterna, an ſit ignoranti filio nociua. & ibi tractatur an pro crimine vnius alter pœnam patiatur.

5 Simoniace acquiſita eccleſia per patrē, an poſſit per filiū licite obtineri. Item an poſſit filius fungi ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus. Simo-

6 Simoniacus est, qui pecuniam largitur, vt eligatur.

7 Simoniaci in ordine male accepto pœnitentiam agere non possunt, & ibi principaliter tractatur, an ab hæresi redeũtes sint in suis ordinibus & dignitatibus recipiendi, & quod decreta possunt temperari, & canones quandoque relaxari.

b *Appellat.* Appellare non est opus a sententia a non suo
1 iudice lata, quia talis sentẽtia nulla est. c. in primis. circa fi. & in prim. q. huius ij. causæ principaliter tractatur, an ordo iudiciarius, sit in manifestis obseruandus. & excommunicatio nõ est ferenda antequã causa fuerit examinata. c. nemo. & iudex peccatum sibi soli notum damnare non debet. c. si peccauerit.

2 Appellare posset spoliatus si ante restitutionem sibi factam accusatori respondere cogeretur. Nullus enim debet accusari dum suis rebus fuerit spoliatus.

3 Appellandus est calumniator, qui scienter falsa crimina intendit. Præuaricator, qui vera crimina abscondit. Tergiuersator, qui in vniuersum ab accusatione desistit. § notandum. & in hac 3. qõ. principaliter tractatur qua pœna feriendi sunt, qui in accusatione deficiunt.

4 Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædam canonica, & ibi tractatur qua pœna feriendi sunt, qui in accusatione deficiunt.

4 Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædam canonica & ibi tractatur, an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationẽ cogendus.

5 Appellatur testimonium sufficiens quod ore duorum vel triũ firmatur. & ibi tractatur principaliter quot testes requiruntur, nõ tantum ad conuincendum episcopum, sed etiam contra quemlibet clericum.

6 Appellatio est remedium cõtra causas vitiatas. Appellatio intra decennium debet interponi c. anteriorum. & ibi de libellis dimissoriis, & de iudicibus a quibus appellare non licet.

7 Appellatur quis altero maior non ratione dignitatis, sed vitæ. c. quanquam. Dignitas enim non facit episcopum, sed vita. c. non omnes episcopi. & ibi tractatur principaliter, an laici possint episcopos accusare, Christiani per infideles accusari non possunt: nec sacerdotes per eos qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

8 Appellatur & dicitur accusatio rite facta quando fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad pœnam talionis, præterquam in sex casibus in summa positis.

c *Spoliatus.* Spoliatus & eiectus ante omnia venit redinte-
1 grandus. c. redintegrãda. Boni a malis semper molestantur.

2 Spoliatus & eiectus postquam fuerit restitutus, quas inducias debet habere antequam cogatur in iudicio respondere, & ibi

in summa videas de multiplicitate induciarum.

3 Spoliatis episcopis, & aliis ad iudicium venientibus, induciæ sunt præstandæ.

4 Spoliati communione ecclesię, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi, detractores, & multi alii sunt ab accusatione repellendi. & ibi dicitur quod anathema differt ab excommunicatione. c Engeltrudam.

5 Spoliatis & aliis quibuscunque inimici iudices esse non possunt, nec accusatores, nec testes. vox enim inimicorum cõtra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi quòd testes familiares & domestici & etiam consanguinei non sunt contra extraneos producendi.

6 Spoliatus & quilibet alius si aduersarium vult conuenire, ipsius forum sequi debet. c pulsatus. Nec episcopi damnari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.

7 Spoliati & alii volentes litigare, non debent aduersarios suos coram infamibus trahere: quoniam tales, scilicet infames & criminosi non possunt esse iudices. Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. iudices.

8 Spoliationem vel alium reatum committẽs episcopus, a quot episcopis est iudicandus.

9 Spoliatorum & aliorum testes, testimonium dicant de his tãtum, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt. nec contra absentes sunt producendi. Absentes enim non debent iudicari nec accusari.

10 Spoliatorum & aliorum testes in vno deficientes an sint in aliis admittendi. Et accusans de pluribus criminibus, si in vno deficiat, an in aliis admitti debeat.

11 Spoliati accusantes suos spoliatores & inuasores, ab eis accusari non possunt: quoniam accusati nisi prius se purgauerint, alios accusare non possunt.

d

1 *Testes.* Testes iuris dispositione excommunicati non possunt ad accusationem admitti.

2 Testis esse non potest qui ad 14. annum nondum peruenit.

3 Testificantis personam assumere non potest qui ab accusatione prohibitus est.

4 Testis, accusator, & iudex aliquis simul esse non potest.

5 Testantur iura illum non esse a communione repellendum, qui die statuta ad causam venire non potuit.

6 Testis est iuris dispositio deficientem in episcoporum accusatione non posse de cætero agere nisi in ciuili & proprio duntaxat negocio.

e

1 *Libello.* Libello famoso vtentes, & ipsum contra aliquem scribentes, qualiter puniendi sunt.

Libel-

2 Libellum diffamatoriũ scribẽs, aut aliter reus tribus citationibus dẽt in ius euocari. Et per scripta nullius accusatio dẽt suscipi.

3 Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in iudicio per prouocatorem.

4 Libellus accusatorius si in episcopum datur, id est, si episcopus accusetur; eius causa a 12. episcopis audiatur.

5 Libellũ famosũ scribẽtes, aut aliorũ crimina sponte cõfitentes, non debent ad accusationẽ admitti. c. illi. Et ibi habetur ꝙ nec qui parcit, est amicus; nec qui verberat, est inimicus. c. non omnis.

6 Libellum famosum in alterum scribens aut alteri crimen inferens, qua pœna ferietur, si crimen illatum non probetur.

f
1 *Infames.* Infames, excõmunicatos, & criminosos a sacerdotum accusatione ius repellit. Et ibi tractatur qui dicantur infames. c. infames.

2 Infamis est quodãmodo eps & reprehendẽdus, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum. & ibi dicitur quod episcopis alios accusantibus non creditur, nisi probent ꝙ obiiciunt.

3 Infamẽ quodãmodo dicimus & reprehendendũ ꝗ ponit falcẽ in messem alienã. c. 1. Et ibi dicitur ꝙ alicui alterius parochianum iudicare non licet. Et quot ciuitates vnaquæq; ꝓuincia hẽre dẽat. c. scitote. Et ꝙ eps iudicio primatis, & non aliorũ se subiicere dẽt.

4 Infamia aut criminalis accusatio si imponatur episcopo, id est si eps criminaliter accusetur, & episcopi cõprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes, quid iuris.

5 Infamis esset quodãmodo & reprehendẽdus iudex, qui vellet reum cogere ad probandum accusatore in ꝓbationibus deficiẽte: quia negatiua per rerum naturã est improbabilis. c. accusator.

g
1 *Viuens.* Viuens si adhuc sit eps, alius sibi succedere non valet, nec in eius locum subrogari: ꝙ verũ est, nisi esset depositus, vel de licentia Papæ renunciasset, aut per ambitionem se ad aliam ecclesiã transtulisset. Episcopo autem ægrotãti, aut nimia senectute grauato dandus est coadiutor. Episcopus ecclesiã suã deserere nõ dẽt. c. sicut vir. Nec ẽt est a suis subditis relinquẽdus. c. denique. Prælati duo in vna ecclesia esse non dẽnt. c. in apibus. Beatus Aug. accessit & non successit Valerio Hipponẽsi epo. c. nõ aũt.

2 Viuens episcopus aut sacerdos, qui pro ægritudine a missarum celebratione abstinuit: an possit celebrare recuperata sanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

h
1 *Successor.* Successor an possit eligi ab episcopo viuẽte: hoc est an successorẽ sibi possit episcopus eligere. Et ibi habetur quod locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest qui prodesse desiderat. c. episcopatum.

2 Successor episcopi mortui non est eligendus munerum datione, aut amicorum patrociniis.

3 Successor episcopi an post electionem teneatur iuramentum præstare pro indemnitate ecclesiæ.

4 Successus seu prosper euentus denegatur clericis, qui ante sententiam suspēsionis vel depositionis a suo episcopo discedere præsumunt. In tales enim ferenda est censura.

5 Successus non continget episcopo a sede Apostolica vocato, si ad propria reuertatur, nisi prius fuerit purgatus, & apostolicis literis munitus.

i

1 *Solue.* Solue & solui procura teipsum o prælate excōmunicate, alias non poteris ordinare: nec tua ordinatio erit rata.

2 Soluti sunt clerici vnius prouinciæ a prælato alterius, adeo quod archiepiscopus, primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non potest ordinare.

3 Soluere vel damnare subditos suffraganei non licet archiepiscopo illo inconsulto. Soluit Papa ab aliis excommunicatos, & cuiuslibet ecclesiæ clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinatorum. c. cuncta per mundum.

k

1 *Regendo.* Regendo vnamquamque parochiam & res ipsius disponendo, facit episcopus quod debet. c. regenda, & c. nouerint.

Regendi sunt subditi per episcopos visitantes, vt c. placuit.

2 Regendi officium episcopus transgreditur, si bona ecclesiastica vsurpare nititur, quamuis de illis precarias facere possit.

3 Regendi sunt sub lite sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipsius valeat episcopus habere.

l

1 *Censuram.* Censuram formidare debent qui clericos ad iudices sæculares trahunt, c. in olita. & c. placuit. Et ibi de coniuratoribus, & eorum punitione.

2 Censura ligatus, id est, excommunicatus vel suspensus celebrās est depositione dignus.

3 Censura siue iusta siue iniusta est timenda. Censura ligati sunt vitandi plusquam pagani. c. ad mensam. Censura ecclesiastica feriri debet, & ore dæmonum discerpi, qui suo episcopo est inobediens. c. absit. Censuram ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira. & c. cum apud. Censura siue sententia vel iudicium quatuor modis peruertitur. c. quatuor modis. Censura feriendi sunt & Iudæ proditori comparandi, qui veritatem negant & occultant. c. quisquis, & c. abiit Iudas. Censura siue sententia iniuste prolata, viribus caret. Episcoporum præceptis non semper obediendum est. Censurę seu anathematis forma habetur in c. debent.

m *Testor.* Testari seu testamenta facere cum de proprio liceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere non licet. c. duo sunt genera Christianorum.

Testa-

2 Testamenta condentes clerici an possint quibus voluerint ea relinquere quæ de bonis ecclesiæ acquisiuerunt. Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniẽdos, qui res & prædia ecclesiastica inuadunt. De bonis ecclesiæ quatuor sunt portiones faciendæ.c.quatuor. Et ipsarum rerum alienatio an sit permissa. c. sine exceptione.& c. terrulas. Liberti ecclesiæ an possint ab ea discedere. Res sacræ ex quibus causis alienari valeant. c. aurum habet ecclesia. Pauperibus est prouidendum.c. gloria episcopi.

3 Testamentum an facere possint illi, qui prius nihil habentes tempore suæ administrationis aliqua acquisiuerunt: & quid iuris de talibus bonis.

4 Testamẽta an facere possint clerici de bonis ex suis & rebus ecclesiæ quæsitis.

5 Testamenta facere de rebus ecclesiæ an sit permissum sacerdotibus. Et quis succedat eis ab intestato.

Funus. Funera & exequias suas celebrare: & decimas soluere vbi debent illi, qui se de vna diœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.

2 Funerandi iura an possint præscribi. Funera, id est, corpora mortuorum vbi debent sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigi. Funerum, id est, mortuorum animæ quatuor modis soluuntur.c.animæ. Funera, id est, corpora mortuorum deflenda non sunt.c.quam præposterum.

Fœnus. Fœnus siue vsuram quodãmodo committit & peccat qui vltra debitum exigit.cap. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur an clerici possint sua repetere, & pro illis litigare.

Fœneraria causa sine criminali aut etiam ciuili an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.

Fœnus seu vsura committitur si prætèr sortem aliquid exigitur.

Fœnera seu vsuras nec clericis vel laicis licet exercere.

Fœnera seu vsuræ an sint aptæ vt inde fiant eleemosynæ.

Fœneratores & vsurarii veram pœnitentiam agere non possunt, nisi restituant quæ rapuerunt.

Furiosos. Furiosos punire non decet ex his quæ faciunt, cũ sint mente alienati.& ibi habetur de Loth & aliis ebriosis.

Furiosis clerici quodammodo comparandi essent si pro patrociniis impensis munera exigere vellent.

Furioso iudex comparari posset, qui ex mulieris confessione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre non possunt.

4 Furiosi quodammodo sunt ecclesię ministri, qui diebus dominicis & feriatis causas tractare volunt.

Furioso similis dici posset iudex, qui neganti purgationem in-
5 dicere: nisi infamia laboraret.

6 Furoris quodammodo plena res esset si a ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quædam sunt irritanda, quædam relaxanda. c. auctoritate, & c. alius. in quo c. habetur quod solus Romanus Pontifex regem Franciæ tamquam inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas seruanda non est.

7 Furiose procederetur si diaconus vel presbyter sine concilii examinatione deiiceretur.

8 Furore quodam plenus censetur qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus & in iudicio confessus vel conuictus, postea præsumit offerre: & in ordine suscepto ministrare, quod verum est de crimine depositionem inducente.

q
1 *Monachus.* Monachus an possit licite officia populis celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimæ de consensu episcopi sacerdotibus dari debent. capit. reuertimini.

2 Monachi an possint in suis capellis presbyteros instituere.

3 Monachorum & ecclesiarum iura, an per præscriptionem tolli possint.

4 Monachi an possint præscribere contra ecclesias & prælatos seculares.

5 Monachi & prælati res ecclesiæ sua auctoritate repellere non valent.

6 Monachi, episcopi, & alii prælati si sua auctoritate vsurpant quæ ad se pertinere putant, an cadant a causa.

7 Monachi & abbates an possint retinere ecclesias, decimas, & iura patronatus de manibus laicorum sibi concessa sine episcopi consensu. Et ibi habetur quod episcopus habet dispositionem omnium ecclesiarum, quæ in sua diœcesi constitutæ sunt. c. omnes basilicæ. Et etiam ibi plene de iure patronatus c. quicumque. c. filiis. c. decernimus.

r 1 *Occidit.* Occidit seipsum spiritualiter qui a voto resilit.
2 Occidit quodammodo temporaliter seipsum qui suum resignat beneficium, sed si infirmitate resignauit, an sit ei restituendum postquam conualuerit. Et ibi habetur quòd ante probationem triennii nullus in monasterio debet suscipi.

3 Occidit animam suam monachus ad propria rediens, postquã se & sua monasterio tradidit.

4 Occidens vel percutiens clericos diabolo suadẽte est excommunicatus ipso iure. c. si quis suadente diabolo. & ibi habetur quod ecclesiæ concessa non sunt reuocanda. & qui talia aufert, sacri-

sacrilegium committit : & ecclesiæ immunitas non est violanda.

s 1 *Abbates.* Abbates aut monachos factos episcopos ius obligat ad relinquendū quod ante habuerunt monasterio . quod post, ecclesiæ propriæ.c. statutum.

2 Abbates sunt a propriis fratribus eligendi , & nō ab episcopis. Abbates expellere non est permissum monachis; neque commatres facere. Abbates & monachos possunt episcopi visitare,& conditiones exigere tempore dedicationis constitutas. Abbates & monachi cum sanctimonialibus habitare non debent; quia sexuū commistio est periculosa.c. diffinimus.

t 1 *Claustra.* Claustra siue religionem intrare volentibus clericis non est à suo episcopo denegādus ingressus.

2 Claustrum ingredi clericis permittitur etiam episcopo inuito.

3 Claustrum vnum petere altero derelicto an sit permissum monachis regularibus canonicis, sine permissione abbatum.

v 1 *Volentes.* Volentes & spontaneos monasterium intrātes pueros an cogāt iura religionis propositum tenere. Voluntariæ puellæ virginitatis propositum suscipientes, nuptias eligere non possunt.

2 Voluntate patris spreta , si filius religionem ingreditur, an a patre reuocari possit.

3 Voluntarie habitum religionis suscipientes,illum deserere non possunt ; sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

4 Volentes religiosi ad arctius monasterium transire non sunt impediendi.

x 1 *Commendat.* Commendatam vnam ecclesiam potest habere clericus in altera intitulatus.Cōmendandi sunt clerici qui in vna & non in pluribus ecclesiis volunt conscribi. Et ibi habetur,quod duobus episcopatibus potest quandoque quis præfici.c. relatio.

2 Commendandi non sunt clerici qui sine litteris dimissoriis de vna ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatū & ecclesiam suam ,quæ non debet esse scortum.c.sicut.

3 Commendatio nulla sed potius vituperium est clericis, qui sæcularium negociorum procuratores esse volunt.

4 Commendandi sunt clerici, qui vestibus sibi congruentibus vtuntur,vnguenta & fulgida vestimenta fugientes.

5 Commendare non debemus clericum , qui a suo episcopo depositus Imperatorem aut iudicem sæcularem adit.

y 1 *Iurans.* Iurans verum non peccat: sed secus si peierat : & per creaturas iurare non licet.

2 Iurās falsum quod putat verum, an sit periurus. Quot comites habeat iuramentum: & quot sunt genera mendacii.
3 Periurum prælatum & criminosum ante sententiam diffinitiuam derelinquere non licet.
4 Iuramenta illicita an sint seruanda.
5 Peierare & contra iuramentum suum venire qui cogit aliquē, licet periurus non sit, tamen mortaliter peccat. In qua ætate quis cogatur iurare. Et ibi ponitur forma iuramenti fidelitatis. cap. de forma.

z 1 *Pugnas*. Pugnas committere seu militare, an sit peccatū.
2 Pugna siue bellum quod dicatur iustum.
3 Pugna an debeat committi pro repellenda sociorum iniuria.
4 Pugna non semper est exercenda contra malos. Mali enim sunt quandoque a bonis tolerandi, & non abiiciendi. Quædam tamen mala sunt repellenda & punienda, quædam toleranda. Mali sunt medicinali seueritate ad bonum cogendi, vt Nabuchod. Et hæretici etiam inuiti sunt ad salutem trahendi. Pugnis & bellis sunt coercendi ecclesiasticæ religionis inimici.
5 Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, præcepta non occidendi minime transgressi sunt. Et ibi an mali sint occidendi. Habens gladii potestatē potest occidere, si hoc faciat amore iustitiæ.
6 Pugna & coactio est exercenda in malos vt teneant bonum iam susceptum. Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptum cogendi.
7 Pugna si iusta sit, possunt hæretici & omnes hostes licite suis rebus spoliari.
8 Pugna seu bellum an possit per clericos cōmitti, & an possint clerici arma sumere. Qui sacramenta Dei tractant, iudicium sanguinis agitare non debent.

a *Hæresis*. Hæresis quęlibet ab ecclesia Romana destruitur.
1 Hæreticus an possit alium excommunicare, priuare vel sententia notare. Excommunicatus alium excommunicare non potest. Hæreticorum consortia & eorum sacrificia sunt a Catholicis fugienda.
2 Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Ecclesia viuentes & non mortuos an ligare possit vel soluere.
3 Hæreticus si dominus est, aut alio crimine irretitus, an possit excommunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini, & in filium pro peccato patris. Excommunicandi sunt qui corrigi nolunt, & etiam illi qui duas vxores habent, testes falsi: homicidæ, & multi alii. Hæreticorum tandem variæ species ponuntur.

b *Violatas*. Violatas Romanorū Pontificū censuras a nul-
1 lo decet esse. Violantes sacros canones in spiritū sanctum blasphemant. Violanda non sunt, sed seruanda sanctorū statu-

ſtatuta,& eorum regulæ in ſynodo conſtitutæ.

2 Violari non debent priuilegia eccleſiarum,nec archiepiſcoporum. Violans ciuitates & occidens ſuos præſules epiſcopali dignitate priuatur.c. ita nos.

c
1 *Sortilegus.* Sortilegus quis ſit, ſiue qui dicantur ſortilegi.

2 Sortilegum eſſe an ſit peccatum,ſortibus an ſit credendum.

3 Sortes ſiue diuinationes a quibus exordium ſumpſerunt. Et

4 de multiplici genere diuinationis, & quot modis dæmones futura prænoſcunt.

5 Sortilegi vel diuinatores an ſint excommunicandi ſi ceſſare noluerint. Sortilegia & magicam artem debent epiſcopi eliminare. Sortilegiis vel maleficiis nullo pacto debent ſacerdotes operã dare,alias abiiciendi ſunt.

6 Sortilegus vel alius ab epiſcopo excommunicatus an per aliũ ipſo inconſulto poſſit abſolui. Et an preſbyteri poſſint reconciliare pœnitentes.Pœnitentia morientibus non eſt deneganda etiam a ſimplici ſacerdote.

7 Sortilegis & aliis morientibus non eſt pœnitentia imponenda,ſed bene innoteſcenda. In pœnitentiis imponendis multa ſunt conſideranda. Melius eſt ſacerdotem pœnitentiam imponentem eſſe nimis miſericordem,quam nimis ſeuerũ. Sortilegi ſunt & excõmunicati qui dies,menſes & annos paganorum ritu obſeruant.

d
1 *Sponſis.* Sponſis Dei ſe Deo dedicãtibus & virginitatem vouentibus nuptias contrahere non licet. Sponſalia de præſenti ſiue matrimonia per vouentes ſolenniter contracta non tenent.

2 Sponſa vnius an poſſit a ſuo ſponſo recedere, & alii nubere. Sponſa ſine conſenſu ſponſi & econtra religioſam veſtẽ ſuſcipere non poteſt poſt copulam carnalem,ſecus ante. Sponſalia vera an fuerint inter Ioſeph & Mariam.Sponſam alterius nullus rapiat, & ibi aliquid de raptu.

e
1 *Infidis.* Infidis ſeu infidelibus coniugium contrahere licet:& inter eos dicitur eſſe matrimonium licet non ſit ratum. Infidelis vxor virum cogens ad malum licite dimittitur. Infidelium,vt Iudæorum conuiuia & etiam coniugia ſunt a Chriſticolis vitanda.

2 Infidelium vnus ſi conuertatur ad fidem altero remanente in infidelitate, an poſſit ad fidem conuerſus alii ſe copulare.

3 Infidelis qui ante baptiſmum vnam vxorẽ habuit, & poſt baptiſmum aliam,bigamus eſt cenſendus, nec poteſt eſſe epiſcopus. c.acutius.ibid.

f
1 *Seruiat.* Seruire adſtrictus,vt puta ſeruus ſi contrahat cum libera,quæ per errorem eum putabat liberum, nõ

est inter eos coniugium: quia error personæ & conditionis impediunt & dirimunt: secus autem est de errore fortunæ & qualitatis.

2 Seruum scienter acceptum in maritum non potest mulier dimittere, secus si ignoráter. Serui possunt matrimonia contrahere.

g *Infans.* Infans proprius si teneatur a patre in sacro bapti-
1 smate licet per tale factum suæ vxori cōpater efficiatur: non propter hoc ab ipsa vxore separabitur: nisi ad seruādam continentiam possit induci.

2 Infantes sponsalia contrahere nequeunt: quia in illa ætate cōsentire non possunt.

3 Infantes siue filii spirituales vel adoptiui an possint naturalibus per matrimonium coniungi.

4 Infantes siue filium aliquem non debet vxor simul cum viro suo in baptismate suscipere.c.si.quia esset eius commater. Et ibi dicitur quod non potest quis ducere in vxorem relictam compatris suæ vxoris: nec etiam duas commatres.

5 Infantibus si conceditur nuptias contrahere, ipsorum & quorumcumque aliorum nuptiæ seu matrimonia non debent clam fieri, sed publice: & sic non debent esse clandestina. Tandem instruuntur iudices ad cuncta rimandum.

h *Mœcha.* Mœcha siue adultera & ab aliquo per adulterium
1 polluta, an possit per eum duci in vxorem. Et ibi matrimonia secunda conceduntur. c.quod si dormierit.

2 Mœcham sæpe mulierem efficit coactio; & ideo nulla mulier est cogenda nubere: quia in matrimonio animus plena libertate potiri debet & gaudere. Non licet viro vxorem deserere, vt fecit Lotharius.

3 Mœchiæ notam an dicantur incurrere filii & filiæ post spōsionem parentum cum aliis contrahunt. hoc est an filii & filiæ post promissionem & sponsionem parentum suorum possint licite cū aliis contrahere.

i *Coit.* Coire solita (vt est meretrix) potest in vxorem duci si de
1 eius correctione spes habetur. Coitus siue fornicationis causa potest vxor dimitti.

2 Coitus siue incontinentiæ causa ducta an sit coniunx appellāda. Abortum procurantes an sint homicidæ.

3 Coitui siue copulæ coniugali apta puella si habet patrem seruum, & liberum in matrimonio contrahendo sequatur de honestate arbitrium aui, & non patris qui liberum non habet arbitriū, cum sit seruus.

4 Coitu ancillari & illicito non licet prolem quærere: viuente enim vxore ex quacumq; causa neque ex ancilla neque ex alia licet prolem prouocare. Mœchiæ nomine omnis illicitus concubi-

cubitus intelligitur. c. meretrices.

Coire coacta & per violentiam accepta, an perdat pudicitiam & virginitatem. Carnis virginitas non seruatur si mens corrumpitur. Viro vxorem extra fornicationis causam derelinquere non licet.

Coiens vir cum alia, & sic adulter, vxorem adulteram dimittere non potest.

Coitus seu fornicationis causa dimittens vxorem; ea viuente aliam ducere non potest. Coitus contra naturam, & cum personis coniunctis est grauissimum peccatum.

Coitum siue incontinentiam incurrere nō debet aliquis vt aliqua ad fidem conuertatur. Et sic non licet ducere vxorem infidelem sub ea conditione vt conuertatur & fidelis efficiatur.

Mente. Mente seu voluntate mulier cupit vt fiat mater, & habeat liberos: tamen eius vir est frigidus & maleficiatus: an propter hoc sit ab eo separanda.

Mens & voluntas est mulieri post mortem viri cum illo contrahere, cum quo prius fornicata fuit: an possit. Viro vxorem dimittere propria auctoritate & sine iudicio ecclesiæ non licet: neque eam occidere. c. admonere.

Mentis seu cordis sola contritione absque oris confessione an possint peccata deleri: & vtrum possumus Deo satisfacere. Istam quæstionem prolixe tractat Gratianus, eius occasione interferens tractatum de pœnitentia septem distinctiones continentem.

Mentis scrupulo cessante an possit maritus tempore orationis & pœnitentiæ vxori debitum reddere. Et ibi habetur quòd tempore quadragesimali nuptias celebrare non licet.

Mens & voluntas est viro continentiam vouere. Non potest facere sine consensu vxoris tacito vel expresso: nisi sit sponsa nōdum cognita. Mulier viro debet subesse: cum vir sit caput mulieris. & hæc imago.

Dubitans. Dubitans vxor de morte mariti, & credens illum esse mortuum, si cōtrahat cum alio, an dicatur rea adulterii.

Dubitans mulier de morte mariti si cū alio contraxit, & postea maritus eius rediit, an sit cogenda ad eum redire, & primum dimittere.

Gradibus. Gradibus consanguinitatis nobis contingētes mulieres non possumus ducere in vxores. Quare constitutum fuit ne consanguineæ ducantur.

Gradu consanguinitatis vxori contingentem non licet vxorē ducere.

Gradus consanguinitatis & affinitatis secundum decreta vsque ad septimam generationem habent prohibitionem. hoc est quòd

ratione consanguinitatis & affinitatis prohibitum est matrimonium vsque ad septimum gradum.

4 Gradus 6. consanguinitatis quare prohibitus est secundum canones.

5 Gradus consanguinitatis quomodo computandi sunt.

6 Gradibus prohibitis coniuncti ad quorum accusationem vel testificationem sunt separandi. Et ibi de iuramento separationis & reconciliationis. Et de iuramento eorum qui consanguinitatẽ probant. c. de parentela,

7 Gradu prohibito coniuncti si adinuicem carnaliter commisceantur, filii ex tali incestuoso coitu procreati non sunt filii appellandi.

8 Gradus consanguinitatis & affinitatis qui dicatur esse dispensabilis: id est, quo gradu possit dispensari cum consanguineis & affinibus.

9 Gradu prohibito coniuncti (licet forte sententia pro matrimonio fuerit lata) possunt separari. Sententia enim pro matrimonio, vel contra ipsum lata potest retractari veritate comperta; quia talis sententia nullo cursu temporis trãsit in rem iudicatam. Et ibi dicitur sententiam etiam Romani pontificis in melius posse mutari c. sententiam.

10 Gradus affinitatis (siue ipsa affinitas) in superstite non deletur. Item, soboles ex secundis suscepta nuptiis consanguineis prioris viri copulari non debet secundum decreta, sed hoc corrigitur per c. non debet. de consangui. quod affini.

n
1 *Rapiente.* Rapiente virginem per vim ab aliquo raptus committi dicitur.

2 Rapientes violenter puellam potest illam peracta pœnitentia in vxorem ducere. Et sic rapta raptori iure canonico nubere potest. c. denique. & melius extra de rap. cap. c. cum causa. cum similibus.

DECRE-



DECRETI TOTIVS CANONES HIC SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI imprimuntur.

Quod præter cæteras vtilitates multimodæ correctioni est adiumento non mediocri.

De littera A.

Affe-

A sub-

B.

C.

Chri-

Confide-

E

Gra-

F

Fi-

G

N

Non

Non

O

Ca-

Regen-

Sed

Si

T

vnctio

F I N I S.

EA



EA DE QVIBVS LECTOREM PRINCIPIO VISVM est admonere, hæc sunt.

IN Ecclesia Romana omniũ ecclesiarũ magistra solitos esse asseruari conciliorũ canones, & Pontificum decreta ac ceteris ecclesiis comunicari plane compertum est. Atque in vsu præcipue videtur fuisse collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. si Romanorũ. dist. 19. Codice canonum nominat: in quo continebantur canones, & regulæ illæ, quæ recensentur a Leone IIII. c. de libellis dist. 20. Huius codicis tria manuscripta exẽplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiã impressus Mogũtiæ An. Salutis MDXXV. Repertus est autem in vetustissimo Cardinalis Vercellẽsis codice Cresconij ad episcopũ Liberinũ quidã quasi nomocanõ: in quo, cũ pluribus causarũ titulis propositis, exponatur: deinde, quibus synodorũ, ac Decretalium epistolarum locis causæ illæ tractentur; capita capitibus Mogũtini codicis & numeri numeris optime respõdent. Quæ quidem a Cresconio adhibita diligentia satis indicat frequentissimum fuisse huius collectionis vsũ: & hæc ea est, quæ in notationibus, quæ nunc edũtur, absolute codex canonũ vocatur. De codice canonum.

Ceterũ inter priuatos collectores, qui multo plura cõgerere studuerũt perantiquus est, Isidorus: cuius collectio procedit a canonibus Apostolorũ vsque ad cõciliũ Hispalense secundũ: habeturq; in duobus codicibus Vaticanis bibliotheca, & vno monasterij Dominicani S. Mariæ supra Mineruã: extat antẽ impressa in editionibus cõciliorũ in antiquioribus quidẽ purior, in recentioribus autẽ, De collectione Isidori.

multis aliis conciliis, scriptisq; admista. Isidorum hunc Igmarus Archiepiscopus Rhemensis in libro de synodis celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, a quo testatur etiam Trittemius librum Decretorum esse conscriptũ: ac certe multa verba, quæ in præfatione huius collectionis legũtur, sunt in libro quinto Etymologiarum. In codice autem Dominicanæ Bibliothecæ, initio præfationis ita legitur, Isidorus mercator seruus Christi lectori conseruo suo, &c. *nec multo secus in Vaticanis: quo loco in impressis est*, Isidorus peccator seruus Christi, &c. *Secutus deinde est (vt de iis primum, quorum opera typis excusa sunt, loquamur) Burchardus Wormaciẽsis Episcopus Othonis III. & Henrici II. Bauari Imperatorũ ætate: qui non ordinem temporum, & prouinciarum, vt Isidorus, sed rerum, & causarum sibi sequendum putauit. Iisdem vestigiis institit non ita multo post Iuo Carnotensis Episcopus: sed exorta interim Berengarij hæresi multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & Codice: dum de laicorum quoq; officiis sibi agendum putat: quod Burchardo minus necessarium visum fuerat. Extant autem duo volumina Iuonis nomine inscripta, eamdemq; habentia præfationem: quorum vnũ, quod Pannormia, alterius, quod absolute Decretũ inscribitur, quasi epitome quædam est. Verum in hoc eodem campo alij etiam grauissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuscripti habentur) Cresconius, Anselmus, Deusdedit Cardinalis, Gregorius presbyter, qui volumen suum Polycarpum inscripsit, aliiq; nonnulli præclare se exercuerunt, suamq; operam probauerũt: Nouissimus istorum omnium præter auctorem Pannormiæ (nam is recentior*

[Margin: Burchardus. Iuo. Pannormia. Cresconius. Anselmus Deusdedit Cardinalis. Gregorius presbyter auctor Polycarpi.]

fortasse

fortasse est) Gratianus Monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod superiores fecerant, operam dedit: sed Iuonis fortasse præfatione excitatus eò potissimũ incubuit, vt certis quæstionibus propositis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter se nonnumquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret: omninoque eorum varietatem, quæ speciem dissensionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterũ in longo, ac perdifficili opere multa a parum æquis hominibus exagitabantur: nonnulla pij etiam & verecundi interdum desiderabant. Gratianus.

Quamobrem ne huiusce vtilissimi & grauissimi codicis vacillaret auctoritas, placuit Pio iiij. ac subinde Pio v. & Gregorio xiij. (apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo summa opera daretur, menda librariorum tollerentur, si qua etiam in re Gratianus vt homo, minus vidisset, modeste notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus quamdiligentissime restituerentur. Itaque & Romæ Vaticana bibliotheca, & monasterij Dominicani supra Mineruam, aliaque non pauca excussa sunt; & ex aliis vrbibus, atque regionibus inuitati doctissimi homines, qui idem facerent, & si quid inuenissent, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factum est, vt cum iam magnam partem suum vnicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quæ synodorum generalium, quæ summorum Pontificum, quæ prouincialium conciliorum, quæ Patrum decreta, ac sententiæ: atque inter hæc, quæ sancta Romana sedi probata sint, quæ minime; vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incer

De citationibus. *tis suspecta habere posthac queat. Quod ad citationes auctorum pertinet, ubi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atq; ab aliis collectoribus allata citatione cõsentiebant, sublatis falsis inscriptionibus vera sunt restituta. Ubi vero, quamuis caput apud alium auctorem esset inuentum, fieri tamen poterat, ut illius quoq; esset, quem Gratianus citaret; (sunt enim haud raro decreta tralatitia, & sententia similes in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione satis visum est locum, ubi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est, qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde sunt mutata; idquoque est indicatum, adscriptumq; praterea in margine, quo loco idem caput in glossa Bibliorũ ordinaria, in libris sententiarum, & apud ceteros collectores habeatur, eos prasertim, qui in huius operis emendatione magno usui fuerunt. Animaduersum vero est multa olim fuisse (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex variis auctoribus collectarum volumina: quibus homiliis nomen auctoris aut non esset prapositum, aut etiam mutatum: quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Sape etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit, atque in unum caput concludit, quamuis in vulgatis codicibus plerumque in diuersa capita sint distracta, sed fere sine rubrica:) idque cum facit, non ipsa prorsus auctorum verba affert: sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur: quod etiam Burchardus, & Iuo faciunt, cum citant hoc modo,* ex dictis Augustini, ex dictis Hieronymi.

In

In emendando textu, primum initia capitum ob vsitatas Doctorum citationes non sunt mutata: sed vbi ab originali discrepabant: in margine, aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde hac glossæ ipsius habita ratio est, vt nihil in textu sit mutatum; vbi mutatio ipsa impeditura erat, quominus quid sibi auctor glossæ voluisset, animaduerti posset: sed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum est indicatum. Vbi vero hæc non obstabant, hæc fere seruata corrigendi ratio est: vt si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, & interdum etiam non leui proposita vtilitate, aliqua adderentur: nisi sicubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illa retenta notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quamdam ipse redigere, aut ab aliis redacta, vt ab auctore glossæ ordinariæ, ab Ivone, & aliis collectoribus referre; tunc nihil fere emendatum, vel additum est: nisi forte Patris illius, vnde collector acceperat, restituta lectio magnam afferre visa esset vtilitatem: multisq́; locis id notatum est, & verba ipsius originalis allata: vt lector identidem in memoriam huius adhibitæ cautionis reuocaretur, & labor ad originalia adeundi leuaretur. Quod si idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum est; (nam quæ multum distabant, satis plerumque fuit in margine indicare) adiectæ sunt in textu particulæ illæ, & supra, & infra. *Scilicet, vbi seriem & nexum collectionis impeditura non erant. Vbi vero Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis huius libri exemplaribus pura,* De emendatione textus.

germanaq; lectio est restituta. In codice canonum capita, quæ ex Græcis synodis recitantur, sunt a Dionysio Exiguo in linguam Latinã cõuersa: cuius præfatio manuscriptis ipsius codicis exẽplaribus præposita legitur. Isidorus autẽ partim hac ipsa Dionysij versione, quamquã raro, partim fortasse prisca illa, cuius mẽtionẽ in præfatione sua Dionysius facit, vsus est aut integris, aut aliquantulũ immutatis, partim etiã aliis, quæ tunc, vt ipsemet Isidorus testatur, extabant, hodie, præterquã apud istos decretorũ collectores non extãt. Quocirca mirandũ magnopere non est; si ceteri collectores, & omniũ fere postremus Gratianus, qui & codicem illum canonum, & Isidori collectionẽ, & alias etiã habebant, eũdem canonem non semper ex eadem versione recitent. Qua de re sæpe in notationibus lector est admonitus, & vbi necessariũ visum est, Græca canonis verba cum versione noua sunt allata: idemq; in ceteris Patrum Græcorũ sententiis factum est.

De versionibus.

De Paleis. De nomine Paleæ sunt variæ Doctorum hominũ sententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alij quasi τὰ παλαιά, id est antiqua: alij quasi additiones quasdam, deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio πάλιν, id est, rursum, quo scriptores etiam Latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioannes Andreæ in addition. ad Speculat. tit. de disputation. & allegation. prope finem (quẽ Imola in rubri. de verbor ũ obligationibus. Alexãdrinus in proœmio Decretal. Iason in rubri. tit. de action. & alij sunt secuti) putat quemdam Protopaleam, quem Iason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adiunxisse. Atque vt in re tam incerta aliquid elici cõiectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obseruatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima,

ma, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatẽ, paucissima ex huiusmodi capitibus habentur. In vno valde emendato sunt apposita in margine sine vlla nota, sed nõ omnia, quæ in impressis: quamuis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his nõ habentur. In alio litteris perãtiquis descripto, Paleæ ipsæ recentiori scriptura, & toti volumini præponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleraque, & partim quidem cum paleæ nomine, partim vero sine vllo a ceteris capitibus discrimine. Ex qua obseruatione illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones non eodem tẽpore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adscriptas, ac nõnullas fortasse ab ipsomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendũ: quas deinde librariorũ quidam omiserint, quidã in cõtextu posuerint, interdũ coniunctæ cum prioribus capitibus, interdum cũ aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quod multa & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiano collectores habentur: quod suis locis indicabitur.

In plerisque vetustis huius collectionis exẽplaribus hac tãquam inscriptio rubris litteris posita est, Concordia discordantium canonum, *addita in quibusdam dictione,* Incipit, *sine vlla Gratiani mentione. Verũ in Vaticano illo vetustissimo, cui voluminis ipsius initio recentiori scriptura paleas esse præpositas dictum est, ante ipsas paleas est hic titulus,* Decretum Gratiani monachi Sancti Felicis Bononiensis, ordinis Sancti Benedicti, cõpilatum in dicto monasterio anno Domini Millesimo centesimo quinquagesimo primo, tempore Eugenij Papę tertij. *In aliis vero duobus codicibus, in extremo est.* Explicit decretum compilatum a Gratiano monacho Monasterij Sancti De titulo.

Felicis de Bononia. *In chronico, quod inscribitur* Pomærium Ecclesiæ Rauennatis, *qui liber in Bibliotheca Vaticana seruatur, hæc de Gratiano leguntur*, anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo, Gratianus monachus de Clasla † ciuitate Thusciæ natus Decretum composuit apud Bononiam in monasterio Sancti Felicis. *Idem testatur Hugutio vetustissimus huius codicis interpres secunda, quæstione sexta, cap post appellationem. & Vincentius in libro Historiarum bis, semel libro vigesimotertio, cap trigesimo primo, loquens de Isidoro, & iterum libro vigesimoquinto cap. octuagesimo quarto, ages de Iuone, & aliis Decretorum collectoribus: & Sāctus Antoninus par. tertia histor. titulo decimooctauo, cap. sexto. Trittemius vero in libro De scriptoribus ecclesiasticis Gratianum agnoscit huius collectionis auctorem: itemque in libro secundo de viris illustribus ordinis S. Benedicti: quo tamen loco addit (ipsam fortasse operis inceptionem spectans) fuisse ab eo compositum anno Domini millesimo centesimo vigesimoseptimo. Hanc collectionem Innocentius tertius in epistola ad Archiepiscopum Compostellanum vocat corpus Decretorum. Ob has igitur auctoritates, & receptam apud omnes opinionem in prima huius voluminis pagina præpositus est titulus nomine Gratiani.*

† Alij, Clusio, alij Ginsa.

De notationibus in glossas.

Quod ad glossas pertinet, quæ pios & catholicos auctores habuerunt; quæ in illis errata paulo maioris ponderis pro humani ingenij infirmitate obrepserunt, ea in margine sunt notata, & quid catholice sentiendum sit, ostensum est. Hæ autem notæ, quibus asteriscus affixus est, necessario posthac in omnibus impressionibus apponenda erunt.

INDEX

INDEX LIBRORVM QVI VARIIS EX LOCIS SVNT HABITI.

A



Capitularium liber ſeptimus, & capitularia adiecta, miſſa a Iacobo Amioto Epiſcopo Antiſſiodorenſi ex bibliotheca eccleſiæ Belluacenſis.

Collectio decretorum Romanorum Põtificum ab Auguſtino Archiepiſcopo Tarraconenſi.

Codex canonum, qui apud veteres Pontifices in vſu fuit, ex Vaticana, Dominicana, & Cardinalis Sirleti.

Collectio canonum incerti auctoris ex Vaticana.

Collectio canonum ex bibliotheca eccleſiæ Mutinenſis.

Collectio canonum pœnitentialium incerti auctoris ex bibliotheca Michaelis Thomaſij Epiſcopi Ilerdenſis.

Conciliorum Hiſpanienſiũ, & Carthaginenſium varietates lectionis ex bibliothecis regis catholici Lucenſi, & Sorienſi a Cardinali Quiroga.

Centij Camerarij liber de formis iuramentorum ex bibliotheca Achillis Stathij.

Concilij alicuius fragmenta quædam poſt Anſelmi collectionẽ in codice Hieronymi Pariſetti.

Cypriani operum exemplaria ex Vaticana, & monaſterio Sancti Saluatoris Bononienſi.

D

Decreti huius vndeuiginti exẽplaria manuſcripta partim ſine gloſſis, partim cũ gloſſis, duodecim quidem ex Vaticana, reliqua vero ex bibliotheca Marcelli Papæ ij. Cardinalium Vercellenſis & Sirleti, Michaelis Thomaſij Epiſcopi Ilerdenſis; Achillis Stathij.

Decretorum excerpta ex bibliotheca Sãcti Trudonis

donis ab Alberto Leonino nomine vniuersitatis Louaniensis.

Deusdedit Cardinalis collectio canonum,& libri quattuor de rebus ecclesiasticis ex Vaticana.

E

Eugenij II.concilium ex Vaticana,& tertij ex Vaticana,& ex Gallia.

Emeritense concilium a Cardinali Quiroga.

Ephesini concilij primi antiqua versio ex Vaticana.

F

Fulberti Episcopi epistola descripta ex vetusto codice ecclesię Belluacensis a Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorensi.

G

Gregorij III.epistola ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.

Gelasij scripta quædam, & aliorum Pontificum epistola ex Vaticana.

Gęlasij epistola ab Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi.

Gregorij primi epistolæ manuscriptæ ex Vaticana,& episcopi Ilerdensis.

Gregorij VII. regestum ex Vaticana, & multis priuatis.

Gregorij IIII. epistola ad vniuersos Episcopos per Galliam,&c.ex bibliotheca monasterii supra Mineruam.

Gregorij X. epistola ad Regem Armeniorum ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Græcorum patrum commentarij in sacram scri-

Nicolaus ad consulta Bulgarorum, ex Vaticana.

P

Pontificalia manuscripta ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

Polycarpus, id est collectio canonum Gregorij presbyteri ex Vaticana.

Petri Damiani oratio de priuilegio sedis Apostolicæ, & disceptatio inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Paschalis primi epistola & decreta ex bibliotheca Ormanetti episcopi Patauini, & fragmentum concilij apud Guardastallium ex Vaticana.

R

Rhemense concilium in pago Trosleiano habitum, missum ab episcopo Antissiodorensi.

S

Scriptum de moribus, vita, & morte Agapiti ex Vaticana.

Stephani v. epistola in collectione canonum incerti auctoris ex Vaticana.

Sanctorum vitæ ex bibliotheca S. Mariæ maioris.

Stephani iiij. concilium in collectione Deusdedit Cardinalis ex Vaticana.

Synodus octaua ex bibliotheca Cardinalis Sirleti, & Vaticana.

T

Ticinense concilium à Iacobo Amioto episcopo Antissiodorensi.

Theodulphi cap. ex bibliotheca M. Ant. Mureti.

Theophanis chronicon ex Vaticana.

Toletanæ ecclesiæ priuilegiorum liber ex Hispania.

Toletana concilia xiiii. xv. xvi. xvii. à Cardinali Quiroga, & xvi. etiam à Petro Pontio episcopo Placentino.

V

Vrbani II. concilium Placentinum, & fragmentũ alterius, concilij & epistola L. præposito sancti Iuentij ex Vaticana, Synodus apud Melphiam ex Vaticana, & à Iacobo Pammelio canonico Brugensi, & cõcilij Claræmontensis apud Aluerniam summa capitum à Francisco Riccardotto episcopo Atrebatensi ex vetusto codice Lamberti episcopi Atrebatensis, eiusdemque concilij fragmentum à Iacobo Pammelio.

Z

Zozimi, & episcoporum Africanorum ad ipsum epistolæ ex Vaticana.

Zachariæ decreta ex bibliotheca Ormanetti episcopi Patauini, Synodus Romana ex Vaticana, Francicæ ex Dominicana supra Mineruam.

Hæc sunt, quorum nunc memoria suppetit. Cæterum & alia aliunde habita: & omnium fere librorum, quorum in hoc opere mentio fit, editiones cum manuscriptis codicibus Vaticanæ, & aliarum bibliothecarum diligenter collata sunt.

GRE-

GREGORIVS PAPA XIII,

Vniuerſis CHRISTI fidelibus ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EMENDATIONEM Decretorum, locorumq́; à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & teſtimoniorum deprauationibus pleniſſimus,) à nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris optimo conſilio ſuſceptam, ſelectiſque ad id negotium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & aliis eruditiſſimis viris adhibitis commiſſam, multis autem, variiſque impedimentis hactenus retardatam. nunc tandem vetuſtiſſimis Codicibus vndiq; conquiſitis, auctoribusque ipſis, quorum teſtimoniis vſus erat Gratianus, perlectis, quæque

perperam posita erant, suis locis restitutis, magna cum diligentia absolutã, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita est operis ipsius dignitatis, & publicæ eorum præsertim, qui in hoc studio versantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emendata, & reposita sunt, omnia quã diligentissime retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur.

MARGA-




MARGARITA DECRETI SEV TABVLA MARTINIANA:

Edita per F. Martinum ord. Præd. D. Papæ Pænitentiarium, & Capellanum.

Numeros columnarum vbi distinctiones, causæ, quæstiones, & earum capitula sunt, supra in tabula capitulorum inuenies.

INTER ALIA, quæ ad fidelium Christi doctrinam scripta sunt, magnam ipsis Decretorum liber consolationē præstat. huius enim doctrinis & Clerici & Laici, reguntur. Et per ipsas tum in sacramentis, tum in scripturis repulsa falsitate, perfectam quilibet cognitionem habet de veritate: nec frangitur in aduersis, nec dissoluitur in prosperis. Præteritorum memores, & de futuris cauentes, quoslibet ad sanctam imitationē bonamq; operationem Decretorum lectio accendit. Sed quia tam salutaris doctrina videbatur diffusa: Ego frater Mart. ordinis Prædicatorum, domini Papæ pænitentiarius & capellanus, pro eius faciliori inuentione dictiones præcipuas per alphabetum non sine magno labore ad meam potissime vtilitatem disposui. Non tamen decreti sententias determinare, sed ipsius libri materias intimare. Nec capitulorum ordinem in allegationibus obseruaui: multaq; ob prolixitatem omisi. In Christo ergo omnium auctore bonorum, per quem (teste Hieron. 35. distinct. c. ab exordio) omnia reuolui ad eius spem ponendo, hoc opus a prima littera vsque ad extremam deduxi, ipso adiuuante, qui est principium & finis.



Aron. Quod charitas Aaron multipliciter insinuatur. c. vt cognouerunt. de pæn. dist. 2. §. opponitur ante med.

Item ipsius sacerdotiū approbatur. 22. dist. sacrosancta.

Item ꝙ in suo sacerdotio status summi pōtificis repræsentatur. 21. dist. c. 1. §. 1.

Item ponitur in exemplum terroris contra vsurpantes præ

cia decantare. 12. distinct. de his.

De hac materia habes, Vbi agitur de monachis.

Abbatissa. Quod in abbatissam non eligitur, nisi sexagenaria. 20.q.1.iuuenculas.

Quod nullam monialem velare potest. 20.q.2.statuimus.

Quod volens loqui cum aliquo debet associari per vetulã monacham. 18. qõ. 2. diffinimus colum. 2. & c.in decima.

Abel. Quod Abel placuit Deo, & eius oblatio. 14.q.5. scriptum. de pœni.dist. 5.cap.1.§.semper offerat. vltra med.

Quod ponitur in exemplum patientiæ.7.qõ.1.aduersitas, circa medium. §. cum autem a vitiis.

Abortus. Quod abortus procuratio æquiualet homicidio. 2.q.3. cõsuluisti.32.q. 2. q vero non.& in c. seq.& c.sicut.

Abraham. Quod Abraham ponitur in exemplum, quod sepulturæ prædecessorum suorum, nisi ex causa nõ sunt relinquẽdæ.13.q.2.Ebron.

Item est in exemplum decimarũ dandarum sacerdotibus.16.q.7.decimas Deo.

Quod excusatur a mendacio.22.q.2.c.vtilem.in fine & c. quæritur.

Item in filij prompta immolatione ponitur in exemplum obedientiæ. 23.q.5.si non licet, vltra medium.& c.lex æterna.& q.8.occidit.

Item ponitur in exemplum sanctimoniæ coniugalis, de pœn. dist. 2. §. opponitur. ante finem.

Quod ideo de pluralitate fœminarum nõ culpatur, quia tunc Dei populi multiplicatio quærebatur.32.q. 4. recurrat.ante finem.

Item ponitur in exemplum q ex bonis patribus mali filij generantur.32.q.4. recurrat.& 47. dist.sicut hi.§.necesse.in fi.& c. seq.

Item quia in hospitalitate acceptor personarum non fuit, angelos recipere meruit. 42. distin.quiescamus.

Item quod lac non vinum angelis hospitio acceptis exhibuit. 35. distin.Texto dic, in fin.

Abrogatio. Quod abrogatio legum, vel constitutionũ fit cõtraria consuetudine, quarta distinctio. in istis. & §. proximo.

Item contraria constitutione, trigesima prima distinctio. ante triennium.

Item locorum varietate. trigesimaprima distinctio. aliter. §. proximo.

Item temporum disparium successione.34. distinct.fraternitatis.

Item malorum emergẽtium occasione.63.distinc. quia sancta Romana. §. verum. Exemplum ibi de serpente æneo, quem Moyses bona intea

tione fecit, & Ezechias bona intentione destruxit.

Absolutio. Quid est absolutio peccatorum. 11. quæst. 3. ipse ligandi. & cap. sequen. & cap. plerumque.

Item quid excommunicati, 11. quæst. 3. debent. & tribus cap. sequen.

Item quid iuramenti illiciti. 15. q. 6. auctoritatem.

Quod solius Papæ est a iuramento licito absoluere. 15. quæst. 6. alius. & c. seq.

Quod absolutio cum discretione est facienda, 23. quæst. 4. si is qui.

Quod minor maiorem nec ligare nec absoluere potest. 21. distinct. inferior. 24. q. 1. audiuimus. in fin.

Quod hæreticus vel præcisus ab ecclesia nec ligare nec absoluere potest. 1. quæst. 1. remissionem.

Quod malus sacerdos quam diu toleratur absoluit. 1. q. 1. ita fit. & duobus cap. seq.

Quod episcopus vel sacerdos ꝓnior debet esse ad absoluendū quam ad ligādum. 26. q. 7. alligant.

Quod non licet aliquid accipere pro absolutione. 1. q. 1. nullus episcopus.

Quod archiepiscopus potest absoluere excommunicatum ab episcopo. 2. quæstio. prima. nemo.

Quod vera est absolutio sacerdotis, quando fit claue non errāte. 11. q. 3. tunc vera est. & c. plerumque.

Quod ligatus a canone, pōt absolui ab infirmitate. 17. q. 4. si quis suadente.

Quod excōicatus sacerdos nec ligare potest nec soluere. 24. q. 1. audiuimus.

Quod mortuus in excōmunicatione non debet absolui si viuus non pænituit. 24. q. 2. nec quisquam.

Quod debet fieri per manus impositionem. 26. q. 7. his qui. & c. sacerdos.

Quod absoluendus debet flectere genua. 26. q. 7. sacerdos.

Quod ille qui ligat, debet absoluere. 24. q. 1. si Petrus.

Abstinentia. Quod abstinētia vera est a peccatis abstinere. de conse. dist. 5. ieiunium. ca. nihil enim. & c. seq. de pæn. distinct. 3 capit. incassum. §. sed verba. in fin.

Quod boni a licitis abstinent. 33. q. 4. Christiano. & c. vir cum propria.

Quod duplici de causa boni a licitis abstinent. 27. quæstio. 2. sunt qui. §. duobus enim modis.

Quod non sufficit a malo abstinere nisi bonum fiat. 22. quæstio. 5. de forma. 35. dist. ecclesiæ. in fin.

Quod abstinentia ciborum multipliciter cōmendatur & ꝑsuadetur. 35. dist. sexto die, ꝑ totū cap. de consec. dist. 5. non dico. vsque ad c. legimus.

Quod errores Gentilium in abstinentia sectantes, anathematizantur. 30. distin. si quis presbyter.

Quod abstinentia respicit personæ valetudinem, temporis opportunitatem, ciborum qualitatem & quantitatem. 41. distinct. quod dicit.

Quod discreta commendatur. distin. 41. quisquis, de consecr. dist. 5. non mediocriter.

Quod maxime conuenit episcopis & prædicatoribus. 35. dist. ecclesiæ.

Quod non requirit nisi corporis sustentationem. 44. distinct. conuiuia. de consecr. dist. 5. ne tales.

Quod auiditas ciborum quantũcunque vilium in abstinente arguitur. 41. distinct. deliciæ. & c. quod dicit.

Quod tempore quadragesimæ maxime presbyteri & clerici abstinere debent a cibis. 4. distinct. statuimus, cum duobus c. sequen.

Quod abstinentia morbos corporales curat, de consecrat. distin. 5. ne tales.

Quod cum a carnibus abstinemus, a sementinis etiam carnium abstinere debemus. 4. distin. denique.

Quod die sabbati abstinendũ est a carnibus, nisi in infirmitate & festis. de consec. dist. 5. quia dies.

Quod monachis præcipue abstinentia carnis est apta & vtilis. de consecra. dist. 5. carnem.

Abominatio. Quod abominatio est domino eleemosyna de rapina, vel simonia, vel de vsura. 1. q. 1. non est putanda. 14. q. 5. scriptum est.

Ablutio. Quod ablutio peccatorum fit per aquam lachrymarum. de pen. dist. 1. medicina.

Item per fidei feruorem. 24. q. 1. si Petrus.

Abusus. Quod abusus priuilegij punitur. distin. 74. vbi ista didicisti. 11. q. 3. priuilegium.

Quod abusus clauium sacerdotaliũ damnabilis est. 11. q. 3. ipse. & c. plerunque.

Acceleratio. Quod acceleratio reprobatur in episcopi & clericorũ ordinatione. 28. distin. de Syracusanæ. 61. distin. miramur. 59. dist. si officia. & duobus c. seq.

Item in sententiæ prolatione. 2. q. 1. Deus.

Item in noui honoris collatione 23. dist. communis.

Itẽ baptismi in dubia reiteratione, de consecrat. dist. 4. cũ itaque.

Item in clericorum qui lapsi sunt condemnatione. 50. dist. ponderet.

Item in condemnatorum restitutione: quia properata nimis remedia, aliorum ruinæ non sunt profutura. 50. dist. absit. & c. seq.

Quod acceleratio commẽdabilis est in malorũ exercenda vltione. 33. q. 4. si ea.

Item in lucri animarum promotione. 21. q. 1. relatio. de consecrat. dist. 4. ne, quod absit.

Item in eleemosynarum pro defunctis oblatione. 13. q. 2. qui oblationes.

Item in ecclesiarum vacantium prouisione. 65. dist. de persona. & 50. dist. postquam.

Item in ecclesiasticarum rerum recuperatione. 12. quæstio. 2. Augustino.

Acceptio. Quod acceptio personarum nõ est apud Deum. 32. q. 4. sicut. de consecra. dist. 4. nec quemquam, circa med.

Quod etiam non debet esse inter homines 49. dist. c. vlti. 63. dist. sacrorum. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. 11. quæstio. 3. summopere.

Quod prohibetur acceptio personarum in pœnitentiæ impositione. 26. q. 7. sacerdos.

Item prohibetur in sententię diffinitione. 3. q. 9. necesse.

Item in fidei prędicatione. de cõsecrat. distin. 1. nullus episcopus.

Item in hospitum receptione. distin. 42. quiescamus.

Item in facienda pro omnibus (& maxime pro defunctis) oratione. 13. q. 2. non existimemus.

Item in eleemosynarum largitione. 16. q. 1. si cupis.

Quod munerum acceptio pro oblatione orationum vel aliorum spiritualium damnabilis est. 1. q. 1. eos qui. & c. seq.

Quod regulares aduocati munera (quæ sæcularibus aduocatis licet accipere) non debent exigere. 15. quæst. 2. obseruandum.

Quod quandoque scelerate accipitur, quod a volentib. datur. 14. q. 5. non sane.

Quod gratuito & ex deuotionis causa munera oblata cuilibet, licet accipere. 15. q. 2. obseruãdum.

Achab. Quod Achab sacerdotibus peccãtibus ponitur in exemplum, q̃ post humilem pœnitentiam remaneant in statu suo. de pœnitentia. dist. 1. §. econtra. dist. 3. c. illud vero. § ecce. & dist. 1. voluissent. §. ex his. & §. Achab.

Item ponitur in exemplum, quod malo prælato quandiu sustinetur est obediendum. 1. q. 1. sicut Christus.

Quod quinquagenarios eius ad preces Heliæ ignis cælestis cõsumpsit. 23. quæst. 4. si illic. §. sed obiicitur.

Achor. Quod Achor propter furtum anathema incurrit, & Israel hostibus tradidit. 1. q. 4. ecclesia.

Quod quia non statim furtum luit, innocens populus ꝓ ipso punitus fuit. 23. q. 5. si ea.

Acolythi. Quod acolythi Græce, Latine ceroferarij dicuntur. 21. dist. cleros & clericos, circa fi.

Quod acolythi officium est præparare luminaria, & ipsa corã ministris altaris deportare. distin. 25. perlectis. 33. distin. c. si quis. §. deseruientes.

Quod acolythi possunt contrahere matrimonium. 15. quæst. 3. sane. §. seq.

Actiua. Quod actiua vita & contemplatiua commendatur. 8. quæstio. 1. in scripturis. & c. qui episcopatum.

Quod a rectoribus ecclesiarum, & maxime ab episcopis est exercitanda. 88. distinct. decreuit.

Accusatio. Quod accusatio nō debet admitti, quæ non procedit ex charitate. 4. q. 4. nullus introducatur.

Quod eam debet procedere admonitio charitatiua. 2. qō. 1. si peccauerit, post medium. & q. 7. accusatio quoque.

Quod accusationem contingit fieri, vel criminaliter vel ciuiliter 2. q. 3. Euphemium. & §. seq. q. 11. non est credendum. per totum cap.

Quod debet fieri in scriptis. 2. q. 1. legum. q. 3. si quis iratus. & q. 8. accusatorum.

Quod debet fieri præmissa inscriptione. 3. q. 9. qui accusare. 4. q. 4. nullus introducatur.

Item in quibus casibus potest fieri sine inscriptione, notatur 4. q. 4. §. abacti.

Quod inscriptio accusatoris debet continere criminis magnitudinem, & tempus commissi criminis. 4. q. 4. si quis se iniuriam ab aliquo. §. in aliis autē.

Quod in accusatoris libello nomen accusati est ponendum. 2. quæst. 8. c. per scripta. §. quę vero.

Quod vtraque parte pręsente debet fieri accusatio. 11. quæst. 3. eorum.

Quod accusatio non admittitur contra absentem, nisi sit contumax. 3. quæstio. 9. per totum.

Quod persona illustris in crimine iniuriarum per procuratorem potest accusare. 3. q. 9. absens per alium.

Quod tribus modis falsa accusatio detegitur; aut calumnia, aut præuaricatione, aut tergiuersatione. 2. quæst. 3. si quem pœnituerit. §. 1. versicu. accusatorum.

Quod modus accusationis qualis esse debeat, ponitur. 2. q. 8. per totum.

Quod accusare non possunt hæretici, pagani, & c. 2. q. 6. alieni. & c. seq. & 4. q. 1. c. 1. & seq.

Item criminosi 6. q. 1. qui crimē, & 3. q. 5. constituimus. & duobus. c. seq.

Item nec conspiratores. 3. q. 4. cōspiratores.

Item nec incestuosi. 3. q. 4. consanguineorum.

Item nec malæ opinionis. 3. q. 5. suspectos.

Item nec litigiosi nec calumniatores. 3. q. 5. nullus.

Item nec inimici. 3. quæst. 4. detractores.

Item nec excommunicati. 3. q. 4. nullus. & c. omnes. 4. quæst. 1. per totum. 2. q. 7. in sancta Nicena.

Item nec infames. 3. quæstio. 5. nullus.

Item impuberes, mulieres & pauperes & huiusmodi personæ excluduntur ab accusatione. 2. q. 1. prohibentur. 12. quęst. 2. episcopus qui mancipium. & cap. seq. 15. q. 3. §. 2. & tribus c. sequen.

Quod sortilegi & diuinatores nō possunt accusare. 3. qō. 5. constituimus.

Quod qui sacerdotes fieri nequeunt, sacerdotes accusare non possunt. 2. q. 7. ipsi apostoli. 6. q. 1. omnes vero. & c. sacerdotes.

Quod episcopū laici passim accusare non possunt. 2. q. 7. c. 1. & c. clericos. & c. laici.

Quod episcopus reaccusatus damnari nō potest, nisi per duodecim episcopos, vel per lxxij. testes idoneos conuictus. 2. q. 5. nullam.

Quod nec clericos possunt laici passim accusare. 2. q. 7. nullus laicus. & c. seq. & c. sicut.

Quod accusatus accusare non potest, nisi primo praecessisset purgatio, & nisi accusaret de maiori crimine. 3. q. 11. neganda. §. neganda.

Quod accusator debet esse bonae vitae, & liber genere, non seruus. 2. q. 7. quaerendum est.

Quod in accusatione requirenda sunt qua conscientia: quo merito: qua intentione: vtrū scilicet pro DEO vel inani gloria accuset. 2. q. 7. si qui sunt. & c. si quis episcopus.

Quod nullus accusare, vel se defendere potest in causa criminali per procuratorem. 5. q. 3. in criminalibus.

Quod episcopum clerici accusare possunt. 2. q. 7. Paulus Dyaclynae. & c. seq. 2. q. 7. quapropter. & c. si quid in ecclesia.

Quod etiam laici quantumcunque infames propter simoniā, & haeresim accusare possunt. 6. q. 1. nos sequentes. & c. seq.

Quod monachi ex charitate possunt episcopum accusare. 2. q. 7. c. nullus monachus. §. sed aliud est.

Quod libertis licet accusare patronum in certis casibus. 12. quaest. 2. episcopus qui mancipium.

Quod criminosus criminosum dominum potest accusare. 2. q. 7. pagani. & §. seq.

Quod ad accusationem haereticorum etiam infames vtriusque sexus admittuntur. 2. q. 7. praesumunt. § seq.

Quod mulieri licet accusare simoniam, crimen laesae Maiestatis, & quodlibet crimen publicum. 15. q. 3. sane.

Quod secundum leges mulier non potest virum accusare de adulterio. 32. q. 5. apud. §. hoc in mulieribus.

Quod secundum canones vir & mulier mutuo se accusare possunt, licet non aequaliter. 32. q. 5. Christiana.

Quod gradus consanguinitatis vel affinitatis non debent accusare nisi propinqui vel antiqui. 35. q. 6. c. 1. & seq.

Quod qua forma debent iurare qui accusant parentelam habetur 35. q. 6. c. de parentela. 1. & c. episcopus.

Quod accusator obligatur ad poenam talionis. 2. q. 8. quisquis. & c. qui crimen. 2. q. 3. calumniator. & qui non probauerit. 6. q. 6. qui calumniam.

Quod zelo Iustitiae accusans praemiatur. 6. q. 1. c. sunt plurimi. §. verum.

Quod accusans ex malitia punitur. 45. dist. accusatores. 2. q. 3. si quem

si quem pænituerit.

Quod accusans episcopum calumniose infamis efficitur. 3. q. 4. clericus vero qui. & c. hi qui episcopos. 2. q. 3. si quis episcopum.

Quod falso accusantes vel in ꝓbatione deficientes vlterius accusare alios prohibentur. 3. q. 10. placuit. & c. accusatorũ. 4. quæst. 6. c. 1. & vlt.

Item a communione vsque ad exitum vitæ suspenduntur. 3. q. 10. eos qui. 5. q. 6. Epiphanium. 2. q. 3. si quis episcopũ.

Quod ab accusatione pretio, vel promissione desistens punitur. 2. q. 3. si quem.

Adam. Quod Adam ꝓpter peccatum a facie DEI se abscondit. de pænit. dist. 1. c. & venit.

Quod in hoc quòd ipse qui melior erat muliere, extra paradisum factus est, mulier intra ponitur, in exemplũ quòd non homo melioratur a loco, sed locus ab homine. 40. distin. illud. & cap. seq.

Item in hoc quod propter peccatum de paradyso eiectus est, ponitur in exemplum, quod homo ignobilis effectus propter culpam, meretur a loco dignitatis expelli. 40. distin. Adam.

Item quia non de terra, sed ipsius costa facta est mulier, innuitur quod ab ipso, sicut a principio tota deriuatur humani generis propagatio. 33. quæst. 5. nec illud otiosum.

Quod Adam in virili ætate factus est. de pæ. dist. 2. c. tolle. §. Adam vero.

Quod asserens ipsum mortalem creatum siue peccaret siue nõ, anathematizatur. de consecr. dist. 4. placuit igitur.

Quod Adam in paradyso charitatem & alias virtutes habuit. de pænit. distin. 2. tolle. §. colligitur.

Quod in hoc quod quamdiu solus erat non peccauit, solitaria & contemplatiua vita cõmendatur. de pænit. dist. 2. non est. §. Romanos. §. Adam vero.

Quod ideo Adam plus peccauit, quia omni bono plus abundauit. de pænit. dist. 5. consideret. §. defleat.

Adinuentio. Quod adinuentio quæ ius nouum impedit, vt est iudicium ferri candentis vel aquæ feruentis, est superstitiosa. 2. q. 4. consuluisti.

Item quæ vetus ius male interpretatur. 37. dist. relatum.

Quod adinuentio quæ circa cõstitutionem aliquid mutat errorem corrigendo, est vtilis. 8. dist. veritate.

Item quæ detrahit nimio rigori, vt est dispensatio. 1. q. 7. exigunt.

Item quæ addit vel religioni vel grauamini. 40. dist. nullus.

Item nouorum experimẽtorum & causarum est necessaria. 50. dist. vt constitueretur.

Adiutorium. Quod adiutorium non est ferendum maxime a sacerdotibus in alterius detrimentum. 14. quæst. 5. denique.

Quod qui in fraudem alterius quemquam iuuat, ſocius eſt criminis.14 q.6.c.1. poſt medium.

Quod patriam vel ſocios ad defendēdum iuuare iuſtitiæ eſt. 23.q.3. fortitudo. & c. non inferenda.

Quod viri eccleſiaſtici ne a maledicis calumniatoribus opprimantur, ſunt adiuuandi.3. q.1.Deus.

Quod miſericordius homini ad peccandum adiutorium ſubtrahatur quàm feratur.14. qō. 6. ſi res. & c. hi qui.

Quod prælati ſubditorum ſuorū præcipui debent eſſe adiutores & vltores.25. q.8.ſcire.8. q.1.clemens.

De qua materia habes vbi agitur de auxilio.

Admonitio.

Quod admonitio debet præcedere accuſationē vel excommunicationem.16. q.1.quidam.2.q.7.accuſatio. poſt med.

Item debet præcedere vindictā. 12.q.2.indigne.

Quod admonendi ſunt primo hæretici ab errore diſcedere, quàm tradantur pœnæ. 23. q. 4. non inuenitur.in ſi.

Quod adminiſtratores ſæcularium dignitatum admonendi ſunt ab epiſcopis ſuper pauperum & viduarum defenſione. 23. quæſtio. 5. adminiſtratores.

Quod iudices admonendi ſunt per prælatos ad opera pietatis. 14.q.6.hi qui.

Quod viduæ admonendæ ſunt ad ſtudia caſtitatis. 27.q.1. de viduis.ſub nulla.

Adoleſcentia.

Quod adoleſcentia in malū prona eſt. 12. q.1.c.1.

Quod adoleſcentes monachi vel clerici ab approbatiſſimo magiſtro debent informari. 12.q. 1.c.1.

Quod nil incertius,quā vita adoleſcentium.12.q.1.c.1.

De hac materia habes vbi agitur de ætate.

Adorare.

Quod adorare cogebantur iuſti ſimulachrum a Rege Nabuchodonoſor,& accuſatores mittebántur in ignem. 23.qō. 4.non inuenitur.

Quōd adorando imagines, non picturam, ſed picturæ repræſentationem veneramur. de conſecrat.diſt.3.perlatum.

Adrianus.

Quod Adrianus Papa primus Carolum Magnum pro defenſione eccleſię de Francia in Italiam vocauit. 63. diſt. c. Hadrianus.

Quod Hadrianus Papa ſecundus octauam ſynodum vniuerſalē procurauit celebrari.63.diſt.c. Hadrianus.

Aduentus.

Quod aduentus ſpiritus ſancti per Petri Apoſtoli prædicationem multorum hominum corda ſacrauit. de cōſec.diſt.4.proprie.

Quod ab aduentu Domini vſq; ad octauam Epiphaniæ non eſt iurandum. 22.quæſt. 5.decreuit.

Quod

Quod nec eo tempore nuptiæ sunt celebrandæ. 33. qō. 4. non oportet.

Aduersitas. Quod aduersitas iustorum non est signum reprobationis, sed exercitiū virtutis. 7. q. 1. aduersitas.

Quod pie aduersatur, qui corripit vitiosum. 23. qō. 5. c. 1. circa medium.

Quod vtiliter latroni membra præcidit qui ipsum ex hoc a malo retrahit. 3. q. 3. si quis fortitudinem.

Quod malum malo reddit, qui inimicum suum ad præcipitiū euntem non impedit. 23. q. 4. nimium. §. 1.

Quod pie molestat medicus lethargicum excitando, & phreneticum ligando. 23. q. 4. quid faciet.

Quod amicus vtiliter verberans præponitur amico inutiliter blandienti. 23. qō. 4. nimium. circa medium.

De hac materia habes Vbi agitur de correctione.

Adulatio. Quod adulatio peccatori exhibita dat audaciam peccata augmentandi. 46. dist. sunt nonnulli. 50. dist. si quis diaconus. & duobus c. seq.

Quod adulatur qui alicui tribuit bonum, quod non habet. hoc est mortale, quando ex certa scientia fit. 22. quæst. 2. primū est. ver. 5.

Item adulatur qui superiorem, vt ei placeat in eo, quod habet extollit. hoc est veniale. 25. distin. vnum orarium.

Item adulatur qui approbat malum, quod est in aliquo. & hoc est mortale. 46. distinct. clericus qui.

Quod parietem linire dicitur, qui peccantibus adulatur. 46. dist. sunt nonnulli.

Quod pastor qui luporum quærit laudes, oues negligit. 83. distin. nihil.

Quod clericus adulationib. vacans debet degradari. 46. dist. clericus qui.

Quod melius est pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium. 11. quæst. 3. nemo peritorum.

Quod insidiator alienarum hæreditatum adulatur regibus. 37. dist. nonne.

Adulterium. Quod adulteriū proprie est vbi celebrati coniugÿ iura temerantur. 32. q. 4. nemo.

Quod adulterium est alieni thori violatio. 36. quæstio. 1. lex. §. cum ergo. versicu. adulterium vero.

Quod grauius puniendi sunt viri quam feminæ pro adulterio 32. q. 6. indignantur.

Quod adulter vxorem adulterā non potest dimittere, nec accusare. 32. q. 6. per totum.

Quod plus peccat qui vxorem habēs cum alterius nupta adulterat: quam solutus alterius vxorem violando. 32. quæst. 7. quemadmodum. §. sunt.

Quod permittitur potius adulterium, quam vxoris adulteræ homicidiū. 33. quæst. 2. si quod verius.

Quod violenter oppressæ nõ potest opponi adulterium. 32. q. 5. puto.

Quod secundum canones vir & mulier pari ratione in adulterio condemnantur. 35. quæst. 5. Christiana.

Quod vir vxorem de adulterio accusare non potest, si ipse pariter fuerit fornicatus. 32. q. 7. c. 1.

Item si dedit ei adulterandi occasionem. 27. q. 2. si tu.

Quod si credebat ipsa virũ mortuum, cum altero contrahendo. 34. q. 2. si virgo.

Item si fuerit vi oppressa. 32. q. 5. proposito.

Item si alius sub mariti specie cõcubuit cum ea. 34. quæst. 2. in lectum.

Item si post adulterium commissum eam ex consensu retinuit. 32. q. 1. si quis vxorem.

Quod suæ vxoris amator ardentior, fœdus adulter iudicatur. 32. q. 4. origo.

Quod patronus est turpitudinis qui adulterium celat vxoris. 32. q. 1. apud. & c. 1.

Quod vir innocẽs adulteram recipere non cogitur. 32. q. 1. de benedicto.

Quod qui post adulterium vxorem suam cognouit, impeditur ab ordinum promotione. 34. dist. si cuius.

Quod Abraham & Iacob excusantur ab adulterio cognoscẽdo ancillas. 32. q. 4. dixit Sara & c. obiiciuntur.

Quod potest esse matrimonium cum persona quam polluit per adulterium. 31. quæst. prima. denique.

Quod transgressor voti castitatis peior adultero iudicatur. 27. q. 1. c. 1. & per totum.

Quod sacerdoti adulteranti cum filia sua spirituali grauior & perpetua pænitentia imponitur. 30. q. 1. si quis sacerdos.

Quod sicut vir dimittens vxorem suam efficitur adulter, sic episcopus relinquens ecclesiã suã. 7. q. 1. sicut vir.

Quod nasci de adulterio non est culpa nascentis, sed ipsius qui generat. 56. dist. nasci.

Quod nati de adulterio nec sunt in fide stabiles, nec in bello sæculari constantes. 56. distin. si gens Anglorum.

Quod virgo nõ reputatur adultera, quæ ignoranter viro nubit alieno. 34. q. 2. si virgo.

Quod adulterium committens presbyter aut diaconus si in eo deprehensi fuerint, reparari nõ possunt. 50. distin. si quis diaconus.

Quod clericus de adulterio conuictus aut confessus ab officio depositus communione concessa toto tempore vitæ suæ in monasterio retrudatur. 81. dist. si quis clericus.

Quod adulteræ & incestę sunt virgines, quæ post consecrationem nupserunt. 37. distinct. c. vlti.

Aduocatus. Quod aduocatus non debet ex suo sensu scripturæ aliquid proponere. 57. dist. relatum.

Quod non debet opprobriis sed ratione allegare. 3. q. 7. infames.

fames.§. si quis adeo procax.

Quod miti relatione nō tumultuosa voce factum debet proponere.5.q.4.duodecim.in fine.& c.seq.§.debet ergo.

Quod non debet lucro sed iustitiæ intendere. 2.q.7.infames. circa medium.& §. apud vrbē Romanam.

Quod aduocatus sæcularis potest vendere iustum patrocinium, & iurisperitus consilium.14.q.5.non sane.

Quod regularibus aduocatis nō licet pro aduocatione minima accipere.15.q.2.obseruandū.§. hoc autem.

Quod monachi possunt esse aduocati de abbatum suorum licentia in causis monasterij.16. quæst.1. monachi a monasterio.

Quod ob verecūdiam sexus mulieri nō licet coram iudice aduocare.15.quæst.3.§. 1. ver. legibus.

Quod clerico in causa criminali nō licet aduocare coram iudice sæculari.23.q.vltim. c. his a quibus.

Quod clericus aduocans contra ecclesiam suam, vel episcopū, vel patronum: amittere meretur beneficia. 15.q.6.nos sanctorum.22.q.5. de forma.96. dist.si Imperator.

Quod contra inhibitionem ecclesiasticā aduocans, non solū rerum amissione, sed etiā exilij relegatione punitur. de pænitent.distin. prim. quicunque ausus.

Quod princeps & quilibet illustris potest litigare per aduocatum in crimine iniuriarum 30. q.9. absens per alium.

Quod Christus est aduocatus noster apud patrem de pænit. distinct.2. c. si enim inquit, ante medium.

Affectus. Quod affectus plus placet Deo offerentis quàm munus oblationis.3.q.7.in grauibus.24.q.1.odi & proieci.

Quod illa oratiōe flectitur Deus, quæ non consistit in multitudine verborum, sed in affectu cordis.de consecra.dist.5. non mediocriter.

Quod oratio quæcunque cū barbarismis & solœcismis verborum proferatur, Deo placet, si ex affectu animi procedit. 38. dist. sedulo.

Quod qui Deo perfecte seruire desiderat, oportet quòd carnalem affectionem consanguineorum postponat.12.q.1.cui portio.

Quod qui nihil affectat, perfectior est illo qui multa possidens auare dispensat. 1. q. 2. si quis propter.

Affinis. Quod affinis in testem contra affinē nō accipitur.3.q.9. absens per alium.

Quod nec ad accusationem aliorum admittitur: quia affinis affinem accusare non potest. 3. q.5.similiter.

Quod vno coniugum defuncto, in superstite affinitas non deletur, nec alia copula affinitatē prioris copulæ soluere potest.35. q. vltim. fraternitatis. post med.& q.3. per totum.

Quod qualiter affinitas sit computanda, habetur. 35. q. 3. porro duorum.

Quod affines in quinto gradu copulari possunt defuncto viro vel vxore, in quarto si iuncti fuerint, non separentur. In tertio autem non licet. 35. q. 3. c. de propinquis.

Agatho. Quod Agatho Papa quis fuerit, qua natione, & quid fecit habetur 63. dist. c. Agatho.

Agnus. Quod per agnũ Christus IESVS repręsentarur, non tamen debet agnus in cruce depingi, sed secundum imaginem humanam. de consecr. distinct. 3. sextam.

Quod agni sanguis quid sit, iam nõ audiendo sed bibendo didicimus, qui super vtrunq; postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. de consec. dist. 2. quid sit.

Alchimia. Quod alchimia videtur esse ars reprobata: quia qui credit vnam speciem posse transferri in aliam vel similẽ, nisi ab ipso creatore, infidelis est, & pagano deterior. 26. quæstio. 5. episcopi. circa finem.

Quod alchimistæ sunt discentes: & ad veritatem scientiæ numquam peruenientes. eadẽ cau. & quæst. nec mirũ. circa medium.

Quod multæ virtutes insitæ sunt in herbis & lapidibus. 21. q. vlt. c. fin.

Quod insunt in rebus corporeis per omnia elementa quædam occultæ seu immanifestæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis & causalis prorumpunt in species debitas suis modis & finibus. 26. q. 5. nec mirum. circa finem.

Alea. Quod alea ludere si non dimiserit episcopus vel presbyter, & etiam inferioris gradus clerici, grauiter punientur. 35. dist. episcopus.

Alienatio. Quod alienatio rerum ecclesiasticarum potest fieri per episcopũ tempore necessitatis vel meliorationis causa. 12. quæstio. 2. placuit. & c. sine exceptione. ibidem. & capit. terrulas.

Item pro redemptione captiuorum. 12. qõ. 2. Apostolicos. & tribus c. seq.

Quod abbatibus non licet res monasterij sui sine episcopi sui licentia alienare. 12. q. 2. abbatibus.

Quod in alienatione rei parochialis sufficit consensus episcopi & pastoris. 12. q. 2. abbatibus.

Quod etiam consentiente episcopo abbas, nisi sit pro fabrica monasterij, non potest res ecclesiæ alienare. 17. q. 4. in venditionibus §. etiam.

Quod cum res ecclesiæ non sint episcopi, sed communes: non licet ei sine consensu capituli res notabiles alienare. 12. q. 2. sine. & c. seq.

Quod serui ecclesiæ qui retineri non possunt, ad episcopo alienari possunt. 12. quæstio.2. fugitiui.

Quod ecclesia alienas res non debet inuadere. 12. q. sicut ecclesia.

Quod alienum non est quod iure possidetur. 14. quæstio. 4. quid dicam. §. hæc enim certe.

Quod peccatum non dimittitur nisi res ablata restituatur. 14. q.8. si res. de pœniten. distinct. 5. falsas.

Quod alienas res inuadunt, qui decimas, quæ pauperibus fiũt, auferunt. 16. quæst. prim. decimæ.

Quod omnis alienæ rei illicita vsurpatio, nomine furti in decalogo prohibetur. 32. quæst. 4. meretrices.

Quod episcopus dicitur aliena rapere cum totum sibi retinẽs, egenis clericis nil impertitur. 93. dist. diaconi sunt. post medium. 1. quæst. 2. si quis propter.

Quod alienas res ecclesiæ compellitur restituere. 12. q. 2. monemus.

Quod episcopus vel presbyter contra constitutum alienans res ecclesiæ, deijcitur de honore. 17. q. 4. quicumque episcoporum.

Quod moriente episcopo non licet metropolitano res defuncti, quæ sunt successoris, occupare vel alienare. 12. q. 2. non licet alicui metropolitano.

Quod cuiuscumque gradus clericis, qui defuncti episcopi res, quæ sunt successoris occupauerint vel alienauerint, anathema & proprij gradus periculum incurrunt. 12. q. 2. hæc huius placiti. & c. non liceat clericis.

De hac materia habes infra de Ecclesia.

Alimenta.

Quod alimenta olerum & leguminum plus prosunt corpori & animæ, quam deliciosa. de consecrat. dist. 5. ne tales accipiamus.

Quod episcopus vel presbyter, si vxorem habet superstitem tenetur ipsi in alimentis prouidere. 31. distinct. omnino.

Quod clerici vxorati ecclesiæ deseruientes, ab ea alimẽta percipiant. 32. distinctio. si qui vero.

Quod ecclesia tenetur illi in alimẽtis prouidere, qui sua quæ habuit dedit ecclesiæ. 16. quæstione septima. quicumque fidelium.

Quod matri & alijs propinquis non obstante iuramento tenetur quilibet in alimentis ꝓuidere. vigesimasecunda quæstione 4. inter cætera.

Altare.

Quod altare nisi sit lapideum, non consecratur. de consecratione, distinctione prima. altaria si non.

Quod altare non debet erigi sine licentia episcopi. de consecratio. distinct. 1. nullus presbyter.

Quod cõsecrari debet chrisma

te & benedictione. de consecr. dist. 1. altaria placuit.

Quod presbyter consecrare altare non potest. 26. quæst. 6. ministrare.

Quod altaria inutilia, quæ consecrata non sunt vel in locis indebitis facta, debent dirui. de consecrat. dist. 1. placuit.

Quod oblatio & fructus altaris vendi prohibentur. 1. q. 2. audiuimus.

Quod altare ad cuius honorem ecclesia est consecrata si motũ fuerit, cum ecclesia debet cõsecrari. de consec. dist. 1. si motum.

Quod in altari in quo celebrauit episcopus, non debet eodem die celebrare presbyter. de cõsec. dist. 2. c. vltimo.

Amor Dei. Quod amare Deum debemus plus quam nostros ꝓximos. 12. q. 1. cui portio.

Quod si Deũ amaremus, omnia difficilia & aspera perficeremus. de pæ. dist. 2. charitas est. §. ergo si.

Quod amor Dei nutritur per verbum Dei, & omnium cupiditatum ligna consumit. de pænit. dist. 2. si sermo meus.

Quod illi Deum amant plus quã se, qui pro eius amore saluti suæ nõ parcunt: & ipsam mortem corporis libenter accipiunt. de pæni. dist. 2. c. charitas. §. illi vero. in fine.

Amor proximi. Qđ amamus proximum sicut nos quãdo non propter aliud, sed propter naturæ participationem eum tantum diligimus, de pęniten. distinctio. 2. charitas. §. proximos.

Quod nõ omnis qui parcit, est amicus; nec omnis qui verberat, inimicus. 5. quæstione 5. non omnis. & capitu. sequen. 23. quæstione quarta, quid faciet.

Quod amor proximi habet plagas suas: quæ dulciores sunt cũ amarissime inferuntur. 5. quæstio. 5. non osculatur. 23. quęst. 1. paratus. in fi. & quæsti. 5. non putes.

Quod proximum sicut nos amamus, cũ ad bonos mores & ad vitam æternam consequendã, sicut nobis eius saluti consulimus. de pęn. dist. 2. charitas est. §. proinde.

Quod sic debemus affici charitatis affectu ad proximos, vt velimus omnes saluos fieri. 24. q. 3. corripiantur. in fi.

Quod melius est proximum cũ seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. 5. q. 5. non omnis.

Quod non est amor, sed languor, vbi mali mores nõ corriguntur. 23. quæstio. quint. non putes.

Ambitio. Quod ambitio est ad honores mundi sine suffragio, & temporis sine merito laboris velle promoueri. 41. dist. miramur. in fi.

Quod quæ per ambitionem malo inchoantur principio, etiam si mores & actus boni fuerint, difficile est vt bono peragantur exitu. 1. quęst. 1. principatus

patus,& c.nullus itaque.

Quod ad honoris suffragia non ambitiosi, sed probatæ vitæ sunt assumendi. 1. q. 7. per illicitam. §.seq. 40.dist.multi.49. dist.qui ecclesiasticis.& c. hoc ad nos.

Quod boni prælationis honorem non ambiunt, sed alios sibi tanquam digniores præponunt. 8.q.1.illud.16.q.1. vos autem.

Quod episcopus vel presbyter, qui ambiens celebriorem sedem suam deserit, vtramque sedem perdit. 7.q.1.si quis episcopus. & cap. seq. 8. q.1.apostolica.

Quod casum quærit qui per ambitionem ad honoris fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. 48.distin. sicut.1.q.1.sicut is.

Quod obedientiæ meritum non percepit, qui in hoc obedit ad quod libido ambitionis trahit. 8.q.1.cap.sciendum.

Ambrosius. Quod Ambrosius hortatu Valentiniani Imperatoris in Mediol. episcopum eligitur. 43. dist. Valentinianus.

Item de constantia eius respectu Imperatoris,& de patientia respectu aduersitatis, habes 23. q. 8.conuenior.

Amens. Quod amens qui in furiam versus est vel diabolica afflictione vexatus est, non debet promoueri. 33. distin. maritum. & cap.seq.

Quod malum ex dementia factum & tempore dementiæ non imputatur. 15.q.1.aliquos. & duobus cap.seq.

Quod mala non sunt quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant, sicut est in dementibus. 15. quæst.1. illa.

Quod an peccata, quæ dementes committunt, qui nolentes & non scientes committunt, excusentur .15. quæst. 1. merito.

Amplexus. Quod amplexus personæ indebitæ præsumtionem inducit lasciuiæ. 27.q. 1. nec aliqua.31.distin.omnino.

Angelus. Quod angelus creatus est in gratuitis, de pœn.distinct. 2. §.principium enim.

Quod principium eius est dissimile principio hominis propter infirmitatẽ humanæ conditionis. de pœn.dist. 2. §.principium. ante me.

Quod in nouem ordinibus angelorum quātæ sint distinctiones ciuium supernorum, ostenditur. de pœn. distin. 2. §. principium.circa med.

Quod diuersitas angelorum ordinum Deo obsequentium exemplar est hominibus, vt secundum diuersitatẽ graduum geretur administratio singulorum. dist. 89. ad hoc.

Quod ab angelis qui præsentes sunt nostris operibus, defuncti quandoque aliqua insinuantur. 13.q. vlt. fatendum. 50. distin. de his vero.

Quod angelus de cęlo quantumcunque de securo loco pec-

cando cecidit. 40. dist. q̄libet.

Quod homini elato in terra timor incutitur, quia angelus aliorum angelorum prælatus in cælo prosternitur. de pœn. dist. 2. circa princi. §. quod ergo.

Quod boni angeli ex casu malorum quasi territi, a laude perfecta impediti fuerunt. de consc. dist. 1. hi duo.

Quod ad reparandum angelorū ordinem Deus hominem formauit. de consc. dist. 1. hi duo.

Quod angeli omnes in creatione æquales fuerunt. de pœ. dist. 2. §. quod autē. alias, ꝙ vero.

Quod angeli nisi essent in gratia firmati, peccare possent. ibid.

Qđ angeli nec primus nec alii sunt in gratia creati. de pœ. dist. 2. citius post med.

Quod angelus primus non ad Dei similitudinē sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur. de pœn. dist. 2. iuxta si.

Qđ angeli tam boni quā mali per cœlum figurantur. de pœ. distin. 2. circa finem.

Quod angeli in cœlis gaudēt super vno peccatore pœnitētiam agente, magis q̄ super nonaginta nouem iustis, quia fortius hōo resurgit post pœnitētiam. 5. dist. quia sanctitas tua.

Quod angelorum prædicatio & dæmonum confessio de Christi aduentu, multum distent. 37. dist. si quid veri.

Ananias. Quod Ananias propter defraudationē pecuniæ grauiter punitus fuit, ponitur in exemplum his qui vouendo seipsos Deo, retroceduut 17. q. 1. Ananias. 12. q. 1. dilectissimis, circa medium. 23. quæst. 4. quod Christus §. potest 22. dist. qđ interrogasti in fine.

Anastasius. Quod Anastasius Papa secundus ꝑpter fauorē hæreticis exhibitū diuino nutu percussus est. 19. dist. Anastasius 1. q. 1. dictum est in fine. & vide adnot. ad cap. Anastasius.

Anathema. Qđ anathēa nihil aliud est q̄ separatio a Deo, & ponitur ꝓ excommunicatione 24. q. 3. certum est.

Quod anathema sit qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere, & resistere, aut ecclesiam Romanā inuadere, & in gradū filiorum eius prorūpere præsumpserit. 78. dist. si quis ex episcopis. & c. si ex sacerdotibus.

Quod anathema danti, & anathema accipiēti, hoc est simoniaca hæresis. 1. q. 1. quicunq; sacros ordines. & c. placuit.

Quod anathema non solū a fraterna societate, sed etiam a corpore Christi, quod est ecclesia, & a consortio fidelium repellit 3. q. 4. c. vlti.

Item sacramentorum perceptione, & sic est maior excommunicatio 5. q. 2. præsenti. 17. q. 4. quisquis §. si quis.

Qđ anathema sit si quis omnem traditionem ecclesiasticā violat. 1. q. 7. si quis omnem.

Quod anathematizatus clericos accusare non potest. 2. q. 7. in sanctæ. & 3. q. 4. nulli. & 6. q. 1. illi

illi qui.&c.omnes.

Anima. Quod anima corpori præponitur. 38.dist.sedulo.12.q.1.præcipimus.

Quod anima sine corpore corporaliter non viuit 1.q.3.si quis obiecerit.

Quod anima nõ potest in eo corpore dici, quod sensu caret.32.q.3.quod vero non formatum.

Quod non infunditur nisi formato corpori. 22.q. 2.quod vero non.

Quod non ex traduce,neque cum semine anima infunditur. 32.q.2.quod vero non.

Quod vt non credatur anima esse in corpore sicut spiritus in idolo:non dicitur in sicco esse, sed in sanguine hominis habitare. 22.q. 2.c.Moyses, in fin.

Quod sicut anima est vita corporis,sic Deus est vita animæ. de pœn.dist.1.resuscitatus.§.item si antequam.

Quod anima corpori vnita si baptismate lota non fuerit, æternaliter perit. 24.q.3.si habes. in fine.

Quod magna quæstio est de anima.32.q.2.quod vero non formatum.

Quod anima quæ peccauerit, ipsa morietur.34.q.3.si habes.

Quod animarum saluti episcopus studere debet. 38.distinct. Petrus.

Quod animæ salus est aliquando mutare locum:dum enim mutatur locus, mutatur mentis affectus.81.dist.valet.

Quod illa anima decora dicitur,in qua virtutum gratia, & diuinę operationis effigies relucet. de pœnit. distinct. 2. illa anima.

Quod animæ defunctorum quatuor mod's soluantur 13.q.2. animæ defunctorum.

Annus. Quod annus per quatuor voluitur tempora.76.dist.c.1.& 2.

Quod annus nomine fati aliquãdo appellatur. 2.q. 6.ei qui §. appellatore.

Item pro anno dies ponitur.33.q. 2.hoc ipsum.

Item pro anno ponitur tempus. de consecra.distinct.4.si tempore.

Antiochus. Quod Antiocho vendẽte Iasoni sacerdotium, ignis qui septuaginta annis Babylonicæ captiuitatis vixerat,in detestationẽ simoniæ extinctus est.1.q.1.sicut eunuchus.

Antiquitas. Quod antiquitas a sanctis patribus accepta,a modernis est obseruanda 12.dist. ridiculum.

Quod antiquitati defertur in multis, scilicet in libris corrigendis.9.distinctio. vt veterum.

Item in consuetudinibus sequendis.12.dist.consuetudo.

Item in dubiis determinandis. 50.distinctio. domino sancto. vigesima distinctio. de quibus.

Item in prælatis eligendis 71.dist. statuimus.

Item in testificationẽ.35.q.6. notificamus.

Item in eleemosynis largien-

dis. 86. dist. considerãda.
Item in suspicionis remotione. 34. dist. fraternitatis.
Item in excusationis admissione. 18. dist. placuit.
Item in pœnę relaxatione vel mitigatione 86. dist. tanta. 26. q. 7. tempora.
Quod antiquitas naturæ ducit ad defectum. 32. q. 2. ancillam. 20. dist. de quibus.
Quod antiquitas culpæ ducit ad interitum. 23. q. 1. schisma 2. q. 7. Paulus.
Quod antiquitas gloriæ ducit ad thalamum sponsi. 61. distinct. sponsus.
Quod antiquitas æternitatis ducit ad perpetuos amplexus. de consecra. distin. 4. non ex quo.
Quod antiquitas diaboli ducit ad prognosticãdũ: multa enim dæmones sciunt ex antiquitate. 26. q. 4. sciendum.

Antichristus. Q̃d antichristus vt facilius Christianos & Iudæos ad ritum suum attrahat, diem dominicum in fauorem Christianorum, & in fauorem Iudæorum sabbatum custodire faciet. de consec. dist. 3. peruenit.

Anulus. Quod spõsus spõsam annulo debet desponsare. 30. quæst. 5. nostrates.
Quod annulus sponsæ a sponso & econtra datur in signum mutuę dilectionis & fidei coniugalis. 30. q. 5. feminæ, circa finem.
Quod ideo annulus quarto digito a sponso sponsæ inseritur, vt sicut vena in illo digito cordi coniungitur, sic eorum corda coniungantur, 30. q. 5. feminæ, in fi.

Appellatio. Q̃d appellatio est remedium quo causa vitiata subleuatur. 2. q. 7. c. 1.
Quod appellatur a minori ad maiorem gradatim. dist. 99. prouinciæ. 2. q. 6. omnes. & cap. si quis putauerit, cap. placuit. cap. decreto. & cap. anteriorum §. illo. 9. quæst. 3. conquestus.
Quod ad Roma. sedem indistincte appellatur. 2. q. 6. si quis vestrum. & sex c. seq. & c. quoties episcopi.
Q̃d appellationi ad sedem apostolicam interpositæ ab omnibus est deferendum. 2. q. 6. decreto. & c. quoties epĩ.
Quod appellationis tẽpus decem dierum assignatur. 2. q. 6. anteriorum. c. omnino.
Quod tempus exeqũdi appellationem est annus, vel ex causa bienniũ. 2. q. 6. si quãdo. §. tp̃s.
Quod appellari potest post datam vel ante datã sentẽtiam. 2. q. 6. qui scit. §. patet c. quoties episcopi. & c. si quis iudicem.
Quod ab eo a quo appellatũ est, debent dare litterę dimissorię, q̃ dicunt apostoli, ei qui appellauit. 2. q. 6. post appellationẽ.
Quod ea pendente nihil innouatur. 2. q. 6. appellatione interposita. & c. seq.
Quod appellationi non deferens punitur. 2. q. 6. decreto & c. quoties episcopi.

Quod

Quod processus post appellationem factus eneruatur. 3.q.6. quoties episcopi.

Quod post secundã appellationẽ tertio appellãs sup eadẽ causa non audit. 2.q.6. si aũt prouocatũ.§. si quis in quacumque.

Quod appellationi licet renunciare. 2.q. 6. si qñ.§. si vero is.

Quod forma vel modus appellationis ante vel post sententiam ponitur. 2.q.6. appellatione. §. forma.

Quod appellare possunt quorum interest, vel qui negotium gerunt, vel quibus mandatum est. 2.q.6. non solent.

Quod si vnus appellat, prodest aliis in eodem crimine cum eodem condemnatis. 2. q. 6.c. si quando.§. quandoque.

Quod iudex a quo appellatur, nõ potest esse testis in causa appellationis. 2.q.6. statutum.

Quod ab executore sentẽtiæ non potest appellari nisi modũ excedat executor. 2. q. 6. si quando.§. ab executore.

Quod possessore appellante bona sequestrantur. 2.q. 6. quoties post auditam.

Quod qui per appellationem non quærit nisi tempus redimere, non est audiendus. 2.q. 6. quicumque.

Quod a iudicibus de communi consensu electis non licet appellare. 2.q.6. a iudicibus.

Quod iniuste & frustra appellans punitur in quadruplum expensarum. 2.q.6. omnino.

Quod nullius debito modo citati, & per contumaciam absentantis appellatio recipitur. 2. q. 6. si quando. §. sunt etiam.

Quod nec notorii malefactoris de crimine conuicti vel confessi appellatio admittitur. 2. q. 6. si quando. §. sunt etiam. ver. nullus etiam.

Quod propter plura facinora cõdemnatus: si a maiori appellauerit prætermissis aliis, est audiendus. 2.q. 6. appellatione. §. si quis ex.

Apocrypha. Quod apocrypha scripta: dicunt', id est, secreta: quia in secreto & non in publico sunt legenda. 15. dist. & 17. per totum.

Quod apocrypha sunt quorum auctor secretus est: & qñque si non ignoratur, tamen ab ecclesia non recipitur, ibidem.

Qđ apocrypha dicuntur q̃ in ecclesia recipiũtur. sed in canone scripturarũ non cõputãtur ibi.

Apostata. Quod apostata est trãsgressor legis suæ, eiusq; violator. 3.q.4. beatus.

Quod obseruans diuinationes & sortilegia, sciat se a fide Christi apostatum, retro abeũtem. 26. q. vlt. non obseruetis.

Quod fideles sub Iuliano apostata constituti obediebant sibi his quæ erant pro republica, non cõtra fidẽ. 11.q.3. Iulianus.

Quod enormitas criminis huius apostasiæ innuitur ex pœna Ananiæ. 17.q.1. Ananias. 32.q. 7. quid in omnibus.

Quod apostata a fide nõ admittitur in testimonium contra aliquem. 2.q.5. non potest. 3.q.4. alieni. & duobus c. seq.

Quod talis omnibus infamibus, & in infamia præponitur. 6. q.1.infames.3.q. 4.alieni. & c. si quis.

Quod apostasia religionis fit in postpositione tonsuræ, & sæcularis vestis assumptione. 20. q.2.si in qualibet.

Quod canonicus regularis si animi leuitate motus sine sui superioris licentia monachus efficitur, tamquã apostata redire compellitur & punitur.19. q.3.mandamus.

Quod vouere Deo religionem & castitatem, & retrocedere damnabille est.17.q.1.q bona 27. dist.virgines.20. 1.puellæ.32.q. 5.si Paulus,post medium.

Quod tales apostatæ priores efficiunt aliis peccatorib. 47.dist. quantumliber.16.q.1.quidam.

Quod apostatis qui professi sunt, non redduntur bona quæ ad ordinem portauerunt.27.q.vl. quicumque vult. §.vlt.

Quod apostatæ cogendi sunt ad redeundum. 27. dist. quod interrogasti. 20.q. 1. quem progenitores.& q.2.si in qualibet. & q.3.procliuus.

Quod reuersus in habitu & stallo & in aliis punitur.19.q.3.mandamus.

Quod redire cõtemnentes excõicantur.20.q.2.si in qualibet.

Item incarcerantur.45. dist. cum beatus.§ Salomon.

De hac materia habes vbi ponitur vagatio.

Apostolica. Quod apostolica sedes præclara est omnibus ecclesiis. 63.dist.quanto.

Quod ipsa est prima auctoritate & dignitate, licet Antiochena sit prior tempore. 21.dist.nunc autem.24.q.1.rogamus.

Quod apostolicæ sedi Constantinopolitana ecclesia subsit, nemo dubitare debet.22. dist.de Constantinopolitana.

Quod ipsius in iudiciis est maior auctoritas.9.q.3.patet.& c.ipsi sunt.

Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare.17.q.4.nemini. 21.dist.nunc autem.

Quod immediate apostolicæ sedi subiecti, maxime qui propinqui sunt annue se debent præsentare circa idus Maii. 93.dist.iuxta. & §. præcedenti.

Quod in apostolicam sedem neuter illorum qui ex concertantium temeritate fuerit ordinatus, est permittendus permansurus 79.dist.si duo.

Quod apostolica sedes peccatores & contumaces ad salutem quoquo modo attrahere debet.17.dist.nec licuit.

Quod sine apostolicæ sedis licentia cõpagis, id est sadalibus diaconis, & clericis mappulis vti non licet 93. dist. peruenit. 2. & §.præcedenti. & c.illud.

Quod apostolicæ sedis auctoritate concilia vniuersalia sunt cõgreganda.17. dist. multis. & c. regula.& c.concilia.

Quod ad apostolicã sedem sunt dubia & ardua referenda. 17. dist.nec licuit. 19. q. 1. frater. 24.q. 1. rogamus. & duobus ca.seq.

Quod apostolica auctoritate doctorum opuscula approbantur

tur & reprobantur. 19. dist. si Romanorum.

Quod apostolicæ sedi specialiter reseruatur iudicium episcoporum. 3. q. 6. dudum.

Item restitutio depositorum. 2. q. 6. ideo huic.

Item congregatio conciliorum. ibidem.

Item restitutio hæreticorum 1. q. 7. conuenientibus. circa principium.

Item exemptio episcoporum. 16. q. 1. frater.

Item determinatio quæstionum in fide. 24. q. 1. quoties.

Item mutatio episcoporum 7. q. 1. mutationes.

Item diuisio & vnio episcopatuū. 16. q. 1 & temporis.

Item absolutio excommunicatorū ab eodem. 21. dist. in[illegible]or.

Item interpretatio antiquorum canonum & scripturarum. 17. dist. nec licuit.

Item pallii datio. 100. dist. quoniam.

Item simoniacorum dispensatio. 1. q. 3. Paulum.

Item nouarum & difficiliū quæstionum diffinitio. 17. distinct. multis.

Item famæ restitutio. 2. q. 3. Euphemium. §. hinc colligitur.

Quod Christianus peccatum infidelitatis seu paganitatis incurrit, qui sedi apostolicæ obedire comtēnit. 81. dist. si qui sunt presbyteri. in fi. 93. dist. qui cathedram. 22. dist. omnes siue.

Quod apostolicis nolēs obedire præceptis, a pōtificalib. fit alienus officiis, & fit ruinę suæ dolo prostratus. 9. dist. nulli fas. 11. dist. c. 1. & 19. dist. ita dominus.

Quod apostolicis pręceptis nō est superbe resistendū, sed eius iugum est pie tolerandum. 12. dist. præceptis apostolicis. 19. dist. in memoriam.

Quod ab apostolicis non licet institutis recedere. 11. dist. hoc. & c. consequens.

Quod apostolica sedes ab omnibus est honoranda: & ei obediendū est in memoriā beati Petri apostoli. Et quāuis iniustum videatur quod mandat & intolerabile: tamen pia deuotione toletādum est. 19. dist. in memoriam. & 31. dist. antę. 23. q. 1. quid culpatur.

Quod ex apostolica tuba sonora prædicatione salus omnium in vniuerso mundo exiuit. 19. distin. in memoriam. 43. dist. sit rector.

Quod quæcunque emanant ab apostolica sede, aut dicuntur decretales epistolæ. 19. dist. c. 1. & c. in canonicis.

Aut sanctiones ea. dist. c. sic oēs.

Aut iugum vocatur. eadem dist. in memoriam.

Aut instituta & constitutiones, eadem dist. enimuero. & 20. dist. de libellis.

Aut præcepta. 19. dist. nulli fas est.

Aut concilium. 27. dist. regula.

Aut synodus. eadem dist. nec licuit. & c. multis.

De hac materia vide vbi agitur de ecclesia Romana, & de Papa, & de Dispensatione, & de sede Apostolica.

Apostolus. Quod apostolos, id est, epi-

ſcopus & preſbyteros dominus elegit: diaconus autē poſt aſcenſum domini in cęlū apoſtoli ſibi conſtituerunt epiſcopatus ſui miniſtros 93. diſt. dominus noſter. cap. pen.

Quod apoſtoli prius docti ſunt a Chriſto, & poſtea ab ipſo ad prædicandū miſſi, in exemplum ꝙ prædicatores prius ſacris litteris debent inſiſtere, nec tunc quærant diſcere, cum ex officio alios debent docere. 36. diſt. §. ecce.

Quod apoſtoli fuerunt pares Petro in apoſtolatu, ſed nō in adminiſtratione: & ipſum primum principem voluerūt: & ſeptuaginta duos diſcipulos elegerunt: loco quorum ſucceſſerunt epiſcopi. 21. diſt. innouo. & 22. diſt. ſacroſancta.

Quod apoſtolorum princeps Petrus factus eſt poſt peccatum in exemplum ꝙ quantūcunq; magnus peccator poſt pœnitētiam non eſt repellendus a dignitate. 50. diſt. conſiderandū.

Quod apoſtoli patres eccleſię fuerunt: pro quibus nati ſunt ei filij, ſcilicet epiſcopi. 68. diſt. quorum.

Quod apoſtolorum tempore ſpiritusſanctus viſibiliter operabatur in ſacramentis. 1. quæſt. 1. multæ.

Quod apoſtolorum tēpore multitudinis credentium erat cor vnū: & nihil erat eis proprium, ſed erant eis omnia communia: & omnia ante eorum pedes ponebātur: qa inſtante perſecutione ea poſſidere eis non licebat. 12. q. 1. dilectiſſimis.

Quod Apoſtoli vxores ſuas quas ante apoſtolatum duxerant, ſine carnali commiſtione circumducebant, vt mercede prędicationis ſuſtentarentur ab eis. 31. diſt. omnino.

Quod Apoſtoli prædia in Iudæa minime poſſederunt, ſed vendiderūt, & pretia eorū tantummodo ad fouendum egentes ſeruabant: quia futuram eccleſiam in gentibus præuidebant. 12. q. 1. futuram. & c. ſeq.

Quod apoſtolos dominus ad prędicandum miſit ſine auro & virga, vt ab eis incentiua litis, & inſtrumenta tolleret vltionis. 11. q. 3. ita ſæpe.

Quod ipſis omnibus ſacramentorum diſpenſationem commiſit. 19. diſt. ita dominus.

Quod Chriſtus ipſis vindictam prohibuit. quoniā eos volentes Samaritanos per ignē conſumere, compeſcuit. 23. q. 4. quod Chriſtus.

Quod regulares imitatores Apoſtolorū ſunt quantum ad proprietatum abdicationem, nec debent dicere, meum vel tuum eſt. 12. q. 1. dilectiſſimis. 16. q. 1. ex auctoritate.

Quod epiſcopi & ſuperiores quantum ad dignitatem, & omnis preſbyter quantum ad eucharistiæ confectionem, & ligandi & ſoluendi poteſtatem habent. diſt. 21. in nouo. 11. q. 3. abſit, vt quidquam.

Aqua. Quod aqua cum ſale omnibus ſacerdotibus benedici præcipitur. de conſec. diſt. 3. aquam.

Qđ in ſabbato ſancto ante chriſmatis

ſmatis immiſſionem propter aſperſionem debet accipi. de cõſe.diſt.4.in ſabbato ſancto.

Quod eius, qui huius virtute aſpergitur, venialia delentur, & inſidiæ diaboli cum phantaſmatibus fugantur. de conſec. diſt.3. aquam.

Quod huius inſtitutionis efficacia in veteri lege eſt multipliciter præfigurata. de conſecr. diſt.4.nec quemquam.

Arbiter. Quod arbitri sũt qui conſenſu litigantium in iudices eliguntur, vt ipſorum ſententiæ ſtent. 2. q.6.a iudicibus. §. quod de arbitris.11.q.1. ſi clericus.

Quod non licet ab ipſis appellare. 2.q.6. a iudicibus ver.arbitrarii.& c.placuit 2.

Quod nullus poteſt eſſe arbiter in ea cauſa in qua eſt iudex.3. q.7. infamis. ante finem. §. ſi quis vero.

Quod ſeruus arbiter eſſe non poteſt.3.q.7.infamis.in fine.

Quod infamis in arbitrio non excluditur, nec etiam filius in re patris. 3. quæſt. 7.infamis.circa finem.

Quod arbitrii liberi nos condidit Deus, vt nec ad virtutes nec ad vitia neceſſitate trahamur. de pœn.diſt. 2.vt cognouerũt. §.liberi.circa finem.

Archidiaconus. Qđ archidiaconus nemo debet eſſe niſi ſit diaconus.60.diſt.nullus epiſcopus.& duobus ca.ſeq.

Quod debet tali cõferri cui ætas debita cum prudentia, & vita merita ſuffragantur.diſt. 60. innouamus, diſt.93.degimus. poſt medium.

Quod archidiaconus eſt coadiutor epiſcopi in ordinatione clericorum. 23. diſt.ſubdiaconus & c.ſeq.

Quod archidiaconi intereſt miniſtros eccleſiæ & parochiarum, vt officia ſua diligenter expleant commonere. 25.diſt. perlectis.§.hi ſunt.

Quod ipſius eſt de archipreſbytero prouidere 63. diſtin. ſi in plebibus.

Quod non debet ab archipreſbyteris vel preſbyteris pecunias vel alia extorquere. 94. diſt.dictum.

Quod non debet præbendas vel eccleſias cum cura animarum ſine conſenſu epiſcopi conferre.16.q.7.nullus omnino.

Archiepiſcopus. Qđ archiepiſcopus Græce, ſummus epiſcoporum dicitur Latine. 21.diſt.cleros.

Quod archiepiſcopus ante pallii receptionem nec ſe debet vocare archiepiſcopum, nec ea quæ ſunt pontificalis dignitatis debet exercere.100. diſt. quoniam quidam.

Quod vltra tres menſes conſecrationis ſuæ non debet differre pro pallio laborare. 100. diſtin. quoniam quidam.

Quod accipiens pallium, primo fidem catholicam debet profiteri, & iurare ſtatuta ſedis apoſtolicæ & conciliorum principalium cuſtodire. 100. diſtin. quoniam.

Quod non poteſt vti pallio niſi

intra suam prouinciam,& hoc tantum in missarum solēniis. 100.dist.pallium tibi.& c.contra morem.

Quod archiepiscopus debet primatibus obedire.99.dist.c.1.

Quod episcopi vocati sunt in partem solicitudinis archiepiscopi.9.q.3.c.1.& c.seq.

Quod archiepiscopi interest episcopum confirmare & consecrare.64.dis.episcopi.c.extra. 15.dist.non debet.

Quod ipsius est cogere omnes sub eo diœceses, vt in officio diuino decantando a metropolitana ecclesia non discrepent. 12.dist.de his qui.

Quod episcopi prouinciales debent interesse electioni & cōfirmationi archiepiscopi. 63. dist.metropolitano.66.distin. archiepiscopus.

Quod archiepiscopus non nisi in sua ciuitate debet a prouincialibus episcopis ibidem cōuenientibus consecrari.51.distin.qui in aliquo,in fine.

Quod excessus suffraganeorum suorum potest punire.12.dist. de his qui.10.q.3.quia.

Quod omni anno semel prouincialem synodum tenetur facere:sed ibi de suffraganeorum rebus nil debet extorquere.18. dist.quoniam.

Quod ipsius est causas dubias suffraganeorū diffinire. alioquin debet eos sedi apostolicę transmittere 18. dist.de concilijs.6.q.4.si inter episcopos.

Quod archiepiscopus non debet iudicare causas eorū qui subsunt episcopis, nisi per consultationē vel per appellationem ad ipsum fuerint deuolutæ.17. distin. multis. 6. q. 3. scitote. 3.q.6. per, peregrina. 9. q. 2. conquestus.

Quod archiepiscopus potest absoluere quem suus suffraganeus excommunicauit ordine non seruato.11.q.3.si episcopus forte.2.q.1.nemo.

Quod de his quæ sunt vtrique communia , archiepiscopus sine consensu episcopi non debet se intromittere. 9.q.3.c.1.

Item nec de his quæ sunt specialia episcopi, sicut beneficia conferre, deponere, & excōicare, & huiusmodi nisi ad ipsum fuerit appellatum. 9. q. 2. nullus primas.6.q.3. scitote.9.quæst. 3.conquestus.

Quod si negligens esset suffraganeus, pręmissa trina admonitione archiepiscopus potest se de aliquib.intromittere.9.q.3. cū simus.& c.per principalem.

Quod archiepiscopus suam prouinciam diuidere non potest, nec possunt esse duo archiepiscopi in vna prouincia 101. distin.peruenit.

Quod solus Papa suffraganeum a iurisdictione ipsius eximit. 16.q.1.frater noster.

Arma. Quod arma victoriæ antiquorum patrum sunt nobis in exemplum spiritualium bellorum & victoriarum.23.q.1.nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt in ecclesia legi Iudæorum historias,vt per eas ad arma spiritualia informemur.23.q.1.nisi bella.

Quod

Quod contra arma persecutorum clericus debet se munire armis orationum & lacrymarum. 23.q.8. non pila quærant. & c. conuenior. ante med. dist. 36. c. vlt.

Quod Christus in Ægyptum ab Herode fugiens, & lapidibus Iudæorum cedens, docuit non arma armis, sed fugam persequentibus opponi. 23. q. 3. c. 1. §. 1. per totum.

Quod ideo dictum est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, vt clerici & prælati armis bellorum non vtantur. 23. q. 8. cum a Iudæis. & tribus c. seq.

Quod ecclesia cum a paganis impugnatur, non corporalia arma, sed Christum patiẽter expectat. 16. q. 3. porro.

Quod laicis ecclesiam, patriam, & socios defensando, licet arma sumere 23. quæstio. 3. per totum.

Quod prælatis & clericis licet laicos hortari contra inimicos fidei, & contra oppressores. 23. quæst. 8. igitur. & cap. sequen.

Argumentatio. Qđ argumentatio quandoque fit de minori ad maius. 38. distin. si in laicis.

Item a maiori ad minus. 32. q. 5. si Paulus.

Item a toto ad partem. 13. q. 5. pœnale. circa prin.

Item a parte ad totum. 32. q. 4. meretrices.

Item a nominis interpretatione. 16. q. 1. placuit.

Exemplum ibidem in interpretatione monachi.

Item ab auctoritate. 32. quæst. 1. dixit.

Item a simili. 2. quęst. 6. qui se scit. 2. q. 1. multi. in fi.

Item ab oppositis vel contrariis. 8. q. 1. sciendum.

Arrogantia. Quod arrogantes dicuntur qui garrulitatem auctoritatẽ putantes, humiliter nesciunt inferre quod docent. 46. dist. c. 1. & seq. 49. dist. hinc etenim. circa medium.

Quod nihil est impudentius arrogantia rusticorum. 46. dist. c. 1.

Ars. Quod ars liberalium artiũ debet diligenter doceri, quia per eam manifestantur diuina mandata. 37. distin. de quibusdam.

Asperitas. Quod asperitas immoderata correctionem non inducit, nec salutem. 45. distin. cum beatus. & c. recedite. & c. qui syncera. 23. q. 1. paratus, post medium.

Quod neque multa asperitate exulcerandi sunt subditi, neque nimia benignitate dissoluendi. 45. distinctio disciplina.

De hac materia habes vbi agitur de correctione & austeritate.

Auaritia. Qđ auaritia quæ instituit meum & tuum, est iuri naturali contraria, quod dictat om-

nia communia. 8. dist. differt. 47. dist. sicut. 12. q. 1. dilectissimis. & c. duo.

Quod ipsa in terrenis rebus ad sufferendum aduersa fortes facit, in cælestibus debiles. 47. dist. omnes.

Quod excæcat rationem, & gratius intuetur aurum quam solem, 48. dist. sicut. & 37. distin. nonne.

Quod auaritia dicitur idololatria vel fornicatio. 28. quæst. 1. idololatria. 1. quæst. 1. cum omnis.

Quod auaritia facit adulari regibus, vt hæreditates captent alienas. 37. dist. nonne.

Quod hæreticus inscius auaro scienti coæquatur. 6. quæst. 1. quæro.

Quod clericis & maxime prælatis inhibetur. 33. distin. his igitur. 1. q. 1. cum omnis. 8. q. 1. sunt in ecclesia. 10. q. 1. relata. 12. q. 2. gloria.

Quod clericus aliena rapere conuincitur, qui sibi vltra necessaria retinere probatur. 42. dist. c. 1. & 47. dist. sicut hi.

Quod pœna auarorum innuitur. 14. q. 4. ministri. 16. q. 1. reuertimini. post med. & c. sequen. circa si.

Audacia. Quod audacia humana per leges coercetur institutas. 4. distin. factæ sunt.

Auctoritas. Quod auctoritas regalis & sacerdotalis tenetur defendere res ecclesiæ 23. q. 5. res autem omnes.

Quod auctoritate sacra pontificum regitur iste mundus. 96. dist. duo sunt.

Quod plenam auctoritatem habent rectores sedis apostolicæ. 11. distin. consequens. & c. sequen.

Quod longæuæ consuetudinis non vilis auctoritas est, dummodo canonibus non sit contraria. 11. distinct. consuetudinis.

Quod auctoritati legis cedere debet vsus siue consuetudo praua, maxime sedis apostolicæ. 11. dist. c. 1. & c. seq.

Augurium. Quod augurium quod fit in consideratione auium ad scientiam futurorum, est ex traditione malorum angelorum 26. q. 2. qui sine.

Quod hanc artem exercere vanitas est & superstitio 26. qō. 2. sed & illud.

Quod idololatriæ cultus est augurij superstitionibus implicari 26. q. 2. sed & illud.

Quod auguriis deseruiens est ab ecclesia separandus. 26. qō. 5 auguriis.

Austeritas. Quod austeritas indiscreta in vigiliis & orationibus reprehenditur. de cōsec. dist. 5. non mediocriter.

Quod melius est per mansuetudinem peccatores ab errore, quàm per austeritatem in foueam perditionis propellere. 45. dist. recedite.

Quod cum austeritate imperant qui subditos suos non cum tranquillitate corrigere, sed aspere reflectere festinant. 45. dist.

dist.c.vera iustitia.

Quod quia Deus benignus est, dispensator eius, austerus esse non debet. 46. quæst. 7. alligant.

Aurum. Quod aurum habet ecclesia, vt egentium necessitati & sibi & captiuorum redemptionibus deseruiat. 14. q. 2. per totum cap.

Quod sicut auri fulgor præualet metallo plumbi, sic pontificalis dignitas præualet regum diademati. 96. dist. duo. in fine.

Quod ideo Christus sine auro apostolos ad prædicãdum misit, vt ipsis subtraheret causam litis. 11. q. 3. ita.

Quod cũ episcopatus auro emitur, anima perditur. 1. q. 1. cum ordinaretur.

Quod gratius intuetur cupidus aurum quam solem. 47. dist. sicut.

Quod auro cito violetur iustitia. 11. q. 3. pauper.

Auxilium. Quod auxilium ecclesia contra hostes nõ propter vltionem, sed propter defensionem potest petere a principe. 23. q. 3. Maximianus.

Quod vt ecclesia pacem adipiscatur, vt aliquis vtilitati multorum seruetur, sicut Paulus apostolus fecit, vtile est petere auxilium. 23. q. 3. sex differentiæ, post medium.

Quod episcopi tenentur mutuo sibi præbere auxilium pro pace terrarum facienda. 90. dist. præcipimus. & c. seq.

Quod infirmanter episcopo ipsi vicini in his quæ spectãt ad officium pontificale, auxilium debent ferre 7. q. 1. pontifices. c. 3. & c. quamuis.

Quod sacerdos qui fuerit de collegio, si in aduersitate suæ ecclesiæ ab auxilio se subtraxerit, magis schismaticus quam sacerdos iudicabitur. 3. quæst. 1. nulli.

Quod in præsenti vita consiliorum & orationum mutua auxilia possunt fieri. 13. qõ. 2. in præsenti. de pœn. distin. 6. §. 1. ante medium. de consec. dist. 4. quæris.

Quod oppressis non ferentes auxilia cum possint, peccant, 23. quæst. 3. ostendit. & c. non in inferenda.

Quod in damnum alterius nulli auxilium est dandum. 14. q. 5. denique.

Quod malefactoribus auxilia nõ sunt ferenda. 14. quæst. 5. per totum.

De hac materia require in titulo de adiutorio.

Astrologia. Quod astrologia quia nihil confert ad salutem, sed potius mittit in errorem, a quolibet fideli est postponenda. 37. distin. legimus. §. sed contra. 26. q. 2. illud quod, circa fin.

B*abylon.* Quod Babylonis filia anima esse dicitur, quæ propter lubricas cogitationes filia Dei esse definit. de pœn. dist. 3. in salicibus.

Quod amissio gloriæ virginalis designatur in ignominiosa, destructione Babylonis. 32. q. 5. si Paulus, post medium.

Quod ignis qui per septuaginta annos Babylonicæ captiuitatis vixerat Iasone vendente sacerdotium, in detestationem simoniæ extinctus fuit. 1. q. 1. sicut eunuchus.

Balaam. Quod Balaam qui pro mercede iniquitatis ab asina corripitur, ponitur in exemplũ quod prælatus propter culpam a subdito, & doctus ab indocto potest argui. 2. q. 7. secuti. & cap. nos si incompetenter. & cap. Paulus. 2.

Balneare. Quod balneare se, perfectis & religiosis licet. 24. quæstio. 1. omnis.

Quod in die dominico balneum conceditur, dummodo non fiat per voluptatem, sed pro necessitate. de conse. distinct. 3. peruenit.

Balsamus. Quod Balsamus a clericis sicut chrisma vel baptismus non debet vendi. 1. q. 1. dictum est solere. & cap. quibusdam.

Quod episcopi de facultatibus ecclesiæ balsamum tenentur cõparare. 1. q. 1. statuimus. 1.

Quod episcopus qui balsamum benedictum vẽdit, simoniam committit, & damnationem perpetuam incurrit. 1. q. 1. placuit vt nullus episcoporum.

Baptismus. Qđ baptismus triplex, scilicet salutaris specificat videlicet fluminis, flaminis & sanguinis. de consecra. distin. 4. baptismi. & cap. catechumenum.

Quod tunc prodest sanguinis & flaminis, cum baptismum fluminis non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. de consec. distin. 4. baptismi vicem. §. quantum itaque.

Quod latro baptismo flaminis & sanguinis baptizatus est qñ Christum in cruce confessus est. de pœn. dist. 7. nullus expectet. circa princ. §. vlt.

Quod baptismus fluminis sumpsit simpliciter virtutem ex passione Christi. de consecra. dist. 4. proprie.

Quod Pharao in aqua submersus designat quod diabolus omnes vires amittit in aqua baptismatis. de conse. dist. 4. nec quemquam, ante si.

Quod baptismi est multiplex prę rogatiua, videlicet quia potest suscipi sine aliis sacramentis. sed non alia sine eo. 1. qõ. 1. si quis per ignorantiam.

Item quia potest dari a quocumque, quod non alia. 32. dist. c. præter. §. verum. & §. porro. per totum.

Item quia est fundamentum & ianua aliorum sacramentorũ. de consecra. distinct. 4. cum itaque. in fin.

Item quia sine eo salus non habetur. de consecra. distin. 4. firmissime.

Item quia per ipsum originale, mortale, & veniale peccatum remit-

remittitur, non sic per alia. de conse. dist. 4. regenerante. & c. sine pœnitentia.

Item catens eo non potest quis contrahere cum christiana. 28. q. 1. caue.

Quod sine inuocatione trinitatis non est baptismus. de conse. dist. 4. si reuera. & c. in synodo.

Quod verus est baptismus, licet per imperitiam verba substantialia corrupte proferantur. de consecra. distinct. 4. retulerunt.

Quod accedit verbum ad elementum, & fit baptismi sacramentum. 1. q. 1. detrahe.

Quod non merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismo operatur. de consecr. distinct. 4. baptismus.

Quod character baptismi non perditur per peccatum. 1. q. 1. quod quidam. ante medium. 32. q. 7. licite.

Quod baptismus paruulis valet ad salutem, etiam si non recta intentione offerantur. de conse. dist. 4. non illud.

Quod in baptismo spiritualiter renascitur homo, & membrũ Christi efficitur. de conse. dist. 2. quia passus. circa fi. & de consec. dist. 4. ad hoc.

Quod nullus potest saluus fieri, si contemnit baptizari. 15. q. 1. firmissime.

Quod in hoc quod Christus mundus a paccato baptizari voluit, exemplum baptizandi nobis in paccato natis dedit. de consecr. dist. 4. si baptizata est. & c. non regenerabuntur.

Quod apostolici fuerunt baptizati tempore Christi. de cõse. dist. 4. quando. & c. seq.

Quod vetus baptismus non tantum constat in ablutione corporis, quantum in fide cordis: & baptismus delet non solum originale, sed etiam actuale peccatum. de consecra. dist. 4 regenerante.

Quod excepta necessitate baptismus a sacerdotibus debet dari. 93. distin. diaconi. de conse. dist. 4. constat.

Quod baptizandos catechizandi & exorcizandi debet præuenire officium. de consecra. dist. 4. siue paruuli. vsque ad c. venit sacerdos.

Quod expositio signorum sufflationum & vnctionum & quorumlibet aliorum quæ in exorcismo & catechismo geritur, ponitur. de consecra. distinct. 4. postea. vsque ad c. venit. & c. 1.

Quod interrogatio articulorum fidei debet præcedere baptismum. de consec. dist. 4. prima. ma. in fine.

Quod baptizandis adultis indicatur pœnitentia interior, & non exterior. de conse. distin. 4. omnis. & duob. c. seq. & c. fine pœnitentia. ibid.

Quod excepta necessitate, generalis baptismus non debet fieri nisi statutis temporibus, scilicet in Pascha & Pentecoste. de conse. dist. 4. non ratione. vsque ad c. constat.

Qđ in primitiua ecclesia nõ licebat nisi pdictis tpibus baptizare: mõ in necessitate licet oĩ

tempore, & in omni aqua, de conſe.diſt. 3. celebritatem.

Quod antiquitus baptizandus da bat votum ſuum in ſcriptis. 2. q.1.legum.

Quod paruuli ſi ante baptiſmum decedunt, propter originale peccatum damnantur.de conſe.diſt.4.firmiſſime.

Quod ordinatus antequã baptizatus nihil accipit.1.q.1. ſi quis per ignorantiam.

Quod baptiſmus non tollit irregularitatem bigamiæ.34. diſt. ſi quis viduam.

Quod ſacerdos vadens ad baptiſmum ſemper chriſma debet portare ſecum.de conſe.diſt.4. nullus miniſtrorum.

Quod adulti fidem ſuam ante baptiſmum debent profiteri. de conſe.diſt.4.prima.

Quod paruulis prodeſt fides offerentium. de conſe.diſt. 4. illud perſcrutari. & cap. hi, qui apud.

Quod perfidia parentũ non obeſt baptizandis ſicut fides prodeſt. de conſe.diſt.4.quæris a me.

Quod monachi in ſuis monaſteriis baptiſteria habere prohibentur.18,q.2. pridem.

Quod non licet monacho baptizare, vel pueros de baptiſmo ſuſcipere. 16.q. 1. placuit communi. & c. ex auctoritate.

Quod non licet abbati vel monacho de baptiſmate alios ſuſcipere nec commatres habere. de conſe. diſt.4. non licet. & c. ſequen.

Quod in neceſſitate licite recipitur baptiſmus a quocunque. 24. quæſt.1. ſi quem. 32. q. 4. iſte.&c. ſeq.de conſe.diſtin.4. conſtat.

Quod etiam ſi in neceſſitate a patre conferatur carnali, non ideo pater in matrimonio ſuo impeditur.30.quæſtio.1. ad limina.

Quod a pagano vel Iudæo ſi in forma eccleſiæ datur, verus eſt baptiſmus. de conſe. diſtin. 4. Romanus.

Quod a ſchiſmatico hæretico ſi in forma eccleſiæ datur, ſimiliter recipitur.1.q.1.dictum eſt a domino. §. quod vero. cum duobus c.ſeq.

Quod a quocunque malo & peruerſo homine, dummodo non peruerſe detur, recipitur. 19. diſtin. ſecundum.de conſecra. diſtin. 4. ſi inter. & duobus c. ſequen.

Quod quandoque baptizatur quis in fide dantis, cum ſcilicet fidelis adultus baptizat infantem. de conſecra. diſtin. 4. conſtat.

Quod baptizatur quis in fide tantum accipientis, vt cum adultus contritus recipit ab infideli. 1. quæſt.7. qui in qualibet.

Quod baptizatur quis in fide tantum patrinorum cum paruulus fidelium præſentatur hæretico baptizandus.1.quæſt.4. placuit.

Quod qui ab hæreticis ſcienter baptizantur, quia tunc nihil gratiæ receperunt, per impoſitionem manus ſunt eccleſiæ reconciliandi.1. q.1. quod quidam dicunt.de conſe. diſtin.4. quamuis.

Quod

Quod baptismus simulatorie vel pro sanitate temporali acceptus verus est, nec reiteratur. de conse. dist. 4. solet etiã. & duobus c. seq.

Quod talis baptismus non prodest ad salutem nisi simulatione cessante. de consecra. dist. 4. tunc valere incipit.

Quod Simoni mago qui simulatorie baptizatus fuit, & post non pœnituit, baptismus non profuit. 27. distin. quod interrogasti.

Quod baptizans & de baptismo suscipiens dicitur pater spiritualis 30. quæst. 1. ad limina. §. filia.

Quod baptizandus potest ter vel semel immergi secundum diuersas consuetudines terrarum. de consecr. dist. 4. de trina. & 5. dist. c. seq. & c. propter vitandum.

Quod totum corpus est in baptismo immergendum. de cõse. dist. 4. prima igitur.

Quod baptizata muliere prægnante fœtus in ea non baptizatur. de consecra. dist. 4. si ad matris. & duobus c. seq. & c. si baptizata.

Quod in dubio quisque baptizari debet. de consecr. distin. 4. paruulos.

Quod non baptizatus baptizandum non potest de fonte suscipere. de consec. distin. 4. in baptismate.

Quod baptizatum non debent plures accipere quam vnus. de consecra. distin. 4. non plures. & c. in catechismo.

Quod non decens est, licet non sit prohibitum coniuges simul alterius puerum de baptismo leuare. 30. quæst. 4. quod autem.

Quod vno coniugum suscipiente puerum alterius in baptismo, vterque fecisse iudicatur, & vterque compater efficitur. 30. quæst. 4. sciscitatur. & c. si quis.

Quod an valeat reddere debitum mulier, quæ proprium filium leuauit de baptismo, vide 30. q. 1. per totum.

Quod in baptizatis manet concupiscentia licet attenuata. de consecra. distin. 4. per baptismum.

Quod paruuli adulti facti tenentur ad fidem quam pro ipsis offerentes spoponderunt. de consec. dist. 4. paruuli.

Quod hi qui pro baptizandis in baptismo spoponderunt, tenẽtur omnes symbolum & orationẽ dominicam, & alia bona informare. de consecr. distin. 4. vos ante omnia.

Quod adultus in infirmitate baptizans, quia ex necessitate videtur fecisse, non debet ordinari. 57. dist. si quis in ægritudine.

Quod qui scienter rebaptizantur, Deum abnegare dicuntur, & per multam pœnitentiam reformantur. de consec. dist. 4. eos quos.

Quod catholicum rebaptizare scienter, manifestissimum scelus est. de conse. distin. 4. rebaptizare.

Quod præcisi siue aliter apostatantes in fide, non sunt reba-

ptizandi, ne fiat iniuria characteri imperatoris. 23. q. 7. quemadmodum membrum.

Quod rebaptizatus irregularis efficitur & punitur. de consec. distinctio. 4. qui bis. & capi. sequen.

Quod rebaptizatus etiam ignoranter non debet promoueri. 51. dist. qui in aliquo. 50. dist. confirmandum est, in fine.

Beatitudo. Quod beatitudo paradisi cœlestis a nemine extra ecclesiam posito percipitur. de consec. dist. 4. ecclesia paradiso.

Quod beatitudo est reuelatio gloriæ magni Dei, & saluatoris domini nostri Iesu Christi. de consecra. distinctio. 5. ieiunium.

Quod beatitudo æterna solummodo membris Christi paratur. de pœn. dist. 1. omnis qui non diligit.

Bellum. Quod bellum in hac vita duplex exercetur, scilicet carnale, & spirituale. 23. q. 1. nisi bella.

Quod a perfectis bella carnalia non sunt peragenda, sed animæ certamina contra spirituales aduersarios dissuadenda. 23. q. 1. nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt legi in ecclesia historias Iudæorum, vt per bella ipsorum quæ gesserunt, ad bella spiritualia informemur. 23. q. 1. nisi bella.

Quod ideo bella carnalia plerumque geruntur, vt ad pietatis iustitiæque societatem victis facilius consulatur. 23. quæstio. 1. paratus. in fine. & cap. apud.

Quod sicut antiquitus ducibus concessum fuit bellare, sic & modernis, dummodo non bellent desiderio fundendi sanguinem, sed rempublicam pro fide Christi ampliandi. 23. q. 4. si non. & c. displicet. & q. 1. noli.

Quod dicitur iustum bellum, & quid sit, multipliciter innuitur 23. quæ. 2. per totum.

Quod iustum bellum dicitur intuitu præcipientis, qui ipsius ordinariam habet potestatem. 11. 3. Iulianus.

Quod dicitur iustum bellum intuitu obedientis, vt sit qui obtemperare debeat. 23. quæst. 1. quid culpatur. & quæstio. 8. conuenior.

Quod iustum bellum dicitur intuitu illius contra quem fit si meruit. 23. q. 2. c. vlti. & q. 5. de occidendis.

Quod iustum bellum dicitur intuitu eius propter quod fit, puta propter iniuriam propulsandam, vel vindictam inferendam. 23. q. 5. cum homo

Quod iusta bella pro pacis studiõ geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur. 23. quæstio. 1. apud veros. & q. 4. displicet.

Quod intentio mala licitum bellum facit iniustum. 23. qõ. 1. militare.

Quod non pax quæritur vt bellum exerceatur, sed bellum geritur vt pax acquiratur. 23. q. 1. noli.

Quod capto hosti in bello est mi-

miserandum, dummodo futurum periculum non timeatur. 23. q. 1. noli in fin. & quæst. 4. est iniusta.

Quod Sarraceni bellantes contra Christianos iuste a Christianis impugnantur. Iudæi vero quia seruiunt patienter, sustinentur. [illegible].8. dispar.

Quod possessiones ecclesiarum materiali gladio de mandato ecclesiæ defendi debent. 15. q. 6. auctoritatem. 23. q. 3. Maximianus.

Quod bella pro ecclesia sumpta & contra excommunicatos & infideles meritoria sunt. 23. q. 5. omnium. & duobus c. seq. & q. 8. vsque ad §. ecce. & q. 4. sicut excellentiam.

Quod morientes in bello ecclesiæ saluantur. 23. q. 5. omnium. & q. 8. omni timore.

Quod an episcopo liceat ad bellum proficisci sine licentia Papæ. 23. q. 8. si vobis. & c. si quis episcopus.

Quod in hoc quod Moses aliis pugnantibus nō se immiscuit, sed orauit, exemplum dedit quod prælati bellare non debent, nec bellis interesse. 36. distin. si quis vult. 16. q. 3. porro. 23. q. 8. c. 1. cum tribus seq. & c. conuenior.

Quod prælati propter possessiones temporales principib. obnoxii sunt tributa bellorum siue aliarum rerum exoluere. 23. quæstio. 8. §. ecce. & c. sequent. vsque ad §. quamuis. & c. si vobis.

Benedictio. Quod benedictio solennis super plebem tantum datur ab episcopis. 26. q. 6. ministrare. de consecra. dist. 1. cum ad celebrandas.

Quod non solennis potest dari a sacerdote celebrante præsente episcopo, sed nō sine eius mandato. vigesima prima distinct. denique.

Quod episcopus officio expleto debet dare benedictionem. de conse. dist. 5. conuenit.

Quod lecturis lectionem benedictio debet dari. 21. distinct. denique.

Quod sacerdotis est benedicere, sed Dei est effectum benedictionis tribuere. 1. q. 1. dictum est a domino.

Quod consequens non est vt presbyter aliis benedicat, qui sua vulnera non curat. 28. distinct. presbyterum.

Quod minor maiori benedictionem non debet dare. 21. dist. denique.

Quod die dominica populus de missa ante benedictionem sacerdotis egredi non præsumat. de conse. distin. 1. missas die. & c. seq.

Quod populus non debet detrahere sacerdotibus a quibus capit benedictionem. 6. quæst. 1. sacerdotes. 38. distinctio. feriatim.

Quod coniugium non benedicitur a sacerdote, nisi virgo contrahat. 32. dist. feriatim.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debeat in virginitate permanere. 23. distinctione sponsus.

Benefacere. Quod bene fit etiã inuitis, quorum vtilitati potius consulitur quam volũtati. 23. q. 1. paratus. post medium. 45. distin. & qui emendat.

Quod benefacit quis latroni mẽbra auferendo: quia ex hoc cogitur a malo opere cessare. 23. q. 3. si quis.

Quod medicus benefacit phrenetico ipsum ligando, & pater filium indisciplinatum castigando, licet ipsis inuitis. 23. q. 4. ipsa pietas. & c. seq. q. 1. c paratus. ante fin. 5. q. 5. non omni. & c. seq.

Quod benefacere nõ debet quis alicui in damnum alterius. 14. q. 5. denique. & c. forte.

Quod clericis maxime Deo seruientibus benefieri debet. 11. q. 1. Christianis. 12. quæstio. 1. quia tua.

Quod qui non ex amore, sed timore benefacit, reputatur nõ facere. 23. q. 5. ad fidem. 32. q. 5. sicut enim. de consec. distin. 5. quidquid. 86. dist. non satis.

Quod benefacienti si ex hoc aliquod malum præter suam voluntatem contigerit, non imputatur. 23. q. 5. de occidendis. in fin.

Beneficium. Quod beneficia ecclesiæ danda sunt clericis quibus parentum bona non suffragantur. 1. quæst. 2. clericos. & c. seq.

Quod illis debentur clericis qui in ecclesia vigilanter deseruiunt. 1. q. 2. clerici. 86. distinct. non satis.

Quod qui parentũ bonis sustentari possunt: si beneficia ecclesiastica suscipiunt sacrilegium committunt. 1. q. 2. clericos. & c. seq. & c. si quis.

Quod prælatus in beneficio conferendo potius debet attendere vitæ meritum, quam consanguinitatis gradum. 8. q. 1. Moses.

Quod sicut anima non viuit corporaliter sine corpore, sic ecclesia non proficit sine beneficiis corporalibus. 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod pro beneficio ecclesiastico non pastillum, nec aliud quantumcumque minimum dari debet. 1. quæstio. 3. si quis obiecerit.

Quod illi qui emunt vel vendunt ecclesiastica beneficia simoniam incurrunt, & beneficio frũstrantur. 1. q. 3. si quis dator. & c. seq.

Quod quia beneficia ecclesiastica domini Dei sunt, ideo vendi non possunt. 1. q. 3. saluator. ante medium.

Quod clerici criminosi beneficiis ecclesiasticis sunt priuandi. 81. dist. si quis amodo.

Quod presbytero irregulari beneficium suum ecclesiæ ex dispensatione conceditur. 50. distin. studeat.

Benignitas. Quod benignitas nimia non debet resoluere subditos: nec nimia asperitas exulcerare. 45. dist. disciplina. & c. qui syncera. & c. licet nonnũquam. & c. sunt namque.

Quod multa agenda sunt cum inuitis

inuitis quadam benigna aspe-ritate.23.q.1. paratus.

Quod benignitas seruanda est in correctione.23.quæst.4.quod Christus.45. distin. licet non-nunquam.

Bigamus. Quod bigamus ad ordines eligi nō potest 31.q.1.quomodo.32.distin. feriatum.33.& 34.dist. per totum.

Quod per bigamiam quilibet irregularis efficitur.32. dist. maritum.34. dist. cognoscamus. & c.seq.

Quod baptismus non delet irregularitatē bigamiæ ante contractæ.34.dist. si quis viduam. 26.dist.acutius.& c.vna.28. q. 3.acutius.

Quod bigamus non promouetur, hoc est propter defectum sacramenti.26. dist. acutius.& c.vna.

Item propter prærogatiuam sacerdotalis dignitatis. 26. dist. vna.& §.bigamus.

Item propter suspitionem futuræ incontinentiæ.82.dist.proposuisti.in fine.

Item quia talis qui matrimonia frequentauit, non potest esse orator castitatis.16.distin.vna. & §.bigamus.

Quod an ille sit bigamus qui duxit in vxorem quam prius coitu fornicario corrupit virginem.30.q.5.qualis.24.distin. præcipimus.51.distinct. qui in aliquo.32.dist. nemo.33. dist. maritum.

Quod ille non est bigamus qui duxit sponsam alterius, non tamen carnaliter a primo cognitam.34. distinctio.Valentino.

Quod bigamus reputatur qui vxorem suam post adulteriū sci enter cognoscit.34.dis.si cuius. & c.seq.

Quod qui contrahit cum corrupta de facto licet contrahere non possit de iure: tamquam bigamus reputatur. 28. distin. presbyter.

Quod qui credens se cum virgine contrahere, inuenit eam cognoscendo corruptam bigamus reputatur, nec debet promoueri.51.dist.qui in aliquo.

Quod cum bigamo potest dispēsari,& facilius in ordine suscepto quam in suscipiendo. 50. dist.quicumque pœnitens.

Quod clericus per bigamiam irregularis effectus retinet priuilegium clericale.34. dist. lector.

De bigamia require vbi agitur de ordine, & vbi agitur de dispensatione.

Blasphemus. Qd blasphemās Deū debet pœnis debitis subiacere. 23.q. 4. non inuenitur. 11.q.3.Imperatores. 25. distin. qualis.

Quod ille in Spiritum sanctū blasphemat, qui sacris canonibus derogat. 25.q.1.violatores.

Quod verbum domini tunc blasphematur, cum contemnitur. 33.q.5.cum caput.

Quod Michaël angelus qui diabolo noluit inferre blasphemiam, ponitur in exemplum quod a maledictione puri esse debemus.34.q.3. si igitur.

Quod blasphemantes baptismū Christi, per potestates debent puniri. 23. quæstione 4. quoniam.

Quod blasphemantes exemplo Apostoli per excommunicationem satanæ debent tradi. 24.q.3.apostolicæ. 23.q.4. qui peccat.ante medium.

Bos. Quod bos & asinus tunc simul ad arandum coniunguntur, quādo diuersæ professionis homines in vno officio simul sociantur. 16. q. 7. in nona.

Quod Deo ideo cura non est de bobus: quia facta brutorum Deus non discutit.15.q.1.c. firmissime.§.ex eo.

Brutum. Quod Brutis animalibus eo qđ ratione carent, peccatum non imputatur. 15.q.1.c.firmissime. §.ex eo.

Quod in lege bruta animalia peccatis hominum sordidata iubentur interfici, non propter peccatum, sed quia replicant memoriam facti. 15. q. 1. mulier.

CAin. Quod Cain quia præuaricationem propter fratricidium incurrit, sententiam maledictionis reportauit. 24. q. 3. cum ergo. §. sed qui.

Quod Deus despiciendo munera Cain ante damnauit fratricidium mente conceptū quasi opere adimplesset. de pœn.distin.1.numquid.

Quod Cain qui peccatum fratricidii negauit, indignus temporali pœna fuit. de pœniten. distinctione 3. Iudas.

Quod Abel esse renuit quē Cain malitia non exercet. 23. q. 4. hæc autem vita.

Cham. Quod Cham qui ex eo quod patris verenda non operuit, maledictus est: ponitur in exemplum quod maiorem damnationem incurrunt qui spiritualibus patribus non deferunt. 2.q.7.sacerdotes & reliqui. & c.sententia. & c. plerumque. 15. q. 5. de crimine.

Calculus. Quod calculus est carbo: quo purgatus est Esaias propheta. 8. quæstio. 1. in scripturis. in fi.

Item Calculus est determinatio sententiæ. 6.q.4. si inter.

Calix. Quod calix & patena nullo modo debēt esse de ligno, sicut in primitiua ecclesia, sed ex auro & argento, vel saltem stanno. de consecra. distinctio. 1. vasa. & c. vt calix.

Quod ideo prohibetur, ne fiat calix de ligno, quia porosum est. ead.dist.

Item nec de vitro, quia fragile est.

Item nec de cupro, quia prouocat vomitum.

Item nec de aurichalco quod contrahit rubiginem. de conse. distinct.1.vasa.& c.vt calix.

Quod sacerdotibus solenniter cum ministris celebrantibus non licet calicem tollere nisi ipsis per diaconos porrigatur. 93.dist.diaconi sunt.

Calumnia. Quod caluminiari est falsis

falsis criminibus intendere. 2. q.3. si quem. §. notandum.

Quod inconsultus calor ex impetu mentis proueniens calumniæ vitio caret. 2. q. 3. si quem. §. notandum. post medium.

Quod calumniātes ad vindictam poscit similitudo supplicii. 2. q. 8. quisquis. 5. q. 6. qui calumniam. & c. seq.

Quod vestis quę non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur elationis habet calumniam. 21. quæst. 4. cap. 1.

Canon. Quod Canon Græce, Latine regula nūcupatur. dist. 3. canon.

Quod sancti patres canones diuino instinctu sanxerunt. 33. q. 2. hoc ipsum. 25. quæst. 1. violatores.

Quod liber canonum apostolorum inter apocryphos ponitur. 15. dist. sancta Romana. 16. dist. canones.

Quod violare canones patrum, est spiritum sanctum blasphemare. 25. q. 1. violatores.

Quod secundum canones ecclesiæ Romanæ tenentur viuere aliæ ecclesiæ, quia ab ipsa habent principium. 11. distinct. nolite.

Quod canones tamquam catholici ab omnibus sunt recipiendi, & qui non 16. dist. per totū. 20. distin. de libellis. & duobus c. seq.

Quod si canones sibi quandoque contradicunt, illis est standum quorum antiquior & potior est auctoritas. 33. quæst. 2. hoc ipsum.

Canonici. Quod canonici canonice viuere debent. de conse. dist. 5. in omnibus.

Cantus. Quod cantus ecclesiæ inuētus est vt ad compunctionem voces animos audientium. 21. distin. cleros, ante finem. de conse. distin. 5. non mediocriter.

Quod in ecclesia deuotione cordis est cantandum. & theatrales cantus non sunt exercendi. 92. distin. cantantes. de conse. dist. 5. non mediocriter. 38. dist. sedulo. 12. q. 1. quia.

Quod secundum solennitatem temporum cantus est exercendus. 25. distinct. perlectis. antę finem.

Quod plerumque dum in cātando ad fauorem populi blanda vox quæritur, congrua vita deseritur. 92. dist. in sancta.

Quod Gloria in excelsis, & Alleluia non semper est cantandū. de conse. dist. 1. hi duo.

Quod diaconi Romanæ ecclesiæ quia solennioribus officiis debent deseruire: cantare tēpore officii prohibentur. 92. distin. in sancta.

Quod clericus vel presbyter inter epulas mensæ cantans, est excommunicandus. 22. q. 1. clericum.

Quod clerici cœtibus non misceantur, vbi amatoria & turpia decantantur. de consecratio. distinct. 5. nullus presbyterorum.

Quod inter festum paschę & pentecostes, tantum tres psalmos ad nocturnos canimus. per

totum annum, si festum est, nouem: si vero feria, duodecim recitamus. de conse. distin. 5. in die.

Quod nemo debet obedire episcopis vel abbatibus cũ mandant cãtari missas pro hæreticis. 11. q. 3. si quis episcopus aut abbas.

De hac materia habes vbi agitur de Missa, & vbi agitur de officio.

Caput.

Quod caput sequi debent membra. 12. dist. non decet. 11. dist. nolite. de conse. dist. 3. celebritatem.

Quod indecens est si membra perfectiora sunt. c. 61. dist. miramur.

Quod capite languescente facilius membra corporis inficiũtur. 6. q. 1. sunt plurimi. §. verũ. & c. ex merito.

Quod totum corpus morbis inuaditur si languor in capite curatus non fuerit. 2. q. 7. sicut inquit.

Quod caput dicitur Romana ecclesia. 12. dist. c. 1. & seq. 3. q. 6. dudum.

Character.

Quod character in baptismo imprimitur. 23. q. 4. displicet. circa medium.

Quod character baptismi non perditur ex quocunque peccato. 32. q. 7. licite. 1. q. 1. quod quidam. ante medium 23. q. 4. displicet. circa medium.

Quod apostatæ a fide non sunt rebaptizandi, ne iniuriam faciat characteri Imperatoris. 23. q. 7. quemadmodum.

Quod schismaticus qui ab hæretico vel econuerso in forma ecclesiæ baptizatur, characterem recipit. de consecratio. distinct. 4. quomodo. ante medium.

Cardinalis.

Quod sanctus Siluester primus videtur fuisse qui ministros domini Papæ collaterales appellauit Cardinales. 2. q. 5. præsul.

Quod Cardinali diacono a subdiacono vsque ad lectores omnes exhibere debẽt honorẽ. 93. dist. a subdiacono.

Quod vacante sede Apostolica episcopi Cardinales aliis sibi adiunctis debent sine dilatione Papam eligere. 23. dist. in nomine Domini. 70. dist. per totum.

Quod summus pontifex non nisi a Cardinalibus & a clericis religiosis est inthronizandus. 79. dist. c. 1.

Quod qui sine canonica electione Cardinalium & clericorum religiosorũ præsentia inthronizatus fuerit, non apostolicus sed apostaticus habeatur. 79. dist. c. 1.

Quod olim non eligebãt Papam nisi presbyteri & diaconi Cardinales. 79. dist. oportebat. & duobus c. seq.

Quod Cardinales episcopi in cõsecratione Papæ vice funguntur metropolitani. 23. distin. in nomine Domini.

Quod Cardinalib. conceditur cũ aliis clericis & laicis inuasorem sedis Apostolicæ anathematizare. 79. distinct. si quis pecunia.

De hac materia habes Vbi agitur de electione Papæ.

Charitas. Charitas quid sit, & de diuersis eius effectibus. de pœn. dist. 2. per totum.

Quod præcepta charitatis duo sunt, scil. est amor Dei, & amor proximi. 8. q. 1. in scripturis. ante finem.

Quod vbi charitas non est, non potest esse iustitia. 24. q. 1. vbi sana.

Quod qui charitatis iussa spernit: Deum qui charitas est, tanquam Iudas prodit. 11. q. 3. abiit.

Quod charitas quæ operit multitudinem peccatorum, proprium est donum bonorum. 1. q. 1. multæ autem.

Quod qui sunt in charitate, participes sunt omnium bonorum ecclesiæ. de conse. dist. 4. §. ecclesiæ charitas.

Quod tunc perfecta charitas est in homine quando nihil aliud quam Christum quærit. de pœnit. distinct. 2. charitas est. in fine.

Quod verba sunt postponenda quæ veritatem inflant, & charitatem vulnerant. 99. distin. ecce.

Quod non est charitas, sed languor vbi mali mores non corriguntur. 23. quæstio. 5. non putes.

Carolus. Quod Carolus Imperator primus vocatus fuit ab Hadriano Papa pro defensione ecclesiæ. 63. distinct. Hadrianus. 23. q. 8. hortatu.

Castitas. Quod castitas sine continentia Deo placet, quam nō facit necessitas, sed voluntas. 33. q. 5. tūc saluabitur. circa med.

Quod absque castitate omnia opera sunt imperfecta. 33. q. 5. tunc saluabitur.

Quod castitas non aliter quam inspiratiue habetur. 28. distin. de his.

Quod ipsam seruare est viam arctissimam & difficilem incedere. 28. distin. de his. & 33. q. 5. tunc saluabitur. circa medium.

Quod pauci casti & sine carnali vitio inueniuntur. 50. dist. quia sanctitas tua. in fine.

Quod nemo potest gloriari se castum cor habere. de pœnit. distin. 2. §. fugerat sanctus Dauid. circa med.

Quod castitas mentis non auffertur per violētiam illatam corporis. 33. quæstio. 5. per totum fere.

Quod non corrumpitur corpus nisi primum animus corrumpatur. 32. q. 5. nō potest. & quinque c. seq.

Quod virgo violenter oppressa non debet se sacris virginibus coæquare. 32. q. 5. illæ.

Quod sine tactu impudico castitas corporis perditur. 32. q. 5. nec solo.

De hoc require Vbi agitur de pudicitia.

Quod in virginali & viduali castitate excellentiam inuenire ampliorem quam in matrimonio experitur. 27. q. 1. nuptiarum.

Quod ordini sacro castitas est

annexa. 84. distin. cum in præterito, & 31. dist. aliter.

Quod quia tempore gratiæ non generis successio, sed vitæ perfectio quæritur: ideo sacerdotibus continentiæ castitas imperatur. 32. q. 4. recurrat. §. his itaque. in fi.

Quod clerici orientalis ecclesiæ ante sacros ordines matrimonio coniuncti, etiam post in sacris cum vxoribus licite possunt stare. 31. dist. c. quoniam. §. hoc autem. & c. seq. & 32. distinct. si quis.

Quod tempore sancti Gregorii subdiaconis & supra, præcepta est continentia. 31. distin. ante triennium.

Quod sicut episcopi, ita ministri altaris debent esse casti 31. distinct. lex continentiæ.

Quod nullus ad altaris ministerium debet accedere nisi castitas eius ante fuerit approbata. dist 31. ante triennium.

Quod qui fidem castitatis Deo vouerunt, irritam faciendo, damnationē incurrunt. 27. quęst. 1. cap. 1.

Quod post professam continentiam clericus sæcularis vel monachus matrimonium contrahere non potest. 27. q. 1. per totum.

Casus. Quod casum appetit qui ad summi loci fastigia propositis gradibus p abrupta ascensum quærit. 48. distin. sicut.

Quod est malum cadere a proposito & postea simulare propositum. 12. q. 1. certe.

Quod casus aliorum nullum debet retrahere a bono proposito. 17. q. 1. qui bona.

Quod inordinatus zelus ad emēdandum subditum deterius interdum facit cadere prælatum. 24. q. 3. non in perpetuū.

Quod septies cadit iustus, & toties surgit. de pœn. distin. 3. septies cadit.

Quod iusti vocabulum non amittit qui quoties cadit, toties surgit. de pœn. dist. 3. quamuis. §. hac, in fine.

Quod timor æternæ pœnæ cadere facit per pœnitentiam de vertice superbiæ. 50. distinct. quid est.

Quod si altissima sublimitas cecidit, quis cadere non possit. de pœn. dist. 2. vt cognoueris. §. opponitur. in fi. 40. distinct. quælibet.

Quod qui casu occidunt, non eis imputatur. 55. dist. qui partem. 50. dist. hi qui arborem. 15. q. 1. illa cauenda.

Item virgo si ceciderit per corruptionem, non est qui suscitet eam redintegrando. 32. q. 5. si Paulus.

Cathedra. Quod cathedra non facerdotem, sed sacerdos cathedram facit. 49. distinctione multi.

Quod cathedra Petri, super quam stat ecclesia non est deserenda. 93. dist. qui cathedram.

Quod prælatis, qui super cathedram Petri resident, est obediendum. 1. q. 1. non quales.

Cathedraticū. Quod cathedraticum dictum est ab honore

nore cathedræ pontificalis. 10 q. 3. c. 1.

Quod episcopus nomine cathedratici vltra duos solidos non debet accipere. 10. q. 3. illud te. & c. se. & c. inter. & c. vlt.

Causa. Quod causa dicitur proprie illius vel ad quem damnum vel emolumentum spectat. 1. q. 6. biduum.

Quod cessante causa debet cessare id, quod factum est propter causam. 1. quæst. 7. quod pro remedio.

Quod qui causa vtilitatis ad aliã ecclesiam transfertur, ad priorem redire non debet. 7. q. 1. pastoralis. §. quod vero.

Quod coniugium quod fit causa procreandi, cessante cã non soluitur. 32. q. 7. tantum.

Quod pendente relatione ad superiorem in causa nil est commutandum. 2. q. 1. nomen. & q. 7. quoties post. & c. quoties episcopi.

Quod non licet episcopo causam sanguinis agitare. 23. q. vlt. his a quibus.

Quod episcopus nec pro ciuili, nec pro criminali causa coram iudice sæculari est accusandus 11. q. 1. nullus episcopus. & ca. si quæ causæ.

Quod si in mala causa pauperi assistitur, tanto ex hoc nequior efficitur. 23. quæstion. 4. ne amisso.

Quod episcopi viduarum causas impensius fouere debent. 87. distinct. licet.

Quod si iustus in causam ceciderit, potius est ei adiuuandum quam alteri. 86. dist. non satis.

Quod causarum ecclesiasticarum alia est ciuilis, de qua habetur. 14. q. 2. super prudentia. alia criminalis, de qua habetur 16. q. 1. frater. post medium.

Cautela. Quod cautela laudabilis est, in qua non furor, sed ratio totum agit. 11. quæst. 3. illa præpositorum.

Quod nihil quod ad cautelam pertinet, est omittendum. 63. dist. quanto.

Quod cautela præcauet vt inter duo mala leuius committatur. 96. distin. duo. & c. seq.

Quod cautela est habenda in cauendo peccato. 41. distinctio. sæpe.

Item in prædicando & docendo, 43. distinctio. sit rector. ante medium.

Item in regendis subditis. 39. distinct. Petrus.

Item pro rebus ecclesiæ conseruandis. 28. distinctio. de Syracusanæ.

Quod multa fiunt ad cautelam futurorum, vt noui iuris promulgatio. 23. dist. c. 1

Item singularis prohibitio. 89. distin. decenter. 23. q. vlti. pessimam.

Item conditionis per scripturam professio. 12. quæst. 2. longinquitate.

Item specialis libelli conscriptio. 1. q. 7. quoties.

Item iuramentorum obligatio, 11. q. vlt. cum aliquis.

Item specialis pro rebus ecclesiæ cautio. 28. distinct. de Syracusanæ.

Cæcus. Quod cæcus, id est indoctus non est ordinandus. 45.dist.c.vlt.

Quod cæcus dicitur qui supernæ contemplationis lucem ignorat.49.dist.hinc etenim.

Quod cæcum natum illuminauit Christus.24.q.3.§.1.

Celebratio. Quod celebratio missarum absque magna necessitate non debet fieri nisi in locis sacris.de conse. dist.1.§.1.& c.sicut.

Quod sanctius est missa carere, quam in locis non sacris sine necessitate cantare vel audire. de consecra. distinct.1. sicut.& c.sequen.& c. nullus. & c. vnicuique.

Quod nullus debet missas celebrare extra ecclesiam sine licentia episcopi.de conse.dist.1. missarum.

Quod episcopus etiam magnis personis missas celebrari extra ecclesiam cum difficultate debet concedere.de conse.dist. 1.certum.

Quod in calice ligneo vel vitreo nullus debet celebrare.de conse.dist.1.vasa.& c.se.

Quod sacerdoti missam celebrare & non communicare, est peccatũ grauissimum.de conse.dist.2.relatum.

Quod caduco morbo laborans, a celebratione missarum est prohibendus.7.q.2.in tuis literis,& c.seq.

Quod sacerdos propter fortuitos casus sine adiutoribus non debet celebrare. 7.q.1.illud.

Quod sacerdos qui pro defunctis vt viui moriantur celebrauerit,est deponendus. 26. quæst. 5.quicunque.

Quod nullo casu pransus debet celebrare. 7.q.1.nihil.de conse.dist.2.liquido.

Quod scienter indigne celebrãs idololatris comparatur.32.dis. præter hoc autem.§. porro.

Quod sacerdos infamis, est a celebratione missæ prohibẽdus. 50.dist.si post.

Quod quando quis potest post nocturnam pollutionem celebrare vel communicare,habetur 7.dist.testamentum.

Quod presbyter non debet celebrare missam eo die in altari, in quo episcopus cantauit. de conse.dist.2.c.vlt.

Quod in casu quando episcopus præ infirmitate missam non potest explere, presbyter potest in eodem altari incœptam missam finire.7.q.1.nihil.

Quod in parasceue & in sabbatho sancto non sunt missæ cõmuniter celebrandæ: quia Apostoli tunc propter metum Iudæorum incussum non celebrarunt de conse. distinct.3. sabbato.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia,& vbi agitur de Missa.

Cœna Domini. Qđ cœnæ Domini dies est solenniter celebranda. de conse. distin. 3. literis.

Quod eo die reconcilientur publice pœnitentes.50. distin. in cap.in fin.de conse. distin.2.in cœna.

Quod

Quod illo die singulis annis est chrisma consecrãdum. de conse. dist. 3. in literis.

Quod in ipso die est tantum semel comedendum. de conse. dist. 3. non liceat. & c. seq.

Census. Quod census pro agro ecclesiastico a clericis non est persoluendus. 23. q. 8. secundum.

Quod debitum tributum personæ ecclesiasticæ domino temporali non debent denegare. 11. q. 1. si tributum. & c. seq. 23. quæstio. 8. conuenior. & c. tributum.

Cephas. Quod cephas dicitur Petrus. 22. dist. sacrosancta.

Cibus. Quod cibus corporalis non culpatur, sed cibi libido. 41. distin. quisquis.

Quod nihil ita sensuum acumen operatur, nihil sic ęgritudinem fugat sicut cibus digestus. de conse. dist. 5. nihil. & c. seq.

Quod excessus ciborum putrescere facit corpus, & macerat ægritudine diuturna. de conse. dist. 5. nihil. & c. ne tales. per totum.

Quod ægritudo ex delicatis cibis contracta per pauperes cibos curatur. de conse. distin. 5. legimus.

Quod cibum presbyterorum & clericorum debet præcedere benedictio, inter cibum lectio, post cibum gratiarum actio. 44. dist. quando autem.

Quod diuites non debent cogi vti cibis pauperum, ne propter consuetudinem contrariorum infirmentur. 41. dist. non cogantur.

Quod non est attenda in pauperibus ciborum multiplicitas vel paucitas, sed animi syncoritas. 41. dist. quod dicit.

Quod similiter verũ est de comessatione & conuiuio.

Cœmeterium. Quod cœmeteria sunt circa ecclesias ab episcopis ab aliis locis diuidenda & consecranda. 13 q. 1. c. 1.

Quod propter tumulationem fidelium cœmeteria sunt amplianda. 12. q. 2. aurum. post medium.

Quod sicut ecclesiæ sic & cœmeterii violator sacrilegus dicitur. 17. q 4. si quis contumax. & c. seq.

Circumcisio. Quod circumcisio legem non obseruanti præputium facta est. 22. q. 2. quæritur. post medium.

Quod magis valet apud nos baptismus quam apud veteres circuncisio. de conse. dist. 4. quod autem apud. & c. seq.

Quod circuncisio carnis erat signum iustificationis & purgationis animæ. de conse. dist. 4. ex quo.

Circumstantia. Q̃d circumstantiæ attendendæ sunt in factis & in faciendis. 23. q. 8. occidit.

Quod non possumus ad veritatem facti peruenire nisi tempus, personam, causam respiciamus & voluntatem. ibidem.

Item in pœnitentia facienda vel imponenda circumstãtiæ sunt pensandæ. de pœniten. distin. 5.§.1.

Citatio. Quod citatio debet fieri in scriptis. 5.q.2.vocatio.

Quod legitima citatio est quæ ex amore procedit spatiis temporum ad hoc statutis obseruatis. 5.q.2.in præsenti.

Quod citatio debet significare causam per literas, vt ad responsionem venire valeat præparatus.5.q.2. si primates.

Quod eiecti vel spoliati antequã restituantur nec citari debent nec æmulis respondere. 5. q. 2. si primates.

Quod non debent iudicari absentes nisi citati venire contempserint.5.q.2.relatum.

Quod qui post trinam vel post vnam peremptoriam citationem non comparuerit, contumax iudicatur. 24.q.3. de illis ita.circa medium.

Claues. Quod claues Petrus quando accepit ecclesiam sanctam accepisse significat. 24. q. 1. quodcunque.dè pœniten. dist. 1. quem pœnitet.

Quod claues, quas ecclesia accepit, non sunt contemnendæ, 24.q.1. omnibus.11.q. 2.nemo contemnat.

Quod qui claue non errante soluitur vel ligatur in terra, erit ligatus vel solutus in cælo. 11. quæstio.3.cœpisti. 24. quæst. 1. manet.

Quod ligandi vel soluendi potestate se priuant qui hanc iniuste exercent. 11. q. 3. illud. c. ipse ligandi.

De hac materia plura inuenies de excommunicatione, vbi agitur de sententia.

Clemens. Quod Clemens Papa primus multipliciter commendatur. 8.q. 1. si petrus. & c. oportet. & c. Clemens.

Clericus. Quod clericus dicitur a cleros Græce, quod Latine sors dicitur.12.q.1.clericus. 21.distinct. cleros. in prin.

Quod ideo clerici dicti sunt, quia in sortem Domini vocati sunt. 12.q.1.duo sunt.

Quod ab ostiariis vsque ad summum ordinem cuiuscunque dignitatis clericorum nomine clerici designantur.21.dist.cleros.72.dist.clericum.11.q.1.de persona.

Quod signum clericale est corona rasa in modum sphæræ in capite.12.q.1. duo sunt.

Quod non tonsuratus per episcopum siue laicus siue monachus in missa publice legere non debet.96.distinctio. quoniam.

Quod clerici comam nutrire non debet, sed desuper caput in modum sphæræ tondere. 23. dist. prohibere.

Quod clerici professionem suam in habitu & incessu & in moribus repræsentare debent. 41. distinctio. clericus 23. distinctio.his igitur.35.distinctio.ecclesiæ. 41. distinct. episcopus. 44. distinctio. per totum.12. quæst.1.quoniam.21. quæst.4. per

per totum. de consecra. dist. 5. in omnibus.

Quod clerici communem vitam in manducando & dormiendo circa ecclesiam debent ducere. 32. dist. præter hoc. 12. q. 1. omnis. de consec. dist. 5. in omnibus.

Quod clerici cujuscunque ordinis in exemplum debent esse laicis, vt habetur 8. q. 1. qua- lis. 6. q. 1. beatus. in medio.

Quod sicut loco ita & religione debent in ieiuniorum obseruatione laicos præcellere. 4. distinctio. statuimus, & duobus c. seq.

Quod vt melius possint vacare diuinis officiis, sæcularibus negotiis non debent implicari. 21. q. 3. de mollitiis. & duobus c. sep. 11. q. 1. te quidem. 14. q. 4. clerici ab indignis. 86 distinct. peruenit. 88. distinct. per totum.

Quod horas statutas diurnas atque nocturnas distinctis temporibus deuote debent explere. 91. dist. Eleutherius.

Quod exemplo Apostoli propriis manibus possunt laborare, dummodo diuinum officium non negligant. 91. distio. c. 1. & c. seq. &. c. clericus.

Quod clerici semper studio litterarum intendere debent. 16. quæst. 1. sic viue. 38. dist. sicut. & duobus c. seq.

Quod clerico nulla ætas sera debet esse ad addiscendum. 24. quæstio. 4. si habes, circa medium.

Quod assumpti vel assumendi ad regimen animarum docti debent esse in scripturis. 36. distinctio. per totum. 37. distinctio. cap. ideo prohibetur. §. vt itaque.

Quod quia res clericorum pauperum sunt, præ ceteris tenentur hospitalitati & eleemosynis intendere. 16. q. 1. quoniam quidquid. 42. distin. §. 1. & c. quiescamus.

De castitate clericorum, & continentia eorum. 28. distinct. per totum. 31. dist. a primo cap. vsque ad c. si laicus. 32. distin. per totum. 82. dist. proposuisti. & c. seq. 84. distin. cum in præterito.

Quod clericus feminarum suspectarum frequentans domicilia est depouendus. 81. distinct. clericus.

Quod non debent clerici mulieribus cohabitare. 32. dist interdixit. & c. seq. 81. distin. clericus. & c. seq.

Quod clerici cum matre & sorore habitare permittuntur. 81. dist. volumus.

Quod fornicarii deprehensi iuxta canones sunt puniendi. 27 distinct. presbyteris, diaconis. 78. distin. decernimus. & c. de his. & c. presbyter. 32. distinct. eos. & c. erubescant. 33. distin. habuisse. 81. dist. si quis. amodo. & tribus c. seq. 82. dist. fere per totum.

Quod ipsorum officium quando per sententiã sunt damnati, audiri non debet. 15. quæst. vlt. c. vlt. 81. distin. si qui sine. 32. distinct. c. nullus. & c. præter hoc.

Quod concubinæ eorum vendi-

vel in seruitutem redigi debet. 32. distinct. cos. 81. distinctio. quidam.

Quod filii ipsorum in seruitutem ecclesiæ vbi nati sunt debent deputari. 15. q. 8. cum multæ. in fine.

Quod moniales cognoscentes debent deponi. 27. q. 1. si quis episcopus.

Quod non debent interesse spectaculis vanis vel nuptiis. 28. dist. presbyterum. 44. distinct. nullus. de consecr. dist. 5. non oportet.

Quod tabernas sine necessitate non debent intrare. 44. dist. non oportet clericos. & c. clerici. ibidem. & c. nullus.

Quod magicis artibus, auguriis vel incantationibus intendentes debent deponi. 26. q. 5. non oportet. & duobus c. seq.

Quod clerici arma ferre non debent. 23. q. 8. clerici. & c. seq.

Quod nec vere nec iocose pugnare debent. 23. q. 8. quicumque clericus.

Quod nec debent iudicium sanguinis ferre. 23. q. 8. sæpe principes. & c. his.

De libertate clericorum data per Imperatores. 16. q. 1. generaliter. 23. q. 8. cap. tributum. §. quamuis.

Quod qui ad solius Dei iudicium reseruantur, a nullo iudice sæculari debent iudicari. 11. q. 1. sacerdotibus. circa medium. 12. q. 1. futuram.

Quod defenduntur ab ecclesia. 24. q. 3. paternarum.

Quod non accusantur a laicis. 11. q. 1. nemo.

Quod non debent trahi ad iudicium sæculare maxime sine consensu episcopi. 11. q. 1. nullus iudicum vsque ad c. iudices. & c. peruenit. vsque ad cap. clericum.

Quod clericus quandoque debet respondere coram iudice laico, videlicet cum ipse se subiicit ex permissione episcopi. 11. q. 1. clericum.

Item 10. si causa per Papam fuerit delegata. q. 3. relatum. 11. q. 1. istud. 23. q. 5. non vos. post medium. & tribus c. seq.

Quod clerici coram episcopo sunt conueniendi. 11. q. 1. si qui. & c. de persona. & duobus c. seq. 16. q. 7. filiis.

Quod clerici alios clericos ad iudicium sæculare trahentes puniuntur. 11. quæst. 1. inolita. & duobus cap. seq. 11. q. 1. si quis clericus.

Quod ex causa capi & ligari possunt a laicis. 23. q. 5. non vos. post medium. & tribus c. seq.

Quod clericus episcopum suum contemnens vel coniurationem procurans degradatus traditur iudici sæculari. 11. q. 1. si quis sacerdotum. & c. coniurationum, & quatuor cap. sequent.

Quod de ordinatione clericorum habet. 24. distinct. per totum. Et de hoc infra vbi agitur de ordine.

Quod clerici antequam ordinentur, debent examinari, & debent promittere fidelitatem & castitatem. 23. dist. quamquam. 28. dist. nullum. & c. quando. & c. de his. & tribus c. seq.

Quod non debent intitulari in duabus ecclesiis. 21.qō.1.c.1. & seq.

Quod viriati corpore promoueri non debent.36.distin. illiteratos.55.dist.c.13.4.5. & 6.q. 1. infames.circa finem.

Quod viriati corpore sine culpa promouentur.55. dist. qui patrem.

Quod serui non promouentur, nisi prius libertate donentur 54.dist.c. 1. & quinque c. seq. &c.si seruus.& quatuor c. seq.

Quod si seruus sine scire domini ordinarur in clericum, reddetur domino repetenti. 54.distin.nullus.& c.de rebus.§. cęterum.& quattuor c.seq.&.c.si seruus.

Quod qui coniugium perfecerunt cum non virginibus, nō promouentur. 34.dist.curandum & sex cap. seq.

Quod coniugati nisi prius continentiam vouerint non promouentur, nec ministrare debent in sacris. 28. dist. assumi & ca. seq. & cap. de Syracusanæ.& 32.distinct.eos.& c.placuit.

Quod curiales & histriones non promouentur. 2.dist.per totū. 53.dist.legem.

Quod ab illicitis quæstibus debent abstinere. 14.qō.3.clerici & duobus c.seq. 47. distinct. omnes.

Quod clerici pro beneficio medicinæ Dei munera non debent accipere.23. distinct. his igitur.

Quod vsurarii non debent esse, & deprehensi puniantur. 14. q.4.si quis oblitus. 46. distin. seditionarios.& duobus c. sequen. 47.dist. episcopus.

Quod clerici debent res ecclesiæ bene dispensare,& non superflue expendere. 14.q.1. episcopus.

Quod non licet ei de sumptibus ecclesiæ filios in studio philosophiæ procurare. 37. dist. legant.& c.seq.

Quod clericus de rebus hæreditatis, vt de laboribus conquisitis potest filiis vel proximis subuenire. 12. qō. 2. episcopus qui filios.& q.3.placuit.

Quod non licet clerico habere beneficium cui sufficit patrimonium.16.q.1.cap. vltim. in fine.

Quod parochias vel ius alterius clericus nō debet vsurpare. 13. q.1.ecclesias.circa prin.

Quod peregrinari non debet sine licentia episcopi.16.q.1. cūctis.de consec.distin.5.non oportet 1.

Quod non residens punitur. 7. q.1.peruenit.& tribus c.seq.& c. si quis in clero.

Quod clericus non de rebus ecclesiæ, sed de rebus per ipsum acquisitis potest facere testamentum.12.qō.3.c.1.& duob. c.sequ.& qō. 3. c.1. & q.5. fere per totum.

Quod si intestatus decesserit, in omnib. rebus succedit ecclesia.12.q.3.quicumque. & q. 5. sicubi.& c.seq.

Quod clerici extranei non debēt suscipi sine litteris sui episcopi.71. distin.extraneo. & cap. seq.72.dist. clericum. 93. dist.

nulla.19.q.2. alienum.

Quod transmarini clerici cum plurimis ipsorum testimoniis sunt recipiendi. 98. distin. per totum.

Quod clericis non est iniungenda solennis pęnitentia. 50.distin.confirmandum.& §.proxi.supra.

Quod clerici vix vel numquam pęnitent.de pœn. dist. 1.mensuram.

Quod melius est habere paucos bonos clericos, quàm multos inutiles.23.dist. tales.

Coactio. Quod coactio volūtati cōtraria excusat peccatum. 15. quæst. 1.quod autem. §.sed hoc. & c. merito.

Quod seruitia coacta Deo non placent.23. q. 6.iam vero.

Quod confessio per coactionē extorta nō præiudicat.15.q.6. si quandoque a sacerdotibus.

Quod Iudæi ad fidē Christi non sunt cogendi. 54.distin.de Iudæis.

Quod hæretici redire ad ecclesiam coguntur. nam medicus bene ligat phreneticum, & excitat lethargicum.33. q.4. ipsa pietas.& c.quid faciet.

Quod medicus bene vulnera incidit ferro ignito,quæ fomēta non sentiunt.1.q.1.reperiūtur.

Quod bene castigat pater filium indisciplinatum, & magister discipulū.33.q. 4. ipsa pietas,

Quod Paulus per violentiam intrare ecclesiam est cōpulsus. 23.q. 4.nimiū. & c.displicet.

Quod in Euangelio ad nuptias nolentes compelluntur intrare.33.q. 4.ipsa pietas.

Quod Angelus Agar ancillam ad dominam suam reuerti cōpulit.23.q.4.quando.

Quod Apostolus tradidit hominem in interitū carnis, vt spiritus eius esset saluus. 23.q. 4. qui peccat.

Quod qui legitime in voto suo non permansit, vt ad illud reuertatur est cogendus. 27.distin.quod interrogasti 45. dist. de Iudæis.16.q.1. quidam,

Quod coactus monasterium intrans si post numquam consenserit, liber exit. 20. qō. 3. præsens.

Quod nemo propter iuramentum imminente necessitate factum, reus esse debet iuramenti. 22.q. 4. inter cetera.

Quod apostatantes in fide & alij peruersi cogendi sunt per flagella malum relinquere. 24. q. 4. displicet, vsque ad finem quæstionis. & q. 5. per totum.

Eadem materia est de inimicis.

Coadiutor. Quod coadiutor datur episcopo propter infirmitatē & senectutē.7.q.1.scripsit mihi. & quattuor c. seq.& c.quāuis.

Cogitatio. Quod cogitatio nō meretur pœnā lege ēt ciuili, cū suis terminis est cōtenta. de pœn. dist.1.ca.vulgatis. §.cogitatio. & supra ea.dist. cogitationis.

Quod cogitatio peccati mortalis cū consensu etiam sine ope re nefario lege diuina damnatur.

tur. 49. dist. hinc etenim. ante finem.

Quod cum ex immunda cogitatione sequitur pollutio, culpa cogitationis lacrymis lauāda. 6. dist. testamentum. & c. seq.

Qđ dū in cogitatione voluptas non reprimitur, ēt in actione dominatur. dis. 49. hīcetenim.

Quod cogitationis statum exigere non valet quem vsus terrenæ sollicitudinis curuū tenet. 49. dist. hinc etenim, ante medium.

Cognatio. Quod cognatio spiritualis nō est consanguinitas, sed inter filios spiritualis quædam proximitas. 30. q. 3. c. 1. & 3.

Quod contrahitur in baptismo aliquem suscipiendo, vel ad chrisma retinendo. 30. q. 4. si quis ex vno.

Quod propter vnionem carnis ad vnionem spiritus nō transitur. 30. q. 4. post vxoris.

De hac materia require de affinitate.

Cognitio. Qđ cognitio Dei in præsenti habetur per fidei soliditatē. 24. q. 1. quia.

Quod ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem per bonam operationem adiuuamus. 49. dist. hinc, circa medium.

Quod qui infirmitatem suā cognoscens humiliter iacet, per consolationē Dei ad fortia opera surgit. 50. dist. qd est. in fi.

Quod qui sibi per arrogantiam candorem iustitiæ seu sapientiæ tribuit a luce supernæ cognitionis se excludit. 49. dist. hinc, circa medium.

Quod pro fide & vtilitate ecclesiæ seculares principes quandoque ad concilia admittuntur. 16. dist. nos. & c. seq.

Quod archiepiscopus potest facere concilia prouincialia sua auctoritate. 18. dist. si episcopus. & c. seq.

Quod episcopis secundū tempus ordinationis suæ loca in conciliis debent tenere. 17. distin. episcopus.

Columba. Quod columba dicitur materialiter. 2. q. 7. non omnis.

Item dicitur spiritus sanctus, vt illud, Descendit spiritus sanctus vt columba super ipsum. de consecra. dist. 4. aliud.

Item dicitur gratia spiritus sancti, vt illud, Eiecit vendentes & ementes columbas, 1. q. 3. saluator. post medium.

Item dicitur ecclesia columba, vt illud, Vna est colūba mea. de consec. dist. 4. aliud. 1. q. 1. remissionem.

Item dicitur columba simplicitas mentis. 16. quæst. 1. si cupis. 6. quæst. 1. ex merito, in fine. 36. distinct. qui ecclesiastici s. §. ecce.

Item dicitur columba vita contemplatiua, vt illud, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. 7. q. 1. aduersitas. ante finē.

Quod sicut columba gemens a molestiis quærit volare, sic bonus cupit dissolui, & esse cum Christo. 7. q. 1. aduersitas. ante finem.

Quod cathedras columbarum vendunt qui indignis ecclesiæ beneficia conferunt. 17. q. 7. & hoc. circa medium.

Quod columbas vendunt, qui sacros ordines largiendo preciũ pecuniæ vel laudis quærunt. 1. q. 3. non solum. & c. saluator. ante finem. & c. ex multis.

Quod per gemitum columbæ, id est, ecclesiæ remissio peccatorum datur. 1. q. 1. remissionem.

Quod non omnis qui dicit pax vobis, quasi columba est audiendus. 2. quæstio. 7. non omnis.

Quod omnes simplicitatem columbæ debent habere 9. q. 1. ex merito. 36. dist. qui ecclesiasticis. §. ecce, in fine.

Comessatio. Quod comessatio ē gulæ intemperantia. 44. dist. §. 1. & c. seq.

Quod gulosi festa sanctorum se indigne celebrare putant nisi comessationibus deseruiant. 44. distin. c. 1. in fi. & c. comessationes.

Item comessationes laicis dãnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehēnam. 44. distin. non liceat. §. seq.

Similis materia est vbi agitur de cibo & conuiuio.

Cõmunicatio. Quod cõmunicatio malorum non maculat aliquem, sed consensio factorum. 23. qõ. 4. si quis a Catholica.

Quod communicatur malo quãdo facto eius consortium approbationis adiungitur. 23. q. 4. a malis.

Quod exemplo Christi communicare debemus peccatoribus vt ipsos lucremur. 23. quæstio. 4. infideles.

Quod participes efficiuntur pœnæ qui se a communione malorum non separant. 24. qõ. 1. dicimus. circa medium.

Quod nota contra adhærentes inimicis Dei, & Ecclesiæ.

Compassio. Quod compassio est quantum ad pœnam quoddã genus persecutionis. 7. q. 1. aduersitas. ante med.

Quod vera iustitia compassionē habet 43. dist. vera. 23. q. 4. est iniusta.

Quod compassio siue ad peccatores, siue ad egentes debet esse cum discretione. 23. qõ. 4. duo. 86. dist. pulchra.

Quod peccantibus in infirmitate compatiēdum est. 3. q. 9. indicas. 45. dist. recedite.

Quod arguuntur prælati, qui in subditos deseuiunt seueritate magis quam cõpassione. 45. dist. recedite.

Quod vacuum nomen Christi tenet, qui necessitatem patiētibus non compatitur. 68. dis. fratrē. & c. non satis. 7. q. 1. oēs.

Copaternitas. Quod compaternitas efficitur vno coniugum alterum aliquem in baptismo vel chrismate tenente. 30. q. 4. si quis.

Quod

Quod abbates vel monachi non debent esse compatres. de cōsec. dist, 4. non licet abbati. & c.seq.16.q.1. placuit communi nostro. 18.q.2.peruenit.
Quod vxorem compatris quis ducere potest,cuius ipsa cōmater non fuit 30.qō.4. qui spiritualem.
Quod compaternitas dicitur recta vt cum quis filiū alterius leuat de fonte.30.q.3.ita.
Quod dicitur compaternitas indirecta vel emergens,vt cū sola vxor filium alterius leuat de fonte. vbi vir compater dicitur.30.q.4.si quis ex vno.
Quod si compaternitas carnalē copulam præcedit,potest quis duas commatres habere.30.q.4.post vxoris.§. ptozi.
Quod si alter vel vterque suscipit filium alicuius, cū illa non pōt contrahere.30.q.4. suscitatur.
Qđ si filius vxoris tm̄ suscipitur a Berta, vir pōt hēre Bertam sua mortua.30.q.4. qui spiritualē.
De compaternitate inuenies 30.q.4 per totum.

Compensatio.

Quod cōpensatio fit in pœnitētia per ecclesiā,quia in temporalem pœnā æterna supplicia commutantur de pœniten. dist.1.porro.
Quot Loth per filias compensare malū voluit,vt per minus malum maius sedaretur.14. dist. quod ait.32.q.7.offerebat.
Quod obstetricum mendacium in temporalē mercedē est cōpensatum.22.q 2.si quælibet.

Compositio.

Quod incōpositio corporis indicat qualitatē mētis. 41.dist.§. vlt.sicut ergo 23. distin.his igitur. circa medium.

Concilium.

Quod pro fide & vtilitate ecclesiæ sæculares principes quandoq; ad concilia admittuntur.96.dis.nos.& c.seq.
Quod archiepiscopus potest facere concilia prouincialia sua auctoritate. 18. dist. si episcopus.& c.se.
Quod episcopi secundū tempus ordinationis suæ loca in conciliis debēt tenere.17.di.episc.
Quod concilium prouinciale requirit prouinciā archiepiscopi. 92. distin. si quis episcopus vacans.
Quod prouinciale conciliū per archiepiscopum cum suffraganeis bis in anno debet fieri. 18. distin. propter ecclesiasticos.
Quod omnes episcopi ad concilia tenentur venire, vel se quare non venerunt per litteras debēt excusare. 16. di. placuit.
Quod ad concilium non veniētes,vel de ipso ante tempus recedentes,excommunicatur:& vsque ad sequens concilium debent remanere suspensi. 18. dist. si quis autem.
Quod episcopus concilium per singulos annos bis debet celebrare. 18.dist.de conciliis. & c. peruenit.
Quod sine omni exceptione saltem semel in anno episcopus debet facere conciliū. 18. dist. quoniam.
Quod episcopus in suo concilio dēt presbyteris & clericis no-

tificare statuta concilij prouincialis & hoc non faciens per duos menses est suspendēdus. 18. dist. decernimus.

Quod episcoporum concilia ante quadragesimā & circa carnispriuium debent celebrari. 18. dist. habeatur.

Quod qui tumultu vel risu concilium perturbauerit, excommunicationis sententia punitur. 6. q. 4. in loco.

Quod non debent cogi subditi a prælatis suis munera ad concilia deferre. 18. distin. de eulogiis.

Quod concilium ex communi intentione dictum est, eo quod in vnum dirigat communem mētis obtuitū. 15. dist. § synodus autem.

Quod quattuor concilia, videlicet, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinū & Chalcedonense, sunt tamquā quattuor Euangelia seruanda. 15. dist. canones, ante medium.

De octo conciliis generalibus, quæ ad prædicta quattuor reducuntur. 15. dist. sancta & c. sequen.

De 24. conciliis & de temporalibus & de auctoritatibus eorumdem. 16. dist. prima, annotatio.

Quod cum gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illius concilij debet teneri sententia, cuius antiquior & potior extat auctoritas. 50. dist. domino sancto. in fi.

Quod solius est Papæ priuilegiū posse cōgregare generale cōcilium. 17. distinct. c. 1. & cap. seq. 2. q. 6. Ideo.

Quod concilium sine auctoritate Papæ factum, nullum habet firmamentum. 22. distin. per totum.

Cōcordia. Quod concordia vera diuersitatē personarum & officiorum sub vno respectu connectit, vt differentiæ ordo sub vna ratione possit subsistere. 89. dist. ad hoc.

Quod vnitas cōcordiam, & dualitas discordiam inducit. 7. q. 1. in apibus.

Quod in concordia membrorū ecclesiæ gloriatur Deus. 9. q. 3. archiepiscopus.

Quod episcopi est discordantes ad concordiam reuocare. 90. dist. discordantes.

Quod magis debet prælatus discordantes subditos ad concordiam quàm ad iudicium prouocare. 90. dist. studendū. 4. q. 2. primates.

Quod oblationes discordantiū quia non Deo placent, non sunt recipiendæ. 90. dist. oblationes. & c. seq.

Cōcubina. Quod concubina dicitur quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu tenetur. 24. dist. quorumdam. § concubina. & c. seq.

Quod habens concubinam non debet promoueri ad ordinē, nisi forte cum dispensatione. 33. distinctio. si quis. & ca. maritum.

De dispensatione talium habetur 34. distinctio. Christiano.

no. & cap.sequen.

An liceat non habenti vxorem tenere concubinam. 34. dist. si quis.& c.Christiano.

De concubinis clericorum habes vbi agitur de clericis.

Cōcupiscētia. Quod concupiscentia absque culpa est in corpore non consentiente. 15.q.1. si concupiscentia.

Quod cōcupiscentia innata, per baptismum Christi nō euacuatur vt non sit, sed vt non obsit.de consec. dist.4.per baptismum Christi.

Quod non est alienæ rei cōcupiscentia etsi ecclesia cœpit possidere vbi persecutores prius regnabant. 13.q.7.si de rebus.

Quod ecclesia non dicitur aliena concupiscere, cum per temporalia quæ infidelibus aufert, quærit ipsos sibi vnire. 23. q.7. quod autem.

Conditio. Quod cōditio nō bona & illicita etiā si iuramēto sit vallata, non est adimplenda. 22.q. 4.c.1.

Quod conditiones positæ licitæ honestæ seruandæ sunt. 18.q. 2.Eleutherius.

Quod sub quali conditione ordinandus est quis ne episcopum. 23.distinctione qui episcopus.

Quod omnes de limo terrę habemus principium. 8.distin. quo iure.

Confeßio. Quod confessio peccati necessaria est ad salutē: de pœn. dist.1.fere per totum.

Quod vbi est taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. de pœnit.distinctione prima,§. taciturnitas.

Quod sola contritio non delet peccatum si confessio contemnitur. de pœ.di.1.voluissent. §.ex his itaque.& c.11.mēsurā. §.1.& duobus.c.seq.

Quod melior est in malis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio.11.q.3. iniustum.circa finem.

Quod circumstantiæ peccatorū sunt confitendæ. de pœnit.distin.1 §.1. qui est in c.aut facta.

Quod propter verecūdiam nullus debet diuidere confessionem, vt diuersis diuersa dicat. de pœ. dist.1.§.1. ante fi.;5.distin.cautus,sit.§.1.

Quod erubescentia in confessione peccatorū magna pars est satisfactionis,de pœn.dist. 1.quem pœnitet.

Quod per confessionem illud quod fuit mortale, fit veniale. de pœn.dist. 1. quem pœnitet.

Quod non est necesse, vt qui semel bene confessi sumus, denuo confiteamur. de pœnit. distinct. 1. cap. mensuram.§. non ita.

Quod non per nuncium vel per scriptum, sed proprio ore quis debet confiteri. de pœniten. distinctione 1. quem pœnitet.

Quod vera confessio in vltimo tempore potest esse. 26. quæstio 6. si presbyter. & cap. sequen.

Quod confitens debet se totum ponere in arbitrio sacerdotis. de pœn.dist.5.consideret.post medium.

Quod perito sacerdoti qui sciat soluere,est confitendũ.de pœnit.dist. 1.quem pœnitet. post medium.& dist.6.c.1.

Quod an quis possit audire confessionem alterius parochiani eo inuito. de pœn. dist. 6.§. 1.ibidẽ.& c.sacerdos. §. proxi.

Qđ in articulo mortis si presbyter nõ habetur, quisque potest alteri confiteri.26.q.6.si presbyter.& c. agnouimus.

Quod Græci solummodo Deo confitendum dicunt, sed sancta ecclesia Deo & sacerdoti confiteri statuit. de pœn. dist. 1.circa finem.c.quidam.

Quod confessio peccati occulta nulli penitus est reuelanda. 2. q.1.si peccauerit.

Quod in foro iudicii confessus de crimine, pro conuicto habetur.15.q.1. presbyter. & capit.1.

Quod scelus non dicitur manifestum nisi sponte confessum, aut per testes conuictum. 15. q.5.presbyter.

Quod mitius est agendum cũ eo qui commissum facinus facili cõfessione est cõfessus.dist.15. presbyterum.12.q.1.non dicatis.15.q.8. si quis. 56.dist. quia 82.dist. presbyter.

Quod confessio per pœnam extorta non præiudicat.15.qõ.6. si quandoque a sacerdotibus.

Quod manifestum est confiteri de crimine eum qui per contumaciam non comparet.3.q. 9.decernimus.

Quod qui socius est criminis, eius confessio contra socium nisi in certis casibus non admittitur.24.q.3.§.vlti.

Quod quandocunque bonũm agimus, Deum confitemur.11. q.3. existimant. in fin.

Quod qui verbo & opere Christum confitetur ipsius testis efficitur. 11.q.1. existimant. in fine.

Quod quanta vita est confiteri Christum, tanta mors est negare.11.q.3.non solum.

Quod latro tunc baptizatus est quando Christũ in cruce confessus est.de pœnit.dist.7. §.vltimo.

Confirmatio. Quod confirmatio sacramentalis omnib. fidelibus est necessaria. de cõsecrat.dist. 5.c.1.

Quod in hoc sacramento spiritus sancti augmentatur gratia, vt confirmemur ad pugnandũ. de consecrat. distin. 5. spiritus sanctus.& c.nouissime.

Quod ideo confirmatio in fronte imponitur, vt ab accipiẽte fides Christi siue erubescentia prædicetur.de consectat. dist. 5.nouissime.

Quod sacramentum excedit aliạ in veneratione, quia a maiori ministro scilicet ab episcopo tantum datur.de consecr.dist. 5.de his vero.& c.sequ. 48. distin.quamuis.& 95. dist. presbyteros.

Quod excepta necessitate hoc sacramentum episcopi ieiuni de-

debent dare,& ieiuni & confessi,si sunt adulti, debent accipere. de consecr. dist. 5. vt ieiuni.& c. seq.

Quod vnctio cōfirmationis debet fieri per signum crucis. de consec. dist. 5. numquid.

Quod confirmatio non est iterāda, sicut nec baptismus, & iterans grauiter punitur. de consec. dist. 5. dictum.& c. sequen.

Quod confirmatio inducit compaternitatē quēadmodū & baptismus. 30. q. 4. si quis ex vno.

Quod confirmatum non plures suscipere debent nisi vnus. sicut nec baptizatum. de consec. dist. 4. non plures.

Quod in necessitate idem potest esse compater in confirmatione & baptismo, aliter non. de consecr. dist. 4. in catechismo.

Quod qui non est baptizatus, nō potest suscipere cōfirmatum. de consecrat. dist. 4. in baptismate.

Quod qui in confirmatione filiastros ignoranter tenent, a matrimonio separantur. 30. qō. 1. de his.

Conformatio.

Quod conformare se debet quilibet illis inter quos viuit, in his quæ nec contra fidem sunt, nec contra bonos mores. 12. dis. c. illa aūt.

Quod qui strictius rebus vtitur, quàm se habent mores eorū cum quibus viuit, superstitiosus est. 41. dist. quisquis.

Quod nō interest quid alimentorū sumat quis, dūmodo cōueniat cum his cum quibus sibi viuendum est. 41. dist. ꝙ dicit.

Quod in cantando & legendo subditę diœceses debēt se metropolitanæ ecclesiæ conformare. 12. dist. de his.

Coniugium.

De hoc require in tractatu de matrimonio. &c.

Coniuratio.

Quod cōiuratio dicitur, quando clerici vel monachi rebelles auctoritati interdicenti, se in vnum coniuratione intercedente collegerint, aut iuramenta inter se dederint. 11. qō. 1. si qui clericorum.

Quod coniuratio & conspiratio pro vno eodemque crimine accipiuntur. 11. qō. 1. coniurationum.

Quod in prædicto crimine inuēti, in nulla accusatione sunt recipiendi. 3. q. 4. conspiratores.

Quod clerici contra episcopum, vel monachi contra abbatem in prædicto crimine inuenti, a proprio gradu cadunt. 11. qō. 1. coniurationum. & tribus c. seq.

Quod non solum de hoc crimine conuicti, sed etiam cōsentientes infames efficiuntur. 11. quæst. 1. conspirationum ibidem. & c. statuimus.

Cōfraternitas.

Quod cōsanguinitas antiquos patres in coniugio propter propagationem nō impediebat, sicut impedit modo. 35. quęst. 1. per totum.

Quod olim cōsanguinitatis gradus vsque ad septimam generationem cōputabatur. 35. qō. 3. de affinitate. & c. nullum.

& c.progeniem. vsque ad finẽ quæstionis.

Quod ideo consanguinitas per septem gradus computatur, quia mundi generatio & hominis status tot ætatibus finitur.30.q.4.c.1.

De computatione graduum cõsanguinitatis.35.quæst. 5. per totum.

Quod æqualiter computatur cõsanguinitas descendens in posteros ex parte mulieris, sicut ex parte viri.32. qõ.3. de propinquis.& c. seq. & c. æqualiter.cum c.seq.

Quod consanguineam cognoscens dicitur incestuosus,& est talis ab omnibus detestãdus. 35.q.2.de incestis.& c. seq.

Quod infames sunt, & ab hæreditate repelluntur, qui cõsanguineas ducunt in vxores 35.q. 2.coniunctiores.

Quæ personæ admitti debeant ad accusandum vel ad testificandum cõsanguinitatem inter cõiunctos.35.q. 5. per totũ.

De hac materia habes vbi agitur de matrimonio.

Conscientia.

Quod cõscientia sola si accusat,liber sine accusatione esse non potest.11.q. 3.in cunctis.

Quod dũ cõsciẽtia in oculis dñi non accusat,sentiant homines quidquid libet.11.q.3.senti.

Quod quem de libro vitæ nõ delet iniqua conscientia, nec delere potest humana ignorantia.11.q.3.quid obest.

Quod qui confidens de consciẽtia sua famam suam negligit, crudelis est.12.q. 1.nolo.11. q. 3.nón sunt.

Quod conscientia nobis est necessaria,fama proximo.12.q.1. nolo.

Quod quando Deus iudex erit, alius testis q̃ conscientia nostra non erit.11.q.3. custodi.

Quod tunc gloria nostra est testimonium conscientiæ nostræ,quando de quo homines nos vituperant, nostra conscientia liberos nos demonstrat. 11. q.3. inter verba.

Quod in præceptis & prohibitionibus quidquid fit contra cõscientiam, ædificat ad gehennam.28.quæst.1. omnes. §. ex his.

Consecratio.

Quod cõsecratio ecclesiæ non debet fieri nisi cũ missæ celebratione.de consec. dist.1.c.1.& c.de fabrica.

Quod altari maiori in quo sunt reliquiæ, non violata ecclesia etiam a fundamentis reparata sine missa consecrari potest, alias non.de consec.distinct. 1. de fabrica.

Quod sine reliquiis sanctorum ecclesiæ vel altaria non sunt consecranda.de consecra.dist. 1.de fabrica. & c. placuit.

Quod funera mortuorum maxime infidelium ante consecrationẽ ecclesiæ de ecclesia sunt eiicienda.de conse.dist.1.ecclesiam in qua.

Quod quamdiu paganus vel infidelis iacet in ecclesia, non est consecranda.de conse.dist 1.ecclesia.

Quod

Quod dotari debet ecclesia antequam consecretur. 16. q. 7. piæ. & c. si plures. de conse. dis. 1. c. nemo.

Quod ecclesiã, quam patronus non pro deuotione, sed pro quæstu construxerit, episcopus non debet consecrare, nisi omni contradictione contraria exclusa. de conse. dist. 1. si quis basilicam. 16. q. 7. piæ. & duobus. c. seq. 10. q. 1. si quidã.

Quod ecclesia quocunque casu læsa, manentibus parietibus consecratis non debet reconsecrari. de conse. dist. 1. si motum. & c. seq.

Quod si igne fuerit cõsumpta, est reconsecranda. de consec. dist. 1. ecclesiis.

Itẽ, si parietes a fundamento fuerint reparati. de conse. dis. 1. de fabrica.

Quod si ecclesia homicidio vel fornicatione polluta fuerit, aqua benedicta sale repersa reconciliabitur. de conse. distin. 1 si motum.

Quod vbi nec scriptura nec testes inueniuntur, propter dubium ecclesia est consecranda. de conse. distin. 1. solennitates. 1.

Quod ligna ecclesiæ consecratæ ad vsum religiosorum nõ laicorum debent admitti. de cõse. dist. 1. ligna.

Quod anniuersarius ecclesiæ vel episcopi maxime per annos singulos est agendus. de conse. dist. 1. solennitates. 1. & 2.

Quod consecrare dicitur simul sacrare. 24. q. 1. pudenda.

Quod ille archiepiscopus vel episcopus consecratus non dicitur, sed execratus, quem simul sacrare coniunctis mẽbris non agnoscit ecclesia. 24. q. 1. pudenda.

Quod consecrationi archiepiscopi omnes comprouinciales episcopi debẽt interesse. 66. distin. archiepiscopus.

Quod electus in archiepiscopũ vel episcopum intra tres menses debet consecrare. 100. dist. quoniam quidam.

Quod electus in archiepiscopũ (et si sit episcopus) ante receptionẽ pallij non potest alios consecrare. 100. dist. §. 1.

Quod qui est consecratus ab illo qui non habuit ius consecrãdi, iterum est consecrandus, 68. dist. sicut. & cap. seq.

Quod in episcopum non consecratur, in cuius domum hospitalitatis causa amicus nunquam intrauit. 85. dis. archidiaconum Florentinum.

Quod cum multa discussione in episcopum quis debet consecrari. 65. dist. de persona, & c. seq. 23. dist. illud.

Quod episcopus ante consecrationem ad fidem catholicam tenendam & ad plura alia se obligat. 23. dist. quamquam.

Quod episcopus cum assensu prouincialium episcoporum ad minus cum tribus episcopis die dominica vbi archiepiscopo placuerit debet consecrari. 51. dist. qui in aliquo. circa finẽ. 75. dist. ordinationes.

Quod electus in episcopũ si intra quinque menses negligit consecrari, archiepiscopus dẽt sibi

de alio prouidere. 100.distin. quoniam quidam.

Quod ante 25. annos virgines non sunt consecrandæ. 77. distin. placuit.

Quod diaconissa nisi sit 40. annorum, non est consecranda 72.dist. nemo.

Quod corrupta nō est consecrāda. 26.dist.acutius.20.q.1. deuotis.

Quod non consecrantur nisi per episcopum. 26.q.6.c.1.

Quod debet consecrari in veste professionis suæ, quā semper debet deferre. 23. dist. sanctimonialis.

Quod excepta necessitate infirmitatis virgines non sunt cōsecrandæ nisi in epiphania & per hebdōmadam paschæ, & in festis Apostolorum. 20. qō. 1.deuotis.

De hac materia habes vbi agitur de Velo.

Consensus. Quod consensus est voluntati eius quem quis diligit obsecundare, & auertere se ab eo quē ipsi sentit aduersum. 93. dist. si inimicus.

Quod cōsentire dicitur qui peccanti amabilem se præbet. 93. distinct. si inimicus in medio. 86.dist.odio.

De consensu malo habes 18.q.2. si quis.& 2.q.1. in primis.

Quod communio malorum nō maculat, sed consensio factorum. 25. quæstio. 4. si quis a Catholica.

Quod secundum prophetam im mundū non tangit qui malorum cū quibus habitat actib. non consensit. 23.q.4. tolerandi sunt. & c. ecce inquiunt.

Quod non prodest illi suo errore non pollui, qui cōsensum præstat erranti. 83. dist. consentire. & c. quid enim prodest.

Quod error cui non resistitur, approbatur. & negligere cū possis perturbare peruersos, nihil aliud est quam fauere. 83. dist. error. 2. quæst. 7. negligere. 17. q.3.§.1.

Quod qui peccātem non arguit sed defendit, acutius quā ille q peccauit coercēdus est. 11.q.3. q consentit. 24.q.3. q negligūt.

Quod episcopus qui criminibus consentit aliorum, ab officio est deponendus. 83. dist. si quis episcopus. & c.seq.

Quod facientem & consentientem par pœna cōstringit. 2. q. 1. notum sit. in fi. 3.q.4. consanguineorum.

Quod mala non sunt quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant 15.q. 1. illa cauenda.

Quod non est crimē quod infertur reluctanti, & non consentienti 15.q 1. non est. & c. vlti.

Quod sicut culpa nō est concupiscentia in corpore dormientis, multo magis est absq; culpa in corpore non consentiētis. 15.q.1. si concupiscentia.

Quod pudicitia potius vult quælibet mala tolerare, quam malo consentire. 32.q.5. ita.

Quod in ordinatione archiepiscopi consensus aliorum episcoporum comprouincialiū si non sunt præsentes, per litteras

ras est habendus. 64. dist. episcopi.

Quod infantes cum cōsensu parentum ad religionem debēt suscipi. 20. quæstio. 2. oportet.

Quod parentes filiam duodecim annos habentem de monasterio extrahere non possunt, si per annum & diem eā ibi esse consenserunt. 20. qō. 2. puella.

Consilium. Quod consilia Euangelii nō sunt in præcepto, sed in hominis arbitrio. 14. qō. 1. quisquis. & c. seq.

Quod consilium est voluntatis, præceptum autem necessitatis. 14. quæst. 1. §. quod præcipitur.

Quod qui consilio domini non vtitur, minus boni adipiscitur. 14. q. 1. quisquis.

Quod homines in dubiis requirere debent consilia. 16. qō. 2. visis. & 20. dist. c. vltim. 11. qō. 3. excellentissimus.

Quod experti grauesque morib. pro consilio sunt requirendi. 1. q. 1. estote.

Quod malorum potius consulēdum est vtilitati quam voluntati. 23. qō. 1. paratus. post medium.

Quod merito arguitur qui consilia sapientum & recta suadentium non vult suscipere. 84. dist. c. 1.

Quod qui dat bonum consiliū, præsentis vitæ habet subsidiū, & æternæ remunerationis cōsequitur præmium 12. qō. 2. bonæ.

Quod propter malum consilium consiliarii puniuntur. 86. dist. tanta. in fin.

Quod pro consilio dato pōt recipi tēporalis remuneratio. 11. q. 3. non licet. 14. qō. 5. non sane.

Quod homicidæ dicuntur per quorum consilium homines extinguuntur. de pœn. dist. 1. periculose. & c. noli.

Quod archiepiscopus in diœcesi suffraganei absque eius consilio nil agere debet. 11. q. 3. fere per totum.

Cōspiratio. Quod omnis conspiratio (præcipue clericorum & religiosorum) damnatur. 11. q. 1. coniurationum.

Quod conspiratio notata est in coniuratione.

Constantia. Quod constantia seruāda est in iuramentis & promissis. 22. q. 4. innocens. in fi.

Quod omnibus in Christo viuere volentibus necessaria est cōstantia in persecutionib. 7. q. 1. suggestum.

Quod tanta debet esse fidelium constantia, vt prius auferatur vita quàm fides. 23. q. 8. cōuenior. ante fin.

Quod vbi non prælatus, sed fides quæritur, constantia prælatis præcipitur. 7. qō. 1. aduersitas. ante medium.

Quod qui suis meritis cōstans & firmus est, non turbatur alienis. 24. quæstio. 1. non turbatur.

Constantinus. Quod Constātinus Imperator Christianus

factus publice dedit licentiam Christianos fieri, & ecclesias fabricari.12.q 1.futuram.

Quod ipse Constantinus ecclesiam beati Petri apostoli construxit, & sedem imperialem successoribus beati Petri reliquit.12.q.1.futuram. 96.dist. Constantinus.

De reuerentia ipsius maxime ad clericos & presbyteros.96.distin.in scripturis.12.q.1.futuram,96.distin. Constantinus. 11.quæstio.1. continua. §. Imperator Constantinus. & c.sacerdotibus.

Quod palatium Lateranense & Romanam vrbem omniumq; Italię & occidentalium regionum prouincias successoribus beati Petri assignauit. 96.dist. Constantinus.

Quod beatus Gregorius ostēdit eum feliciter vitam terminasse, dicens piæ memoriæ: contra illos qui mendaciter asserunt ipsum rebaptizatū. 11.q. 1. sacerdotibus.12.qō.1. futurā. vbi dicitur religiosissimus fuisse.

Quod dedit priuilegium, vt sicut Romanus imperator esset caput totius mūdi, sic & Romanus Pontifex esset caput omnium ecclesiarum. 96. dist. Constantinus.

Constitutio.

Quod cōstitutio est quod Rex vel Imperator constituit.2.dist.constitutio.

Quod constitutio debet esse honesta tempori,& loco conueniens. 4.dist.erit autem lex.

Quod cōstitutionis causa est humanam coercere audaciam & nocendi facultatem refrænare.4.dist.§. 1.

Quod tenenda est pro lege vbi sacra scriptura non contradicit.11. distinct. in his. 10. dist. lege.

Quod illicita est, quæ est contra Apostolos & Euangelia, vel alias sacras scripturas.10.distin. non licet.

Quod triplex est origo constitutionum ecclesiasticarum. 11. dist. ecclesiasticarum.

Quod constitutiones ecclesiæ, maxime Romanæ, sunt seruandæ 11.dist.nolite. & c. hoc vestræ.38.dist.nulli.

Quod earum transgressores puniuntur. 12. distin. præceptis. 53.distinct.nullus. 6.quæstio.1. infames.

Quod constitutiones regum & principum obsequi debent ecclesiasticis institutis. 10. dist. lege. & c. seq.

Quod pro loco, tempore & personarū qualitate mutatur cōstitutio. 50. dist.vt cōstitueretur.61.dist.§. his. 10. qō.3. priscis.& c. sequen.11.dist.catholica.

De hac materia habes vbi agitur de Statutis.

Consuetudo.

Quod cōsuetudo est ius morib. institutū, quod lege deficiente pro lege suscipitur.1.dist consuetudo.

Quod longæua consuetudo, quę non est contraria canonibus, est seruanda.11.dist.consuetudinis.12.dist.scit sancta Romana,

na,& quinque cap.seq.10. q.1. decreuimus.

Quod consuetudo peruersa ex diuturnitate nō leuigat crimē sed auget.24.q.1.schisma.

Quod binus actus consuetudo dicitur.25.q.vlt.ita nos.

Quod ratio & veritas cōsuetudinem semper excludunt.8.dist. veritate,& duobus cap. seq.11. dist.c.1.& seq.

Quod quando consuetudini veritas suffragatur,nil ea firmius debet teneri. 8. distin. frustra. 12. dist. illud. vsque ad §. hoc autem.

Quod diuersitas consuetudinum pro loco & tempore (dūmodo non sint veritati contrarię) non est reprobanda.12.distin. scit sancta. & capit. nouit.& c. seq.

Quod consuetudo illorum cum quibus conuersamur,si nō est est peruersa, obseruanda est. 12.dist.illa.

Quod consuetudo mala nō minus quam pernitiosa corruptela est vitanda.8. dist. mala. 12.distin.omnia talia.16.qō. 3. licet.

Quod consuetudines Romanæ ecclesiæ maxime sunt seruandæ.11.dist.quis.in fi. 12. distin. c.1.in fi.

Quod in ecclesia multa sacramētalia sicut aquæ aspersio, ad orientem adoratio, & huiusmodi, consuetudine magis, quam scripto sunt roborata. 11.dist.ecclesiasticarum.

Quod in portionibus ecclesiarū dandis obseruanda est cōsuetudo 10.q.3.nec numerus.

Quod contemptores consuetudinum ecclesiasticarum sunt coercendi.11.dist. in his rebus.

Quod episcopi sunt sola consuetudine maiores presbyteris. 95.dist.olim.

Quod an cōsuetudo faciat mortale quod est in se veniale. 25. dist. vnum.§.alias ante mediū. Vide quæ ibi notantur in glo. in ver.criminale ex B.Thoma.

Quod consuetudo ordinaria cōfert iurisdictionem.9.q.3. cōquestus.

Quod iure consuetudinis hoc meum, illud alterius iudicatur.8.dist.§.1.

Quod qui maledicendi consuetudinem habent immunditiā labiorum contrahunt.24.q.3. qui negligunt.

Quod sub prætextu consuetudinis nec ante nec post, pro sacramento est aliquid accipiēdū.1. q.3. si quis præbendas.

De hac materia habes vbi agitur de Moribus.

Contemptus.

Quod contemnere debet suos & sua qui seruire Deo eligit.12.qō.1.cui portio.& c. præcipimus.

Quod nihil miserius est quàm propter nummum Deum deserere.12.quæst.1. duo sunt, in fine.

Quod capitis rō & clericorū corona designāt quod ipsi debēt contemnere tēporalia. 12.q.1.duo.

Quod Socrates qui ad philosophandum pergens auri pondus proiecit,ponitur in exemplum, vt si virtutes possidere

volumus tēporalia contemnamus.22.q.2.gloria epi.in fin.

Quod stultus est qui in dignitate primum se existimans bona, quæ viderit discere cōtemnit. 22.dist. de Constantinopolitana.18.dist.non oportet.38.dist. nullus episcopus. 24.q.3.si habes.

Quod peccatum paganitatis incurrit, qui sedi apostolicę obedire contemnit. 81. dist. si qui sunt.in fin.

Notent hoc diligenter tyranni, qui nedum inobedientes sunt ecclesiæ, verumetiam eam vi opprimere, & patrimonium eius eripere conantur. 23.q. 8. hortatur.& 63. dist. Hadrian.

Quod contemnenda non sunt sacramenta per malos sacerdotes exhibita.1.q. 1.multi. 38. dist.sedulo.

Quod manumissio iteratur cum liberti ecclesiæ alii adhærentes eam contemnunt.12.quęstio.2.liberti.

Contentiosus. Quod contentiosus prohibetur ordinari.46 dist.§.1.& c. seditionarios.

Quod diuersitas cultus maxime contentiones & æmulationes inducit.90.dist.perlatum.

Quod clerici vel monachi in synodo vel capitulo accusando, vel referendo nō debent perstrepere vocibus contentiosis. 5.q.4.in loco.

Quod contentiosus monachus a priori suo secundum qualitatem culpæ est puniendus. 90 dist.si quis monachus.

Quod perfectus in iudicio sæculari nō debet contendere. 14. q.1.episcopus.

Quod res ecclesiæ non per contentiones sed iudicio debent defendi. 16.q.6.consuetudo.

Contestatio. Quod cōtestatio litis quomodo fieri debeat, & intra quod tempus facta valeat, habes 3.q.3. induciæ vsq; ad finem quæstionis.

Quod ordine iudiciario primo est libellus porrigendus,deinde debet fieri litis contestatio. 3.q.3.induciæ.§.libellum.

Quod iudex reo libellum nō debet auferre nisi actor promittat se intra duos menses litem contestaturum,& expensas in duplum restituturū.3.qō.3. induciæ.§.libellum.

Quod contra absentem per contumaciam procéditur cum lis est cōtestata,& liqueat de causa.3.q.9.decernimus. 4.quæst. 6 cap.1.

Quod si lis non est contestata, nec liquet de causa, tunc absens per contumaciam solum est excommunicandus, & sic intelliguntur illa capitula. 11. q.3.rursus.& c.quicunque.

Quod litis cōtestatio recusari nō potest.3.qō.3. induciæ.§. libellum.in fin.

Quod in causa criminali vel ciuili criminaliter mota ante litem contestatam testes non sunt recipiendi, nec sententia diffinitiua ferenda.3.qō. 9. per totum.in summa.

Quod plures sunt casus, in quibus sine litis contestatione testes possunt recipi, scilicet in hæresi

hæresi post mortem. 24.q.2. sane. & c. seq.

Item in quæstione electionis episcopi, & in causa matrimonii, ne propter moræ periculum ecclesia dilapidetur, & mulier fornicetur.

Item prælatus ex officio procedit per inquisitionem de excessibus subditorum.

Item quando testes ad perpetuā memoriam recipiuntur,

De his & aliis pluribus casibus habes extra, vt lite nō contesta. quoniā frequenter. & c. seq.

Continētia.

Quod continentia nō ferro sed religione quærenda est. 33.q.5. tunc saluabitur.

De hac materia habes in titulo de Castitate.

Cōtritio.

Quod contritio contemptis aliis partibus pœnitentiæ nō delet peccatum. de pœn. dist. 1. resuscitatus. §. alij. ecōtra. ibi. & c. mensuram.

Quod dum confessio non contemnitur, per contritionem peccati venia indulgetur. de pœn. dist. 1. mensuram.

Quod quantumcumque adsunt alia, sine cordis cōtritione nullum peccatum dimittitur. de pœn. dist. 1. §. econtrario.

Quod lacrymæ, quæ ex vera cōtritione fluunt, æterni ignis incendia extinguunt. de pœ. dis. 1. porro.

Quod vbi non est contritio, sed cordis duritia, Deus orationē pro talibus nō accipit. de pœ. dist. 1. quamobrem. in fine.

Cōtumax.

Quod cōtumax dicitur qui post vnā vel trinā peremptoriam vocationem coram iudice comparere contēnit. 24.q.3. de illicita.

Quod qui ex contumacia iudicibus non obtemperāt, per episcopos extra communionem poni debent. 2. q.6. quisquis.

Quod qui ad synodum vocatus venire, aut ibi constitutus obedire contemnit, aut ante finē recesserit, est excommunicandus. 11.q.3. certum est.

Quod contra absentem per contumaciam tamquam contra præsentem conuictum procedi potest per diffinitiuam sententiam. 3.q.9. absens. & c. decernimus. 24. q. 3. de illicita.

Quod si excōmunicatus intra annum suā causam purgare cōtempserit, post nullatenus audiatur. 11.q.3. rursus. & c. seq.

Quod qui iubente sacerdote pro quacumque culpa ab ecclesia exire contempserit, tardius recipitur ad veniam. 11.q. 3. qui iubente.

Quod contumaces prælati præter dignitatis subtractionem puniūtur. 74. dist. honoratur. in fi. 34. dist. quorumdam.

Quod continentes clerici ab episcopis per excommunicationem corrigi debent. 50. dist. contumaces. 7.q.1. si quis p̄sbyter. 11.q.1. petimus. & q.3. si quis presbyter.

Quod sicut in contumacia persistentibus seueritas est osten-

denda, sic humiliantibus per pœnitentiam venia nō est denegãda. 2.q.4.quanto.

Conuenticulũ. Qđ conuenticulũ dicitur cõgregatio subditorum sine cõsensu prælatorum.17.dist.multis.

Quod clerici (maxime hæreticorum & schismaticorum) conuenticula vitare debēt. 24.q.3.clericus. & c. cum quibus.

Conuersatio. Quod cõuersatio cũ Iudæis in cõuiuiis & balneis clericis & laicis inhibetur, nec etiam medicinas ab eis debēt recipere. 28.q.1.nullus.

Quod etiam cum parentibus vel propinquis conuersari nō debemus, si per ipsos fidē Christi perdere timemus. 28.q.1.si infidelis.

Quod sæpe malorum conuersatio corrumpit bonos mores. 28.q.1.sæpe.

Quod neophyti vt in fide & moribus proficiant, cum Christi fidelibus debent conuersari. 28.q.1. Iudæorum.

Conuersio. Quod cõuersio dicitur quasi vndique cordis versio. de pœn.dist.1.§. hoc idem. & distinct.vlti. nullus expectet.§. quod quamuis. circa prin.

Quod si cor nostrum vndique à malo conuertitur, fructus cõuersionis meremur. de pœ.distin. 1.§.hoc idem.

Quod conuersio cordis requiritur in adulto baptizando. de consecra. distinctione 4. baptismi.

Quod vera conuersio ad Deũ in vltimis positorum mente potius est æstimanda quàm tempore. 26. quæstione 6. agnouimus.

Quod qui cum potuerunt conuerti noluerunt, in fine non facile acquirunt quod volunt. de pœn.dist. vlti. nullus expectet.circa prin.

Quod conuersio in extremis licet raro iusta sit, desperandũ tamen non erit. de pœnit.dist. vlti. nullus expectet.§. quod quoniam. 26.quæst. 6.si presbyter. & c.seq. 50.distin. ponderet.

Quod Deus non vult mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat 26.q.6. agnouimus.

Quod Iudæorum pueri ad fidē Christi conuersi, ne parentum inuoluantur erroribus, sunt fidelibus monasteriis cõmittendi. 26.q.1.Iudæorum.

Conuiuia. Quod conuiuia laudantur dummodo detractionibus & fabulis & ludis turpibus non misceantur. 44.dist.conuiuia. & c. seq.

Quod conuiuium clericorũ debet præcedere mensæ benedictio, inter mensam lectio, post mensam gratiarum actio. 44. dist.quando autem.

Quod nō cibus in conuiuio, sed cibi auiditas reprobatur. de conse.dist.5.sint tibi.

Quod præcipue clerici hæreticorum & schismaticorum debent vitare conuiuia. 24.q.3. clericus.

Quod cum sacerdotibus census

tenuis esse debeat, prohibentur eis conuiuia, ne pinguis venter, grossam mentem generet. 44. dist. cap. vlt. & §. seq. 34. dist. presbyteri.

Quod nec episcopus nec clericus absq; necessitate debet in ecclesia facere conuiuia. 42. dist. non oportet. & in c. seq.

De hac materia vide vbi agitur de Cibo.

Correctio.

Quod correctio debet fieri quantum pro vniuscuiusque gradu atque salua pace ecclesiæ fieri potest. 23. quæst. 4. ecce quisquis quidam cum quisque sicut. ipsa pietas. quid faciet, circa medium.

Quod correctio debet fieri animo medendi, non sæuiendi. 86. dist. odio. 23. q. 4. ita plane circa medium.

Quod cum correctio districtius agitur, ex charitate agenda est, non ex furore. 12. quæstio. 2. fraternitas.

Quod correctio debet ex charitate prouenire, & secundum diuersitatem culparum extendere. 24. q. 3. corripiantur.

Quod correctio debet esse mista cum benignitate & asperitate. 45. dist. disciplina. & capit. sunt namque.

Quod qui iuste iudicat, stateram in manu gestans in vtroque penso iustitiam & misericordiam portat. 45. dist. omnis.

Quod non frustra hæc duo iunguntur, homo peccator: quia peccator est, corripe. quia homo est, miserere. 23 q. 4. duo.

Quod correctio quandoq; plus debet habere mansuetudinis quàm rigoris. 45. dist. qui syncera. & ca. licet.

Quod asperitas nimiæ increpationis nec correctionem recipit, nec salutem. 45. dist. cum beatus. & c. disciplina.

Quod castigatus leuiter reuerentiam exhibet castiganti. dist. 45. cum beatus.

Quod correctio quãdoq; plus debet habere de asperitate quàm de benignitate. 12. q. 2. fraternitas. 24. q. 3. ecce. & cap. seq. & c. illud.

Quod ferro necesse est vt abscindantur vulnera quæ fomentorum non sentiunt medicinam. 81. dist. quia aliquanti.

Quod melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. 5. q. 5. non omnis. & c. non osculantur.

Quod nõ est charitas sed languor vbi mali mores non corriguntur. 23. q. 5. non putes. & c. seq.

Quod non corripere malos sed fouere, est eos occidere. 23. q. 5. qui vitiis. 45. dist. sed illud.

Quod falsa & periculosa misericordia indulgetur vbi propter asperitatem vel blandimenta linguæ delinquentium correctio postponitur. 50. distin. si quis diaconus.

Quod licet Dei sit principaliter corrigere, tamen prælatus suã correctionẽ non debet negligere. 23. q. 4. sicut non est.

Quod facientis culpam habet qui cum possit corrigere, negligit emendare facientis culpam 83. dist. error.

Quod licet sciamus neminē vltra terminum à Deo præfixū esse victurum, tamē omnibus languentibus non incongrue medemur, sic quamuis nemo saluetur nisi prędestinatus, omni tamen delinquenti adhibēda est correctio. 23. q. 4. Nabuchodonosor. §. item qui.

Quod episcopus, qui crimina non corrigit, non episcopus, sed canis dicitur impudicus. 83. dist. nemo.

Quod primo seipsum corrigat qui alios nititur corrigere. 25. dist. primum. 1. dist. in sacerdotibus. nemo.

Quod prę..us si culpas subditorum impune dimittit, grauiter offendit. 11. q. 3. si is qui. 23. q. 5. qui vitiis. & alia capitula quæ sequuntur vsque in fine quæstionis.

Quod synodi prelatorum ad hoc debent esse vt deprauata quæ emerserunt corrigantur. 18. dist. peruenit. & c. seq 16. q. 2. visis. in fi.

Quod prælatus quando in correctione excedit, non tenetur à subditis veniam postulare. 86. dist. quando necessitas.

Quod à subditis senior non est increpandus, cum culpa sua non trahit ad interitum corda iuniorum. 2. quæst. 7. Paulus dicit.

Quod laudabile est in subditis correctionem prælati nulla dissimulatione postponere. 2. q. 7. sicut inquit.

Quod contemptores mandatorum superiorum sic puniendi sunt, vt alij talia committere timeant. 23. q. 3. iustum.

Quod prælati à subditis, docti ab indoctis de publicis excessibus corrigi possunt. 2. q. 7. secuti sunt viam Balaam. & ca. episcopi. §. item Ioannes.

Quod priuatum crimen publice non est arguendum: sed vbi contingit crimen, ibi moriatur. 2. q. 1. si peccauerit. in fi. 6. q. 2. si tantum.

Quod publicam cor..ionem debet præcedere a..monitio 2. q. 7. accusatio. 1. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Percussiōe.

Corona.

Quod coronā in capite clerici habent ab institutione Romanę ecclesiæ. 12. q. ..

Quod rasio coro.. in capite significat temporalium depositionem. ibidem.

Corporalia.

Quod corporalia altaris non debent esse de serico, sed de puro panno lineo ab episcopo consecrato. de cōsec. dist. consulto omnium.

Quod non debeant lauari per feminas nec tangi. 23. dist. sacratas.

Corpora.

Quod corpora sanctorū nullus de loco ad locū sine licentia episcoporum transferre præsumat. de conse. dist. 1. corpora.

Quod corpora modernorum hominum sunt debiliora antiquorum, & ideo ipsis est compatiendum. 34. dist. fraternitatis.

Creatura. Quod creatura quęlibet in se bona est, & dicitur esse vera. de pœnit. dist. 2. ante fi.

Quod creatura quæ mutatur, nõ vera, sed vacua esse probatur. de pœn. dist. 2. ante fi.

Quod per creaturas iurare, est blasphemare. 22. q. 1. si quis per capillum.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

Credere. Quod credere in Deũ est amãdo in eũ tendere. de pœ. dist. 2. charitas est.

Quod qui diuinationibus & incantationibus credit, fidem Christi perdit. 26. q. 5. episcopi. ante mediũ. & duobus ca. seq.

Quod qui credit se cum Diana vel aliis mulieribus in noctis silentio super bestias vel aliter multa terrarum spatia transire, fidem Christi euacuat. 26. q. 5. episcopi. ante medium.

Quod in testimonio quandoque credendum est paucioribus numero. 4. q. 3. per totum.

Quod innocens semper bene credit & bene iudicat de aliis. 22. q. 4. innocens.

Quod mala de aliis non cito neque de facili debemus credere. 86. dist. si quid.

Quod malum de proximo nullus debet credere antequam probetur. 2. q. 1. Deus. 30. q. 5. iudicantem. 11. q. 3. in cunctis. & c. quamuis.

Creditor. Quod creditor non est dicendus vsurarius. 10. q. 2. casellas. §. hoc ius.

Crimen. Quod crimẽ est graue peccatum accusatione & damnatione dignissimum. 81. dist. apostolus.

Quod crimen vocatur criminale peccatum, vel criminalis infamia. 25. dist. vnum orarium.

Quod crimen quandoque ponitur pro omni delicto siue mortali siue veniali. 25. dist. vnum orarium. §. nomine autem.

Quod manifesta crimina accusatione nõ indigent. 2. q. 1. quæ Lotharius. §. in manifestis. & c. seq.

Quod magis nocet qui crimen celat, quam qui illud amicabiliter ad corrigendum indicat. 5. q. 5. nõ vos. & quattuor c. seq.

Quod fraudulentus reputatur qui causa diffamationis vel vindictæ occultum crimẽ reuelat. 5. q. 5. qui ambulat. 6. q. 1. summa.

Quod grauiter peccat qui crimẽ quod solus nouit, publicat. 2. q. 1. si peccauerit.

Quod meritorium est ibi crimẽ publicare, vbi possit prodesse. 22. q. 6. hoc videtur. in fi.

Quod nullum crimen maculat nescientem. 23. q. 4. nimium sunt.

Quod crimẽ paternum nullam maculam potest infligere successori: nisi committat vel cõsentiat. 1. q. 4. crimen.

Quod nemini præterquam de crimine læsæ maiestatis de se confesso contra alium creditur. 15. q. 3. nemini.

Quod graui punitur pœna cri-

mē læſæ maieſtatis.6.q.1.quæro. §.ſi quis.

Quod crimen læſæ maieſtatis & vitium ſimoniæ pari pœna puniuntur.15.q.3.ſane.

Chriſma. Quod chriſma ī cœna domini quolibet anno eſt conficiendum;& vetus intra eccleſiam eſt exurendum.de conſecrat.diſt.3.litteris.

Quod ſolius epiſcopi eſt chriſma conficere.95.diſt.illud. 26.q. 6. ſi iubet.

Quod archiepiſcopi ab epiſcopis ſuis,& alij clerici ab archipreſbyteris chriſma debent petere.95. diſt.presbyteri.de conſecra.diſt.4. presbyteri.

Quod clericus vendens chriſma ſimoniam committit.1.q. 3.ſi quis præbendas.1.q. 1.dictum eſt in quibuſdam.

Quod presbyteri chriſma accepturi nil debent dare epiſcopis.1.q.1.ſtatuimus.

Quod omnis presbyter ad baptizandum vadens , cum chriſmate debet progredi de conſecra. diſtinct. 4.nullus miniſtrorum.

Quod ſignare in frōte cum chriſmate,eſt tantū epiſcoporum. de conſecr diſt.4 presbyteri. 95.diſt. presbyteros.

Quod cum veteri chriſmate nō licet inungere niſi in neceſſitate.de conſecra.diſt. 4.ſi quis de alio.

Quod qui in neceſſitate a preſbytero non fuit in baptiſmo chriſmatus in vertice , debet per presbyterum ſuppleri. de conſecratio. diſtinct. 4. nullus miniſtrorum.

Crudelitas. Quod crudelitas nō eſt crimina punire,ſed pietas. 23.q. 8.legi.& c.ſeq.

Quod falſa manſuetudo eſt crudelitas, quando ſcilicet delinquens non corripitur. 23 q. 4. ipſa pietas.

Quod iudex non eſt crudelis qui crudeles iugulat, licet patientibus crudelis eſſe videatur. 23. q. 5. non eſt crudelis.

Quod proximi vulnus crudeliter ſiletur, & vt ſanetur , miſericorditer indicatur.5.q.5.non vos.

Quod crudelis eſt qui famā ſuā negligit.12.q.1. nolo.

Quod vlciſcendi crudelitas iure culpatur. 23. quæſtio. 1. quid culpatur.

Quod libidinoſa crudelitas eſt venena ſterilitatis procurare. 32.q.2.aliquando.

Quod crudelitatem omniū prædonum ſuperat qui res eccleſiæ quæ pauperum ſunt , defraudat. 12. q. 2. gloria.circa medium.

Quod qui pauperē fœnore trucidat , & qui diuiti aliqua rapit,æquales ſunt in crudelitate.14.q.4.quid dicam.

Crux. Quod crux a cruciatu dicitur, & magnū cruciatum ſuſtinet qui vim patitur. 3. quæſtio. 1. nulli. in fine.

Quod qui diuitias mundi lutum reputat , crucem Chriſti portat.12. q.2. gloria. circa medium.12.q.1.clericus.

Quod ſacerdotalis gradus & alia

alia sacramenta crucis figura perficiuntur. de consecra. dist. 5. numquid.

Quod salubre est fideles crucis signaculo insigniri. 11. dist. ecclesiasticarum.

Quod ideo cruce signantur baptizandi & alij, vt diabolus per interemptionis suæ signum vas suum pristinum sciat deinceps sibi esse alienum. de consec. dist. 4. postea signatur.

Quod ignominia est Christum crucifixum pauperem fartis prædicare corporibus. 35. dist. ecclesiæ.

Quod dominũ crucifigunt qui eum in sacerdotibus suis persequuntur. 3. q. 1. nulli.

Quod festum inuentionis crucis est celebrandum quinto nonas Maij. de consecr. dist. 3. crucis.

Cupiditas. Quod cupiditas est mater vsurarum. 47. dist. virum.

Quod cupidi ordinari prohibẽtur, quia tales de facilia vero deuiant. 47. dist. virum. 8 q. 2. dilectissimi.

Quod bonorum auctoritati inhærere non valet qui cupiditatem animæ quæ radix est omnium malorum, non abscindit. 47. distin. bonorum. & c. seq.

Quod gratius intuetur cupidus aurum quam solem. 47. dist. sicut.

Quod quantumcumque aurum auro cumuletur, satietas nũquã aderit cupiditati. 47. dist. sicut.

Quod nemo cupiditati damnan di inflammatus desiderat habere consortem. 23. q. 7. quod autem.

Quod cupidi breuem in præsenti possident fructum, & post æternum incurrunt suppliciũ. 1. q. 1. cũ ordinaretur. & c. cito.

Curator. Quod curator propter infirmitatem datur. 3. q. 7. infames.

Curialis. Quod curialis dicitur qui nexibus curiæ ligatus principibus adulatur. 37. dist. nonne. & 51. dist. qui in aliquo.

Quod curiales non sunt ad ordines admittendi, nec etiam ad religionem, nisi cum magna discussione. 53. distinct. legem.

Quod curialis non debet in episcopum ordinari. 50. dist. non confidant. 51. distin. qui in aliquo.

Quod curialis qui in ciuilibus causis vel pecuniariis officium impẽdit, potest in episcopum postulari. 61. dist. Olius. & §. sed aliud est.

Curiositas. Quod curiositas est postpositis diuino & sanctorum eloquiis scriptis Philosophorum & poetarum ratione vanitatis vel delectationis intendere. 37. distin. sacerdotes. & c. seq.

Quod curiositas dicitur cum diuina scriptura non secundum sanctorum expositionem, sed secundum sæcularem sapientiam & sensus sui vanitatem exponitur. 37. dist. vino.

Quod curiosi dicũtur clerici qui filios suos ecclesiasticis sũptibus potius sæcularibus scientiis quam salubribus erudiũt. 37.dist.legant.

Custodire. Quod custodire tenetur Romana sedes statuta conciliorũ quæ sua auctoritate cõfirmauit. 25.q.1.c.1.

Quod si iurisdictio episcopi a superiore nõ seruatur, ordo ecclesiasticus, quem superior custodire tenetur, cõfunditur. 11.q.1.peruenit.

Quod prælati bona ecclesiæ non debent dare potentibus, sed diligenter custodire. 23.q.7. conuenior.

Quod nemo per exteriorem violentiam corrumpitur, si interior innocentia custodiatur. q.3.custodi.

DAlmatica. Quod dalmatica nec episcopis, nec archidiaconis antiquitus sine concessione Papæ licebat vti. 23.dist.communis.

Quod licet modo omnes diaconi vtantur dalmaticis ex consuetudine, non tamen debent ipsis vti nisi in solennitate. 76. dist.de ieiunio.

Damasus. Quod Damasus Papa primus accusatus de adulterio cũ 42.episcopis se purgauit. 2.q. 7. nos si incompetenter. in fine.

Dãnum. Quod dãnum morum multum distat a damno temporalium. 6. quæst.1.sunt plurimi. in fine.

Quod deteriores sunt qui vitam moresque bonorum detrahẽdo corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. 6.q.1.ex merito.

Quod nulli in alterius damnum est subueniendum. 14. quæst. 5.denique.22.q.2.primum.

Quod dominus per damnum temporale nos cogit ad bonum. 23.quæst. 6. quod errauerat.

Quod piissimi rectores reputantur qui in graui scelere constitutos damnorum admonitionibus ad bonum redire cogunt. 23.q.5. si vos.

Quod qui confugientibus ad ecclesiam vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, sunt excommunicati. 17.q.4. diffiniuit.

Quod inferens damnum non est absoluendus nisi damno secundum arbitrium læsi restituto. 23.q.vlt.pessimam. 14 q.6.si res.

Datum. Quod datum ab quod ex pietate præcipue ecclesiæ, non potest reuocari. 12.q. 2. sacrorũ. 14.q.6.comperimus. 16.q.2. visis.& q. 6.illud. 17. q.3. sunt qui.

Quod dare ecclesiæ propter defectum heredis, laudabiliter danti redduntur habito herede. 17.q.vlt.c.vlt.

Quod qui res ecclesiis vel monasteriis in testamento datas detinent, pauperum sunt necatores. 13.q.2.clerici.

Quod non sufficit oratio & lectio

ctio nisi adsit & eleemosynæ datio. 86. dist. frattem. & duodecim cap. seq.

Quod habenti dari nil aliud est quam perdere. 1. quæstio. 2. pastor.

Quod episcopus de bonis ecclesiæ religiosis potest dare. 12. q. 2. si episcopus. & c. seq.

Quod qui honorem non habet, honorem dare non potest. 1. quæst. 1. qui perfectionem. & c. seq.

Dauid. Quod Dauid qui ex compassione omnes refugas recipiebat, ponitur in exemplū quod patientibus est compatiendum. 7. q. 1. omnis.

Quod ex eo quod doluit mali regis chlamydem se præcidisse, ponitur in exemplum quod subditus quantumcunq; sanctus in malum prælatum quādiu sustinetur non debet insurgere. 2. q. 7. plerumque. §. item de pœniten. distin. 2. §. opponitur.

Quod Dauid plenus fuit charitate, per multos effectus insinuatur. de pœn. dist. 2. §. opponitur. post medium.

Quod inter duo mala minus eligens potius voluit iuramentū frangere, quam sanguinem humanum fundere. 22. qō. 4. quod Dauid. & c. seq.

Quod in eo quod Saul deprauatum honorauit propter vnctionem, innuitur quod sacramenta in deprauato non annihilantur. 1. q. 1. sacramenta.

Quod Dauid prohibitus fuit templum ædificare propter sanguinem quem effuderat. de consecrat. dist. 1. §. 1. in prin.

Quod in hoc quod propter adulterium & homicidium per parabolam diuitis sententiam contra seipsum dedit, innuitur quod malus prælatus per sententiam quā profert in subditum seipsum condemnat. 3. q. 7. sacerdos.

Quod per pœnitentiam de adulterii & homicidii peccato cōsecutus est veniam. de pœn. dist. 3. §. Dauid.

Quod in eo quod post peccatum spiritum sanctum rehabuit, & in honore permansit, innuitur quòd lapsi per pœnitentiam in pristinum statum reparantur. 50. dist. si post. §. econtra. & c. ponderet.

Quod occiso Vria propter adulterium Bethsabeę ipsam duxit in vxorem, modo non trahitur in consequentiam. 31. q. 1. cap. si qua fuerit vidua. §. sed obiicitur.

Quòd dominus ei qui tot bellis interfuit, tam magnum præbuit testimonium, innuitur ꝙ & plerique bella exercentes Deo placere possunt. 23. qō. 1. noli.

Decanus. Quod decan⁹ nō debet fieri nisi primum fuerit presbyter ordinatus. 60. distinct. c. 1. & duobus c. seq.

Quod diaconus in decanum electus nisi statim presbyter efficiatur, honore suscepto priuetur. 60. dist. innouamus.

Quod nemo in decanum debet

eligi, nisi qui ætate & moribus est maturus. 60. distinct. inno uamus.

Decimæ. Quod decimæ sunt vota fidelium, precia peccatorum, patrimonia pauperum. 16. qõ. 1. quia.

Quod decimæ sunt tributa egẽtium animarũ. 16. q. 1. decimę.

Quod decimæ iubentur dari lege naturali, sicut patet de Abraham & Iacob. 17. q. 7. decimas Deo.

Item iubentur dari lege Mosaica. 16. q. 1. decimas a populo.

Item iubentur dari scriptura prophetica. 16. q. 1. reuertimini. & q. 7. c. 1.

Item iubentur dari lege canonica. 16. q. 7. c. 1. & c. quicunque.

Quod decimæ sunt dandæ de grano & de vino, de fructibus arborum, de pecoribus, de horto, de negotiatione, & venatione. 16. q. 7. quicunque. & c. seq.

Quod a laicis fideliter sunt dandæ, & ab episcopis ministris ecclesiarum discrete distribuendæ. 32. dist. præter hoc. 16. q. 7. nullus.

Quod fideliter decimas dare, est nec plus nec minus offerre. 16. q. 7. quicunque.

Quod dandæ sunt illi ecclesiæ vbi baptisma & alia sacramenta percipiuntur. 16. qõ. 1. quicũque. c. de decimis. & capitul. in sacris. 13. q. 1. ecclesias. §. de decimis.

Quod aliis ecclesiis non sunt dãdæ præter consensum episcopi. 16. quæsti. prim. statuimus. & c. seq.

Quod propter nouas ecclesias priori ecclesiæ non sunt subtrahenda. 16. quæstio. 1. si quis laicus. & capit. de decimis. §. si ergo.

Quod decimæ concedi possunt monasteriis & hospitalib. 16. q. 1. quoniam.

Quod monachis de territoriis, quæ propriis manibus excolunt, cõcessæ sunt decimæ. 16. q. 1. cunctis. §. de his. & capit. questi.

Quod per donationem prædiorum monachis factam non priuantur ecclesiæ decimis suis. 16. quæstio 1. cunctis §. de his. in fin.

Quod nõ fructus, sed ius decimæ vendere vel emere simoniacum est. 1. quæstione 1. presbyter.

Quod decimæ a laicis (quia pauperũ sunt) possideri non possunt. 16. quæstione 1. c. vlti. & q. 7. c. 1.

Quod non sunt a laicis aliquo munere redimendæ. 16. qõ. 7. decimas quas.

Quod propter malitiam sacerdotis decimæ (quia ecclesiæ sunt) non sunt retinendæ. 16. q. 6. si episcopum.

Quod non dantes decimas post admonitionem sunt excommunicandi. 16. quæs. 7. omnes decimæ.

Quod qui decimas nõ tribuit sacrilegium committit, & æternæ damnationis periculũ incurrit. 16. q. 7. c. 1.

Quod frequenter in rebus temporalibus damna patiuntur, qui

qui decimas dare negligunt. 16.q.1.reuertimini.

Quod quot pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus est homicidiorũ. 16.q.1.decimæ.

Quod qui decimas diligẽter dat, non solum sanitatem corporis, sed etiam cum temporali fructu cælestia promeretur. 16.q.1.decimæ.

Quod quadragesima diligenter in ieiunio obseruata soluuntur Deo decimæ pro tempore totius anni. de consecrat.dist. 5.quadragesima.

Decretales. Quod decretales summorum Pontificum sunt eiusdem auctoritatis sicut decreta, quæ sunt in corpore canonum.19.dist.per totum.

Quod decretalis epistola alia est specialis, videlicet quæ dirigitur ad vnam prouinciam. 35. q.3 §. quod scripsi.

Item quæ dirigitur ad vnam ecclesiam.16.quæstio.1.hinc est etiam.

Item quæ dirigitur ad vnam personam.7.q.1.petisti.& hæc nõ trahitur ad consequentiam, sicut habes in prædictis cap.

Alia est generalis, quæ omnibus dirigitur.25.qõ.1.omnia. & c. seq. & hæc quia diffinit, trahitur ad consequentiam. 25.q.1. hæc consona.

Si imperat vel prohibet, necessitatem infert.14.quæst.1.quisquis.

Si indulgetur non trahitur ad cõsequentiam. 14. quæstione 5. dixit.

Si permittit vel consulit, liberam habet obseruantiam.14.qõ.1. quisquis.

Dedicatio. Quod dedicatio ecclesiæ debet fieri ab episcopo sine aliqua pactione.1.quæst.1.statuimus.

Quod episcopi dedicaturi ecclesias oblata ex deuotione possunt accipere, sed nihil debent exigere.1.q.2.placuit.

Quod prius est ecclesia dotanda quàm dedicanda.ibidem.

Quod loca semel dedicata non possunt fieri habitacula sæcularia.19. quæstione 3. quæ semel.

Quod singulis annis celebranda est solennitas dedicationis. de consecrat. distincti. 1. solennitates.

De hac materia require de consecratione Ecclesiæ.

Defensio. Quod defensio potest peti a principe contra hostes ecclesiæ.23.quæsti.3.Maximianus. & quæst.2.per totum.

Quod ecclesia pro malefactoribus debet intercedere, nõ eos defendere.14.quæst.6. hi qui. 12.quæstio.5. si quis cuiuslibet. & c.seq.

Quod lex virtutis est patriam & socios defendere ab iniuria. 23.quæstio. 3. non inferenda. & c. fortitudo.

Quod execrabile est non tueri quod suscipit defendẽdos. 87. dist.irreligiosum.

Quod qui potest & non repellit

denda, sic humiliantibus per pœnitentiam venia nō est deneganda. 2.q.4. quanto.

Conuenticulū. Qđ conuenticulū dicitur cōgregatio subditorum sine cōsensu prælatorum.17.dist.multis.

Quod clerici (maxime hæreticorum & schismaticorum) conuenticula vitare debēt. 24.q.3.clericus. & c.cum quibus.

Conuersatio. Quod cōuersatio cū Iudæis in cōuiuiis & balneis clericis & laicis inhibetur, nec etiam medicinas ab eis debēt recipere. 28.q.1.nullus.

Quod etiam cum parentibus vel propinquis conuersari nō debemus, si per ipsos fidē Christi perdere timemus. 28.q.1.si infidelis.

Quod sæpe malorum conuersatio corrumpit bonos mores. 28.q.1.sæpe.

Quod neophyti vt in fide & moribus proficiant, cum Christi fidelibus debent conuersari. 28.q.1. Iudæorum.

Conuersio. Quod cōuersio dicitur quasi vndique cordis versio. de pœn.dist.1.§. hoc idem. & distinct.vlti. nullus expectet.§. quod quamuis. circa prin.

Quod si cor nostrum vndique à malo conuertitur, fructus cōuersionis meremur. de pœ.distin. 1.§.hoc idem.

Quod conuersio cordis requiritur in adulto baptizando. de consecra. distinctione 4. baptismi.

Quod vera conuersio ad Deū in vltimis positorum mente potius est æstimanda quàm tempore. 26. quæstione 6. agnouimus.

Quod qui cum potuerunt conuerti noluerunt, in fine non facile acquirunt quod volunt. de pœn.dist. vlti. nullus expectet.circa prin.

Quod conuersio in extremis licet raro iusta sit, desperandū tamen non erit.de pœnit.dist. vlti. nullus expectet. §. quod quoniam. 26.quæst. 6.si presbyter. & c.seq. 50.distin. ponderet.

Quod Deus non vult mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat 26.q.6. agnouimus.

Quod Iudæorum pueri ad fidē Christi conuersi, ne parentum inuoluantur erroribus, sunt fidelibus monasteriis cōmittendi.26.q.1.Iudæorum.

Conuiuia. Quod conuiuia laudantur dummodo detractionibus & fabulis & ludis turpibus non misceantur. 44.dist.conuiuia. & c. seq.

Quod conuiuium clericorū debet præcedere mensæ benedictio, inter mensam lectio, post mensam gratiarum actio. 44. dist.quando autem.

Quod nō cibus in conuiuio, sed cibi auiditas reprobatur. de conse.dist. 5.sint tibi.

Quod præcipue clerici hæreticorum & schismaticorum debent vitare conuiuia. 24.q.3. clericus.

Quod cum sacerdotibus census tenuis

tenuis esse debeat, prohibentur eis conuiuia, ne pinguis venter, grossam mentem generet. 44. dist. cap. vlt. & §. seq. 34. dist. presbyteri.

Quod nec episcopus nec clericus absq; se necessitate debet in ecclesia facere conuiuia. 42. dist. non oportet. & in c. seq.

De hac materia vide vbi agitur de Cibo.

Correctio. Quod correctio debet fieri quantum pro vniuscuiusque gradu atque salua pace ecclesiæ fieri potest. 23. quæst. 4. ecce quisquis quidam cum quisque sicut. ipsa pietas. quid faciet, circa medium.

Quod correctio debet fieri animo medendi, non sæuiendi. 86. dist. odio. 23. q. 4. ita plane circa medium.

Quod cum correctio districtius agitur, ex charitate agenda est, non ex furore. 12. quæstio. 2. fraternitas.

Quod correctio debet ex charitate prouenire, & secundum diuersitatem culparum extendere. 24. q. 3. corripiantur.

Quod correctio debet esse mista cum benignitate & asperitate. 45. dist. disciplina. & capit. sunt namque.

Quod qui iuste iudicat, stateram in manu gestans in vtroque penso iustitiam & misericordiam portat. 45. dist. omnis.

Quod non frustra hæc duo iunguntur, homo peccator: quia peccator est, corripe. quia homo est, miserere. 23 q. 4. duo.

Quod correctio quandoq; plus debet habere mansuetudinis quàm rigoris. 45. dist. qui syncera. & ca. licet.

Quod asperitas nimiæ increpationis nec correctionem recipit, nec salutem. 45. dist. cum beatus. & c. disciplina.

Quod castigatus leuiter reuerentiam exhibet castiganti. dist. 45. cum beatus.

Quod correctio quandoq; plus debet habere de asperitate quàm de benignitate. 12. q. 2. fraternitas. 24. q. 3. ecce. & cap. seq. & c. illud.

Quod ferro necesse est vt abscindantur vulnera quæ fomentorum non sentiunt medicinam. 81. dist. quia aliquanti.

Quod melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. 5. q. 5. non omnis. & c. non osculantur.

Quod nõ est charitas sed languor vbi mali mores non corriguntur. 23. q. 5. non putes. & c. seq.

Quod non corripere malos sed fouere, est eos occidere. 23. q. 5. qui vitiis. 45. dist. sed illud.

Quod salsa & periculosa misericordia indulgetur vbi propter asperitatem vel blandimenta linguæ delinquentium correctio postponitur. 50. distin. si quis diaconus.

Quod, licet Dei sit principaliter corrigere, tamen prælatus suã correctionẽ non debet negligere. 23. q. 4. sicut non est.

Quod faciẽtis culpam habet qui cum possit corrigere, negligit emendare facientis culpam 83. dist. error.

Creatura. Quod creatura quęlibet in se bona est, & dicitur esse vera. de pœnit. dist. 2. ante fi.

Quod creatura quæ mutatur, nõ vera, sed vacua esse probatur. de pœn. dist. 2. ante fi.

Quod per creaturas iurare, est blasphemare. 22. q. 1. si quis per capillum.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

Credere. Quod credere in Deũ est amãdo in eũ tendere. de pœ. dist. 2. charitas est.

Quod qui diuinationibus & incantationibus credit, fidem Christi perdit. 26. q. 5. episcopi. ante mediũ. & duobus ca. seq.

Quod qui credit se cum Diana vel aliis mulieribus in noctis silentio super bestias vel aliter multa terrarum spatia transire, fidem Christi euacuat. 26. q. 5. episcopi. ante medium.

Quod in testimonio quandoque credendum est paucioribus numero. 4. q. 3. per totum.

Quod innocens semper bene credit & bene iudicat de aliis. 22. q. 4. innocens.

Quod mala de aliis non cito neque de facili debemus credere. 86. dist. si quid.

Quod malum de proximo nullus debet credere antequam probetur. 2. q. 1. Deus. 30. q. 5. iudicantem. 11. q. 3. in cunctis. & c. quamuis.

Creditor. Quod creditor non est dicendus vsurarius. 10. q. 2. casellas. §. hoc ius.

Crimen. Quod crimẽ est graue peccatum accusatione & damnatione dignissimum. 81. dist. apostolus.

Quod crimen vocatur criminale peccatum, vel criminalis infamia. 25. dist. vnum orarium.

Quod crimen quandoque ponitur pro omni delicto siue mortali siue veniali. 25. dist. vnum orarium. §. nomine autem.

Quod manifesta crimina accusatione nõ indigent. 2. q. 1. quæ Lotharius. §. in manifestis. & c. seq.

Quod magis nocet qui crimen celat, quam qui illud amicabiliter ad corrigendum indicat. 5. q. 5. nõ vos. & quattuor c. seq.

Quod fraudulentus reputatur qui causa diffamationis vel vindictæ occultum crimẽ reuelat. 5. q. 5. qui ambulat. 6. q. 1. summa.

Quod grauiter peccat qui crimẽ quod solus nouit, publicat. 2. q. 1. si peccauerit.

Quod meritorium est ibi crimẽ publicare, vbi possit prodesse. 22. q. 6. hoc videtur. in fi.

Quod nullum crimen maculat nescientem. 23. q. 4. nimium sunt.

Quod crimẽ paternum nullam maculam potest infligere successori: nisi committat vel cõsentiat. 1. q. 4. crimen.

Quod nemini præterquam de crimine læsæ maiestatis de se confesso contra alium creditur. 15. q. 3. nemini.

Quod graui punitur pœna cri-

mē læsæ maiestatis.6.q.1.quæro.§.si quis.

Quod crimen læsæ maiestatis & vitium simoniæ pati pœna puniuntur.15.q.3.sane.

Chrisma. Quod chrisma ī cœna domini quolibet anno est conficiendum,& vetus intra ecclesiam est exurendum.de consecrat.dist.3.litteris.

Quod solius episcopi est chrisma conficere.95.dist.illud. 26.q. 6. si iubet.

Quod archiepiscopi ab episcopis suis,& alij clerici ab archipresbyteris chrisma debent petere.95. dist.presbyteri.de consecra.dist. 4. presbyteri.

Quod clericus vendens chrisma simoniam committit.1.q.3.si quis præbendas.1.q.1.dictum est in quibusdam.

Quod presbyteri chrisma accepturi nil debent dare episcopis.1 q.1.statuimus.

Quod omnis presbyter ad baptizandum vadens, cum chrismate debet progredi de consecra. distinct. 4.nullus ministrorum.

Quod signare in frōte cum chrismate,est tantū episcoporum. de consecr dist.4 presbyteri. 95.dist. presbyteros.

Quod cum veteri chrismate nō licet inungere nisi in necessitate.de consecra.dist. 4.si quis de alio.

Quod qui in necessitate a presbytero non fuit in baptismo chrismatus in vertice, debet per presbyterum suppleri. de consecratio.distinct. 4. nullus ministrorum.

Crudelitas. Quod crudelitas nō est crimina punire,sed pietas. 23.q. 8.legi.& c.seq.

Quod falsa mansuetudo est crudelitas, quando scilicet delinquens non corripitur. 23 q. 4. ipsa pietas.

Quod iudex non est crudelis qui crudeles iugulat, licet patientibus crudelis esse videatur.23. q. 5. non est crudelis.

Quod proximi vulnus crudeliter siletur, & vt sanetur, misericorditer indicatur.5.q.5.non vos.

Quod crudelis est qui famā suā negligit.12.q.1. nolo.

Quod vlciscendi crudelitas iure culpatur. 23. quæstio. 1. quid culpatur.

Quod libidinosa crudelitas est venena sterilitatis procurare. 32.q.2. aliquando.

Quod crudelitatem omnium prædonum superat qui res ecclesiæ quæ pauperum sunt, defraudat. 12. q. 2 gloria.circa medium.

Quod qui pauperē fœnore trucidat, & qui diuiti aliqua rapit, æquales sunt in crudelitate.14.q.4.quid dicam.

Crux. Quod crux a cruciatu dicitur, & magnū cruciatum sustinet qui vim patitur. 3. quæstio. 1. nulli. in fine.

Quod qui diuitias mundi lutum reputat, crucem Christi portat.12. q.2. gloria. circa medium.12.q.1.clericus.

Quod sacerdotalis gradus & alia

alia sacramenta crucis figura perficiuntur. de consecta. dist. 5. numquid.

Quod salubre est fideles crucis signaculo insigniri. 11. dist. ecclesiasticarum.

Quod ideo cruce signantur baptizandi & alij, vt diabolus per interemptionis suæ signum vas suum pristinum sciat deinceps sibi esse alienum. de consec. dist. 4. postea signatur.

Quod ignominia est Christum crucifixum pauperem fartis prædicare corporibus. 35. dist. ecclesiæ.

Quod dominũ crucifigunt qui eum in sacerdotibus suis persequuntur. 3. q. 1. nulli.

Quod festum inuentionis crucis est celebrandum quinto nonas Maij. de consecr. dist. 3. crucis.

Cupiditas.

Quod cupiditas est mater vsurarum. 47. dist. virum.

Quod cupidi ordinari prohibẽtur, quia tales de facilia vero deuiant. 47. dist. virum. 8 q. 2. dilectissimi.

Quod bonorum auctoritati inhærere non valet qui cupiditatem animæ quæ radix est omnium malorum, non abscindit. 47. distin. bonorum. & c. seq.

Quod gratius intuetur cupidus aurum quam solem. 47. dist. sicut.

Quod quantumcumque aurum auro cumuletur, satietas nũquã aderit cupiditati. 47. dist. sicut.

Quod nemo cupiditati damnan di inflammatus desiderat habere consortem. 23. q. 7. quod autem.

Quod cupidi breuem in præsenti possident fructum, & post æternum incurrunt suppliciũ. 1. q. 1. cũ ordinaretur. & c. cito.

Curator.

Quod curator propter infirmitatem datur. 3. q. 7. infames.

Curialis.

Quod curialis dicitur qui nexibus curiæ ligatus principibus adulatur. 37. dist. nonne. & 51. dist. qui in aliquo.

Quod curiales non sunt ad ordines admittendi, nec etiam ad religionem, nisi cum magna discussione. 53. distinct. legem.

Quod curialis non debet in episcopum ordinari. 50. dist. non confidant. 51. distin. qui in aliquo.

Quod curialis qui in ciuilibus causis vel pecuniariis officium impẽdit, potest in episcopum postulari. 61. dist. Osius. & §. sed aliud est.

Curiositas.

Quod curiositas est postpositis diuino & sanctorum eloquiis scriptis Philosophorum & poetarum ratione vanitatis vel delectationis intendere. 37. distin. sacerdotes. & c. seq.

Quod curiositas dicitur cum diuina scriptura non secundum sanctorum expositionem, sed secundum sæcularem sapientiam & sensus sui vanitatem exponitur. 37. dist. vino.

Quod curiosi dicũtur clerici qui filios suos ecclesiasticis sũptibus potius sæcularibus scientiis quam salubribus erudiũt. 37.dist.legant.

Custodire. Quod custodire tenetur Romana sedes statuta conciliorũ quæ sua auctoritate cõfirmauit.25.q.1.c.1.

Quod si iurisdictio episcopi a superiore nõ seruatur, ordo ecclesiasticus, quem superior custodire tenetur, cõfunditur. 11.q.1.peruenit.

Quod prælati bona ecclesiæ non debent dare potentibus, sed diligenter custodire. 23.q.7. conuenior.

Quod nemo per exteriorem violentiam corrumpitur, si interior innocentia custodiatur. q.3.custodi.

D*Almatica.* Quod dalmatica nec episcopis, nec archidiaconis antiquitus sine concessione Papæ licebat vti. 23.dist.communis.

Quod licet modo omnes diaconi vtantur dalmaticis ex consuetudine, non tamen debent ipsis vti nisi in solennitate.76. dist.de ieiunio.

Damasus. Quod Damasus Papa primus accusatus de adulterio cũ 42.episcopis se purgauit. 2.q. 7. nos si incompetenter. in fine.

Dãnum. Quod dãnum morum multum distat a damno temporalium.6. quæst.1.sunt plurimi. in fine.

Quod deteriores sunt qui vitam moresque bonorum detrahẽdo corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt.6.q.1.ex merito.

Quod nulli in alterius damnum est subueniendum. 14. quæst. 5.denique.22.q.2.primum.

Quod dominus per damnum temporale nos cogit ad bonum.23.quæst. 6. quod errauerat.

Quod piissimi rectores reputantur qui in graui scelere constitutos damnorum admonitionibus ad bonum redire cogunt.23.q.5. si vos.

Quod qui confugientibus ad ecclesiam vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, sunt excommunicati.17.q.4. diffiniuit.

Quod inferens damnum non est absoluendus nisi damno secundum arbitrium læsi restituto.23.q.vlt.pessimam.14 q.6.si res.

Datum. Quod datum ai quod ex pietate præcipue ecclesiæ, non potest reuocari.12.q. 2. sacrosã. 14.q.6.comperimus. 16. c.2. visis.& q. 6.illud. 17. q.3.sunt qui.

Quod dare ecclesiæ propter defectum heredis, laudabiliter danti redduntur habito herede.17.q.vlt.c.vlt.

Quod qui res ecclesiis vel monasteriis in testamento datas detinent, pauperum sunt necatores.13.q.2.clerici.

Quod non sufficit oratio & lectio

ctio nisi adsit & eleemosynæ datio.86.dist.fratrem. & duodecim cap.seq.

Quod habenti dari nil aliud est quam perdere. 1. quæstio. 2. pastor.

Quod episcopus de bonis ecclesiæ religiosis potest dare.12. q. 2.si episcopus.& c.seq.

Quod qui honorem non habet, honorem dare non potest. 1. quæst. 1. qui perfectionem. & c.seq.

Dauid. Quod Dauid qui ex compassione omnes refugas recipiebat, ponitur in exemplū quod patientibus est compatiendum. 7.q. 1.omnis.

Quod ex eo quod doluit mali regis chlamydem se præcidisse, ponitur in exemplum quod subditus quantumcunq; sanctus in malum prælatum quādiu sustinetur non debet insurgere.2.q.7.plerumque.§.item de pœniten.distin. 2. §.opponitur.

Quod Dauid plenus fuit charitate, per multos effectus insinuatur.de pœn.dist.2.§.opponitur.post medium.

Quod inter duo mala minus eligens potius voluit iuramentū frangere, quam sanguinem humanum fundere.22. qō.4. quod Dauid.& c.seq.

Quod in eo quod Saul deprauatum honorauit propter vnctionem, innuitur quod sacramenta in deprauato non anihilantur. 1. q. 1. sacramenta.

Quod Dauid prohibitus fuit templum ædificare propter sanguinem quem effunderat. de consecrat.dist.1.§.1.in prin.

Quod in hoc quod propter adulterium & homicidium per parabolam diuitis sententiam contra seipsum dedit, innuitur quod malus prælatus per sententiam quā profert in subditum seipsum condemnat.3. q. 7.sacerdos.

Quod per pœnitentiam de adulterii & homicidii peccato cōsecutus est veniam. de pœn. dist.3.§.Dauid.

Quod in eo quod post peccatum spiritum sanctum rehabuit, & in honore permansit, innuitur quòd lapsi per pœnitentiam in pristinum statum reparantur.50. dist.si post.§.econtra. & c.ponderet.

Quod occiso Vria propter adulterium Bethsabeę ipsam duxit in vxorem, modo non trahitur in consequentiam.31.q. 1. cap. si qua fuerit vidua. §. sed obiicitur.

Quod dominus ei qui tot bellis interfuit, tam magnum præbuit testimonium, innuitur ꝙ & plerique bella exercentes Deo placere possunt. 23. qō. 1. noli.

Decanus. Quod decan⁹ nō debet fieri nisi primum fuerit presbyter ordinatus.60.distinct. c.1. & duobus c.seq.

Quod diaconus in decanum electus nisi statim presbyter efficiatur, honore suscepto priuetur.60.dist.innouamus.

Quod nemo in decanum debet

eligi, nisi qui ætate & moribus est maturus. 60. distinct. inno uamus.

Decimæ. Quod decimæ sunt vota fidelium, precia peccatorum, patrimonia pauperum. 16. qō. 1. quia.

Quod decimæ sunt tributa egẽtium animarũ. 16. q. 1. decimę.

Quod decimæ iubentur dari lege naturali, sicut patet de Abraham & Iacob. 17. q. 7. decimas Deo.

Item iubentur dari lege Mosaica. 16. q. 1. decimas a populo.

Item iubentur dari scriptura prophetica. 16. q. 1. reuertimini. & q. 7. c. 1.

Item iubentur dari lege canonica. 16. q. 7. c. 1. & c. quicunque.

Quod decimæ sunt dandæ de grano & de vino, de fructibus arborum, de pecoribus, de horto, de negotiatione, & venatione. 16. q. 7. quicunque. & c. seq.

Quod a laicis fideliter sunt dandæ, & ab episcopis ministris ecclesiarum discrete distribuendæ. 32. dist. præter hoc. 16. q. 7. nullus.

Quod fideliter decimas dare, est nec plus nec minus offerre. 16. q. 7. quicunque.

Quod dandæ sunt illi ecclesiæ vbi baptisma & alia sacramenta percipiuntur. 16. qō. 1. quicũque. c. de decimis. & capitul. in sacris. 13. q. 1. ecclesias. §. de decimis.

Quod aliis ecclesiis non sunt dãdæ præter consensum episcopi. 16. quæsti. prim. statuimus. & c. seq.

Quod propter nouas ecclesias priori ecclesiæ non sunt subtrahenda. 16. quæstio. 1. si quis laicus. & capit. de decimis. §. si ergo.

Quod decimæ concedi possunt monasteriis & hospitalib. 16. q. 1. quoniam.

Quod monachis de territoriis, quæ propriis manibus excolunt, cõcessæ sunt decimæ. 16. q. 1. cunctis. §. de his. & capit. questi.

Quod per donationem prædiorum monachis factam non priuantur ecclesiæ decimis suis. 16. quæstio 1. cunctis §. de his. in fin.

Quod nõ fructus, sed ius decimæ vendere vel emere simoniacum est. 1. quæstione 1. presbyter.

Quod decimæ a laicis (quia pauperũ sunt) possideri non possunt. 16. quæstione 1. c. vlri. & q. 7. c. 1.

Quod non sunt a laicis aliquo munere redimendæ. 16. qō. 7. decimas quas.

Quod propter malitiam sacerdotis decimæ (quia ecclesiæ sunt) non sunt retinendæ. 16. q. 6. si episcopum.

Quod non dantes decimas post admonitionem sunt excommunicandi. 16. quæst. 7. omnes decimæ.

Quod qui decimas nõ tribuit sacrilegium committit, & æternæ damnationis periculũ incurrit. 16. q. 7. c. 1.

Quod frequenter in rebus temporalibus damna patiuntur, qui

qui decimas dare negligunt. 16.q.1.reuertimini.

Quod quot pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus est homicidiorũ. 16.q.1.decimæ.

Quod qui decimas diligẽter dat, non solum sanitatem corporis, sed etiam cum temporali fructu cælestia promeretur. 16.q.1.decimæ.

Quod quadragesima diligenter in ieiunio obseruata soluuntur Deo decimæ pro tempore totius anni. de consecrat. dist. 5.quadragesima.

Decretales. Quod decretales summorum Pontificum sunt eiusdem auctoritatis sicut decreta, quæ sunt in corpore canonum.19.dist.per totum.

Quod decretalis epistola alia est specialis, videlicet quæ dirigitur ad vnam prouinciam. 35. q.3 §. quod scripsi.

Item quæ dirigitur ad vnam ecclesiam.16.quæstio.1.hinc est etiam.

Item quæ dirigitur ad vnam personam.7.q.1.petisti.& hæc nõ trahitur ad consequentiam, sicut habes in prædictis cap.

Alia est generalis, quæ omnibus dirigitur.25.qõ.1.omnia. & c. seq. & hæc quia diffinit, trahitur ad consequentiam. 25.q.1. hæc consona.

Si imperat vel prohibet, necessitatem infert.14.quæst.1.quisquis.

Si indulgetur non trahitur ad cõsequentiam. 14. quæstione 5. dixit.

Si permittit vel consulit, liberam habet obseruantiam.14.qõ.1. quisquis.

Dedicatio. Quod dedicatio ecclesiæ debet fieri ab episcopo sine aliqua pactione.1.quæst.1.statuimus.

Quod episcopi dedicaturi ecclesias oblata ex deuotione possunt accipere, sed nihil debent exigere.1.q.2.placuit.

Quod prius est ecclesia dotanda quàm dedicanda.ibidem.

Quod loca semel dedicata non possunt fieri habitacula sæcularia. 19. quæstione 3. quæ semel.

Quod singulis annis celebranda est solennitas dedicationis. de consecrat. distincti. 1. solennitates.

De hac materia require de consecratione Ecclesiæ.

Defensio. Quod defensio potest peti a principe contra hostes ecclesiæ.23.quæsti.3.Maximianus. & quæst.2.per totum.

Quod ecclesia pro malefactoribus debet intercedere, nõ eos defendere. 14.quæst.6. hi qui. 12.quæstio.5. si quis cuiuslibet. & c.seq.

Quod lex virtutis est patriam & socios defendere ab iniuria. 23.quæstio. 3. non inferenda. & c. fortitudo.

Quod execrabile est non tueri quod suscipit defendẽdos. 87. dist.irreligiosum.

Quod qui potest & non repellit

a socio iniuriam, tam est in vitio quam ille qui facit. 23. qō. 3. non inferenda. & c. seq.

Quod qui peccantem defendit, acrius arcendus est quam qui peccauit. 11. quæst. 3. qui consentit.

Quod qui desinit obuiare cum potest, consentit. 23. quæstio. 3. ostendit.

Quod perfectus iniuriam propriam & suorū non debet defendere, sed diuino examini reseruare. 23. q. 1 §. 1. & c. seq.

Quod defensio cuique conceditur in necessitate. 23. q. 3. per totum. & q. 5. de occidendis. vsque ad fin. quæst.

Quod qui non defendit veritatē, proditor est veritatis. 13. quæst. 3. nolite.

Quod quilibet semper tenetur ad fidei defensionem. 23. qō. 8. quicumque. §. his ita.

Quod qui pro fide vel fidelium defensione moritur, cæleste præmium consequitur. 23. qō. 8. omni.

Degradatio.

Quod degradatio & deponere de ordine, pro eodem accipiuntur. 81. distinct. sacerdos. & c. seq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depositione.

Delegatio.

Quod delegatio dicitur quando prælati cum præsentes esse non possunt, per alium reputantur pręsentes 94. dist. valde.

Quod delegatus sicut ille cuius tenet locum, est honorandus. 93. dist. præcipimus. 97. distin. nobilissimus.

Quod debet litteras commissionis illis ad quos delegatus est, demonstrare. 97. distinct. nobilissimus.

Quod iudex delegatus debet dari ad arbitrium illius, qui impetitur auctoritate superioris. 11. q. 1. iudices.

Deliberatio.

Quod deliberatio omnib. est necessaria, quę indiscussos hominum calores potest refrænare. 2. quęst. 6. anteriorum.

Quod laudabilis est cautela deliberationis, cum qua totū ratio regit, & furor sibi nihil vēdicat. 11. q. 3. illa præpositorum. & c. seq.

Quod non sunt præcipitanda cō silia & opera. tempore enim indigemus ad deliberandum, vt maturius agamus. 50. dist. ponderet. circa principium.

Quod maxime ecclesiæ negotia cum deliberatione sunt explēda. 45. dist. licet 1.

Quod iudices diffinitiuam sententiam cum magna deliberatione debent proferre. 11. q. 3. cum apud. & c. seq.

Quod intra decem dierum spatium appellatione facta vtrū quiescendum sit ab ea, est deliberandum. 2. quæstio. 6. anteriorum.

Quod qui ex deliberatione ad meliora non proficiunt, etiam ab eis bonis quæ videntur habere cadunt. 17. q. 1. qui bona.

Quod intantum quidam morā deliberationis extendūt, quod bonum

bonum quod consequi intendebant,perdunt.17.qō.1. qui bona.

Quod pro conuitio non est habendum quod sine deliberatione est illatum.2.quæst.3. si quis iratus.

Deliciæ. Quod deliciæ absque desiderio perceptæ non officiunt 41.distin.deliciæ.

Quod deliciæ ciborum computrescere faciunt corpus humanum.de consecra.dist.5.nihil. & c.seq.

Quod diuites dolore debent si propter consuetudinem non aliter quam delicate possunt viuere. 41.dist.non cogantur.

Quod in rebus prætereuntibus non vsus,sed libido culpatur. 41.dist.quisquis.

Quod aliquando sine voracitatis vitio pretiosissimo sapiens vitur cibo,& insipiens vilissimũ cum gulæ flamma exardescit cibum. 41.dist.quisquis.

Quod ignominiosum est prælatis & prædicatoribus deliciis affluere, qui Christum pauperem debent prædicare. 35. distinct.ecclesiæ.

Quod episcopalis auctoritas plus debet vigere in deliciis meritorum quàm mensarum. 41.dist.episcopus.

Quod detestabile est in tugorio rusticano natum & milio nutritum in religione similam & mella fastidire.12.q.2.gloria episcopi.

Dementia. Quod dementia si est perseuerans excusat a culpa in ipsa commissa.5.qō.1. aliquos. 32. q.7.quemadmodum.

Quod si euenit ex propria culpa; postquam ad sanam mentem redierit, imponenda est ei pro commissa, licet minor quam aliis pœnitentia.15. q. 1. si quis insaniens.

Quod non debet promoueri ad ordines maxime in sacerdotẽ, qui aliquando insaniuit.33. distinct. communiter. & duob. capit sequen. 15. qō.1.c.vlti.§. sicut.

Quod si sacerdos ex propria culpa demens effectus hominem occiderit,& postea ad sanitatem redierit, celebrare non potest.15.q.1. si quis insaniens. in fin.& c.seq.

Quod dementes vel furiosi continue,nec matrimonio,nec religioni possunt obligari.32. q. 7.neque furiosus.

Quod qui sani contrahunt, postea dementes effecti non separantur.32.q.7.hi qui.

Dæmon. Quod dæmones acumine sensus & celeritate mẽtis omnia quæcumque animalia excedunt 26.q.4.sciendum.

Quod propter longum tempus vitæ, eorum maior est experientia quàm hominum. 26. q.4.sciendum.

Quod ex tribus præmissis multo ante cogitata prænunciantes ab hominibus propter terreni sensus tarditatem videntur futura prædicere.26.qō.4.sciendum.per totum cap.

Quod dæmones futura, de quibus nullum vestigium haberi

potest, cognoscere non possunt.26.qō.4.sciendum. post medium.

Quod quali modo fiant quæ per ipsos fiunt cum non sint, hominibus videntur signa & miracula.26.q.5.nec mirum, a medio vsque in finem c.

Quod in arte magica & in omni alia diuinatione per dæmonū fallaciam deluditur curiositas humana, dum appetit scire quod non conuenit inuestigare.26.qō.5.nec mirum. ante medium.

Quod necromantia, & auguria, & omnis ars magorum, & diuinationes arte dæmonum est inuenta, vt faciant eos suæ damnationis participes 26.qō.2. qui sine.

Quod an illusionibus dæmonū quædam mulieres sceleratæ credant se in corpore multa terrarum spacia transire, vel hoc solum spiritus infidelis patiatur.26.q.5.episcopi.

Quod dæmones vt frequentèr sunt ministri & vltores iræ Dei. 23.q.5.non solum.

Quod qui per dæmonem aliquādo vexatur, non debet ad sacros ordines promoueri.33 distin.maritum.& tribus c. seq.

Quod dæmones per signa exteriora citissime cogitationes hominum cognoscunt. 26.q. 4.sciendum.in fin.& cap.quodam loco.

Quod dæmon cum mentem alicuius per infidelitatem subiicit, illi siue dormienti siue vigilanti in diuersis speciebus se ostendit; & per illas animam hominis deludit. 26.q.5. episcopi post medium.

Quod dæmones hominibus illudere non possunt nisi Deo permittente.26.q.5.nec mirum. circa medium.

De hac materia require vbi agitur de Diabolo, & vbi agitur de Diuinatione.

Depositio. Quod deponūtur vel degradātur prælati vel clerici domicilia feminarum etiam post admonitionem frequentantes. 81.dist.clericus.& c.archidiaconum.

Item aleis & inhonestis ludis & ebrietatibus sine cessatione deseruientes. 35. distinct. episcopus.34.distinct. quorumdam. in fin.

Item tabernas & alia inhonesta tenentes & mercimonia exercentes.44.distinct.nulli.14.q. 4.c.1.& 3.

Item vsuras exercentes.48.dist.c. 1.& seq.14.q.4. si quis oblat^r.

Item cum moniali vel incarcerata vel filia spirituali fornicantes.27.q.1.si quis episcopus.& c. si quis rapuerit.30. quæstio. prim. omnes. & duobus cap. seq.

Item publica incontinentia laborantes.50.dis.qui semel. 81.distin.Maximianus.& ca. si quis clericus.& duobus cap. seq. & c. si quis amodo. & tribus c. seq.& 83.dist.proposuisti. 15.q. 8 hi qui altario.

Item qui sine examinatione promouetur.24.dist. si quis presbyter. 81.dist.si qui sine.

Item

Item qui ante promotionem criminosi fuerunt. 24. dist. si quis presbyter. 81. distinctione tantis. & capit. sequen. 15. qõ. 8. si quis.

Item qui scienter criminosos ordinauerit. 81. dist. tantis. & 41. dis. aliquantos. in fin.

Item qui ad pinguiores ecclesias sine licentia superiorum transeunt. 7. q. 1. si quis presbyter. & c. si quis episcopus. & capitulo seq.

Item qui in ecclesiam os ponentes contra suos superiores cõtumaciter insurgunt. 21. dist. in tantum. 11. q. 1. si quis sacerdotum. & c. coniurationum. & c. seq.

Item deponitur qui peierauerit, aut in homicidio aut in alio magno crimine inuentus fuerit. 81. dist. presbyter. & capit. seq.

Item qui publice crimen in apostolicæ totius ecclesiæ scandalum fouerit. 2. q. 1. scelus. 11. q. 3. Teugualdum.

Item qui alium in ecclesia per pecuniam vel alio modo supplãtauerit. 7. q. 1. præsentium. & c. factus. & c. seq.

Item qui in aliena diœcesi vel ecclesia officia exercere vsurpauerit. 9. q. 2. nullum.

Item qui dilapidator rerum ecclesiasticarum fuerit. 10. q. 2. si quis episcopus. 12. quæstio. 2. diaconi & cap. abbatibus. 17. quæsti. 4. quicumque episcoporum.

Item qui ecclesiam per manum laicam intrauerit. 16. qõ. 7. si quis deinceps.

Quod episcopus solus potest deponere de beneficio, de ordine vero quem solus dedit, solus non potest deponere. 15. q. 7. cap. 1. & vlt.

Quod deponendorum ab ordine causa si diaconus est, a trib. episcopis, si presbyter; a sex; si episcopus, a duodecim est discutienda. 15. q. 7. si quis.

Quod episcopus deposito ab ordine vt non viuat sæculariter, locum vbi agat pœnitentiam dêt assignare. 81. dist. sacerdos. 50. dist. accedens. circa finem.

Quod depositus ex culpa ab ordine, si humiliter decennalem pœnitentiam expleuerit, potest restitui. 32. distinct. presbyter.

Quod siue iuste siue iniuste depositus in restitutione sua debet recipere ea successiue, quæ cũ ordinaretur præceperat. 11. q. 3. episcopus.

Quod nullus propter infirmitatẽ corporis deponitur, sed datur coadiutor sibi. 7. q. 1. c. 1. & tribus cap. seq.

Quod deponuntur reges nõ solum ex crimine, sed propter insufficientiam. 15. quæstio. 6. alius.

Derisio. Quod derisio prælatorum a subditis facta damnatur. 2. quæstio. 7. sententia. 15. q. 5. cap. 1. in si. de pœn. dist. 2. opponitur. vbi agitur de Dauid, quem Michol derisit, propter quod sterilis facta est.

Quod humilis habitus pie viuẽtium deridetur a peruersis. 21. q. 4. omnis.

Desperatio. Quod desperatio de Dei pietate est horrenda impietas. 26. q. 6. agnouimus.

Quod nemo est desperãdus, quãdiu est in hoc corpore constitutus. 24. quæstio. 3. corripiantur, 32. quęstio. 2. ancillam, de pœniten. distinctione 7. nemo.

Quod plerumque cum peccator propter culpam contemnitur, in desperationem labitur. 45. dist. recedite.

Quod pœnitentia a confessore est temperanda, ne peccator propter desperationem cogatur facere deteriora. 26. qõ. 7. de his. & cap. alligant.

Detractio. Quod detractor dicitur non solum ille qui aliis detrahit, sed etiam qui detrahentes audit. 6. q. 1. ex merito. 11. q. 3. non solum.

Quod bonum est a detractione linguam custodire: quia tales cuncta quæ de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. 6. q. 1. ex merito.

Quod deteriores sunt qui detrahendo aliorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum surripiunt. 6. q. 1. deteriores.

Quod summa iniquitas est detrahere: quia omnis qui detrahit fratri suo, homicida est. 6. q. 1. summa. de pœniten. dist. 3, homicidiorum.

Quod nemo putet minus periculum esse alicui detrahendo mentiri, quam sanguinem fundi. 11. quæstio. 3. nemo peritorum.

Quod sacerdotibus, qui populo benedicunt, non est detrahendum. 6. q. 1. sacerdotes.

Quod permittit quãdoque Deus de bonis detractionem fieri, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. 6. quæstio. 1. oues. §. ipsa. & cap. sunt plurimi.

Quod detractores nihil aliud faciunt, nisi in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. 11. qõ. 3. inter.

Quod nihil prodest ieiunare, vel orare, vel alia bona facere, nisi mens prius a detractione reuocetur. de consecrat. distinct. 5. nihil enim prodest.

Quod qui facilis est ad detrahẽdum, non admittitur ad accusandum vel ad testificandum. 3. q. 4. detractores. & quæsti. 5. nullus.

Quod detractor nisi se correxerit, a vindicibus flammis exuretur. 2. q. 7. accusatio.

Deus. Quod Deus vnus est, licet tres sint personæ in deitate. de consecra. dist. 3. c. vlt.

Quod licet tres personæ sint vna deitas & vna essentia, tamen aliquid est quod soli patri attribuitur; aliquid quod soli filio, aliquid quod soli spiritui sancto. de consecra. dist. 3. c. vlt.

Quod Deus, animæ & corporis dicitur creator, & continuus operator. 56. dist. nasci.

Quod

Quod occulta opera Dei iudicio sunt seruanda. 6. quæst. 1. si omnia.

Quod quando scriptura aliquid attribuit Deo quod est hominis vel alterius creaturæ, per similitudinem loquitur, non per proprietatem. 24. quæst. 1. odi.

Quod Deus specialius dicitur pater Christianorũ, quàm aliorum. 11. q. 3. ad mensam.

Diabolus. Quod diabolus non fuit malus creatus: sed in veritate & charitate. de pœn. dist. 2. citius. §. quod vero. vbi inuenies pro & contra.

Quod propter superbiam & præsumptionem de sui status excellentia cecidit. de pœn. dist. 2. §. quod vero, fere per totum.

Quod diabolus post casum suũ conatur vnitatẽ ecclesiæ scindere, & humanũ genus euertere. 16. q. 2. visis.

Quod ardentiores in Dei seruitio & Deo familiariores magis impugnat. 3. q. 1. nulli.

Quod vetustus hostis dicitur: quia mille modos nocendi habet. 16. q. 2. visis.

Quod ex subtilitate naturæ hoc perpendit de homine quod ipse homo non perpendit. 26. quæstio. 5. nec mirum. post medium.

Quod vt melius decipiat, in angelũ lucis se transformat. 26. q. 5. nec mirum.

Quod diabolus adeo debilis est, quod neminẽ possidere potest nisi se prius peccatorum ære vendiderit. 15. q. 1. non est.

Quod ipse potestatem exercetin malis tamquam in suo pecore. 24. q. 1. miramur.

De hac materia require vbi agitur de Dæmonibus.

Diaconus. Quod Diaconus Græcæ, Latine minister dicitur. 21. stin. cleros.

Quod Apostoli post ascẽsionem Domini diaconos sibi statuerunt in ministros. 99. distinct. Dominus.

Quod commendantur diaconi respectu præfigurationis pacis, & vitæ actiuæ & contemplatiuæ quam debent exercere. 13. dist. diaconi sunt, quos.

Quod diaconi sunt tamquã oculi episcopi oberrãtes, & circũlustrantes. 93. distinct. diaconi ecclesiæ.

Quod diaconi debent assistere episcopo prædicanti, ne ab æmulis infestetur, vel verbo Dei detrahatur. 93. distinct. diaconi qui.

Quod non debent præsente episcopo vel presbytero nisi de eorum mandato sacramenta conferre. 93. dist. peruenit. & c. diaconi.

Quod officium diaconorum inuenitur. 25. distinct. perlectis. ante medium. 93. distinct. diaconi ecclesiæ.

Quod episcopus sine diacono nõ debet solemniter celebrare, nec calicem nisi prius porrigatur per diaconum debet auferre. 93. dist. diaconi sunt.

Quod absurdum est auditu diaconum extolli super episcopũ & presbyterum.93. distin. legimus.

Quod diaconus in quacumque dignitate constitutus, excepta legatione, si se præfert, a proprio gradu cadere debet. 93. dist.c. vlt.

Quod diaconi debẽt corporalia & pallas lauare. de consec.dis. 1.nemo per ignorantiam.

Dialectica. Quod qui dialectica arte diebus & noctibus torquentur, in obscuritate mentis gradiuntur.37.dist.nonne.

Quod dialecticorum tendicula sunt quędam phantasmata & vmbræ, quæ cito resoluuntur. 37.dist.vino.

Quod garrulitas ranarum quibus percussa est Ægyptus, garrulitatem dialecticorum & sophistica argumenta designat. 37.dist.legimus.

Quod non in dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est, non in contentione.37.dist. omnem.

Dies. Quod dies festiuandi exprimuntur de cons. dist.3.§.1.

Quod qui dies sunt a iudiciis & placitis custodiendi. 15.q. 4. placita.

Quod die dominico nil est agendum nisi Deo vacandum. de conse.dist.3.ieiunia.

Quod ideo dies dominicus magis est venerandus, quia in ipso mundus sumpsit exordiũ, & per resurrectionem Christi vita accepit principium. 75. dist. quod die.

Quod die dominico consecrantur episcopi.ibi.

Quod episcopus die dominico non debet abesse suæ ecclesiæ. de consecr.distinctio. 3. episcopus.

Quod die dominico, & in festis non debent flecti genua orationis causa.de conse.distin.3. quoniam sunt.30.dist.si quis. presbyter.

Quod die dominico missa ab omnibus vsque ad finem est audienda.de consecr. distin.1. missas.

Quod nullus episcopus vel infra positus die dominico causas audire præsumat.15.quæst. 4. per totum.de consecr. dist. 3. cap.1.

Quod die dominico nullus super sancta Dei Euangelia debet iurare.22.q.5.decreuit.

Quod die dominico non est ieiunandum.de conse.dist.3.ieiunium.&c.seq.30.distin.si quis presbyter.

Quod die dominico plus solito homines carnis deliciis solent intendere. 4.dist. denique.

Quod Antichristus diem dominicũ & diẽ sabbati faciet custodiri, vt ex hoc sibi Iudæos & Christianos cautius attrahat. de conse.dist.3.peruenit.

Quod die sabbati abstinendum est a carnibus.de conse.dist. 5. quia dies.

Quod die Iouis non sequamur errores Gentilium, non est ieiunandum.de consecra.dist 3. ieiunium.

Diffinitio. Quod diffinitũ rationabiliter non debet aliquatenus violari. 25.q.2.cum pie.

Quod diffinitiua sententia quæ condemnationem vel absolutionem non continet, pro nulla habetur. 2.q.6.ei qui.§. diffinitiua.

Dilapidatio. Quod dilapidatio qñ sit bona, & quando non, require in verbo, Liberalitas.

Quod dilapidatione rerum ecclesiasticarum solum suspectus submouetur, & vsque ad discussionẽ facti detrahetur. 3.quæst.2.si episcopus. §. quid si.& c. seq.

Quod in crimine dilapidationis speciale est, quod sequestratur possessio a possessore, antequã conuictus sit.3.q.2. quia.

Quod si episcopus vel presbyter, qui res ecclesiæ quæ sunt pro necessitatibus pauperum & pro redemptione captiuorum dilapidauerit, est deponendus. 12.q.2. apostolicos. 17.q. 4. nullus res.

Dilectio. Qđ dilectio Dei est perfecta quãdo ipsum diligimus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus.de pœn. dist. 2. si quis semel.§. charitas est.

Quod Deum diligere est illi copulari animo, concipere fruẽdæ visionis eius affectum, peccati odiũ, mundi fastidiũ.ibid.

Quod ordinem dilectionis peruertunt qui aut mundum qui contemnendus est diligunt, aut corpora sua minus diligẽda plus diligunt, aut proximos suos non sicut seipsos, aut Deũ plusquam seipsos non diligũt. ibid.

Quod dilectio Dei facit peccato facile resistere, bonis operibus abundare, sæcularia blandimenta contemnere, & omnia quæ humanæ fragilitati sunt difficilia perficere.de pœnit.dist. 2.§.charitas est.

Quod si Deum toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati desideriis seruiamus. de pœn.dist. 2 §. charitas est.

Quod illi Deum plusquã se diligunt, qui pro eius amore saluti suæ non parcunt. de pœn.distin.2.§.charitas est.

Quod illi Deum plusquam se diligunt, qui pro eius amore saluti suæ non parcunt.de pœni. dist.2.§.charitas est.

Quod homo proximũ sicut seipsum diligit, quando quantũ potest laborat vt eũ adducat ad Deum colendum. 23. q.4. debet homo.

Qđ tunc proximos diligimus sicut nos quando non propter sperata beneficia, vel propter consanguinitatẽ, sed propter hoc tantum quod nostræ naturę sunt participes diligimus. de pœ.dist.2.§. charitas est.

Qđ in hoc proximos tenemur diligere, vt de eorum perditione doleamus, & ad eorum correctionẽ quotidie laboremus. 23.q.4.non potest.§.seq.

Quod nõ est signũ veræ dilectionis ad proximũ quando dimittitur peccatum impunitũ. 23. q.4.quid crudele.

De hac materia require vbi agitur de Amore.

Diœcesis. Quod diœcesis dicitur vbi episcopus vel episcopatus habetur.16.q.1. cum pro vtilitate. & q.3. licet.

Quod quædã sunt diœceses quæ certis limitibus distinguuntur, quędam vero non.16.q.3.licet. §. hoc multipliciter.

Quod extra suam diœcesim nullus debet sacramenta aliis participare.16.q.3.licet.in fi.

Quod duæ diœceses in vnam redigi possunt auctoritate apostolica.16.q.1.& temporis. & c.seq.

Quod quando excreuerit fideliũ multitudo diœceses diuidi, & episcopi multiplicari auctoritate apostolica possunt.16.q.1.præcipimus.

Quod quædam diœceses per præscriptionẽ tolli possunt, quædam vero non.16.q.3.licet.§. hoc multipliciter.

Discere. Quod discere debet quilibet antequam doceat. 23. dist. his. 16. q.1. sic viue.

Quod qui discere aut agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur.38.dist.nullus.

Quod debet esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit. 16. q.1.si clericatus.

Quod discere debemus triplici de causa, aut ne ignoremus, aut negligamus, aut repudiemus 37.dist. legimus.

Quod tales laudabiliter scientias sæculares addiscunt, qui quod vtile inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis conuertunt. 37.dist.turbat.

Quod clerici sacris litteris semper debent insistere, ne tunc quærant discere, cum ex officio alios debent docere. 36. distin. qui ecclesiasticis.§. ecce.

Quod qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existunt: quia veritatis discipuli non fuerunt. 24.q.3. quid autem.

Quod discendum est a minoribus licentiã verecundia. 38. distin.nullus.24.q.3.si habes.

Quod stultus est qui se in eo quod primum existimat, bona quæ viderit discere contemnit. 22. dist. de Constantinopolitana. 84.dist.peruenit.23.quæst.3. si habes.

De hac materia require in verbo Studio.

Disciplina. Quod disciplina vltrix est malæ vitæ.23.q.5.ad fidem. & c.non putes.

Quod mali vt ad bonam disciplinam perueniant, per flagella sunt corrigendi.23.quæst.4. displicet.circa med. & ca. vlti.

Quod filius non diligitur, qui non disciplinatur.23.q.5. non putes.

Quod qui peccãtem coercet aliqua disciplina, eleemosynam facit. 45.dist.& qui.

Quo huic officio hominis inuigilet disciplina, videlicet episcopo regenti plebẽ suam, pauperi

peri regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam, marito regenti coniugẽ suam, patri regenti prolem suam, iudici regẽti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. 23. q. 4. duo.

Quod disciplina vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. 45. distin. disciplina.

De hac materia require in Correctione & Asperitate.

Discipulus. Quod discipulus non debet esse super magistrum. 6. q. 1. sacerdotes.

Quod miserum est eum fieri magistrum, qui nedum didicit esse discipulus. 48. dist. prohibentur. 61. dist. miserum. 16. q. 1. si clericatus.

Quod 72. discipuli ab Apostolis sunt electi. 21. dis. in nouo. in fi.

Discordia. Quod discordia mentium tã inter fratres carnales quam spirituales inducit frequenter separationem corporis. 56. dis. Ismael.

Quod disciplina perditur desidia, cum prælatus negligit conuitia. 23. q 3. iustum.

Quod diuersitas cultus plurimũ est materia discordiæ. 90. dist. perlatum.

Quod qui societatem fraternitatis discordiæ peste commaculat, Deum qui charitas est, tamquam Iudas prodit. 11. q. 3. abiit.

Quod ideo litigiosi ordinari prohibentur: quia tales ad concordiam non valent prouocare. 90. dist. c. 1.

Quod prælatorum interest discordantes ad concordiam reuocare. 61. dist. c. vlti. 90. dist. discordantes.

Quod discordantium munera vel oblationes nec Deus suscipit, nec a sacerdotibus sunt suscipiendæ. 90. dist. oblationes. 3. q. 7. in grauibus.

De hac materia habes vbi agitur de Concordia.

Discretio. Qđ discretio est mater virtutũ omniũ. 1. q. 5. præsentiũ.

Quod discretio necessaria est prælato in corrigendo. 50. distin. ponderet.

Quod correctio quandoque habere debet plus de asperitate quàm de benignitate, quandoque debet esse mista cum vtroque. 45. dist. disciplina.

De hac materia require de Correctione.

Quod necessaria est prædicatori in docendo. 43. dist. dispensatio. §. pariter. in fi.

Quod debet esse doctor discretus, vt ne tacenda proferat, aut proferenda reticescat. 43. dist. sit rector.

Item debet esse discretus, vt secundum capacitatem auditoris moderetur sermo prædicationis. 8. q. 1. oportet.

Quod necessaria est discretio cõfessori in ligando & soluendo. 23. q. 4. si is qui. de pœnit. dist. 1. §. quem pœnitet.

Quod necessaria est discretio omnibus in viuendo, vt scilicet

virtutes eligamus, & vitia reprobemus.49.distinctio.hinc etenim.

Dispensatio. Quod dispensatio non potest fieri contra ius naturale nisi forte ad maius malum vitandum.13.dist.§.1.

Quod necessitas inducit dispensationem.34. dist. fraternitatis.& c.lector.

Quod non debet fieri dispensatio nisi vrgente magna angustia.55.dist.priscis.

Quod non est pro regula affirmendum quod ex dispensatione specialiter est concessum.56.distinct.Cenomanen. 1.q.7.& si illa.9.q.1. ordinationes.

Quod pro necessitate tẽporum fit quandoque dispensatio cõtra decreta.1.q.7. requiritis. & tribus cap.sequen.& cap.& si illa. 32.q.4.recurrat.§.his itaque.

Quod multa tolerantur ex dispensatione, quæ canonis rigor condemnat. 34. dist.fraternitatis.

Quod sicut in procellis merces de nauibus iactantur propter maius bonum: sic dispensatio quandoque fit propter maius lucrum.1 quæst.1.dispensationes.

Quod secundum diuersitatem excessus dispensatio quandoque protrahitur, quandoque acceleratur. 15. quæstione 8. hi qui.

Quod dispensatur quandoque ratione multitudinis.50.dist. vt constitueretur. 9.quæst.1. ordinationes.in fi.

Quandoque ratione temporis & vtilitatis. 1.q.7. dispensationes.

Quandoque ratione personæ. 1. q.7.didici.& c.tali.

Quandoque ratione meriti, & prærogatiuę scientiæ.1.quæst. 7.tali.

Quandoque ratione religionis. 50.dist.si quis diaconus.

Quod quandoque dispensatur ad vnum ordinem, & non ad alios. 34.distinctio. lector.9. quæstione 1. ab excommunicatis.

Quod in casuali homicidio cum clerico dispensatur, vt in susce pto ordine maneat. 50.distin. clerico.

Quod cum directe homicida nõ dispensatur ad sacerdotium. 50.distinctio. miror. & duobus c.seq.

Quod cum illo dispensatur, qui flagellando aliquando prætet intentionem ipsum occiderit. 50.dist.studeat.

Quod an dispensat Papa contra Apostolum, vt in bigamia.34. dist.lector.& vide quę ibi notantur.

Item dispensat contra canones apostolorum cum presbytero fornicante, vt post decennalem pœnitentiam ad pristinũ redeat honorem.81.distinct. presbyter.

Item solus Papa dispensat in gradu consanguinitatis & affinitatis.35.quæst.3.quædam.§. quod scripsit.

Item solus Papa restituit episcopos,& dispensat cum eisdem. 2 q.

2.q.6.ideo.

Item solus Papa dispensat cum simoniaco in simonia scienter commissa, vel ratum habente siue fit in ordine, siue in beneficio, 1.q.1.erga.

Item solus Papa dispensat contra canones qui præcipiũt pœnitentiam vel satisfactionem pro enormibus criminibus, 12.q.2.de viro.

Item solus Papa dispensat cum illo qui excommunicatus exequitur officium, vel recipit beneficium. 11.q.3. si quis episcopus damnatur. & c.seq.

Item solus Papa dispensat cum illegitime natis ad beneficia, quæ sunt cum cura. 56.distin. Cenomanen.

Quod Papa non inuenitur dispẽsasse cum his qui ab hæreticis ad subuersionem ecclesiæ ordinantur. 11.q.7. conuenientibus. circa finem.

Item cum eo qui scienter a simoniaco simoniace est promotus. 9.q.1. ab excõmunicatis.

Item nec cum eo qui scienter est rebaptizatus vel reordinatus. 1 quæst.7. saluberrimum. in fine. de consecra. distin.4. quis bis.

Item nec cum eo qui ordinatus est ab inuasore sedis alterius episcopatus. 9.quæst.1. ordinationes.

Quod dispensat episcopus cum illo pro quo ignorante parentes, vt promoueretur ad ordines vel ad beneficium, pecuniam dederunt. 1.q.1.præsentium. & c. quicumque.

Quod dispensat episcopus cum clerico vel presbytero sacrilego vel hæretico vel schismatico, ne desperent. 50.distinct. si quis presbyter. & cap. presbyteros. & cap. vt constitueretur.

Item dispensat Episcopus in fornicatione clerici, furto, periurio, & aliis capitalibus criminibus, dummodo sint occulta: quia si sunt publica debet deponi. 50. distinctio. de his vero.

Item dispensat episcopus in pœnitentiis, quas canones statuerunt. 26.quæst.7. pœnitentibus, & c. tempora pœnitudinis, & duobus c. seq.

Item dispensat Episcopus cum eo qui prætermisso subdiaconatu diaconus vel presbyter efficitur, supplendo ordinem prætermissum. 52.distin. solicitudo.

Quod varia dispensatio, quæ episcopis conceditur, coepiscopis prohibetur. 68.dist. quamuis. & c. seq.

Quod dispensat abbas cum monacho vt extra monasterium, tamen sub sua obedientia specialem cellam habere possit. 20.q.4.monachum.

Item dispensat cum monacho, vt carnes comedere possit. de conse.dist.5.carnem.

Diuitiæ. Quod diuitię tẽporales si sunt cum studio & affectu singulari, ignominiosæ sunt. 12.q.2. gloria.

Quod dilectores diuitiarũ fortes sunt in terrenis, debiles in cęlestibus. 47.dist. omnes.

Quod diues cupidus gratius intuetur aurum quam solē. 47. dist. sicut hi.

Quod iniuste possidet diuitias qui ipsis male vtitur. 14. q. 4. quid dicam.

Quod nihil facit diuitias sic contemni sicut recordatio pauperis finis & principij. 48. dist. sicut hi.

Quod fideli homini totus mundus est diuitiarū, infideli autem nec obolus. 14. q. 4. quid dicam.

Quod diuites in rebus temporalibus, si abundant iustitia & operibus bonis non sunt abiiciendi. 30. dist. hæc autem scripsimus. in fine.

Quod diuitiæ ecclesiarum sunt bona pauperum, & redemptio captiuorum. 12. quæst. 2. aurum.

Diuinatio.

Quod diuinatio numquam in bonam partem accipitur. 1. q. 1. numquam.

Quod diuinatio a Persis est inuenta. 26. q. 4. igitur. circa fi.

Quod secūdum quosdam quattuor sunt genera diuinationis, videlicet ex terra, aqua, igni, aere. 26. q. 4. cap. igitur.

Quod diuini dicuntur qui ex cōiectura mentis suæ incerta futurorum quasi vera pronuntiant. 37. dist. vino.

Quod multi modi sunt & multa genera per quæ diuinatores futura inuestigant, quæ ponuntur. 2. q. 4. igitur. per totum. & q. 5. nec mirum.

Quod dominus per diuinatores illudi hominibus permittit, vt probentur boni vtrum in Dei dilectione sint firmi. 26. q. 5. nec. in fi.

Quod diuinatores propter detestationem criminis in accusatione non admittuntur. 2. q. 8. quisquis.

Item sunt excommunicandi. 26. q. 1. §. 1.

Item si clerici fuerint, & se corrigere noluerint sunt deponendi. 26. q. 5. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Incantatione.

Diuortium.

Quod diuortium proprie dicitur inter carnaliter commiscentes, vel commisceri appetentes. vnde inter Mariam & Ioseph non dicitur diuortiū quando Ioanni fuit commēdata. 7. q. 2. quod autem. §. item si coniuges.

Quod quos Deus coniunxit, homo nō debet separare, subaudi violenter, vel sine ratione. 33. q. 2. quos Deus.

Quod frigiditas viri vere probata causat diuortium. 2. q. 4. cōsuluisti. §. hoc autem. 27. q. 2. quod autem. 33. q. 1. §. 1.

Quod affinitas post contractum matrimonium superueniens non accusat diuortium. 27. q. 2. quod autem. §. proxi.

Quod conuersus ad fidem potest diuortiari ab vxore non conuersa quæ ipsum nititur a fide Christi deducere. 28. q. 1. idololatria. & sex c. seq.

Quod fornicatio carnalis & spiritualis causat diuortium. 28. quæstio. 1. idololatria. & cap. se-

sequen.

Quod machinatio in mortem cum effectu propter contrahendum matrimonium causat diuortium.31.q.1. si qua. & §.seq.

Quod diuortium non debet fieri pro quacumque infirmitate, vel deformitate, vel senio, vel sterilitate.32. quæstione 5. si vxorem. & quæstio. 7. tantum.

Quod causa consanguinitatis nõ licet quem dimittere vxorem nisi prius consanguinitas eorũ coram episcopo approbata fuerit. 35. quæstione 6. multorum.

Quod adulter vel adultera ab adultero diuortiari nõ potest. 32.q. 6.§.1.

Quod extraordinaria pollutio naturaliter facta etiam frequẽtius iterata non inducit diuortium sine iudicio.35.quæstio.3. extraordinaria.

Quod diuortium sine iudicio & sine consensu episcopi non debet fieri.27.quæstione 2.si vir. 33.quæstione 2. secularis.35. quæstione 6. multorum.

Quod vxor sine iudicio ecclesiæ dimissa primo restituenda est antequam de diuortio agatur. 33. quæstione 2. historia. & c. seq.

Quod vir & mulier quantum ad causas diuortij æqualiter iudicantur. 32. quæstione 5. Christiana.

Quod si post diuortium propter fragilitatem vir aliã nouerit: propter doli præsumptionem compellendus est redire ad primam 33.qõ.1. quod autem. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de matrimonio infra.

Dominium. Quod dominium rei transfertur ratione ordinis, videlicet si quis seruus alterius in presbyterum ordinatur.54. dist. frequens.

Item ratione consecrationis: vt si res consecrata ab aliquo repetitur, non ipsa redditur, sed compensatur.14.q.6. compe- rimus.

Item propter religionem, cum scilicet per religionis ingressum contigerit vacare beneficium.17.q. 2. Gonsaldus.

Item ratione Christianitatis, vt scilicet cum seruus Iudæi vel pagani Christianus efficitur. 54.dist. fraternitatem.

Item ratione dignitatis, sicut sedes Constantinopolitana, licet posterior sit quam Alexandrina, tamen prior in numero debet poni. 22.distinctio. renouantes.

Item auctoritate superioris, sicut quando iubente Domino Iudæi thesauros Ægyptiorum deportauerunt. 14. qõ. 5. dixit Dominus.

Donum. De dono require vbi agitur de dato.

Dubium. Quod dubium de ordinatore an fuerit episcopus, an non facit ordinatos reordinari. 68, dist. presbyteri.

Quod in re dubia auctoritas ec-

clesia est requirenda. 11. dist. palam.

Quod in rebus dubiis absolute non debet ferri sententia. 33. dist. habuisse.

Quod quando emergit dubitatio in persona, in facto & in iure, tunc nullo modo procedendum est in sententia. 30. q. 5. iudicantem. & §. seq.

Cum emergit in persona tantum vbi certum est ius & factum, tunc certa datur sententia. 5. q. 1. quidam.

Cum in facto emergit dubitatio, vbi certum est ius & persona, tunc non potest certa ferri sententia. 5. quæsti. prim. quidam.

Cum in iure emergit dubitatio vbi certum est factum & persona, tum consulenda est sacra scriptura & seniores prouinciæ & Papa. 20. dist. de quibus. 24. q. 4. quoties.

Quod qui dubitat se baptizatum, debet baptizari. de consecrat. distinct. 4. paruulos. & c. seq. placuit.

Quod si dubium est de consecratione ecclesiæ vel altaris, debent consecrari. de consecrat. dist. 1. ecclesiæ.

Duplicitas. Quod duplex monasterium pro monachis & monialibus fieri in vno prohibetur. 18. q. 2. diffinimus.

Quod monachus duplex officiũ suæ professioni contrarium non debet exercere. 16. quæstione 1. nemo. & capit. de præsentium. & capitu. presbyteres.

Quod nemo potest esse accusator & testis. 4. q. 4. nullus.

Quod nullus clericus ad duas ecclesias intitulari debet. 21. q. 1. c. 1. 2. & 3. & 16. q. 7. per laicos. in fin.

Quod nulla ecclesia parochialis duos pastores debet habere. 11. q. 1. sicut.

Quod qui bene præsunt, duplici honore honorandi sunt. 95. dist. ecce.

Quod ille duplex cor non habet, qui propter varium euentum verba sua mutat. 22. quæst. 2. ne quis. in fin.

Quod duplex tribulatio non cõsurget super illos qui inter flagella egerunt pœnitentiam. de pœnit. dist. 3. hac auctoritate. 23 quæstio. 5. quid ergo. post medium.

De duplicitate habes vbi agitur de simulatione & Hypocrisi.

Duritia. Quod duritia obstinationis est, quando quis bonitatẽ Dei cõtemnens vsque ad mortem in peccatis perdurat. 93. dist. diaconi sunt. in fin.

Quod duro collo stamus si spreta longá Dei pietate in peccatis vsque ad mortem perduramus. 93. dist. diaconi sunt. in fi.

De duritia require in asperitate, in austeritate, & correctione.

EBrietas. Quod ebrietas in principio generis humani ante diluuiũ ignorabatur. 35. dist. 6. die.

Quod ebrietas a Noe inuenta est,

est, qui primus vineam plantauit.35.dist.sexto die.

Quod ebrietas est fomes & nutrix omnium vitiorum.35. distinct.ante omnia. & 15. qō. 1. sane.

Quod Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.35.dist.§. 1.

Quod ebrietas suadet ad iurgia & maledicta, sicut patet in Noe qui obiurgando filium eum maledixit. 35. dist. sexto die.

Quod tumultuosa est ebrietas. 35.dist.luxuriosa.

Quod vbi ebrietas, ibi libido & furor.35.dist.venter.

Quod ebrietas obcæcat consciētiam, & sepelit rationem.15.q. q.1.sane.

Quod proprium est ebrietatis fœmora denudare, & ad luxuriā incitare.35.dist. sexto die.

Quod ebrietas pronum facit ad promittendum, post tristem ad exsoluendum. Exemplum de Herode & Ioanne Baptista. 22. quæstione secunda vnusquisque.

Quod ebrietas excusat culpam a tanto, sed non a toto. 15.qō. 1.sane.& c. inebriarunt.

Quod ebrietas assuefacta ē mortale peccatum. 25.dist. vnum. § criminis appellatio. aliàs 35. dist.episcopus.

Quod cum ebriosis non solum cibus nō est sumendus, sed etiam sunt vitandi. 11.q.ad mensam.

Quod clerici quorum sensus vigere debet, maxime ab ebrietate debent abstinere. 35. dist. §.1. & c.seq.

Quod episcopus aut presbyter ebriosus deponitur, inferiores clerici corona priuantur. 35. dist.episcopus.

Ecclesia. Quod ecclesia Catholica dicitur fidelium multitudo fide & charitate vnita 93. dist. legimus.circa med. 1. q. 1. multæ. in fin. 24. q.1.loquitur.

Quod omnes episcopi & omnes fideles sunt vna ecclesia.93.distinct.legimus.in fin.

Quod ipsa nō solum ratione virginitatis, sed etiam ratione omnium fidelium tota virgo dicitur.27.q.1. nuptiarum, ante finem.

Quod sponsa Christi dicitur pudica & incorrupta, quæ adulterari non potest.14. quæstio. 1.loquitur.in fine.& capit. omnibus.

Quod ipsa habet veraciter dominica sacramenta. 1. quæst. 1. ex Catholica.24 quæst.1. quia ex sola.

Quod extra eam salus non habetur. 24. quæst.1. alienus. & cap. quicumque.& c. quia ea.

Quod sicut præcisus ramus ab arbore non viuit, ita præcisi ab ecclesia. 23. quæstione 4. ipsa pietas. Notent hoc membra arida per excommunicationē in contumacia obstinata.

Quod ritus ipsius a scriptura & a traditione apostolica, & a cōsuetudine sancta pullulauerūt. 11. distinct. ecclesiasticarum. & c.Catholica.

Quod status eius alter fuit tempore apostolorum & martyrum, alter modo.12.q. 1. futu-

ram.23.qõ.4.non inuenitur. post princ.

Quod ipsa malos quibus ius iuxta est, tamquã zizania in medio tritici æquanimiter tolerat.12.q.1. exemplum. 23.qõ. 4.quantus.& cap.seq.& capit. quidam.de consecra.dist.4.est vnitas.

Quod ipsa propter malorũ opera quę sunt in ipsa spelunca latronum dicitur.16.q.7.& hoc. circa med.

Quod licite possidet facultates temporales, quas non reputat proprias, sed communes. 12. q.1.exemplum. & c.seq. & c. habebat.

Quod quandoque soluit sæculari potestati tributa.23.quæsti. 8. conuenior. & capitulo tributum.

Quod ad principes spectat singulares schismaticos ecclesiæ comprimere. 23.quæst.5.non vos.

Quod ecclesia Romana mater est & caput omnium ecclesiarum.12.dist.cap.1.& seq.3.q.6. dudum.

Quod ipsa est prima sedes non habens maculam, neque rugã. 21.dist.quamuis.

Quod ipsa tamquam magistra est in omnibus sequenda. 11. dist.quis.in fine 12.dist.cap.1. & sequen. 22. distinctio. omnes.

Quod ipsa est in speculum omnibus, 19. distinctio. enimuero.

Quod qui derogando ei contra ipsam loquitur hæreticus reputatur.21.distinctio.omnes.

Notent hoc peruersi qui continuo sacrilego ore ecclesiam lacerant.

Quod ipsa habet plenitudinem potestatis: aliæ ecclesiæ vocatæ sunt per ipsam in partem solicitudinis.3.quæstio.6.multum.

Quod ipsa a tramite apostolicæ traditionis nũquam errauit. 24.quæstio.1.a recta.c.in sede. c.hæc est. & cap.cum beatissimus.

Quod custodit statuta conciliorum quæ ipsa confirmauit.25. quæstione 1.de consecrat.dist. 1.basilicas.

Quod ipsa statuta conciliorum secundum euentum temporũ vel in toto vel in parte mutat. 25.quæstio.vltim.c.postea.§. his ita.

Quod sententias quandoque reuocat, quandoque in melius commutat. 35.q.9.sententiã. & c.seq.

Quod ad Romanam ecclesiam omnibus sine exceptione licet appellare, & ab ea nemini appellare permittitur. 2.quæsti. 6.ad Romanam.& tribus cap. seq. 9.q.3.cuncta.

Quod ipsa valet omnes iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur. 9.qõ.3. episcopo.§.sola. 17.q.4.nemini.

Quod in dubiis & arduis ad ipsam est recurrendum. 11. distinct.palam.12.distinct.præceptis.

Quod qui in ecclesia Romana sacrum ordinem acceperit, ad seruiendum remanebit.1.quęstione 1.filium.

De

De hac materia require vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Apostolica sede.

Quod ecclesia materialis nō debet construi sine cōsensu episcopi. 16. qō. 1. quicumque. & q. 5. lator. 18. qō. 2. quidam. de consecrat. dist. 1. nemo.

Quod propter nullius somnia cō struendæ sunt ecclesiæ vel altaria. de consecrat. distinct. 1. placuit.

Quod propter nouarum ecclesiarum constructionem priores ecclesiæ non debent decimas amittere. 16. quæst. 1. quicumque.

Quod secundum exigentiam populi episcopus de ecclesiarum pluralitate & quantitate debet prouidere. de consecrat. distin. 1. omnes basilicæ.

Quod ecclesia maior debet habere 40. passus in circuitu, minor 30. 17. quæstio. 4. sicut antiquitus.

Quod consecrati debent a diœcesano, & nō nisi prius dotentur. 16. q. 7. piæ. & duobus cap. seq.

Quod pro consecratione ecclesię episcopus nil debet exquirere. 1. q. 2. placuit.

De cōsecratione plura inuenies in titulo consecrationis.

Quod in ecclesiis nil incongruū vel inhonestum agi debet. 42. dist. nulli. & duobus c. sequen. 16. q. 7. & hoc diximus.

Quod ecclesiæ debēt seruari mūdæ, adeo vt resplendeant. 86. dist. pulchra.

Quod ecclesiæ non debent transferri nisi tribus de causis, videlicet ratione necessitatis, difficultatis, & grauaminis. de cōsecrat. dist. 1. tribus.

Quod non debent a laicis incastellari. 10. q. 1. sanctorum.

Quod debent ecclesiæ ab episcopis annuis vicib. visitari. & indigentes reparatione, ipsius solicitudine debent reparari. 10. qō. 1. decreuimus. & duobus c. seq.

Quod ecclesia materialis tūc honoratur quando confugientibus ad ipsam immunitas obseruatur. 17. q. 4. reum.

Quod reus ad ecclesiam confugiens non restituitur nisi de securitate vitæ & membrorū recepta cautione. 17. q. 4. reū. 23 q. 5. reos. 36. q. 1. de raptoribus.

Quod seruus ad ecclesiam confugiens redditur cum cautione. 17. q. 4. metuentes. & c. id constituimus.

Quod præter publicum latronē nullus trahi debet. de ecclesia. 17. q. 4. sicut.

Quod ille etiam frustra implorat ecclesiæ auxilium, qui in ipsam deliquit. 17. qō. 4. ad episcopos.

Quod confugienti ad ecclesias licet exire ad 30. passus ad requisita naturæ. 17. q. 4. diffiniuit.

Quod violatores ecclesiasticæ immunitatis puniuntur excōmunicatione & pœna pecuniaria. 17. q. 4. sicut antiquitus. & quinque c. seq. & c. nullus, cum pluribus seq.

Quod mulier eadem hora qua

genuit & qua hora patitur mẽstrua, ecclesiam intrare non est prohibenda.5.distinctione cum enixa.§.nam si mulier. & c. ad eius vero.

Quod ecclesia materialis ad exẽplar triumphalis ecclesiæ decoratur officiorum ac ministrorum sibi subseruientium diuersitate. 89. dist. ad hoc. & cap.singula.

De diuersitate ministrorum ecclesiæ, ac officiorum eorum. 25.dist.perlectis.

Quod quicumque de ministris ecclesiæ, siue sit episcopus, siue alter, per laicũ intrat ecclesiã: tamquam sacrilegus debet deponi.16.q.7.si quis deinceps.& 12. c. seq.

Quod vna ecclesia nõ debet habere duos pastores.7.q.1. in apibus.16.q.7.si plures.

Quod vbi duo rectores sunt in vna ecclesia,non est sponsa,sed scortum.21.q.2.sicut.

Quod duo patroni vnius ecclesiæ compellendi sunt ad vnum presbyterum habẽdum. 16.q. 7.si plures.

Quod vno rectore ecclesiæ viuẽte alter non substituitur.7.q.1. in apibus.§.seq.

Quod sicut inter virum & mulierẽ est inseparabile matrimonium : sic est spirituale inter ecclesiam & ipsius rectorem. 7.q.1.sicut alterius.

Quod qui beneficiatus est in ecclesia, tenetur officiare eã.10. q.3.vnio.

Quod nullus debet esse præbendatus in duabus ecclesiis nisi ex dispensatione.70.dist. sanctorum.10.qõ.3. vnio. in fine. 21.q.1.c.1.

Quod incongruum est quòd cum officium vnum pro sui magnitudine diligenter quis non potest explere, ad duo videatur idoneus.16.q.1. presbyteros.

Quod nullus presbyter debet habere duas ecclesias.16.q.7.per laicos.

Quod cadit a priori ecclesia qui se de altera intromisit. 21.q. 2 placuit.

Quod vnus potest habere plures ecclesias,vnam intitulatam,& aliam commendatam. 21.q.1. qui plures.

Quod quis potest habere duas ex priuilegio.16.qõ.1. & temporis.21 quæst. 1. relatio clericorum.

Item possunt habere duas propter multitudinem ecclesiarũ, & paucitatem clericorum. 21. quæstio. 1. cap.1.in fin.55. dist. priscis.

Item possunt haberi duæ propter paucitatem parochianorum, vt si pauciores essent quam decem homines.10.quæstione 3. vnio.

Quod in parochiali ecclesia inuestiri debet presbyter per episcopum.16.q.2.sane.in fin.& q.7.si plures.§.vt ergo.

Quod pastor non est qui sine cõsensu episcopi gubernat ecclesiam.16 q.7.nullus omnino.& c.laicis.& c.seq.

Quod sacerdos nõ potest dimittere ecclesiam sibi commissam sine consensu episcopi.71. dist.clericos.

Quod ecclesię conductitiis presbyteris sub annuo censu sunt committendæ. 21. q. 2. præcipimus.

Quod præsumitur ecclesia ecclesiæ subiecta, si soluat ei cathedraticum. 10. q. 3. illud magnitudinem.

Item si in eius territorio est sita. 16. quæstione 7. omnes basilicæ.

Item si decimam vel quartam in eadem percipit. 10. quæst. 3. priscis. & c. seq.

Item si ab ea pro officio conuiuiū accipit. 10. quæstio. 3. illud magnitudinem.

Item si eius infantes baptizauerit. 10. q. 3. relatum.

Item si aliquando sententia lata ab ea in aliquem illius ecclesiæ seruata fuerit. 9. quæstio. 2. c. 1.

Item si mortuos eius sepeliuerit. 23. q. 5. placuit.

De rebus Ecclesiæ.

Quod ecclesia vestimenta sacrata, & vasa vetustate consumpta debent exuri, & pulueres in baptisterio, vel alio loco vbi pedibus non possunt conculcari, sunt ponendi. de conse. dist. 1. altaris.

Quod ligna ecclesiæ non vsibus laicorū, sed religiosorum possunt adaptari, vel exuri. de cōsec. dist. 1. ligna.

Quod vestes sacrę & vasa nec pro mortuis, neque viuis sæcularibus sunt commodandę. de cōsecrat. distinctione 1. nemo per ignorantiam. & duobus c. seq.

Quod vestes sacræ & vasa nec contingi, nec lauari debent per laicos, sed per clericos, & in specialibus vasis. de conse. dist. prim. nemo per ignorantiam. & c. seq. 4. distin. omnis presbyter.

Quod sicut anima sine corpore non viuit corporaliter, sic & ecclesia sine temporalibus in nullo proficit. 1. quæst. 3. si quis obiecerit.

Quod res ecclesiæ diligēter sunt seruandæ, & per episcopos inter pauperes clericos sunt dispensandæ. 10. quæstio. 1. quæcumque. & quæst. 2. c. 1. 12. quęstio. 1. expedit. vsque in finem quæstionis. & quæstio. 2. placuit.

Quod pro earum conseruatione œconomus est habendus. 89. dist. quia. & c. seq. 12. quæst. 2. vobis.

Quod sunt expendendæ pro indigentia pauperum, & redemptione captiuorum. 12. quæst. 2. res. & quattuor c. seq. 12. q. 4. episcopus.

Quod res ecclesiæ sunt per episcopum in quattuor vel tres partes diuidendæ, ita vt vna pars sit pro fabrica ecclesiæ. secunda pars episcopi. tertia clericorum obsequentium ecclesiæ. quarta pro pauperibus & peregrinis debet obseruari. 12. q. 2. vobis. & c. concesso. & quattuor c. seq. 16. quæst. 1. constitutum. c. ad hoc.

Quod cauetur ecclesię quantum ad res in episcoporum promotione. 28. distinct. de Syracusanæ.

Item in clericorum & religiosorum prouisione. 12. quæstione 2. statuimus. & duobus cap. sequen. cap. sæpe. & duobus cap. sequen. 16. quæst. 1. possessiones.

Item in nouarum ecclesiarum constructione. 16. q. 1. si quis laicus. & duobus c. seq.

Quod non debent res ecclesiæ illicite alienari. 12. q. 2. nulli liceat. & cap. diaconi. & duobus cap. seq.

Quod episcopo de rebus ecclesiæ prædialibus sine consensu clericorum nō licet vendere. 12. q. 1. placuit.

Quod episcopus de censibus ecclesiæ quinquagesimā in monasteriorū constructione & aliarum ecclesiarum regulariū centesimam potest dare. 12. q. 2. bonæ rei.

Quod res minores potest per se episcopus alienare. 12. q. 2. terrulas.

Quod episcopus res ecclesiæ illicite suis propinquis non debet committere. 89. dist. dicentes. 10. q. 2. episcopus.

Quod nec laicis nec sæcularibus sunt committendæ personis. 89. dist. indicatum.

Quod non licet abbatibus & aliis personis sine consensu episcopi res ecclesiæ alienare. 18. q. 2. abbatibus.

Quod res ecclesiæ nō vi manuū, sed iudicio sunt repetendæ. 16. q. 6. consuetudo.

Quod res ecclesiæ alienatæ male, ipso iure sunt reuocatæ. 12. qō. 2. monemus. c. quisquis. & c. vobis.

Item debent restitui. 12. q. 2. Austino. & duobus c. seq. c. in legibus. & c. seq. & capit. statuimus. & quattuor c. seq.

Quod contractus indebiti & scripturæ factæ de rebus ecclesiæ resciduntur. 12. q. 2. apostolicos. 15. q. 6. auctoritatem. 16. quæstione 1. si quis laicus.

Quod prælatus alienans res ecclesiæ indebite, tamquam dilapidator deponitur. 10. quæst. 2. si quis. 12. q. 2. apostolicos. c. monemus. & quatuor cap. seq.

Quod minores prælati excommunicātur. 12. q. 2. statuimus. & c. seq.

Quod inuasor ecclesię vel defraudator a Christo iudice homicida iudicabitur. 12. quæsti. 2. qui Christi.

Item sacrilegus iudicatur. 12. qō. 2. nulli liceat. & c. indigne.

Quod septena pœnitentia puniātur qui res ecclesiæ diripiunt. 16. q. 1. similiter.

De hac materia habes vbi agitur supra, de Alienatione.

Edictum. Quod edictū est quod vt teneatur Rex vel Imperator edidit. 2. dist. constitutio.

Eleemosyna. Quod eleemosynæ tria sunt genera, videlicet dare egenti, dimittere lædenti, & corrigere delinquentem. 45. dist. tria. & c. seq.

Quod eleemosynæ datio, quæ in pauperes exercetur, beatificatur. 41. dist. parsimoniam.

Quod Deus in eleemosyna plus pensat animum benignum, quam

quàm datum. 24. dist. quiescamus. in fi. 45. dist. dux. 3. q. 7. in grauibus. de pœn. dist. 5. §. dolendum. post medium.

Quod facta eleemosyna ex fide, causa, loco & tempore commendatur. 86. dist. non satis.

Quod eleemosyna habet promissionem præsentis vitæ & futuræ. 42. dist. §. 1. 33. q. 5. secundum. in fi.

Quod plerumq; ex Dei ira, mundus fame, & penuria premitur, quia pauperibus eleemosyna subtrahitur. 16. q. 1. reuertimini, circa medium.

Quod Deo nō placet eleemosyna cum scelere mista. 15. q. 5. scriptum.

Quod nemo de eleemosyna facienda excusatur. 36. distin. in singulis.

Quod prælatis non prodest lectio & oratio nisi adsit eleemosynæ largitio. 86. distinct. fratrem.

Quod diuites ieiunia quæ non possunt seruare, eleemosynis debent recompensare. 41. distin. non cogantur.

Quod qui sua timide conseruando eleemosynam procrastinat; aliena numquam fideliter sparget. 12. q. 2. gloria episcopi. § Socrates.

Quod eleemosyna nō debet fieri de male acquisitis. 1. q. 1. nō est putanda. 14. quæstione 5. per totum.

Quod de turpi lucro cuius non competit repetitio, potest fieri eleemosyna. 14 q 5. qui habetis. & c. seq.

Quod eleemosyna consanguineis & propinquis citius est danda quam aliis, tamen cum prudentia. 86. dist. fratrem §. in ipsa. & c. in singulis.

Quod in necessitate primum est danda iustis, demum peccatoribus, nō quia peccatores, sed quia homines. 36. dist. fratrē. §. in ipsa.

Quod qui fame morientem pascere potuit & noluit, ipsum occidit. 86. dist. pasce.

Quod qui negant eleemosynam fugientibus & necessitatē patientibus, ipsum Christum, qui est misericordia negant. 7. q. 1. omnis qui.

Quod minus peccatum est auferri habenti, quàm denegare indigenti. 47. distinctione. sicut. 2.

Quod non sunt examinandi petentes eleemosynam vel hospitium. 42. distinctio. quiescamus.

Quod pauperibus vel peregrinis dare delicatam eleemosynam vel superfluam peccatum est. 25. dist. vnum. §. alias. 86. dist. pulchra. circa med. 41. distin. non cogantur.

Quod non vni omnia, sed diuersis secundum exigentiam personarum distribuēda est eleemosyna. 86. dist. fratrem. & c. dominus.

Quod malo homini tutius eleemosyna subtrahitur, si de cibo securus iustitiam negligit. 5. q. 5. non omnis.

Quod eleemosyna vtiliter datur pro defunctis. 13. q. 2. nō existimemus. & cap. animæ. & c. tēpus. 24. q. 2. sane quod. 26.

R

q.7.ab infirmis.de pœ.dist.6. §.1.ante medium.

Electio. Quod electio spectat ad collegium, etiam si duo vel tres fuerint in cõgregatione. 63.dist. Hadrianus.& cap. nosse. & cap. non licet.§.his.19.quæst.7.ca. vlti. 18.q.2.abbatem,& duobus c. seq.

Quod electio ab hæreticis facta non valet.9.q.1.nos.

Quod electio nõ debet fieri nisi post tertium diem sepulturæ, siue Papæ, siue alterius prælati defuncti.89.distinct. nullus pontifice.

Quod electio clandestina omnino reprobatur. 79. distinct. si quis.

Quod electio potius debet fieri de gremio quã de extraneis. 61.disti. nec meritis. & quattuor cap.seq. 18.quæst. 2.abbatem monasterio.& ca. seq. & c.abbas.

Quod si de gremio non potest eligi, tunc primum de eiusdem ciuitatis clericis,& tandem de tota diœcesi electio debet fieri.61.distin.nullus.& 63. dist. sacrorum.

Quod electio prælati ex certa causa potest fieri extra cathedram ecclesiam vel ciuitatem. 23.distin.in nomine.63. dist. quanto.79. distin. si quis pecunia.

Quod in electionibus considerãda est maior dignitas vel grauitas personarũ, & bonus zelus.79.dist. in canonicis.

Quod in electione habendus est consensus electi.7.quæstio.1. sicut alterius.

Quod nullus propriam vtilitatem,sed cõmunem debet prospicere. 8.qõ.dilectissimi.

Quod in electione non debet interuenire munera vel patrocinia laicorum. 8.q.2.illud.

Quod electioni prælati non debent se ingerere principes vel quicunque laici.61.distin. ca. nullus.

Quod electio prælati debet fieri cum concilio religiosorũ ibidem assidentium. 63.dis.sacrorum.§ ex his.& c.abeuntibus. 79.dist.§.1.& c.seq.

Quod cum in duos diuiditur æqualiter electio,melior & vtilior est præponendus. 63.dist. si forte.

Quod electio post publicationẽ ab eligentibus non potest nisi per superiorem mutari.61.dis. episcopus. 7.q. 1. qualiter. in fine.8.q.3.talia.

Quod electio nõ vitiatur si ignorante electo pecunia datur.1. q.6.§.vlt.

Quod non est confirmanda antequam diligenter discutiatur electi conditio.61.distin. miramur.85.dist.archidiaconum Florentinum.1.q.6. ego.83. dist.omnes.

Quod electio ex elatione auide nõ est suscipienda,nec ex desidia respuenda.16.q.1.vos aũt.

Quod electione celebrata consensus principis est requirendus. 63.dist. Reatina.

Qđ in electione prælatorum vocatur popul⁹ nõ ad eligẽdũ,sed ad cõsentiendũ. 63.dist. nosse.

Quod electionem Papæ licet domi-

minus sacerdotibus contulerit, sibi tamen eam specialiter reseruauit.79.dist.c.vlt.

Quod olim electiones Romanorum Pontificũ propter schismaticorum & hæreticorum dissensiones fuerunt Imperatoribus ab ecclesia traditæ. 79. distinct. vers. §. principibus.

Quod Hadrianus Papa & Leo cum concilio tradiderunt Carolo Imperatori potestatem eligendi summum pontificẽ, & inuestituras episcoporum. 63.dist.Hadrianus.

Item Leo Papa octauus propter insolentiã Romanorũ quam exercebãt circa electionẽ Papæ, Ottoni primo Imperatori confirmauit & suis successoribus electionem Papæ, & inuestituras episcoporũ.63.distin. in synodo.& c. cum longe.§.electiones.

Quod tunc electus in Romanũ pontificem non consecrabatur nisi primũ decretum Imperatori præsentaretur, & cõsensus haberetur.63.dist. Agatho.& sex c. seq.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerunt priuilegio super prouisione Papæ, volentes vt canonice eligeretur a Romanis.73.dist.sacrorum. §.ex his.

Quod qualiter & a quibus debet fieri electio Papalis habetur 23.dist.in nomine.79.per totum.7.q.1.factus.

Quod nemo est eligendus in Papã pecunia aut gratia humana, aut militari tumultu.79. dist.si quis pecunia.

Quod electus canonice in Papã ante consecrationẽ habet plenitudinem potestatis. 23.dist. in nomine. post medium. 79. 3.dist.si quis pecunia.

Quod ille qui non canonice electus gerit se pro Papa, nõ apostolicus, sed apostaticus dicitur.79.dist.si quis apostolicę. & c.si duo.§.hoc autẽ. & c.seq.

Quod Cardinalibus & aliis clericis & etiam laicis conceditur apostaticum Papã anathematizare.79.dist.si quis pecunia.

Quod in electione metropolitani omnes prouinciales episcopi debent interesse.63. distin. Metropolitano.

Quod nemo in prælatum seipsum eligere potest.24.q.1.didicimus. 8.q.1.in scripturis. & c.si ergo.

Quod in prælatum eligi debet magis idoneus, non consanguineus vel amicus. 8.q.1.Moses.& tribus c. seq.

Quod si ad sæcularia officia sumendi diligenter examinantur, multo fortius examinentur qui ad prælaturas assumũtur.59.dist.si officia.

Quod propter malitiam temporis aut tumultum popularem indignus non est eligendus. 61.dist.miramur.

Quod eligẽdus in episcopũ longa probatione debet vitã suã notificare.61.dist. in sacerdotibus.8 q.1.oportet.

Quod in prælatum nõ debet eligi aliquis criminosus. 25.dist. primum.6.q.1.c.1.

minus sacerdotibus contulerit, sibi tamen eam specialiter reseruauit. 79. dist. c. vlt.

Quod olim electiones Romanorum Pontificũ propter schismaticorum & hæreticorum dissensiones fuerunt Imperatoribus ab ecclesia traditæ. 79. distinct. vers. §. principium.

Quod Hadrianus Papa & Leo cum concilio tradiderunt Carolo Imperatori potestatem eligendi summum pontificẽ, & inuestituras episcoporum. 63. dist. Hadrianus.

Item Leo Papa octauus propter insolentiã Romanorũ quam exercebãt circa electionẽ Papæ, Ottoni primo Imperatori confirmauit & suis successoribus electionem Papæ, & inuestituras episcoporũ. 63. distin. in synodo. & c. cum longe. §. electiones.

Quod tunc electus in Romanũ pontificem non consecrabatur nisi primũ decretum Imperatori præsentaretur, & cõsensus haberetur. 63. dist. agatho. & sex c. seq.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerunt priuilegio super prouisione Papæ, volentes vt canonice eligeretur a Romanis. 73. dist. sacrorum. §. ex his.

Quod qualiter & a quibus debet fieri electio Papalis habetur 23. dist. in nomine. 79. per totum. 7. q. 1. factus.

Quod nemo est eligendus in Papã pecunia aut gratia humana, aut militari tumultu. 79. dist. si quis pecunia.

Quod electus canonice in Papã ante consecrationẽ habet plenitudinem potestatis. 23. dist. in nomine. post medium. 79. dist. si quis pecunia.

Quod ille qui non canonice electus gerit se pro Papa, nõ apostolicus, sed apostaticus dicitur. 79. dist. si quis apostolicę. & c. si duo. §. hoc autẽ. & c. seq.

Quod Cardinalibus & aliis clericis & etiam laicis conceditur apostaticum Papã anathematizare. 79. dist. si quis pecunia.

Quod in electionẽ metropolitani omnes prouinciales episcopi debent interesse. 63. distin. Metropolitano.

Quod nemo in prælatum seipsum eligere potest. 24. q. 1. dicimus. 8. q. 1. in scripturis. & c. si ergo.

Quod in prælatum eligi debet magis idoneus, non consanguineus vel amicus. 8. q. 1. Moses. & tribus c. seq.

Quod si ad sæcularia officia sumendi diligenter examinantur, multo fortius examinentur qui ad prælaturas assumũtur. 59. dist. si officia.

Quod propter malitiam temporis aut tumultum popularem indignus non est eligendus. 61. dist. miramur.

Quod eligẽdus in episcopũ longa probatione debet vitã suã notificare. 61. dist. in sacerdotibus. 8. q. 1. oportet.

Quod in prælatum nõ debet eligi aliquis criminosus. 25. dist. primum. 6. q. 1. c. 1.

Item nec ille qui de incontinentia notatus est. 28. dist. priusquam. & c. de Syracusanæ.

Item nec ille, cuius vxor & filij adhuc sunt super terram. 61. dist. Catinensis.

Item nimium simplex vel vsurarius. 46. dist. de Petro.

Item nec ille qui non est in sacris. 60. distinct. c. vlti. 61. distin. §. 1.

Quod antiquitus subdiaconus (quia tunc non reputabatur sacer ordo) non eligebatur in episcopum nisi necessitate cogente. 28. dist. de Syracusanæ. §. ecce. 40. distin. c. vlti. & vide ibi notata.

Quod nouus in religione nō statim debet eligi in prælatum. 16. q. 1. si clericatus. 19. qō. 3. monasteriis.

Quod videtur quòd exemplo Petri eligendus potius est in prælatum, qui post casum pœnituit, quam qui nunquam cecidit, quia talis per casum suũ aliorum infirmitatibus compati nouit. 50. dist. considerandum. & c. seq.

Quod laici in prælatos non possunt eligi, nec religiosis sunt præficiēdi. 61. dist. statuimus. §. his omnibus. 19. q. 3. monasteriis.

Quod electus in episcopum per suum Metropolitanum præsentibus suffraganeis episcopis debet ordinari. 24. distin. episcopi.

Quod electus in episcopum intra tres menses debet consecrari. 75. distin. quoniam quidam. 63. distinct. obeuntibus. 50. dist. postquam.

Quod metropolitanus debet illi ecclesiæ prouidere cuius electus intra quinque mēses negligit consecrari. 100. dis. quoniam quidam. in fine.

Quod clericus infamatus antequam cōsecretur, debet se expurgare. 28. dist. illud.

Quod electus per cōsensum spōsus ecclesiæ efficitur. 7. q. 1. sicut alterius.

Quod electus cassatur propter auaritiam, & psalmorum imperitiam. 85. distinctio. archi. Floren.

Quod electus qui teste prole lōgam continentiam conuincitur non habere, cassatur. 28. dist. priusquam.

Quod si post electionem quis iuret seruare statuta ecclesiæ & alia, non est simoniacus. 8. q. 3. per totum.

Quod differens consecrare electum, compelli debet per superiorem. 9. q. 3. nunc vero. 8. q. 3. Altaldus.

Quod vbi bona mista sunt malis, naso discretionis virtutes debemus eligere, vitia reprobare. 49. distinct. hic etenim. §. paruo.

Quod inter duo mala id debemus eligere, quo minori nexu noscitur obligare. 13. dist. duo. & c. nerui. 22. q. 4. si aliquid. & c. seq.

Quod sicut homo necessitate cōpulsus ibi se præcipitat vbi breuior murus ingeritur; sic inter ineuitabilia peccata minora semper eligantur. 13. distin. nerui. ante fi.

Quod

Quod inter duo bona maius bonum mediocri bono est præferendum.de conse.dist. 5.nõ mediocriter.

Emphyteusis.

Quod emphyteusis quæ in Græco dicitur locatio,in rebus ecclesiæ in casu permittitur.10.q. 2. casellas.§. hoc ius.

Quod vbi absolute periculum de rebus ecclesiæ timetur,prohibetur.12.qõ.2.apostolicos.

De hac materia habes vbi agitur de Precariis.

De statu Episcopi.

Quod episcopus, sicut dicit Augustinus, nomen est operis, non honoris.8. qõ.1.qui episcopatum.

Quod episcopus qui Græce dicitur superintendens, debet illis superintendere,quibus præficitur 8.q. 1. qui episcopatũ. 21.d.st.cleros.

Quod ordo episcopalis quadripartitur: videlicet in patriarchas, archiepiscopos, metropolitanos,& episcopos. 21.distin.cleros.

Quod episcopi in loco apostolorum surrexerunt,& tenent vices eorum. 21.distin.in nouo. 35.d:st.ecclesiæ.78. dist.quorum vices.

Quod episcopi non sunt qui minus quam a tribus sunt consecrati.68.dist. chorepiscopi. §. quod autem.

Quod viuenti episcopo alter nõ substituitur temerarie ; & si substituitur,ab omni ministerio ecclesiastico destituitur. 2. q.1.in primis,post med.3.q.6. accusatus.& c.seq. & c. dudũ. 7.q.1.factus. & pluribus cap. sequen.

Quod intrusus per laicam potestatem a principalibus episcopis non est recipiendus. 63.distin.si per ordinationem.

Quod inconsulto Romano pontifice nemo potest episcopum deponere.3.q.6. accusatus.& c.seq.

Quod nulli episcopo licet sine consensu Romani pontificis suam ecclesiã relinquere, vel ad aliam transire.7.q.1.non oportet.& multis c.seq. vsque ad finem quæstionis.

Quod exigente vtilitate vel necessitate auctoritate apostolica de sede ad sedem mutari possunt episcopi.7.q. 1.mutationes.& duobus.c.seq.

Quod episcopus propter infirmitatem vel senium non destituitur, sed datur ei coadiutor.7.q.1. scripsit. vsque ad c. sicut vir.§. ecce.& c. qualiter, & c.quamuis sit.

Quod episcopus quandoque ad propriam instantiam absoluitur ab episcopatu. 7.q. 1. nihil.§.ecce.& c. qualiter. & ca. quamuis.

Quod neophyt9 prohibetur promoueri in episcopum propter incontinentiam vitæ,quæ cõtrariatur officio pontificali. 48.dist.prohibetur.

Quod episcopus debet esse sine crimine,vt alios possit liberius arguere. 25.dist.primum.

Quod criminosus episcopus ma

gis est d' cendus canis impudicus quam eps. 2.q.7. qui nec.

Quod non omnis episcopus qui dicit, Pax vobis, est sicut colūba: sed potius sicut coruus audiendus. 2.q.7. non omnis.

Quod episcopi debent esse ætateantiqui, fide integri, in pressura probati, & qui magis velint rerum suarum proscriptionem pati, quam ecclesiā suam deserere. 7.quæst.1. Nouatianus.

Quod episcopus propter aduersitatem non debet gregem relinquere. 7.q.1. suggestum. & duobus. c. seq.

Quod episcopo non licet monachum fieri sine consensu Pepæ. 7.quæstio.1. temporis. §. item.

Quod episcopus intrans religionem non resumitur ad episcopatum. 7.quæst.1. hoc. & cap. sequen.

Quod quandoque sub nomine presbyteri episcopi designantur. 93. dist. legimus. in fin. 95. dist. ecce ego. ante finem.

Qd episcopi debent se scire presbyteros, non dominos, nec debent in clero dominari. 95. distin. esto. & tribus. c. seq.

Quod epi nouerint se magis cōsuetudine quam dispensatione maiores presbyteris. 95. distin. olim, in fi. & duob. c. seq.

Quod episcopus in ecclesia sit sublimior, in domo sit collega sacerdotum. 95. dist. episcopus in ecclesia.

Quod episcopus se sedente p̄sbyterum non permittit stare. distin. 95. episcopus in quolibet.

Quod episcopo nō sufficit æquàlem cum subditis gerere vitā; sed sicut est honore sup illos, sic & vita debet esse præstantior. 8.q.1. nec sufficere.

Quod episcopus in eo quòd aliis præficitur, non debet se præsumere aliis sanctiorem. 8. q. 1. illud inferendum.

Quod plus laudatur patiētia episcopi in aduersitate quàm quies in religione. 7. quæst. 1. suggestum.

Quod episcopus debet habere maturos viros tam ex clericis quam ex religiosis, tam in cubiculo quàm in monasterio socios propter bonum testimonium. 2.q.7. cū pastoris. & duobus c. seq. de conse. dist. 1. episcopus Deo. & c. seq.

Quod domus episcopi debet esse circa ecclesiam, vt aptior sit contemplationi. 41. dist. episcopus.

Quod episcopus in mensa non debet resplendere vasis aureis & argenteis, sed fidei meritis. 41. dist. episcopus.

Quod in mensa episcopi non debent esse fabulæ, sed lectio sacræ scripturæ. 14. distinct. pro reuerentia.

Quod non licet episcopo intendere venationi, nec cōsanguineatum familiaritati. 34. dist. quorumdam.

Quod in primitiua ecclesia propter paupertatem accipiebant medietatem oblationum. 10. q. 1. antiquos. Post successiue tertiā partem. 10. qō. 1. de his. Tandem habuerunt quartam partem. 12. q. 2. quattuor. Mō vero

vero de oblationibus nihil debent habere, sed aliis contenti esse. 10. q. 3. placuit.

Quod episcopus in multis debet requirere consilium clericorum, videlicet in facienda clericorum ordinatione. 24. dist. episcopus sine.

Item in causarum diffinitione. 15. q. 7. si quid. & c. episcopus nullus. 86. dist. si quid.

Itē in ecclesiasticarum rerū alienatione. 12. quæst. 2. sine exceptione.

Item in dignitatum collatione. 93. dist. legimus. 12. q. 2. alienationes.

Item in ecclesiasticarum rerum dispensatione. 12. q. 1. episcopus ecclesiasticarum.

De monachis & religiosis episcopis factis qualiter debeant se habere, habes vbi agitur de Monachis.

De ptāte episcopi.

Quod sine licētia episcopi nullus presbyter in sua diœcesi potest missam cantare vel baptizare: vel aliud consimile facere. 16. quæst. 1. cūctis & cap. multis.

Quod sine consensu eius nō debet ędificari monasterium vel oratorium. 18. q. 2. quidam. & cap. seq.

Qđ iurisdictionē habet in religiosorū monasteriis. 18. q. 2. ca. 1.

Quod presbyter & clerici religiosi suæ diœcesis ipsius subiacēt potestati. 18. q. 2. quidam.

Quod episcopi est in omnibus parochialibus ecclesiis presbyteros inuestire. 16. q. 7. sane. & ca. nullus. & c. constitutiones. & duobus c. seq.

Quod episcopi est monialibus & aliis religiosis feminis prælatum præficere cum diligenti ipsius examinatione. 18. qō. 2. qui religiosis. & duobus ca. sequen.

Quod iudices vel officiales Papæ de iurisdictione episcopi ideo se non debent intromittere, ne ecclesiasticus ordo cōfundatur. 11. q. 1. peruenit.

Quod episcopus omnem principem excommunicare potest. 11. q. 3. si autem.

Quod potest falsarium Papæ cuiuscumque ordinis sit vsque ad mandatum domini Papæ incarcerare. 19. distin. in memoriam.

Quod non potest episcopus in aliena diœcesi sine consensu diœcesani pontificalia exercere. 92. dist. non liceat. §. de episcopis, & quinque c. seq.

Quod nolens episcopus ire ad ecclesiam suam, potest cogi per cōcilium prouinciale. 92. si quis episcopus.

Quod episcopus solus sacerdoti honorem dare potest: solus auferre non potest. 67. distin. episcopus. 15. q. 7. felix. & ca. sequen.

Quod auctoritate episcopi prælati inferiores possunt ad alias ecclesias transferri. 7. q. 1. episcopus de loco.

Quod accusati episcopi causam archiepiscopus cū suffraganeis

perquirere poteſt, ſed ſine Papa determinare non poteſt. 3. q. 6. accuſatus.

Quod cũ multa diſcuſſione contra epiſcopum debet proferri iudicium. 2. quæſt. 7. accuſatio quoque. & quinque capit. ſeq.

Quod epiſcopi ſunt oculi Dei. ideo a ſubditis non ſunt iudicandi. 6. q. 1. oues.

Quod epiſcopum ſubditi nec arguere nec accuſare poſſunt. 2. quæſt. 7. oues. & duobus cap. ſequen

Quod epiſcopus inutilis eſt deponendus: nec eſt ei dandus coadiutor. 15. qo. 6. alius. §. quod etiam.

Quod ſine licentia ſui epiſcopi clerici non debent peregrinari. de conſecra. diſtinct. 5. non oportet.

Quod epiſcopus alterius diœceſis clericum nec recipere nec ordinare poteſt ſine conſenſu ſui epiſcopi, & litteris dimiſſoriis. 71. diſtin. per totum. 9. q. 2. per totum.

Quod an epiſcopus poteſt compellere aliquem clericum ad ſuſcipiendum ordinem vel dignitatem. 74. diſtinct. per totum.

Quod clericus non tenetur epiſcopo ſeruire in opere ſeruili. 10. q. 3 placuit.

Quod epiſcopus de cõſenſu clericorum poteſt diuidere parochiales eccleſias & vnire. 16. q. 1. præcepimus. §. ſicut.

Quod epiſcopus in dando eccleſiam debet requirere conſenſum patroni. 16. quæſt. 7. filiis vel nepotibus. & c. monaſterium. & c. ſeq.

Quod epiſcopus inconſulto Papa ad bellum non debet proficiſci. 23. q. 8. quo auſu.

Quod eo die quo epiſcopus celebrauit in eodem altari ſacerdos non debet celebrare. de conſec. diſt. 1. c. vlti.

Quod præſente epiſcopo ſacerdos niſi de ſuo mandato non debet benedicere nec ſignare. de conſec. diſt. 1. cum ad.

Vtrum poteſt epiſcopus ſucceſſorem ſibi ex teſtamento inſtituere. 7. q. 1. petiſti.

Quod de propriis vel acquiſitis poteſt epiſcopus teſtamẽtum facere, de aliis vero non: quia cedunt eccleſiæ. 12. q. 1. epiſcopi. & c. ſeq. & q. 3. pontifices. & q. 5. per totum.

Quod mortẽtis epiſcopi res pro futuro pontifice conſeruari debent: diripientes illas anathema incurrunt. 12. q. 2. hæc huius. & c. non liceat charitatem. & c. de laicis. & c. illud.

Quod duo epiſcopatus per Papam in vnum cõiunguntur. 16. q. 1. poſtquam.

Quod in duos per eumdem diuiditur. 16. quæſt. 1. præcipimus. §. ſicut.

De officio epiſcopi.

Quod officium epiſcopi eſt virgines, altaria, & eccleſias conſecrare: chriſma conficere, & cum ipſo confirmare. 78. diſt. quamuis.

Quod ideo inũgitur epiſcopus, vt procurator animarum & diſtributor ſpiritualium exiſtat.

stat.11. quæstio.1. clericum.§. ex his omnibus.

Quod episcopus debet esse sciens & doctus,qui aliostenetur docere.86.dist.§.1.36. distin. qui ecclesiasticis.& c. si quis.

Quod multa sunt quæ episcopus tenetur scire 38. distinctione omnes.

Quod nullus episcopus propter opprobrium senectutis vel nobilitatem generis etiam a minus peritis discere negligat. 38.dist.nullus episcopus.24.q. 3.si habes.circa med.

Quod episcopo non sufficit innocens vita,nisi adsit & doctrina.43.dist §1.&c.seq.

Quod episcopus debet docere populum sacram scripturam, non grammaticam vel philosophiam, 86. dist. cum multa. 38.dist.ignorantia.

Quod episcopus debet intendere lectioni,& orationi,& prædicationi.88.distinct. episcopus nullam.3.q.1.episcopi.

Quod episcopo non sufficit lectio vel oratio nisi adsit eleemosynæ largitio. 86. distinct. fratrem.

Quod officiũ episcopi est discordantes concordare.90.distin. per totum.

Quod episcopus vigilãter & sollicite debet regere sibi cõmissos.100.dist.rationis. 7. qõ. 1. suggestum. & c. seq.

Quod sibi non licet aliquem propriis manibus cædere vel flagellare.86.dist.non liceat.

Quod non debet prælatus petere veniam a subditis.86.distin. quando necessitas.

Quod episcopi est locum assignare degradato in quo pœniteat. 81.dist.sacerdos.

Quod episcopus in ordinatione clericorum statuta conciliorũ debet ordinandis pronunciare.38.dist.placuit.

Quod episcopi est etiam ordinare vt in ecclesiis baptismalib. sint doctores & magistri, qui pueros in liberalibus & in aliis vtilibus doceant.37.dist. de quibusdam.

Quod inter ecclesiam & episcopum est spirituale matrimonium.7.q.1.sicut alterius.

Quod episcopus possidet res ecclesiæ ad dispensandum non ad diuiscandum.12.q.1.episcopus.& c. expetit.& c.res ecclesiæ.cum duobus c.seq.

Quod ipse debet occupationes sæculares abiicere, ne præfocatus curis negotiorum Dei verbo non possit vacare.11.q. 1. te quidem.

Quod non debet esse aduocatus vel tutor.88.distinct.episcopus tuitionem.& quattuor cap.sequen.11.quæstio.prim.te quidem.

Quod nec per se nec per laicum, sed per œconomum clericus debet temporalia gerere. 16. q.7. quoniam in quibusdam. cap.sequen.88.distinctio. volumus.& tribus c. seq.8.q.1. si Petrus.

Quod officia canonica non debent propinquis committere. 89.dist.decenter.

Quod episcopus debet esse hospitalis. 42. distinctio. §. hospitalem. vbi decem causæ

hoſpitalitatis tanguntur.

Quod de rebus eccleſiæ debet primum ſibi, poſtea miniſtris demum aliis fidelibus prouidere. 12. quæſtio. 1. nulli epiſcoporum.

Quod epiſcopus non debet in ſuam vel ſuorum proprietatẽ conuertere res eccleſiæ. 12. q. 1. res eccleſiæ.

Quod raptores rerum epiſcopi debent excommunicari, ſicut raptores rerũ eccleſiaſticarũ. 2. q. 7. accuſatio quoque. 16. q. 1. ſimiliter.

Quod redditur epiſcopo ratio de rebus eccleſiæ. 10. q. 3. c. 1.

Quod epiſcopus debet pauperibus & oppreſſis prouidere ſolicite, & eos defendere. 28. diſtinct. epiſcopus. 84. diſt. peruenit. 86. diſt. fratrem. 87. di. per totum. 12. q. 1. videntes. & c. his. & duobus c. ſeq.

Quod nihil eſt laborioſius & periculoſius officio epiſcopi, ſed beatius apud Deum ſi bene agatur. 40. diſt. ante omnia.

De epiſcopi electione vel de electo habes in titulo de Electione.

Et de conſecratione epiſcopi habes in titulo conſecrationis.

Et de diſpenſatione in titulo diſpenſationis.

Et ſi qua ſunt talia, in ſuis titulis inuenies.

De epiſcoporum ſede vbi agitur de ſedibus.

Quod chorepiſcopi officium in pluribus cum officio epiſcopi conueniebat. 68. diſt. quamuis.

Quod quia in præiudicium epiſcoporum fuit illud officium eſt ab eccleſia extirpatum. 68. diſtinct. chorepiſcopi.

Ermaphroditus.

Quod ermaphroditus habens vtrumque ſexum, an ad teſtimonium adhiberi poſſit, qualitas ſexus incaleſcentis demõſtrabit, quia ſi calore prædominante pro viro ſe geſſerit. recipitur in teſtem, alias non. 4. q. 3. c. 1. poſt medium.

Quod ermaphroditus inter infames ponitur, & non poteſt eſſe aduocatus. 3. q. 7. infames. § item in digeſto.

Error.

Quod error cui non reſiſtitur approbatur. 83. diſt. error.

Quod errare eſt aliud pro alio putare. 22. q. 2. in quibus. 38. diſt. quamuis.

Quod non eſt conſequens, vt erret continuo quiſquis aliquid neſcit, ſed ſi quis exiſtimat ſe ſcire quod neſcit. 38. diſtinct. quamuis.

Quod non mediocriter errat qui magno bono mediocre bonũ præfert. de conſecrat. diſt. 5. nõ mediocriter.

Quod errorem ſuum licet cuilibet corrigere, & illicite commiſſa in melius reuocare. 35. q. 9. loci §. ſeq.

Quod error fortunæ, & qualitatis coniugium nõ excludit, error vero perſonæ & conditionis excludit. 29. q. 1. per totum.

Eſau.

Quod Eſau lenticulã nimium appetens, ponitur in exemplum quod non cibus, ſed auiditas cibi imputatur. 41. diſtinctione, quiſquis.

quis. & tribus c. seq.
Quod multi de semine Esau saluati sunt. 1. q. 4. ecclesia, quæ. §. his ita. in fin.

Ætas. Quod ætas certa & a canone examinata seruanda est in omnibus clericis ordinandis. 77. distinct. per totum.
Quod ante 25. annũ ætatis, nec diaconus debet ordinari, nec virgo in monacham consecrari. 20. q. 1. placuit.
Quod puella intra 12. annum ętatis suæ, & masculus intra 14. ad religionem non obligatur. 20. q. 1. puellæ. §. cum ergo. & quæstio. 2. si in qualibet, & ca. puella.
Quod in pueris ætas discretionis est 14. anni. 22. q. 5. pueri.
Quod ante annos discretionis nemo cogendus est iurare, nec testis esse. 22. q. 5. honestum. 2. q. 7. testes.
Quod sex ætatibus mundus & status hominis finitur. 35. q. 4. cap. 1.
Quælibet ætas distinguitur per certa tempora propter magnalia, quę illis tẽporib. contigerũt.
Prima ætas ab Adã propter creationem mundi & durat vsque ad Noe.
Secunda a Noe propter aquæ diluuium, & durat vsque ad Abraham.
Tertia ab Abraham propter circumcisionem, & durat vsque ad Dauid.
Quarta a Dauid propter regalẽ vnctionem, & durat vsque ad Babylonis trãsmigrationem.
Quinta a transmigratione Babylonis propter filiorum Israel liberationem, & durat vsque ad aduentum Domini Christi.
Sexta ab aduentu Christi propter humani generis liberationem, & durat vsque ad finem sæculi.
Septima est in sepulchris quiescẽtium.
Octaua est ad vitam resurgentium.

Euangelium. Quod Euangelium Christi est audiendum stando, & cum reuerentia. de consec. distinct. 1. apostolica.
Quod sine custodia euangelii nõ habetur spiritus sanctus. 1. q. 1. Marchion.
Quod euangelii custodia nõ consistit in verborũ foliis, sed in sensu & medulla cordis. 1. q. 1. Marchion.
Quod quantum ad perfectionẽ magna & multa est differentia euangelii ad legem Moysi. 23. quæstio. 4. hæc autem. §. ex his.
Quod lex Moysi incœpit a terrore, Christi euangelium a mansuetudine.
Item sub lege peccantibus pœna corporalis statuitur, in Euangelio pœnitẽtibus venia promittitur.
Item in lege dicebatur, qui fecit hoc vel illud, morte moriatur. In euangelio, Gaudeo super vno peccatore pœnitentiã agente.
Item in lege populus seruili timore ad bonum cogebatur, in euãgelio populus gratiæ liber effect' filiali amore operatur.

Quod non repugnat euangelio malos ad bonū compelli. 23. q.4.displicet.circa finem.

Quod papa potest euangelium interpretari. 2.q.5. §.1.33.q. 2. quos Deus.

Eucharistia. Quod eucharistia Græce, Latine bona gratia interpretatur. 1.q.1.multi.

Item dicitur mysterium, eo quod secretam & reconditam habeat dispensationem. ante med.

Item dicitur sacramentum; quia sub tegumento corporalium rerum diuina virtus secretius veri corporis & sanguinis Christi operatur effectum. de consecr. distinctio. 2. ego Berengarius.

Quod eucharistia propter corporis & sanguinis Christi existētiam excellentior est omnibus oblationibus & sacramentis. de consecratione distinctione 2. nihil.

Quod ex pane & vino cum aqua misto efficitur eucharistia. de consecrat. dist. 2. cum omne. in fin.

Quod forma verborum prolata fit transubstantiatio eucharistiæ virtute diuina. de consec. dist. 2. quia corpus. & c. panis. & c. reuera. ante finem.

Quod de forma verborum non est plus nisi, Hoc est corpus meū. &, Hic est sanguis meus. de consecrat. distinct. 1. quia corpus.

Quod licet vno & eodem tempore in diuersis immoletur, tamen sicut est vna diuinitas cui vnitur, sic non diuersum sed vnum idemque corpus conficitur. de consecrat. dist. 2. quid sit. post med. & c. vtrum.

Quod in hora cōsecrationis ima summis sociantur ad vocem sacerdotis. de consecrat. distin. 2. quid sit.

Quod eucharistia sit oblatio benedicta, ascripta, & rata. de consecrat. distinctio. 2. vtrum, post med.

Quod tres partes de eucharistia factæ triformem statum corporis Christi, videlicet peregrinationis, sepulturæ, & resurrectionis designant. de consec. dist. 2. singuli.

Quod licet in eucharistia Christus per partes manducetur, tamen manet integer vbique totus. de consecrat. distinct. 2. qui manducat.

Quod in singulis portionibus specierum singuli Christum accipiunt. de consecrat. dist. 2. singuli.

Quod eucharistia est idem corpus quod sumptum est de virgine, quod passum est, quod sepultum est, quod resurrexit, & in cœlum ascendit. de consec. dist. 2. omnia. in fin.

Quod corpus quod Christus dedit in cœna, idem fuit quod passum est in cruce, quantum ad naturam, sed diuersum quā tum ad formam. de consecra. dist. 2. prima. & c. seq.

Quod cum eucharistia non sunt vuæ, nec aliqua grana legumi nis benedicenda. de consecra. dist. 2. didicimus.

Quod intincta hostia populo nō detur, nec lac pro vino offeratur,

tur, & ne ex intincto pane, vinum ad offerendum exprimatur, prohibetur. de consecrat. dist. 2. cum omne.

Quod Eucharistia offertur, & datur sub aliena specie, ne abhorreamus cruoris & carnis sumptionem. de consecrat. distin. 2. forte, & c. panis.

Item vt vitaremus paganorũ & infideliũ derisionem. de consecrat. dist. 2. vtrum. ante fin.

Quod Eucharistia est pura conscientia offerenda & pura mẽte. de conse. dist. 2. nihil.

Quod nec bonorũ dispẽsatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. 1. qõ. 1. multi. post med.

Quod non consecrationi Eucharistiæ, sed affectui bona vita sacerdotis necessaria intelligenda est. 1. quæst. 1. interrogo. §. cum vita.

Quod sacerdoti pranso non licet celebrare. 7. quæstio. 1. nihil. post medium. de consecratio. dist. 1. sacramenta.

Quod sacerdos hostiam consecrans, & non communicans, per annum a celebratione suspenditur, de consecrat. dist. 2. relatum.

Quod sacerdos corpus Christi sumens, & non sanguinem grande sacrilegium committit. de conse. distinctio. 2. comperimus.

Quod officium est sacerdotis Eucharistiam distribuere. 93. distin. diaconi. c. peruenit. & cap. præsente.

Quod a laicis personis nullatenus debet contrectari. de conse. dist. 2. peruenit.

Quod sacerdos semper Eucharistiam paratam debet habere propter infirmantes. de conse. dist. 2. presbyter.

Quod sacerdos qui a mure vel ab aliquo animali Eucharistiam non custodierit, 40. diebus pœnitebit. de consecra. dist. 2. qui bene.

Quod si per negligentiam de sanguine aliquid super terrã stillauerit, 40. diebus pœnitebit. de conse. distinct. 2. si per negligentiam.

Quod tabula lignea super quam sanguis Christi stillauerit, est radenda, & rasura per ignem cinis effect⁹ intra altare est recondenda: panni propter idẽter sunt super calicem lauandi, & aqua circa altare fundẽda. de conse. dist. 2. si per negligentiam.

Quod melius est mori sine Eucharistia, quam de manu hæretici sacerdotis communicari. 24. q. 1. cœpit.

Quod qualem pœnitentiam ferre debeat qui scienter vel ignoranter de manu hęretici sumit Eucharistiam. 23. q 1. si quis dederit.

Quod Eucharistię digna sumptio est pœnarum relaxatio. de cõsecrat. distin. 2. cum omne. & c. panem de altari.

Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur, quotidie Eucharistia iteratur. de conse. dist. 2. vtrum. & c. iteratur.

Quod quandiu Eucharistia non recipitur, cor non recipientis induratur 82. distin. presbyter.

circa medium.

Quod tribus festis præcipuis, scilicet in Pascha. & Pentecoste, & in Natiuitate Domini omnibus fidelibus communicandũ est. de consecrat. distin. 2. & si non frequentius.

Quod si quis in prædictis tribus festis non communicauerit, a cœtu fidelium est separandus. de consecrat. dist. 2. si quis intrat, & c. seq.

Quod in cœna domini est etiam a fidelibus Christi Eucharistia percipienda. de consec. dist. 2. 2. in cœna.

Quod excepta necessitate Eucharistia ieiuno stomacho est sumenda. de conse. dist. 2. liquido. 26. q. 2. si quis de corpore. & octo c. seq.

Quod ante Eucharistiç susceptionem tribus, quattuor aut octo diebus ab vxore propria est abstinendum. de consec. dist. 2. omnis homo. q. 4. sciatis.

Quod ab illis qui in vnione ecclesiæ sunt, accipitur sacramentaliter. de consecra. distin. 2. quia passus. in fin. & c. quid est. & c. seq. & c. dupliciter.

Quod licet Eucharistia sit bona, tamen in malum conuertitur indigne sumenti de consecrat. dist. 2. & sancta. & c. sicut Iudas. & cap. quid est. & c. qui manducant.

Quod indigne sumens Eucharistiam plus polluitur quam purificatur. de conse. dist. 2. quotidie. & c. qui scelerate. & c. qui discordat.

Quod homo quantum in se est Eucharistiam polluit cum ad ipsam sumendam indigne accedit. 1. q. 1. multi. ante fin.

Quod in hoc quòd Christus Eucharistiam Iudæ dedit, innuit quod occultis peccatoribus cũ eam exigunt nõ est neganda. de consec. distin. 2. non prohibeat. & c. sicut Iudas. & 7. q. 1. aduersitas in fin. 1. quæstione 1. Christus.

Quod illis qui enormiter publice deliquerunt, Eucharistia non statim est danda. de consecra. distinct. 3. pro dilectione. de pœn. dist. 1. in actionem.

Item nec raptoribus rerum ecclesiæ 12. quæst. 2. indigne. & ca. de vino.

Quod propter pollutionem nocturnam ex præcedenti crapula vel cogitatione immunda, ab eucharistia abstineat. 6. distinctio. testamentum. & cap. non est.

Quod tempore menstrui & ante purificationem partus fœminæ possunt communicare. 5. dist. ad eius vero concubitum.

Quod pœnitentibus in morte Eucharistia non est neganda. 50. distinct. pœnitentes. 27. q. 1. virgines. 1. quæstio. 1. si quis hæreticæ. §. ecce. 2. quæsti. 1. in primis. post medium. 46. dist. accusatores. 26. quæst. 6. si quis de corpore. & 4. c. seq.

Quod excommunicatis satisfacientibus in morte non est denegãda Eucharistia. 86. distinctio. tanta.

Quod his qui in patibulis suspenduntur si pœnituerint, non est eis deneganda Eucharistia nec sepultura. 13. qõ. 2. cap. quæsitum

tum est.

Quod abstinens se quandoque ab Eucharistia propter sacramenti reuerentiam, nō est arguendus, neque frequenter sumens est iudicandus. 5. dist. ad eius vero cōcubitum. in fi. 12. dist. illa. de consecrat. dist. 2. quotidie.

Quod communio Eucharistiæ dabatur antiquitus pro vulgari purgatione. 2. q. 5. sæpe.

Quod post susceptionem Eucharistiæ, corporalis cibus nōn statim sumendus est. de consecr. dist. 2. tribus gradibus.

Quod qui propter ebrietatem vomit Eucharistiam, grauiter punitur, propter infirmitatē, minus; quia infirmus si nauseā habere sciuit, sumere non debuit. de consecratione distinctione 2. si quis per ebrietatem.

Quod non minus reus est qui negligenter verbum Dei audiuit, quam qui reuerendū corpus Christi per negligentiam in terram cadere permittit. 1. q. 1. interrogo.

Eunuchus. Quod Eunuchus si p̄ insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius amputata sunt virilia, vel per ægritudinem, vel sic natus est, & est dignus, potest promoueri etiam ad episcopatum. quinquagesimaquinta distin. Eunuchus. & c. seq.

Quod non requiritur vt Eunuchus carnem illius vel puluerem semper secū portet. quinquagesimaquinta distinct. Eunuchus.

Quod nō potest promoueri qui vt carnis lubricum vitaret seipsum castrauit. 55. distinct. si quis absciderit. & quattuor c. sequen.

Quod illi Eunuchi placent Deo, quos non castrar necessitas, sed voluntas. trigesimatertia quæstio. 5. tunc saluabitur. §. qui sicit.

Exactio. Quod exactio licite potest fieri in subditum, vt ab obstinatione indebita compescatur, vigesimatertia, quæstione 6. iam vero.

Quod episcopi propter iura sua clericos exactionibus grauare non debent. 10. quæstio. 3. per totum. 16. quæstio. 1. prædicator.

Quod illi qui Romipetas vel alios peregrinos pedagiorū exactionibus grauant, anathema incurrunt. 24. quæstio. 3. si quis Romipetas.

Quod illi qui nouas exactiones in pauperes faciunt, per excōmunicationem sunt reprimēdi. 24. quæstione tertia. illi qui.

Examinatio. Quod examinatio conscientiæ & bonæ vitæ debet consecrationem episcopi præcedere. vigesimatertia distinct. qui episcopus. 24. dist. episcopi.

Quod examinandus est de fide quantum ad ea quæ in diuinis Trinitatem & vnitatem personarum consequuntur. 23. dist. qui episcopus.

Item examinari debet de Christi incarnatione,& de multis aliis articulis,qui in symbolo continentur. 23.dist qui episcopus post med.

Quod nullus clericus sine examinatione est ordinandus. 24. distin.nullus.

Quod episcopus de latere suo bonos & discretos viros debet eligere, qui ordinandos clericos in vita & scientia debent examinare. 25.dist.quando.

Quod sine examinatione ordinati a clero penitus abiiciendi sunt. 81.dist. si qui sine.

Exceptio. Quod exceptio fori dilatoria in principio litis debet opponi & probari. 3.q.6.si quis episcoporum.& §.seq.

Quod peremptorias exceptiones sufficit in principio litis contestari. 3.q. 6. si quis episcoporũ. & c.seq.

Excõmunicatio.

Quod excommunicatio dicitur extra communionem ecclesię separatio. 11. quæstio. 3.nihil. & c.canonica. 27. q. 1. viduas. 24.q.3.tam sacerdotes.

Quod omnis impius si non ab ecclesia,tamen a Deo est separatus. 24.q.3.certum.

Quod excommunicationem ecclesia traxit ab apostolo ,qui Corinthium satanæ tradidit. 24.quæstio.3.apostolicæ. 11.q. 3. omnis.

Quod tunc traduntur peccatores satanæ,cum per excommunicationem a corpore Christi separantur. 11.quæsti. 3. audi. & c.omnis.

Quod sicut putridæ carnes sunt resecandæ,& ouis scabiosa, ne ceteras inficiat a caulis est repellenda,sic mali ne bonos inficiant per sententiam extra ecclesiam sunt ponendi. 24. q. 3. resecandæ, & octo capitulis sequen.

Quod nulla pœna maior est in ecclesia quam excommunicatio. 24.q.3. corripiantur. 11. q. 3.absit.

Quod multiplex est damnum quod excommunicatio inducit: videlicet quia a Deo separat. 24.q.3.certum.

Item satanæ tradit. 11. quæstio.3. audi.

Item peccatorum absolutionem impedit. 24.quæstione 1. quicumque.

Item ab ecclesia fidelium remouet. 11.quæstio.3.omnis. & ca. sequen.

Item a fidelitate iuramenti absoluit. 15.qõ 6.nos sanctorum.& c.seq.

Item omnia bona opera in ea facta mortificat. 23 quæstio. 4. si quis.& qõ.7.quemadmodũ.

Item suffragia ecclesiæ siue in vita siue post mortem tollit. 11. quæst.3.quicumque intra. 24. quæstio. 2. de communione. & c.seq.

Item æternã damnationem inducit. 11.quæstio.3.nemo episcoporum.

Quod excommunicatio nõ debet ferri pro leuibus excessibus,sed pro grauibus. 11. qõ.3. nemo episcoporum.

Quod non debet esse mortalis, sed

sed medicinalis. 2. q. 1. multi. in prin. 11. quæstio. 3. audi. 34. quæstio. 3. certum. & c. corripiantur.

Quod excōmunicatio nō est ꝓpriam propter iniuriam ferenda. 23. q. 4. inter querelas.

Quod non debet deferri cū impetu, sed cum deliberatione, & causæ cognitione. 11. quæstio. 3. si quis episcopus. & cap. seruetur.

Quod excommunicationem trina monitio debet præcedere. 2. q. 1. Deus omnipotens. §. quando autem. 12. qō. 2. indigne.

Quod excommunicatio debet ferri in scriptis. 2. q. 1. legum. & 4. q. 4. nullus.

Quod ferri debet ab episcopo specialiter, vnde & mucro episcopi dicitur. 16. quæst. 2. visis. in fi. 24. quæstio. 3. corripiantur.

Quod excommunicatio non est contemnenda. 11. quæst. 3. nemo cōtemnat. & duobus cap. sequen.

Quod ideo non est contemnenda, quia non homo ligat, sed Christus. 11. qō. 3. nemo contemnat.

Quod quando non contemnitur, non est eradicatio, sed disciplina. 24. quæstio. 3. notandum.

Quod excōmunicatio iusta vel iniusta, est timenda. 11. q. 3. c. 1. & c. qui iustus.

Quod etiam cum iniusta contemnitur, incurritur. 11. qō. 3. qui iustus.

Quod iniustæ excommunicationi est parendum vsque ad causæ cognitionem. 11. q. 3. si episcopus. §. præmissis. & c. iustus. & §. seq.

Quod iniusta excommunicatio dicitur quæ fit timore terreno. 9. q. 3. fratres.

Item iniusta dicitur ex ordine, quando videlicet ordine non seruato in sententia proceditur. 11. qō. 3. seruetur. §. item sententia.

Itē iniusta dicitur ex causa, quando scilicet nullū subest crimē, sed solum propter odium iudicis vel aliquem alium fauōrem iustum, iustus damnatur. 11. q. 3. non solum. §. aliquando. & ca. quatuor. cum quinq; c. seq.

Item iniusta dicitur quæ non lędit eum in quem fertur, sed à quo fertur. 24. q. 3. certum. & c. de illicita. & c. si habes. §. vbi ergo. in fi.

Quod iniusta excommunicatio coram Deo non ligat. 11. quæstio. 3. quomodo. & nouem c. sequen.

Quod qui patienter fert iniustam excommunicationē ecclesiæ, meretur coronam. 11. q. 3. & fi.

Quod plures sunt species excommunicationis. Quędam enim arcet à liminibus ecclesiæ, & ab Eucharistiæ perceptione, & hæc dicitur minor. Alia vero non solum ab his, sed etiam separat ab omni fidelium communione, & hæc dicitur maior. 11. quæstio. 3. ad mensam. §. euidenter 3. quæstio. 4. Engeltrudam. 5. qō. 2.

præſenti.

Quod excõicatio lata ab epiſcopo morte ſuperueniente non remittitur à ſucceſſore. 35. q. 9. quod quis.

Quod etiam roboratur à ſucceſſore. 35. q. 9. loci.

Quod excommunicati ſunt ipſo iure à canone qui ſortilegiis & diuinationibus intendunt. 26. q. 5. ſi quis ariolos. & c. nõ oportet. & c. aliquanti. ca. ſortes. ca. ſi quis clericus. & cap. auguriis.

Item qui manus violentas in clericum vel aliam perſonam religioſam vel eccleſiaſticam iniecerit. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. 24. q. 3. ſi quis.

Item violatores eccleſiarũ & raptores rerum eccleſiaſticarũ. 11. q. 3. canonica. 17. q. 4. omnes eccleſiæ. & c. frater. 24. q. 3. ſi quis de.

Item noua telonia imponentes, & clericos ſiue Romipetas ſpoliantes. 24. q. 3. ſi quis Romipetas. & c. ſeq.

Item litteras Papæ falſificantes. 50. diſt. ſi epiſcopus.

Item omnis hæreticus ipſo iure excommunicatus eſt. 4. q. 1. quòd autem.

Item omnis mortaliter peccans eſt extra communionem eccleſię donec pœnituerit. 6. q. 1. illi qui.

Item ipſo iure excommunicatus eſt qui mortui epiſcopi res, quæ pro ſucceſſore integraliter reſeruari debent, diripere præſumit. 12. q. 2. illud. & cáp. ſeq. & c. hæc huius placiti.

Quod excommunicãdi ſunt epiſcopi qui ad concilium vocati non veniunt, vel qui concilium impediunt. 18. diſt. quoniam. & c. ſi quis. & 4. q. 5. c. 1. 11. q. 3. certum.

Item excommunicandi ſunt qui præcepta apoſtolicæ ſedis nõ cuſtodiunt. 19. diſt. nulli.

Item qui eccleſiaſtica priuilegia contemnunt. 12. q. 2. qui & diuinis & humanis.

Item epiſcopi vel clerici diſſolute viuentes. 35. diſtinctio. epiſcopus.

Item Imperatores vel Reges delinquentes. 96. diſt. duo. 11. q. 3. cum apud.

Quod non poteſt excommunicari niſi Chriſtianus. 24. q. 1. audiuimus. poſt med.

Quod aliquis epiſcopus poteſt excommunicare ſubditum alterius epiſcopi ratione criminis quod in eius epiſcopatu commiſit. 6. q. 3. placuit. 3. q. 6. ibi enim. & c. vlt.

Quod negligẽter teſtamẽta exequentes ſunt excommunicandi. 13. qõ. 2. qui oblationes & duobus c. ſeq.

Item contumax eſt excommunicãdus. 17. q. 4. ſi quis deinceps. in fine.

Item incendiarij ſunt excommunicandi, & pro pœnitentia per annum vltra mare tranſmittendi. 23. quæſt. vlt. peſſimam.

Item homicidæ, falſi teſtes. 24. q. 3. itaque.

Item hæretici & ſchiſmatici, & quorum ſcripta hæreſim continent, etiam poſt mortem ſunt excommunicãdi. 24. q. 2.

ſane

sane pro.

Quod excommunicatur clericus mortuus in ludis gentilium. 23.quæst. 8. quicunque clericus.

Itē excommunicatur post mortem qui hæreticum constituit hæredem. 24.q.2.sane profertur.ante med.

Item excōmunicantur post mortem qui se voluntarie occidūt. 23.q.5.placuit.

Quod sacerdos missam inchoatam ex temeritate non finiēs, est excommunicandus.7.q.1. nihil.in fi.

Quod non vitantes excommunicatos sunt excommunicandi.11.q.3.sanctis.

Quod nemo est nominatim excommunicādus nisi de crimine sit conuictus vel confessus. 2.q.1.multi.

Quod nullus est excommunicandus antequam causa probetur.24 q.3. de illicita.

Quod nomina publice excommunicatorum debēt ignorantibus intimari, ne per ignorātiam se possint excusare. 11.q. 3.curæ sit.

Quod qui propter facinus ab hæreticis excommunicantur, a fidelibus propter detestationem criminis non sunt recipiendi.24.quæst 1.quisquis. & c.seq.

Quod indebite excommunicās per 30. dies a sacra communione suspenditur. 11.quæst.3. audi.

Quod excommunicatus nō potest esse iudex aliorum. 24.q. 1.miramur.

Quod excōicati non admittūtur ad denuntiandū vel ad accusandum.3.q.4.conspiratores. & duobus.c.seq.4.q.1. per totum.24.qō.1.miramur.§. his auctoritatibus.in fi.

Itē infames sunt.6.q.1.infames.

Quod excōicatus si intra annū se purgare contēpserit, post annū tanq̄ reus non est audiendus.11.q.3.rursus. & c.seq.

Qđ excōicati non possunt alios excōicare vel iudicare.24.q.1. audiuimus.& c.ait.& c.seq.& c.miramur.

Quod episcopus excommunicatus non dicitur ordinare quātum ad executionem, quia qđ non habet, dare non potest. 1.q.1.quicumque sacros.c.qui perfectionem.& c. ventū est.

Quod excommunicati celebrātes triennii pœnitentia puniūtur.11.q.3. de illis.

Quod excommunicati in sacris constituti, officio interesse non debent.11.q.3.si quis episcopus,in fi.

Quod excommunicati omnino sunt vitandi. distinctio. 93. si inimicus. & cap.sequen. 6.q. 1.illi qui. 11. quæst.3. ad mensam.& cap.rogo.& quattuor cap.seq.

Quod non est communicandum excommunicato maiori excommunicatione in oratione, cibo, potu, osculo, aut salutatione. 11. q. 3. excōicatos. & c.cum excommunicatio.& c.antecessor.

Quod non licet clericis communicare episcopo. 93.dist. in[illegible] ratus.

Quod nominatim excommunicato non est communicandũ, ne sententia transeat in tertiã personam. 12. q. 3. si quis laicus. & c. excellentissimus. 24. q. 2. sane quod.

Quod ideo non est communicãdum excommunicato, vt cõfusus citius laboret reconcilia ri. 93. dist. si inimicus. & 11. q. 3. audi.

Quod cum pagano magis licet communicare quam cum excommunicato. 11. quæst. 3. ad mensam.

Quod quilibet prælatus debet alterius episcopi subditum excommunicatum vitare, & facere vt à suis vitetur. 11. qõ. 3. curæ sit.

Quod sine culpa communicat excõicatis vxor, filius, seruus ignorans, & necessitatem patiens. 11. q. 3. quoniam multos. & c. excellentissimus.

Item qui communicat propter spem correctionis. 11. q. 3. antecessor. Vnde versus.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse.

Quod viatori vel peregrino trãseunti in terra excommunica torum emere, & pauperi men dicare conceditur. 11. q. 3. quoniam multos.

Quod occultum excommunicatum tantum sciẽs tenetur vitare, ac si sciret publice eum excommunicatum. 6. q. 2. si tantum. & c. seq.

Quod publice excõicato intrante ecclesiam oẽs debent exire. 24 q. 1. omnis qui. & 11. q. 3. sicut apostoli.

Quod presbyter si canonem inchoauit, propter superuenientem excõicatum, missam non debet relinquere imperfectã. 7. q. 1. nihil.

Quod mortuo suffragia à viuis non debẽt exhiberi, qui ꝓpter excõmunicationem viuis nõ communicauit. 11. q. 3. quicũque intra.

Quod tali excõicato possumus cõicare mortuo, qui viuẽs peti uit absolui. 24. q. 2. de commu nione. & ca. nec quisquam.

Quod communicans excõicato indebite, excõicationẽ incurrit. 11. q. 3. præcipue. & ca. si qs episcopus. & c. seq. & c. sicut apostoli. & c. epi. & cap. placuit.

Quod episcopi cõicantes excõicatis in crimine, deponantur. 11. q. 3. Teugualdum. & ca qui cumque contristauerit.

Quod episcopus cõione priuatur, qui soli sibi cognitũ publi cat excommunicatum. 6. q. 2. placuit.

Quod excommunicatus antequam absoluatur debet spondere emendam de præterito, & cautelam de futuro. 11. q. 3. cũ aliquis. & 12. q. 2. de viro, in fi.

Quod absoluitur quis ab excom municatione absens per litteras. 24. q. 3. comperimus.

Quod absoluitur post mortem, si viuens hoc petiuit. 24. q. 2. nec quisquam.

Quod de excommunicatione Papæ quã sibi reseruauit nullus nisi in morte potest absoluere.

uere. 16. q. 1. frater noster.
Quod solennis excommunicationis & absolutionis forma ponitur. 11. q. 3. debent.

Excusatio. Quod excusatio inferioris non valet, vbi de rebus ecclesiæ quas illicite possident, vel principes vel parentes se excusant. 16. q. 1. in canonibus. ante finem.
Quod auctoritas & præceptum superiorum excusant in quibusdam facta inferiorum. 14. q. 5. dixit dominus.
Quod auctoritas superioris non excusat inferiores in delictis. 11. q. 3. si dominus. & c. seq.
Quod Iudæi furto excusantur Ægyptiorum, quia iubente Deo paruerunt. 14. q. 5. dixit dominus.
Quod ebrietas excusat culpam a tanto, sed non a toto. 15. q. 1. sane. & c. inebriauerunt.

Executio. Quod executio sententiæ iudicis debet differri vsque ad triginta dies, propter deliberationem. 11. quæstio. 3. cum apud.
Quod ab executoris sententia appellare non licet, nisi ipse modum executionis excedat. 2. q. 6. si quando. §. ab executore.
Quod licet ab executore appellare si ipsa sententia excommunicationis opponatur. 11. q. 3. cum excommunicato.
Quod executores testamentorũ propter negligentiam debent excommunicari. 13. q. 2. clerici.

Exemplum. Quod exẽpla sanctorum tam in scriptis quã in factis perspicaciter sunt recordanda. 20. dist. de quibus. 23. q. 6. vides.
Quod ratio sana est exemplis ponenda. 9. dist. sana.
Quod superiores inferioribus exemplum bonum tenentur dare. 8. q. 1. qualis. 12. quæst. 1. nolo.
Quod vita pastoris in exẽplum debet esse discipulis. 2. quæst. 7. cum pastoris. 81. distinctio. nemo.
Quod prælati tot mortibus digni sunt, quot vitiosa exempla ad subditos transmittunt. 11. q. 3. præcipue.
Quod senior ibi stricta increpatione est feriendus, vbi iuuenibus exẽplum ad interitum præbet. 2. quæst. 7. Paulus dicit. 93. dist. peruenit ad nos, in fine.
Quod in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerẽntia status peccator honoratur. 83. distinctio. nemo.
Quod quilibet quantuncumque magnus subditos & minores se paratus sit in bono imitari. 22. dist. de Constantinopolitana.
Quod casus perfectorum suo exemplo multos tettahit a statu perfectionis quem aggredi intendebant. 17. quæst. 1. qui bona.
Quod mali qui emendari despiciunt: ne sanctos suæ perditionis exemplo inficiant, tam-

quam morbida caro. ab omnibus sunt præscindendi. 24. q.3. ecce.

Quod ad exemplum domini gratiarum actio post mensam debet dici. 44. dist. quando auté.

De hac materia habes vbi agitur de Imitatione.

Exemptio. Quod exemptio episcopi vel abbatis à suo superiori nõ potest fieri nisi per solum Papam. 16. q. 1. frater. 18. q. 2. luminoso.

Quod exemptus non potest iudicari nisi a solo Papa. 16. q. 1. frater.

Quod in monasteriis exemptis nullus prælatus sine consensu abbatis valet exercere aliquam potestatem. 18. q. 2 luminoso.

Quod prælatus qui exemptioni Papæ insurgere conatur communione, vsque ad extremũ vitæ suæ priuatur. 16. q. 1. frater. ante medium.

Exequiæ. Quod exequiæ compaticę plus sunt solatia viuorum, quam subsidia mortuorum. 13. q. 2. animæ.

Quod apud Deũ non perit quidquid pro mortuis in exequiis diligentia hominum persoluit. 13. q. 2. animæ.

Quod quia ignoramus quibus mortuis prosunt vel non prosunt exequiæ, ideo pro nullo debemus eas omittere. 13. q. 2. non existimemus.

Exhæredatio. Qđ exhereda tio aliorum non debet fieri propter ecclesiæ promotionem. 17. q. vlt. c. vlt.

Quod successor qui non adimpleuit voluntatem defuncti, debet exheredari 11. quæst. 1. Siluester.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreditate.

Exilium. Quod exiliũ est canonica pœna quam ecclesia imponit in malitia obstinatis. 16. q. 1. Probinum. 2. q. 1. in primis.

Quod sacrilegorum pœna est carcer vel exilium. 17. q. 4. attendendum.

Quod ignobiles pacem ecclesiæ turbantes, in perpetuum exilium relegantur. 24. q. 1. qui contra.

Exitus. Quod exitus malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodẽque studio quo crimen excluditur, innocentia copulatur. 12. q. 1. cum renuntiatur.

Quod tunc quis ab vnitate ecclesiæ exit quando a fide & charitate recedit. 24. q. 3. cum aliquis.

Quod tunc boni a malis exire dicuntur quando etiam cum ipsis corporaliter conuersatur, mente a factis eorũ recedunt. 23. q. 4. tolerandi sunt. & c. ecce. & c. a malis.

Quod a malis exire est facta eorum detestando ipsos dé malo corripere. 23. q. 4. recedite.

Quod difficile est vt bono peragantur exitu quæ malo inchoata sunt principio. 1. q. 1. prin-

principatus. & c. fertur. §. cum ergo, in fi.

Expositio. Quod expositus cuiuscunque miseratione collectus, post decem dies a domino nō potest repeti. 87. distin. sic expositus.

Quod expositio scripturarum accipienda est secundum proprietatem linguarum, de quibus sunt translatæ. 38. dist. locutio.

Quod exponenda est scriptura secundum varietatē causarū. personarum, temporum, & locorum. 29. dist. per totum.

De expositione scripturarū require vbi agitur de Scriptura.

Exorcista. Quod exorcistę in Græco, in Latino adiutantes vocantur. 21. dist. cleriços.

Quod exorcistæ est officium manus super energumenos & cathecumenos in exorcizando imponere. 25. dist. perlectis.

F*Abula.* Quod fabulas secularium negotiorum non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis recitare. 44. dist. conuiuia. & c. seq.

Quod in mensis clericorū lectio diuinarum scripturarum haberi præcipitur, vt fabulosa & oriosa vitentur. 44. distin. pro reuerentia.

Quod quia oblectamēta fabularum nimium excitāt ad incēdia libidinum, prohibet Christianis legere figmēta poëtarum. 37. dist. ideo.

Facilitas. Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23. q. 4. est iniusta. in fi.

Fallacia. Qđ fallacia ex voluntate ꝓcedens grauior est quam quæ de infirmitate vel tenuitate ꝓcedit. 22. q. 2. beatus. §. ille ergo.

Quod non mētitur qui animum fallendi non habet, sicut patet de Petro & Paulo. 22. quæst. 2. beatus.

Quod ille falsum iurat qui scit falsum esse quod iurat. 22. q. 2. beatus. §. ille ergo.

Quod falli in illis quæ non sunt ad salutem, vel nullum vel leuissimum est peccatum. 22. q. 2. in quibus.

Quod minus malum est fallere aliquē in contractibus q̄ falli in articulis fidei. 22. qō. 2. in ipsarum.

Quod falsum testimonium nemo contra se vel proximū dicere debet. 23. q. 5. si non. ante medium.

Quod falsi testes communione priuantur, si clerici fuerint, in monasterio perpetuo detruduntur. 24. q. 3. itaque. 50. dist. si episcopus.

Quod sicut veritas persequitur falsitatē, sic boni in malis non persequuntur nisi malum. 23. q. 4. quis peccat.

Falsarius. Quod falsari⁹ dicitur qui literas defert quæ licet veræ fuerint, tamen de conscientia Papæ non emanarunt. 19. distinctione in memoriam,

vbi nota glo. quæ innuit diuersos modos falsandi.

Item fallarius dicitur qui chartam vel bullam radendo vel mutando falsificat. 50. dist. si episcopus.

Item fallarius dicitur qui falsa suggestione vel precibus falsis impetrat. 25. quæst. 2. dicentes.

Quod charta super beneficiis psonalibus si nō habet datam, falsa iudicatur. 25. quæstione 2. § si qua beneficia.

Quod licet episcopo falsarium domini Papæ incarcerare. 19. dist. in memoriam.

Quod falsarius litterarum domini Papæ si est clericus, est ab ordine deponendus, & in monasterium perpetuo detrudendus. 50. distinct. si episcopus.

Falx. Quod falx in alienam messē mittitur, quando fructus ecclesiæ non a vero, sed alieno pastore tollitur. 13 q. 1. c. 1. §. in diœcesi, ante medium.

Quod Deus in messem falcem mittit, cum vniuscuiusque vitam temporalem per mortis sententiam incidit. de pœnit. dist 2. cum sanctam. c 1. a me-

Fama. Quod fama bona necessaria est nobis propter alios. 11. quæst. 3. non sunt audiendi. 12. quæstio. 1. nolo. & quæst. 2. quattuor. in fine.

Quod quisquis custodit famam suam, etiam in aliis est misericors. 11. quæstio. 3. non sunt audiendi.

Quod clericus, de quo mala fama crebrescit, etiam si cōuinci non potest coram episcopo, præsentibus presbyteris expurgatur. 15. q. 5. c. 1.

Quod prædicator bonus officiū suum non debet negligere, etiam si currat inter infamiam & bonam famam. 6. q. 2. sunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de Infamia.

Fames. Quod fames quandoq; ex ira Dei in mundum mittitur, quando pauperibus eleemosynæ subtrahuntur. 16. q. 1. reuertimini. post medium.

Quod qui fame laboranti non succurrit, graue peccatum incurrit. 86. dist. satis.

Quod qui fame morientem non pauit, quasi ipsum propria manu occidit. 86. distin. pasce.

Quod iudex ecclesiæ licet teneatur sedare panis famem, & sitim aquę, magis tamē famem audiendi verbum Dei. 8. q. 2. audacter. in fine.

Quod fames pristina sermonis domini præsentia doctrinarū eius & cælestis panis saturitate compensabitur. 76. dist. ieiunium. in fi.

Quod fames curat morbos, quos gula infert. de conse. distin. 5. nullus.

Familia. Quod familia debet per dominum suum de malo corrigi, & ad bonum incitari. 47. dist. sicut hi. §. necesse.

Quod

Quod non culpatur paterfamilias faciens quod debet, si aliquis in familia manet incorrigibilis. 48. distinct. quantumlibet.

Quod episcopus debet cauere ne aliquem in familia habeat indisciplinatum. 47. dist. sicut hi. §. necesse.

Quod a principio in omni familia bona fuit aliquis malus incorrigibilis. 47. dist. quantum libet.

Quod propter culpam familiæ negligens paterfamilias punitur tam temporaliter quam æternaliter, sicut patet de Hely. 47. distinctio. sicut hi. §. necesse.

Quod domino excõmunicato, indebite fertur sententia contra familiam. 24. q. 3. si habes. §. vt ergo.

Familiaritas. Quod familiaritas contra extraneos repellit testem. 3. q. 5. consanguinei. & c. seq.

Quod familiaritas mulierum nimia omnibus clericis & religiosis prohibetur. 82. distin. interdixit. & duobus c. seq. 34. distin. quorumdam. 81. distinct. clericus. vsque ad finem. distinctione 18. q. 2. cognouimus. & cap. seq.

Quod vbi nimia familiaritas est mulierum, stimuli antiqui hostis non desunt. 81. dist. oportet.

Quod monachi sacrarum virginum custodes, ne propter familiaritatem suspecti habeantur, a frequenti earum accessu & colloquio arceantur. 18 q. 2. in decima. & c. seq.

Fatum. Quod fatum est genus diuinationis, cui qui intendit, damnationem animæ suæ incurrit. 26. q. vltim. non obseruetis.

Fauor. Quod fauor singularis non debet attendi in electione prælati. 63. dist. porro.

Quod nec indigni debent propter fauorem ad sacros ordines promoueri. 1. quæstione 7. pueri.

Quod illi qui ecclesias indignis ex fauore conferunt, sacrilegi reputantur. 1. quæstio. 1. sunt quidam.

Quod non corrigere peruersos nihil aliud est quam fauere. 83. distinctio. nemo. & cap. sequen. 13. q. 6. si res. post mediũ. 23. q. 4. quisquis.

Quod fauere impietati est non turbare cum possit quis peruersos. 23. q. 3. qui potest. & c. ostendit.

Quod prælatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui piger est in corrigẽdo, ipse eis in malitia sociatur. 23. q. 4. ita. & c. a malis.

Quod qui consentit peccantibus & defendit delinquentes: apud Deum & homines est maledictus. 11. q. 3. qui consentit.

Quod fauorem dantes maleficiis sunt excommunicandi. 21. q. 5. placuit. & tribus c. seq.

De hac materia require vbi agitur de Consensu.

Fax. Quod sicut fax accẽsa sibi detrimentum præ-

ſtat, aliis vero lumen in tenebris adminiſtrat; ſic malus prælatus vel prædicator. 15. q. 8. ſciſcitantibus.

Quod ſicut ſuperuacuis laborat impendiis qui ſolem certat facibus adiuuare, ſic qui zelum Dei dicit ſe habere, & in corrigendo exequitur indebite. 6. q. 1. ſi omnia.

Felicitas. Quod felicitate peccantium nihil eſt infelicius. 23. quæſ. 1. paratus.

Femina. Quod femina nō debet eſſe iudex. 3 q. 7. infamis. §. tria.

Quod femina propter verecundiam ſexus niſi in ſua & ſuorū cauſa non permittitur pro aliquo aduocare. 15. quæſtio. 3. §. 1. & quattuor cap. ſequen.

Quod femina niſi in crimine læſę maieſtatis, & in hæreſi, & in ſimonia non permittitur accuſare. 15. q. 3. certis de cauſis. & tribus. c. ſeq.

Quod femina quantumcunque docta & ſancta in conuentu virorum non debet prædicare. 23 diſt. mulier. 33 quæſt. vltim. cap. vlt. de conſecr. diſt. 3. mulier.

Quod monachæ vel quantumcunque ſanctæ feminæ non licet pallas altaris vel vaſa ſacra contingere. 23. diſtinctio. ſacratas.

An femina poſſit ordinem & characterem ordinis recipere. 27. q. 1. diaconiſſam.

Quod femina ſancta mente eſt diligenda, non corporali frequentia. 32. diſt. hoſpitiolum.

Quod femina extranea non debet clerico cohabitare. 81. diſ. cum omnibus. & c. ſeq.

Quod non poſſunt Deo pleno corde coniungi qui feminarū acceſſibus copulantur. 32. diſt. hoſpitiolum.

Quod clerico prohibetur cohabitatio feminarum niſi forte ſint mater vel ſoror vel conſimilis perſona carens ſuſpicione. 32. diſtinct. interdixit. 23. diſtin. igitur. 81. diſt. clericus. & cap. ſeq.

Quod beatus Auguſtinus etiam cum ſorore habitare noluit propter coniunctarum perſonarum ſocietatem. 81. diſtin. legitur.

Quod religio non permittit vt ſolus cum ſola loquatur. 81. diſtin. in omnibus.

Quod vt excludatur mala ſuſpicio, nullus clericus niſi certis locis & temporibus debet loqui cum femina. 81. diſt. in omnibus.

Quod confabulatio clerici cū femina debet eſſe per modica & compendioſa verba. 18. qō. 2. diffinimus. & c. ſeq.

Quod etiam abbati non licet loqui cum feminis, niſi ſub duorum vel trium monachorum teſtimoniis. 18. quæſtio. 2. in decima.

Quod monachi & monachæ in vno monaſterio non debent cohabitare. 18. quæſtio. 2. diffinimus.

Quod abbatiſſa volens loqui cū aliquo, debet aſſociari per vetulam monacham. 18. q. 2. diffinimus.

Quod

Quod non licet clericis & aliis Christianis balneare se cum feminis. distinct. 81. non oportet.

Quod de formis feminarum nō est disputandum. 42. dist. hospitiolum.

Quod femina in signum subiectionis & verecundiæ peccati quod induxit, debet velare caput. 15. q. 3. ver. his itaque. 33. quæsti. vlti. capit. vlt. & c. hæc imago.

Quod femina nec comam amputare, nec veste virili propter luxum vti debet. 30. distinct. si qua mulier suo. & cap. quæcunque.

Quod enixæ vel menstruatæ feminæ nō debet prohiberi introitus ecclesiæ. 5. distin. §. 1. & c. seq.

Quod deterior est conditio mulieris quam viri quantum ad subiectionem. 33. q. 5. hæc imago. & c. seq.

Item quantum ad voti fractionem. quia vir votum eius reuocare potest, sed non econtrario. 33. q. 5. noluit.

Item quantum ad ordinis susceptionem. 32. distin. mulieres. 15. q. 3 §. 1.

Item quantum ad accusationem & testificationem 15. quæst. 3. §. primo.

Feriæ. Quod feriæ legitimę ad festiuandum & non ad placita sæcularia exercenda ponuntur. 15. qō. 4. per totum.

Quod feriæ legitimæ ad ieiunandum sunt secunda feria, quarta & sexta. 82. dist. presbyter. 11. q. vlt. de illis. 22. quæst. 5. qui compulsus. de consecrat. dist. 3. ieiunia.

Quod ab aduentu Domini vsq; ad octauam epiphaniæ, & alia tempora feriata sunt quo ad celebrationem nuptiarum. 33. q. 4. non oportet. & trib. c. se. Vide quod sanciuit conc. Trident. de hac re.

Quod qui dies vel quæ tempora ferianda sunt per circuitū anni. de consecrat. dist. 3. §. 1.

Festiuitas. Quod festiuitas sanctorū quando sit festiuanda, laicis est pronuntiandum. de consecrat. dist. 3. § 1.

Quod festiuitates per anni circulum sunt celebrandæ, innuitur. de consecrat. dist. 3. pronūtiandum. & capit. rogationes.

Quod in sanctorum festiuitatib. maxime solent homines vacare comessationibus. 44. distin. comessationes.

Quod maxime clerici festiuitates sanctorum cum deuotione tenentur peragere. 44. dis. nullus. 15. q. 4. per totum. 16. q. 7. & hoc diximus.

Quod in festiuitatibus prohibendi sunt laici per sacerdotes a chorearum saltationibus. de consec. dist. 3. irreligiosa.

De hac materia habes vbi agitur de die Dominico.

Festinantia. Quod festinantia in quibus sit bona, & in quib. mala, habes vbi agitur de acceleratione.

Fingere. Quod decuplex inuenitur de

canone fictio consona cum decem prædicamentis : nam quandoque fingitur esse qui non est, vt Iacob finxit se esse Esau. 22.q.2.quæritur.§.item opponitur. vbi nota prædicamentum substantiæ.

Item quandoque fingitur quis esse minor quam sit.2.q.7. quãquam. Exemplum de Augustino & Hieronymo. vbi nota prædicamentum quantitatis.

Item quandoque fingitur quis talis esse qualis non est. 29. q. 1.§.1.vbi nota prædicamentũ qualitatis.

Item quandoque quis fingitur esse pater qui non est.27.q.2.institutum.§.iuxta.vbi Ioseph dicitur pater Christi.vbi nota prędicamentum relationis.

Item quandoque fingitur quis agere quod non agit. 22.q.2. cum humilitatis. vbi nota prędicamentum actionis.

Itẽ quandoq; fingitur quis pati qui non patitur.32.q.5. proposito.vbi nota prædicamentum passionis.

Item quandoque fingitur quis esse eo tempore quo non est. de pœniten.distinct. 1.periculose.vbi nota prædicamentum temporis.

Item quandoque fingitur situm esse quod non est. 13. dist.duo. &c. nerui. vbi nota prædicamentum situs.

Item quandoque fingitur nõ habere quod habet.31. distinct. lex continentiæ. vbi nota prędicamentum habitus.

Item quandoque fingitur esse in loco vbi non est.7.q.1.mutationes. vbi nota prædicamentum vbi.

Fides. Quod fides est de nõ visis, & ideo habet meritum.de pœnit.distin. 4. in domo.

Quod fides est quæ per dilectionem operatur.de pœniten.distinct. 2. firmum Dei fundamentum.

Quod fides quandoque accipitur pro fidei sacramento, aliquando pro habitu mentis. de consecratione distinctione 4. nihil.

Quod illud apostoli, Quidquid non est ex fide, peccatum est: sic accipitur quod quidquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. 28.q. 2.omnes.§.ex his.

Quod fides non tantum est liberi arbitrii,sed donum Dei, de consec.dist.4. gratia.

Quod fides sine operibus non valet.1.q.1. sicut vrgeri.& cap. fertur.de pœnit.distin.2.§. nõ est mirum.

Quod fides meritorum suorum gradibus proficit & crescit.de pœn.dist.2.§. hæc quæ.

Qđ articuli fidei, quos firmiter credere debemus, ponuntur. 33.dist.qui episcopus.de consecrat.dist.4.prima.

Quod symbolum fidei est in ecclesia publice laicis prædicandum.de consecrat.dist.4.symbolum.

Quod symbolum fidei ab electo in archiepiscopum ante acceptionem pallii est profitendũ. 100.dist.optatum.

Quod est multiplex effectus fidei,

dei, nam fides in vnum connectit quos diuersitas meritorum tenet. 43. distin. rector. post med.

Item fides omnia purgat. 15. qõ. vlt.c.vlt. 24.q.1. si Petrus.

Item omnes procellas militantis ecclesiæ superat. 24. q.1. nõ turbatur. in fin.

Item fides rempublicam magis quàm sudores corporales gubernat. 23. quæstio. 8. tributũ. §.quamuis.

Item vbi humana ratio non potest attingere, fides comprehẽdit. 24.qõ. 1. non turbatur. in fine.

Quod fides supplet vbi baptismus vel aliud sacramentum haberi non potest. de consecrat. distin. 4. baptismi.

Item in baptismo prodest paruulis fides offerentium. de consecrat. dist. 4. illud.

Item nisi quis soliditatem fidei tenuerit, Deum cognoscere non poterit. 20. q. 1. quia.

Item vbi sana fides non est, non potest esse iustitia. 24. quæstio. 1. vbi.

Quod sine fide falsa est virtus ẽt in optimis moribus. 28.q.1. omnes. §. ex his.

Quod prælatorum est confirmare fidem subditorum. 21. dist. §.1. in fin.

Quod cum circa fidem in aliquo dubitatur, ad fidem apostolicam, tamquam ad magistram recurritur. 11. dist. palam. 22. distin. omnes.

Quod omnes Christiani tenentur fidem Christi defendere. 96. dist. nos. & c. vbinam.

Quod non habet fidem Christi qui corpus ipsius, id est, membra ecclesiæ nititur detrahere. 24.q 1. aduocauit.

Quod illis non est credendum qui fidem veritatis abiecerũt. 2.q.7. non potest. 61. dist. episcopum.

Quod qui diuinationibus & magicis illusionibus credit, fidem perdit. 26.q. 5. episcopi.

Quod ideo permittit Deus magicis artibus illudi hominibus, vt ipsorum erga Deum fides probetur. 26.q.5. nec mirum. in fine.

Quod fides eum promittitur, etiam hosti est seruanda. 23. q. 1. noli.

Quod in promissione stulte facta vel vi extorta fides non est seruanda. 22.q.4. in malis. 15. q.6.c.1. & c.seq.

Quod non est fides quæ promittitur pro crimine adimplendo. 22.q.4. si ad peccatum.

Quod ad fidem suscipiendã nullus est cogendus. 45. distincti. quid.c. qui syncera. & capit. de Iudæis.

Quod ad susceptam fidem cogitur quis redire, & eam seruare. 45. distinct. de Iudæis. 23. qõ. 5. ad fidem.

Fidelitas. Quod fidelitas seruanda est domino temporali. 24. qõ. 5. si apud.

Quod propter præceptum ecclesiæ quandoque dyscolis dominis fidelitas non seruatur. 15. quæstio. 6. non sanctorum. & c.seq.

Quod Papa propter excessum

Domini absoluit subditos a iuramento fidelitatis. 15. quæst. 6. alius.

Quod Imperator tenetur Papæ iurare fidelitatem. 63. dist. tibi Domino.

Quod fidelitatis forma sex requirit seruanda, videlicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. 22 quæstio. 5. de forma.

Quod inter fideles & infideles multa debet esse discretio. 2. q. 4. alieni.

Quod debet inter eos esse discretio in accusatione & testificatione. 2. q. 7. pagani.

Item in matrimonii contractione. 28. q. 1. iam nunc. & c. seq. & c. Iudæi. & §. seq.

Item in ciborũ perceptione. 28. q. 1. nullus. & c. seq.

Item in mutua cohabitatione. 28. q. 1. Iudæi. & c. seq.

Item in ieiuniorum obseruatione. de consecratio. distinct. 3. ieiunium.

Item in temporis præscriptione. 16. q. 3. porro.

Quod non potest homini esse fidelis, qui Deo extitit infidelis. 2. q. 7. non potest.

Quod fidelis malus licet sit numero intra ecclesiam, merito est extra. 1. qõ. 1. vt euidenter. 24. q. vltim. de illis, in fin.

Quod talis plus nociuus est ecclesiæ, quam directe infidelis. 11. q. 3. nolite. in fin.

Item peior est infideli. 6. quæst. 1. quæro.

Quod talis Christiani peccatum grauius est peccato infidelis. 32. q. 4. in eo.

Quod pœna ipsius pro peccato grauior erit quam pœna infidelis. 12. q. 1. scimus. 1. quæst. 1. nonne.

Quod talis tolerandus est, non imitandus quandiu ab ecclesia per sententiam nõ præscinditur. 23. q. 4. forte. & c. infidelis.

Filius.

Quod filius dicitur per carnis propagationem per morum imitationem. 22. q. 2. quæritur. § item opponitur.

Quod filii Dei dicuntur tripliciter, vel prædestinatione tantum, vel prædestinatione & spe beatitudinis æternæ, vel merito fidei & præsentis iustitiæ. de pœn. dist 4. si ex bono.

Quod filii spirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per baptismi immersionem, aut a baptismo per leuationem, aut per confessionem. 30. q. 1. oẽs: & c. ad limina.

Quod filii diaboli dicuntur non per carnis propagationem sed per criminis successionem. 1. 1 q. 1. cito.

Quod filii liberi dicuntur qui ex libero matrimonio sunt orti. Naturales autem concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii. 32. q. 4. c. vlti.

Quod illi non reputantur filii, nec debent in bonis succedere patris, qui nati sunt de incestu. trigesimaquinta, quæstio. 7. per totum.

Quod filii legitimi dicuntur, qui vel ante baptismum, vel post de matrimonio nati sunt. 28. q. 1.

q.1.numquid.

Quod filii sequuntur conditionē ventris.32.q.4.c.vltim.28.q.1. Iudæi.

Quod pater carnalis de filiis temporalem curam debet habere. 30.dist.si quis reliquerit.

Quod tenetur filios suos verbo & exemplo a vitiis ad virtutū studia prouocare.47.dist.sicut hi.§.necesse.vsque in fin.

Quod non debet semper eos osculari, sed quandoque propter disciplinam castigare. 5. q.5.non osculatur.

Quod gloria patris est filius sapiens.95.dist.esto.in fin.

Quod tūc pro patribus nati sunt filii,quando pro apostolis surrexerunt episcopi.68.distinct. quorum.

Quod filii presbyterorum si paternæ incontinentiæ sunt imitatores, ad sacros ordines non sunt promouendi.56.distinct. presbyterorum.

Quod quandoque filiis peccata parentum imputantur, quandoque non. 61. distin. per totum.

Quod filii illegitimi puniuntur propter incontinentiam parētum.14.q.3.cum multæ.

Fiscus. Quod fiscus tollit q̄ non accepit Christus.16.q.7.maiores. & q̄.1. decimæ.circa med.

Quod res conuictorum, & vnitati pertinaciter resistentium, fisco vendicantur.23.q̄.4. nimium.in fin.

Flagellum. Quod flagellum Domini quandoque est ad vindictam, quandoque ad hominis purgationem.7.quæst.1.cum percussio.

Quod sicut pastor errantia pecora flagello reducit, sic homines errantes per flagella sunt reducendi.vigesimatertia,quęstione 4.nimium.post mediū, & c. displicet. per totum. & c. debet.

Quod flagellato non est addenda afflictio.7.quæstio. 1. cum percussio.

Quod flagellatio vt proficiat, debet esse discreta.45.distin.cum beatus.

De hac materia require vbi agitur de Correctione disciplinæ, & vbi agitur de percussione.

Flamines. Quod flamines dicebantur sacerdotes Gentilium, a filo quo in capite vtebantur, p̄ quo dicebātur flamines, quasi filamines. 21. distinct. cleros, circa medium.

Quod apostoli in locis vbi Gentiles primos habuerunt flamines, constituerunt patriarchas. vbi vero archiflamines, constituerunt archiepiscopos: & vbi flamines, posuerunt episcopos. 80. distinctione in illis.

Fletus. Quod fletus immoderatus nō debet fieri pro morte amicorū, quia ipsos per mortem non amittimus.13.q.1.quā p̄posterū.

Quod flere mortuum indebite, prouenit ex desperatione futuræ resurrectionis, & ex pusil-

lanimitate plus quàm ex pieta te. 13. quæstio. 2. vbicumque. & §. sequen.

Quod Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad mundi huius ærumnas resuscitandũ. 13. q. 2. qui diuina.

Quod Petrus fleuit, & flendo peccata deleuit. de pœnit. distin. 1. circa prin.

Quod peccator flere dẽt cogitando quia iniuste peccando Deũ suum offendit. de pœn. dist. 5. defleat.

Item fleat qui peccatis se vltro obtulit, & in ipsis perseuerauit. de pœniten. dist. 1. §. 1. circa principium.

Item fleat non solum quia peccauit, sed quia interim virtute se priuauit. de pœnit. dist. 5. §. 1. ver. dolendum.

Item fleat quòd proximum suũ malo exemplo corrupit. de pœniten. distin. 5. §. 1. ver. animaduertere.

De hac materia habes vbi agitur de Lachrymis, & vbi agitur de Luctu.

Fomes. Quod fomes est lãguor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur. 15. q. 1. §. itaque.

Quod fomes carnis concupiscentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici põt, sed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animæ ex cõiunctæ carnis corruptione. 15. q. 1. itaque.

Quod fomes non est peccatum, sed pœna peccati. 15. q. 1. §. 1.

Quod fomes in baptismo nõ deletur, sed debilitatur. de consecrat. distin. 4. per baptismum. & c. non ex quo.

Quod fomes semper repugnat legi mẽtis, etiam in perfectis. 32. q. 5. si Paulus.

Fons. Quod fons signatus, & puteus aquæ viuæ dicitur ecclesia. 24 q. 1. omnibus. & c. quoniam.

Quod sicut a fonte præcisus riuus arescit, sic vnusquisque ab vnitate ecclesiæ separatus. 24. q. 1. loquitur, ante finem.

Quod scientia sacræ scripturæ magis de fonte quam de riuulis est quærenda. 76. dist. ieiunium. circa prin.

Quod prælati non vtilia saluti prædicantes dicuntur fontes sine aqua. 2. q. 7. sicuti. in fin.

Quod charitas dicitur fons. 8. q. 1. in scripturis. ante finem.

Quod dicitur fons baptisma. 18. q. 2. pridem.

Forma. Quod forma & exemplum dicuntur esse prælati subditorũ. 94. dist. dictũ. 95. dist. esto. 16. q. 1. ꝑdicator. 21. q. 4. præcipimus.

Quod forma ecclesiasticæ vitæ est in clericorum castitate. 82. dist. proposuisti. in fin.

Quod forma perfecta est, vt non totum sibi arripiat, sed quod habet, cum pauperibus partiatur. 86. distinct. in singulis.

Quod forma appellationis & apostolorum habetur. 2. qõ. 6. post appellationem. §. forma.

Item forma reconciliationis excommunicati. 11. q. vlti. quod prædecessor. §. excommunicationis. & c. seq.

Item

Item forma fidelitatis iuratur. 21.q.5.de forma.

Item forma verborum qua trãsubstantiatur corpus & sanguis Christi. de conse. distinctio.2. quia corpus. & ca.qui manducat.

Item forma separationis & recõciliationis coniugum.31.q.6. ab isto. & c.seq.

Fornicatio. Quod fornicatio est duplex, scilicet spiritualis, & corporalis seu carnalis. 28. q. 1. idololatria.32.q.7.non solum.

Quod omnis pollutio immunda est carnalis fornicatio.32.q.7. per totum.

Quod fornicatio licet videatur esse genus cuiuslibet coitus, tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, meretricum, vel concubinarum.36.q.1. lex illa.§.cum ergo.

Quod fornicatio carnalis nulli impune conceditur. 27. q. 1. nubendi.

Quod simplex fornicatio, quæ est soluti cum soluta, prohibetur.32.quæstio.4.dicat.& cap. meretrices.

Quod propter maius malum vitandum nõ est multum exaggeranda.32.q.2.ancillam.

Quod fornicatio non est diuersa, siue pulchra sit, siue turpis quam quis cognoscit.14.quæstio.vlt.c.vlt.

Quod fornicatio maximum peccatum est, propter templi Dei violationem.32.q.4.in eo. & q.7. non solum.

Quod feminæ fornicantes cum clericis debent in seruitutem redigi.32.dist.eos, qui.

De materia clericorum inuenies vbi agitur de Clericis.

Quod episcopus vel presbyter fornicans cum sua filia spirituali, si publicum est, debet deponi: si occultum, episcopus 15.annis, & presbyter 12. debet pœnitere.30.q.1.omnes.& duobus c.seq.

Quod maritus sic continere debet vt non det vxori occasionem fornicandi. 27. quæst.1. nubendi.

Quod propter solã causam fornicationis vxor dimittitur quãtum ad cohabitationem.32. q.1.dixit Dominus.

Quod fornicatio spiritualis est idololatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio.28.q. 1. idololatria.

Quod fornicatio animi est seruitus idolorum.32.q. 7.nõ solũ.

Quod auaritia quæ est idolorum seruitus fornicatio spiritualis dicitur.28.q.1. idololatria.

Quod fornicatio spiritualis dicitur consensus mentis ad fornicãdum iuxta illud. Qui viderit mulierem, & c.32.q.7.nõ solũ.

Fortitudo. Quod fortitudo corporalis si pro afflictione in malignantes exercetur, bona & laudabilis est. 23. q. 3. fortitudo. Exẽplum de Moyse qui Ægyptium malignantem occidit.23.q.3.non inferenda.

Quod ille prodest furi vel piratæ qui fortitudinẽ mẽbrorũ suo-

rum ne peius agant debilitat. 23.q.3.si quis.

Quod dilectores huius sæculi fortes sunt in iis quæ sunt ad mũdum, & debiles in his quę sunt ad Deum. 47.dist.omnes.

Forus. Quod forus est exercendarum litiũ locus, sicut innuitur. 11.q. 1.clericus siue.

Quod actor debet sequi forum pulsati. 11.q.1. si quisquam.

Quod siue clericus, siue laicus pro crimine pulsatus non nisi in foro suo debet audiri. 11.q. 1.clericus.& c.seq.

Quod clericis pulsatis in episcopali iudicio forum competit. 11.q.1. si quisquam.

Quod excepta sede apostolica nemo potest trahi extra suam diœcesim vel prouinciam pro causæ litigio. sexta quæstio. 3. & 12. quæstio. 1. fere per totum.

Quod ratione criminis commissi efficitur quis de foro alieno. 3.q.c.vlt.

Quod ibi causa agenda est, vbi crimen cõmittitur. 3.q.6. peregrina. & sex c. sequen.

Quod si quis mutat domicilium ibi forum iudicij subeat vbi habitationem elegit. 13. q. 2. vbicumque.§. quia ergo.

Quod qui causam, siue iustam, siue iniustam ad alterius fidei iudicis forũ euocat, est excõmunicandus. 2.quę.6.catholicus.

Quod clericus ab episcopo depositus si principem sæcularem adeat, amplius non auditur, sed spem recipiendi gradus in futurum amittit. 21.q.5.c. 1.& c.vlt.

Quod clericus si extra prouinciam (excepta sede apostolica) iudicia expectat, est deponendus. 3. q.6. non liceat. 11. quæst. 1. si quis clericus. & ca. sequen. & cap. inolita. & ca. de diuersis.

Frater. Quod dicitur quis frater fide. 2.q̃. 1. multi. circa medium. 11. q̃. 3. ad mensam.

Item frater dicitur consanguinitate. 35.q.3. quædam lex.

Item dicitur frater iuris interpretatione. 28.q. 1. numquid.

Item dicitur frater dignitatis cõmunione. 51.dist. præterea. de pœn. dist. 5. fratres nostros.

Item dicitur frater religione. 16. q.1. vos autem.

Itẽ dicitur frater religionis professione. 10.q. 2. episcopus habeat.

Item dicitur frater nomine naturæ. 6.q.1. ex merito.

Item dicitur frater similitudine. de conse. dist. 1. Iacobus frater Domini.

Item dicitur frater facti comparatione. 14.quæst. 5. immolãs in fine.

Fraus. Quod fraus proprie committitur quãdo res ad speciales vsus missa retinetur, vel indebite expenditur. 16.q.1. reuertimini.

Quod amico rapere furtum est, ecclesiamque defraudare sacrilegium est. 12.q̃. 1. gloria. in fi. 13. quæst. 2. qui oblationes. in fi.

Quod cum pauperibus eleemosyna

ſyna ſubtrahitur, Deus qui res ad hoc contulit, de ſua parte defraudari conqueritur. 16. q. 1. reuertimini.

Quod qui defraudat panẽ egentium, homo ſanguinis eſt. 14. q. 5. immolans.

Quod qui legata morientium retinent: egenos & mortuos cõſolatione defraudant. 13. q. 2. qui oblationes.

Quod qui defraudat eccleſię res, in quadruplum debet reſtituere. 12. q. 2. in antiquis.

Quod clericus qui res eccleſiæ, quæ ſunt pauperũ defraudat, eſt corripiendus, ſi vero epiſcopus eſt, deponendus eſt. 10. q. 2. epiſcopus. & c. ſeq.

Quod qui furem & latronem vel raptorem aliena cum poſſit vt reſtituat non compellit, eſt ſocius fraudis vel criminis. 14. q. vlt. ſi res.

De hac materia require vbi agitur de Diuortio.

Fructus. Quod fructus digni pœnitentiæ ſunt incipiẽtium, videlicet de peccatis dolere, & de futuris malis cauere. de pœn. diſ. circa fi. 50. diſt. quia ſanctitas.

Quod fructus virtutum ſunt proficientium, quorum eſt de virtute in virtutem progredi. de pœ. diſt. 5. in fi.

Quod fructus ſpiritus ſunt perfectorum, quorum eſt beatitudinibus inſiſtere. videlicet voluntariam paupertatem diligere, manſuetudinem tenere, pro æterno deſiderio lugere, iuſtitiam eſurire & ſitire, miſericordiam & munditiam ad tranquillitatem pacis amplecti, & pro obſeruatione iuſtitiæ perſecutionem pati, & ceteris fructibus ſpiritus inſiſtere. de pœn. diſt. 2. ſi quis ſemel.

Fuga. Quod fuga peccatorum eſt elongare ſe a terrenis & propinquis. 12. qõ. 1. c. qui portio.

Quod fugiendi ſunt honores, & fugientibus offerendi. 8. q. 1. in ſcripturis.

Quod ſi a perſecutoribus prælati perſona quæritur, debet fugere: ſi autem fides vel grex quæritur, ſe obiicere. 7. q. 1. aduerſitas. §. hoc etiam tunc.

Quod qui iudicium fugit, cõſtat illum de iuſtitia diffidere. 11. q. 1. Chriſtianis, in fi.

Quod hæretici & ſchiſmatici in prouincia permanentes ſunt fugiendi. 24. q. 1. omnis.

Quod ad eccleſiã fugientes ſunt ab eccleſia protegendi. 87. diſtin. eos.

Furor. Quod furor cõmotionis tempore iuſtum putat omne quod facit. 11. q. 3. illa.

Quod laudabile eſt in præpoſitis ſi non furent; ſed ratio dominetur in ipſis. 11. q. 3. illa.

Quod furor in ſapiente talia facit, de quibus poſt multum ſolet pœnitere. 11. q. 3. cũ apud.

Quod rectores aliorum nõ cum leuitate vel furore debẽt præcipitare ſententiam. 11. qõ. 3. ſummopere.

Quod qui poſt ſacerdotium furere incæperit, ſacerdotio non carebit, niſi in furia ſit perſo-

nerans. 15. q. 1. si quis non. in fine.

Furtum. Quod furtũ est omnis illicita alienæ rei alienatio. 14. qō. 5. pœnale. 32. q. 4. meretrices. circa finem.

Quod fur reputatur qui volens furari propter timorẽ humanum non furatur. de pœnit. distin. 1. si propterea.

Quod non permisit rapinã qui furtum prohibuit. 32. q. 4. meretrices.

Quod furti nomine rapina, & quidquid proximo aufertur illicite, in prohibitione decalogi continetur. 14. quæstio. 5. pœnale.

Quod quantumcumque parum quis abstulerit, furti nomẽ incurrit. 14. q. 6. c. vlt. de pœn. distin. 1. vulgaris.

Quod non furtum sed mens furantis attenditur. 14. quæstio. vlt. c. vlt.

Quod furtum non facit necessitas, sed voluntas. de conse. dis. 5. discipulos.

Quod cum pro necessitate vitæ alienum tollitur, quia tunc omnia sunt cõmunia, furtũ non committitur. ibi.

Quod qui vt eleemosynam faciat alienum accipit, furtũ cõmittit. 14. q. 5. forte. 32. q. 4. sic non sunt.

Quod non est furtum accipere ab inuito sibi debitum. 14. q. 5. non sane.

Quod res Ægyptiorum asportando furtum non commiserunt filij Israel, quia Domino omnium iubente paruerunt. 14 q. 5. dixit Dominus.

Quod furem vel raptorem nullus debet defendere, sed humanitatis causa potest pro ipso intercedere. 14. q. 6. c. si res. & c. hi qui.

Quod fures vel latrones, quia infames sunt, nec accusare, nec testes esse possunt. 3. q. 5. constituimus.

Quod furtum ex auaritia commissum grauius punitur quã quod fit ex inopia. 12. q. 2. fraternitas.

Quod episcopus rerum ecclesiæ dilapidator tãquam fur à suo honore est deponendus. 10. quæstio. 2. c. vlt. 12. q. 2. in legibus.

Quod presbyter in furto deprehensus, ab omni honore deponitur. 82. dist. presbyter.

Quod prælatus est fur, qui non curat de ouibus, vel nõ intrat per ostium in officium prælaturæ. 23. quæstio. 4. tres personas.

Quod furtiua vsurpatio præiudicium non generat. 93. distin. illud.

Futurum. Quod futura scire expedit: & modo debito sunt inquirenda. 1. quæst. 7. conuenientibus in prin.

Quod futura non sunt per sortilegia inuestiganda. 26. quæstio. 2. non statim. & duobus. c. sequen.

Quod curiositas est per constellationes futura inuestigare. 26. q. 7. sors. §. his ita.

Quod futura nõ sunt inuestiganda per auguria vel per aliarum

artium

artium magicarum documēta. 26.q.2. illud.

Quod omnia prędicta futura inquirere est idololatriæ deseruire. 26 q. 2. sed & illud.

Quod aruspicia & augurationes, oracula & necromantia per quæ homines futura inquirunt, inualuerunt ex arte dæmoniaca. 26.q.2. qui sine Saluatore.

Quod ex inspectione scripturarum futura non sunt quæterenda. 26.q.5. aliquanti.

Quod dæmones cum ex acumine sensus & celeritate motus & ex diuturnitate tēporis ipsis ante cognita hominibus aliqua prænunciant, futura vidētur prædicere. 26.q.4. sciendum per totum capitulum.

GEneratio. Quod generatio est duplex, videlicet carnalis, quæ est à patribus per successionem; & spiritualis, quæ fit per baptismi generationem. 32.q.4. recurrat. de cōse. dist. 4. regenerante.

Qđ in generatione carnali quandoque de malis nascuntur boni, quandoque de bonis nascuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali. 32.q.4. recurrit. 47. distinct. quantumlibet. 56. dist. nasci. ante si.

Quod nasci de adulterio nō est culpa nascētis, sed eius qui generauit. 56. dist. nasci.

Quod vndecumque generentur homines, honesti & salui erūt, si parentum vitia non sectantur. 56. dist. vndecumque. & c.

Dominus noster.

Quod multi summi pōtifices & episcopi sunt ex presbyteris generati. 56. dist. c. 1. Osius.

Quod ideo quidā vsque ad quartam generationem ecclesiam Dei intrare prohibentur, donec culpam auctorum multipliciter successio generationis aboleat. 1.q. cito.

Quod generatio spiritualis quæ est per baptismum, facit remissionem omnium peccatorum. de conse. distin. 4. regenerante.

Quod baptismus Ioannis non erat sufficiens ad spiritualem generationem. de consec. dis. 4. non regenerabantur.

Quod Christus suo baptismo homines ad spiritualem generationem prouocauit. de conse. distinct. 4. non regenerabantur.

Genua. Quod genua à festo paschæ vsque ad festum pētecostes inclusiue in signū resurrectionis dominicæ ad horas non sunt flectenda. 76. dist. c. ieiunium. §. non autem, & ca. scire. 30. distin. si quis presbyteri. §. similiter

Quod nec die dominico nec in alio festo sanctorum genua flectenda sunt orando. 30. distinctio. si quis presbyter. de consecra. distinct. 3. quoniam sunt.

Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccatores debēt 26.q.7. sacerdos.

Gestus. Quod gest⁹ exterior corporis qua

litatem indicat mētis.41.dist. clericus.§. sicut ergo.

Quod gestus reprehensibilis si dissolutus vel mollis est, indicat lasciuiam. si fractus, indicat superbiam. si citus, indicat impetuositatem. si tardus, indicat pigritiam. 41.dist. parsimoniam. & cap. clericus. §. sicut ergo.

Gladius. Quod gladius est duplex. scilicet materialis, & spiritualis. 23.q.8.§.1.15.q. 6.auctoritatem.cir ca fi.

Quod Christus non venit in terram mittere gladium materialem, sed spiritualem. 33. quæstio.2.interfectores. §. in hoc.

Quod ecclesia non habet nisi spiritualem gladium, quia non occidit sed viuificat.33. qō. 2. inter hæc.16.q.2.visis in fi.24. q.1.si Petrus.

Quod materialis gladius prælatis in exemplum patientiæ inhibetur, spiritualis vero qui est verbum Dei exerceri præcipitur. 23.q.1.§.1.& q. 8.§.1.

Quod ecclesia criminosos non materiali sed spirituali gladio feriri iubet.33.q.2.interfectores.§.in hoc.

Quod prælati ecclesię de manda to Papæ possunt res ecclesiæ materiali gladio defendere. 15.q 6.auctoritatem. circa fi.

Quod potestates sæculares ideo non sine causa gladium materialem portant, quia in male factores iræ Dei existunt ministri.23.q.5.non solum.& c. sunt quædam.& q.4.quæsitū. & c.sicut in fi.

Quod sæcularis potestas eū gladium vindictę respuit, occasionem peccandi tribuit.23.q.4. est iniusta.

Quod ille gladium materialem cum culpa accipit, qui sine potestate concessa a superiore in sanguinem alterius armatur. 23.q.4.ille gladium.

Gloria. Quod gloria episcopi est pauperib⁹ subuenire.12. quæst. secunda, gloria.

Quod prædicator gloriam suam euacuat quando non pro æterno, sed pro fructu temporali laborat. 1.quæstio.2.sacerdos. in fi.

Quod in lata gente est gloria regis, in diminutione plebis est contritio principis.1.q. 4.ecclesiæ.§.item Dauid post medium.

Quod nihil est illo pastore deterius qui luporū laudibus gloriatur.83.dist.nihil.6.q.1. sunt plurimi.

Quod melior est in malefactis humilis confessio quàm in bonis superba gloriatio. 11. q. 3. iniustum.

Gratia. Quod gratia dicitur eo quòd gratis datur vel recipitur, gratia aliter non est. 1.q.1. c.1.

Quod gratia non generis nobilitate, sed virtute paratur. 40. dist.illud.

Quod nullus nisi purgetur à vitiis gratiam Dei potest accipere.de pœn.distin. 1.non potest quisquam.

Quod sicut sol æquali luce super om-

omnes radiat, sic gratia Dei sine acceptione personarum æqualiter omnibus infunditur. de conse. distin. 4. nec quemquam.

Quod gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta. 16. q. 1. si omnia.

Quod quantumcumque occulta loca animam sine gratia saluare non possunt, quia de paradiso homo, & Angelus de cœlo peccando cecidit. 40. dis. qualibet.

Quod gratia Dei dat fidem, & facit remissionem peccatorum. de consecratio. distinc. 4. gratia quæ.

Quod gratia Christi non solum facit malum vitare, sed etiam bonum facere. de cõse. dist. 3. placuit. & c. seq.

Quod gratias Deo & hominibus pro beneficiis agere debemus. dicima sexta, quæst. 1. reuertimini.

Quod de aduersitatibus & passionibus Deo gratias referre debemus. 11. q. vlt. c. vlt.

Quod sine gratia mandata Dei adimpleri non possunt. de cõse. dist. 4. c. vlt.

Gradus. Quod gradus in ecclesia diuersi & status vnitatem ecclesiæ cõseruant. dist. 89. ad hoc 93. distin. à subdiacono. 50. dist. in capite.

Quod in singulis gradibus ordinum conferendis dilationis tempora sunt obseruanda. 77. dist. in singulis. & c. seq.

Quod ad singulos gradus ordinũ recipientium ætas est seruanda. 77. dist. per totum.

Quod ad gradum diaconatus & supra nemo est promouendus nisi præeunte continentia fuerit approbatus. 77. distin. quicumque.

Quod ad superiorem gradũ sacerdotij nullus debet exponi nisi ab inferiori ordine gradatim ascendendo. 59. dist. per totum.

Quod apud Deum non gradus altior, sed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4. sicut excellentiam.

Quod gradus sunt non solũ inter virtutem & virtutem, sed etiam in vna eademque virtute. de pœn. distin. 1. §. ego sum panis. §. hæc quæ. & c. cum sanctam.

Quod non solum sunt in virtute gradus, sed etiam in peccato. de pœn. dist. 2. sicut tribus. §. non est mirum.

Quod tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, & consensu. de pœn. dist. 2. sciendum. & c. sicut tribus.

Quod olim vsque ad septimum gradum cõsanguinitatis & affinitatis matrimonium contrahi impediebatur. 35. q. 3. cõtradicimus. & q. 8. per totum.

De computatione consanguinitatis & affinitatis habes. 35. q. 3. contradicimus & q. 4. & q. 5. per totum.

Grãmatica. Qđ grãmatica

ad meliores vsus assumpta animæ saluti nõ infert detrimentum.37.dist.si quis artem.

Quod episcopo vel alij prælato est reprehẽsibile omisso euangelio vel alia sacra scriptura populo grãmaticã exponere. 37.dist.turbat.§.cum ergo.86. dist.cum multa.

Quod epi vel presbyteri si cadũt in grammaticã, non sunt à sapiẽtibus irridẽdi, qa plus sunt pensanda vitia morum, quàm verborum.38.dist.quamuis.§. sed licet.& c.sedulo.

Quod si aliquando sancti viri loquuntur per barbarismos & solœcismos, non sunt propter hoc despiciendi.38.dist sedulo.& c.seq.de conse.dist.4.retulerunt.

Quod indignum est verba cælestis oraculi restringi sub regulis Donati.38.dist.indignum. 1.q.1.Marchion.

Grex. Qđ sicut grex ex vna morbida oue polluitur, sic ex prælato immundo plures inficiuntur.45.dist.sed illud,in fi.

Quod prælati tamquam arietes ducatũ gregi præbere debent. 7.q.1.sciscitaris.

Quod languẽte pastore grex insidiatorum dentibus laniãdus exponitur.7.q.1.quamuis.

Guerra. Quod guerra quandoque immittitur propter populi peccata.23.q.5.remittuntur.per totum.56.dist.si gens.

De hac materia require vbi agitur de Bello.

Gula. Quod gula est mater luxuriæ, quia venter & genitalia sunt vicina membra.44.dist.§.1.cum autẽ. de conse.dist.5.nihil.

Quod gula sic in vilibus vt in p̃tiosis attenditur. 41.dist. quisquis.& c.deliciæ.

Quod quinque sunt species gulæ, videlicet accuratius cibo intendere, vel lautiora excogitare, in cibo tempus præuenire, ob cibum nimiũ æstuare, de cibo plus sumere.de conse. dist.5.quinque.

Quod gula de paradiso primum hominem expulit.35.dist.

Quod gula grossum sensũ generat.44.dist.nõ liceat. §.si ergo.

Quod gula morbos facit, molestias ingerit, & ægritudines generat.de conse.dist.5. nihil. & c.ne tales.

Quod gulosi non aliter festa sanctorum putant celebrare, nisi gulæ deseruiant.44.dis.§.1.fi.

Quod ægritudines quas gula infert, fames curat, de consecra. dist.5.legimus.

HAbere. Quod habere potest ecclesia proprium exemplum domini.12.q.1.exemplum. & c. seq.

Quod perfecti proprium nõ habent nec habere cõcupiscũt; qui non suorum sed communium sunt possessores. 1. q.2. sacerdos.

Quod religionem professi proprium habere nõ debent. 12. q.1.scimus.& tribus. c. seq. & c.habebat.& c.seq.18.q.2.quã sit.§.nullus.

Quod

rum Deum esse quem colebat, orauit igne cælesti quinquagenarios consumi. 23. quęstio. 4. si illic. §. sed obiicitur. & c. quod Christus. & c. ea vindicta.

Quod precibus Heliæ cælũ clausum fuit annis tribus & sex mensibus. 23. quæst. 4. si illic. §. quod tunc.

Quod Helias culturam Baal vindicauit, sacerdotes eius occidẽdo. 23. quæstio. 4. Guilisarius. circa finem.

Helisæus. Quod Helisæus aspersione salis sterilitatem aquę sanauit. de consec. dist. 3. aquam sale.

Quod in exemplum perfectis ad prophetandum vadens, boues & omnem curam domesticã reliquit. 86. dist. dominus.

Quod misit lignum in aquam & ferrum securis contra naturã natauit. de consecra. dist. 2. re-uera. post med.

Hereditas. Quod hereditas secundum leges ab indignis successoribus potest auferri. 11. qõ. 1. Siluester.

Quod heredi non licet sine causa venire contra factum sui prædecessoris. 11. quæstio. 1. Siluester. 16. q. 6. illud.

Quod nullus exhæredato filio ecclesiam debet facere hæredẽ. 17. q. vlti. c. vlti. 23. q. 2. si qui irascitur.

Quod episcopus res quas habuit hæreditario iure, libere potest conferre. 12. q. 1. episcopi.

Quod clerici sunt funiculi hereditatis Christi. 12 q. 1. clericus.

Heremita. Quod sunt eremitæ qui vere & pure solitariam vitam ducunt. 16. q. 1. qui vere.

Quod Ioannes Baptista fuit de vita eremitica 2. q 7. c. vltim. §. item Ioannes.

Quod eremitica vita vera ac pura digna honore iudicatur. 16. q. 1. qui vere.

Quod eremitæ ne videantur esse acephali, debent subesse episcopis. 93. dist. nulla. & c. seq. 11. q. 3. si autem.

Quod eremitæ vtuntur priuilegio clericali sicut alii religiosi. 16. q. 2. qui vere.

Quod eremita potest habere proprium, & condere testamentum. 19. quæstio. 3. perlatum. §. econtra.

Quod eremitæ ratione proprii imperfectiores sunt monachis, quibus proprium non licet habere. 19. qõ. 3. perlatum. § econtra.

Hæresis. Quod hæresis Græce ab electione dicitur; quòd scilicet eam disciplinam quàm sibi vnusquisque elegit, putat esse meliorem. 23. q. 3. hæresis.

Quod prima hæresis occasione corporis Christi & sanguinis orta est in discipulis. de conse. dist. 2. prima.

Quod post illa Ariana quæ ponebat maioritatẽ gradus in personis, orta est in clericis. 16. distin. sexta synodus. §. prima.

Quod tũc Christianitas in diuersas hæreses scissa est qñ ꝓpter fidei persecutores episcopi ad concilia celebranda in vnum

non

nio hæreticorum sunt fugienda.24.q.1. aduocauit.& capit. seq.& q.3.clericus.

Quod hæreticorum conuenticula, conciliabula sunt appellanda.24.q 3.clericus.

Quod sacramenta hæreticorum in forma ecclesiæ tradita sunt bona, quia non sunt humana, sed diuinā.23.quæstio.4.quid faciet.

Quod sciēter nō debent ab ipsis (etiam in necessitate) sacramēta recipi.24.q 1. si quem forte.& duobus cap.seq.

Quod nec danda sunt ipsis a Catholicis sacramenta.24.qō.2. nec quisquam.

Quod hæretici non habent salutem in se, nec potestatem in alios.14.qō.1.quodcumque.& c.vbi.

Item quòd non possunt contra fideles testificari.2.quæstione 7.non potest.& c.pagani.

Item nec ipsos accusare possunt, nec iudicare.4.q.1.c.1.25.q.1. omne.

Item nec excommunicare possunt, nec condemnare.24.q.1. ait.& duobus c.seq.

Quod hæreticos accusarē etiam infames personæ possunt.6.q. 1.nos.§.sed licet.& capitu. sequen.

Quod hæreticus hæreticum excommunicare potest, non catholicum.24.q.1. miramur.§. primo.

Quod hæreticus excommunicatus ab hæretico propter crimē a Catholicis propter detestationem culpæ non est recipiēdus.24 quæstio.1. quisquis. & c.seq.

Quod reges & principes terræ debent hæreticos persequi, & habent ecclesiam tueri.23.qō. 4.non inuenitur,&c. sicut excellentia.

Quod hæretici sunt cogendi & compellendi ad fidei quam reliquerunt receptionem. 23.q. 4.nimium. vsque ad finem quæstionis.

Item possunt compelli per rerū temporalium spoliationem. 8.distinctio.quo iure, post medium.23.q 4.ipsa pietas.& ca. qui peccat.

Item sunt cogendi vel domandi per corporalem punitionē. 23.qō.4.displicet.& c.seq.& q. 5.c.1.& duobus c. seq.

Quod in persecutione eorum nō ad res eorum, sed ad salutem respectus est habendus.23.qō. 4 ipsa pietas.in fin.

Quod inuentor hæresis & imitator pari damnatione plectuntur.24.q.1.c.1.

Quod redeuntes debent recipi cum scriptura, quæ continet detestationem præteriti erroris,& veræ fidei confessionem. 1.q.7.si qui voluerint, ca. quoties.& c. maximum.& ca. seq. 26.q.6. his qui tempore. in fi. de consecrat.dist. 2.ego Berengarius.

Quod redeuntes ad pristinam dignitatem non admittuntur de iuris rigore.1.q.7.c.1.

Quod humiliter redeuntes ad pristinam dignitatem restituuntur de benignitate ecclesię. 1.q.7.conuenientibus.&c. didici.& c. maximū.23.qō.4.ipsa

psa pietas.

Quod redeuntes non promouetur ad maiorem dignitatem. 12.dist.1. q. 7. saluberrimum.

Henricus. Quod Henricus primus Imperator priuilegio renunciauit quod Romani pontifices propter schismaticos & hæreticos contulerant imperatoribus super prouisione & super inuestituris episcoporum. 63.dist.constitutio.

Histrio. Quod histrio ad accusandum non admittitur, quia infamis est. 4.q.1.diffinimus.

Quod clerici maxime in sacris constituti, in conuiuiis vbi histriones sunt, non debent interesse.34.dist. presbyteri.

Quod histriones prohibentur ad ordines promoueri. 33. distin. maritum.

Quod nec eucharistia in tali statu manentibus dari debet.de consec. dist. 2. pro dilectione.

Quod histrionibus propter suũ officium res suas dare,peccatũ est immane. 86.distinctio.donare.

Holocaustum. Quod holocaustum spirituale est ieiunare,eleemosynam dare,pudicitiam polliceri.24.qō. 1.odi & proieci.

Homicidium. Quod homicidium tres habet species: sunt enim homicidæ interfectores, detractores, & odium habentes.de pœnitentia. dist. 1.homicidiorum. & quattuor c.seq.

Quod primæ speciei homicida est, quia non tantum de facto sed etiam de concilio vel fraude aliquem occidit de pœnit. dist.1. periculose.& c.noli.

Quod omnes vulnerantes tandẽ mortuum, vel consilium, vel auxilium præbentes, homicidæ iudicantur. 23.qō. 8.c.vlti. 32.q.2.aliquando.

Quod nõ habens publicam administrationem,si maleficum vel qualemcumque criminosum interfecerit,homicida iudicabitur.23.q.vltim.quicumque percutit. & q. 4.ille gladium.

Quod ille minister est homicida qui sponte sua illum occidit, quem scit etiam a iudice occidendum.23. qō. 5. cum minister.

Quod homicida est qui abortum viuentis animæ procurat. 32. q.2.quod vero.

Item qui sibi voluntarie membrum virile absciderit. 55.dist. si quis absciderit.

Quòd quicumque qualicumque modo se occiderit, homicida iudicatur. 23. quæst. 4.displicet. post med. q. 5. si non licet per totum cap.

Quod videtur quòd propter periculum castitatis licet seipsum occidere. 23.quæst.5. non est.

Quod Samson qui seipsum occidit cum aliis per instinctũ spiritus sancti, de crimine excusatur.23.q.5. si nõ licet. ante fi.

Quod pro illis qui suipsius homicidæ sunt, non est orandum: nec sunt cum fidelibus sepe-

liendi. 23. q. 5. placuit vt hi.

Quod ad homicidium miscere se cum aliis quilibet debet formidare. 23. quæsti. 8. si in morte Longobardorum.

Quod nulla lex innocentem occidere concedit. 23. q. 5. si non licet.

Quod homicidia maxime clericorum per iudices sæculares sunt vindicanda. 23. q. 5. sunt quædam.

Quod principi vel iudici iuste officium exercenti, homicidium ad culpam non imputatur. 23. quæstio. 1. noli. & c. seq. q. 5. de occidendis. & c. miles. & quattuor c. seq. & cap. non frustra. & quinque cap. seq.

Quod reum non iudex sed lex occidit: & si parcit, contemptor est legis. 23. q. 5. miles. & c. iudex. & c. seq.

Quod perimere malos auctoritate principis, non est committere homicidium. 24. qō. vltim. quicumque percutit. & q. 5. miles.

Quod sancti patres zelo iustitiæ occidendo merebantur. 23. q. 4. c. ea vindicta. & quæst. 5. remittuntur. & qō. 8. legi. & cap. seq.

Quod cum impius interficitur, Christus dilatatur: quia abominatio aboletur. 15. qō. 1. nec is qui.

Quod excommunicatos zelo iustitiæ occidendo homicidium non incurritur. 23. q. 5. excommunicatorum.

Quod ad depressionem inimicorum Christi licet clerico hortari laicos, nec ex hoc homicida reputatur. 23. q. 8. igitur. & nouem c. seq.

Quod clericus non debet esse iudex in causa sanguinis; quia ex hoc efficitur irregularis. 50. dist. miror. & quattuor c. seq. & c. de his clericis. & capit. studeat.

Quod furioso vel mente alienato homicidium ad pœnam nō imputatur. 15. q. 1. illud. §. itaque. in fin. & capitul. aliquos. & c. si quis insaniens.

Quod nec pure casuale homicidium, quãtum ad pœnitentiã imputatur. 50. distinct. hi qui arborem. & c. seq. 15. q. 1. nec is. & c. si quis. 23. qō. 5. de occidendis.

Quod nec casuale imputatur homicidium ad irregularitatem. 15. dist. clerico. & c. seq. & c. cũ qui. & c. hi qui arborem.

Quod pro homicidio inuoluntario vbi sufficiens cautela non adhibetur, secundum magis & minus, leuior tamen quam pro alio homicidio pœnitentia est imponenda. 50. dist. studeat. & quattuor c. seq. 15. qō. 1. si quis non.

Quod vbi per culpam quis in necessitatem homicidii venit, de homicidio non excusatur. 15. quæstione prima. illud. §. itaque.

Quod vbi sine culpa quis ad necessitatem peruenit homicidii, non imputatur. 50. distin. sæpe.

Item si dedit operam rei licite, & omnem cautelam adhibuit, non imputatur. 50. distinctio. hi qui.

Quod

ſtior, ille eſt maior. 40. diſtin. multi. in fine.

Quod tunc prælatus honoratur quando a ſuis ſubditis honor quilibet debitus non negatur. 99. diſtinct. ecce. in fine. & capit. nullus.

Quod quanto quis in maiori honore conſtitutus peccat, tanto plus eſt puniendus. 5. q. 6. quis. §. preſbyteri.

Quod honor indebite oblatus eſt reſpuendus. 99. diſtinctio. nullus.

Quod honor ſic ſingulis exhibēdus eſt, vt ex hoc nulli derogetur. 99. diſt. ecce 11. quæſtio. 3. qui reſiſtit. 25. q. 2. de eccleſiaſticis.

Quod ſacerdos in perſona Dei cuius miniſter eſt, honoratur. 2. q. 4. habet, in fine.

Quod ſacerdotes ſunt honorandi, quos Deus dicēs ipſos Deos & angelos honorauit. 11. qō. 1. ſacerdotibus.

Quod dilectores huius ſęculi pro honore terreno multa tolerāt, pro honore cæleſti pauca. 47. diſt. omnes, in princ.

Hoſpitalitas.

Quod hoſpitalitas per ipſum Chriſtum commendatur. 42. diſtin. §. 1.

Quod hoſpitalitas exercenda eſt ad omnes indifferenter. 42. diſtin. quieſcamus.

Quod hoſpitalitas omnibus exēplo ſanctorum patrum perſuadetur. 42. diſt. §. 1.

Quod zelandum eſt pro hoſpitibus, quia hoſpitalitas etiam apud barbaros inuiolabilis cuſtoditur. 32. q. 7. offerebat.

Quod res clericorum debent eſſe cōmunes, maxime ad ſuſceptionem peregrinorum & hoſpitum. 16. q. 1. quoniā quidquid.

Quod hoſpitalitas maxime a prę latis & religioſis eſt ſeruanda. 89. diſt. volumus. 12. q. 1. quia. circa finem. & q. 2. mos.

Quod prælatus domum ſuum hoſpitibus claudens non poteſt eſſe hoſpitalitatis exhortator. 32. diſt. §. 1.

Quod electus in epiſcopum, a cōfirmatione repellitur propter inhoſpitalitatem. 85. diſt. archidiaconum Florentinum.

Quod mali hoſpites, qui res exportant hoſpitantium, ſunt ſicut mus in pera, ignis in ſinu, & ſerpens in gremio: qui male ſuos remunerant hoſpites. 13. q. 1. eccleſias. §. ad hæc. poſt medium.

Quod hoſpitalium conſtructio & gubernatio ſpectat ad curā epiſcopi. 18. q. 2. quidam.

Hoſtiarius.

Quod hoſtiarii in veteri teſtamento iidē ſunt qui ianitores. 21. diſt. cleros.

Quod hoſtiarii effectus claues eſt eccleſiæ tenere, & omnia quæ ſunt intus & extra cuſtodire. 25. diſt. perlectis.

Hoſtis.

Quod hoſtis interior eſt mala voluntas. 23. q. 1. paratus. in fin.

Quod exterius hoſtem pugnantem neceſſitas debet premere non voluntas. 23. q. 1. noli.

Quod capto hoſti miſericordia debetur, niſi pacis perturbatio timeatur. 24. q. 1. noli. in fi.

Quod

Quod hosti fides si promittitur, est seruanda. 23.q.1.noli.

Quod in iusto bello nil refert vtrum hostis aperte vel insidiis expugnetur. 23.quæst. 2. dominus.

Humilitas. Quod humilitas est pœnitentię fundamentum. de pœn. dist. 2. c. 1. in prin.

Quod humilitatis exercitia sunt vilioribus officiis se subdere, & ministeriis indignioribus se tradere. de pœn. distinct. 2. §. 1.

Quod humilitas prælatis est cõmendabilis. 99. dist. ecce.

Quod nihil fulget in episcopali ceruice splẽdidius quã humilitas. 100. dist. contra morem. ante finem.

Quod humilitas docendis & discendis persuadetur. 38. dist. sedulo. & c. nullus. 40. dist. multi, in fi. 24. q. 3. si habes.

Quod virginitas cum humilitate est admiranda. 30. dist. hæc autem scripsimus.

Quod Christus verbis & factis exemplum dedit humilitatis. 63. dist. dominus. 9. q. 3. nullus. ante fi.

Quod neophyti & totius humilitatis ignari ad regimen ecclesiæ non sunt assumendi. 61. dist. statuimus. & §. 1.

Quod boni pastores potius per humilitatis mansuetudinem student peccantes reuocare, quàm per austeritatem in foueam perditionis propellere. 45. dist. recedite.

Quod qui sibi vult ab aliis humiliter obediri & ipse suo superiori obediat. 2. quæst. 6. qui se scit.

Quod cum culpa non exigit, omnes secundũ rationẽ humilitatis æquales sumus. 22. dist. de Constantinopolitana.

Qđ humilitatis causa non est in confessione mentiendum. 22. q. 2 cum humilitatis.

Quod humilitas non est vbi est falsitas. 22. q. 2. cum humilitatis, & c. incauti.

Quod ficta humilitas est cum superbia mista. 8. q. 1. in scripturis. in fi.

Quod nemo prælatis suis sic humilitate debet subiici, vt cogatur ipsorum vitia venerari. 2. q. 7. admonendi.

Iacob. Quod Iacob dicendo se primogenitum non est mentitus, quia non ad natiuitatem, sed ad ius primogenituræ respectum habuit. 22. q. 2. quæritur. §. proxi.

Quod non præcedens, sed subsequens cõsensus Iacob in Liam fecit eos coniuges. 29. q. 1. §. sed obiicitur.

Quod Iacob licet in se esset bonus: tamen filios aliquos malos, aliquos bonos habuit. 32. q. 4. recurrat.

Quod in hoc quod vidit Angelos ascendentes & descendentes, vitã prælatorum actiuam & contemplatiuam designat. 88. dist. decreuit.

Iactare. Qđ iactare non dẽt se qs de statu perfectionis suæ; q̃a & Petrus post iactantiam cecidit 6. q. 1.

imitare.

Quod omni ornatu qui possit ia ctantiam inferre, debent care re clerici. 21. q. 4. c. 1. 23. distin. his igitur.

Idololatria. Quod ido lolatria quam sequuntur infideles, & qualibet noxia superstitio est fornicatio spiritualis. 28. qō 1. idololatria.

Quod idolorum culturam subtilitas dęmonum adinuenit. 26. quæst. 4. sciendum. per totum cap.

Quod ille princeps est idololatriæ qui res suas prohibere potest, permittit idolis immolari. 26. q. 2. si de area.

Quod eligendum est potius fame mori quàm ob reuerentiã idolorũ idolothytis vesci. 32. q. 4. sicut satius.

Quod Salomon qui Deo templũ construxerat excæcatus luxuria templum idolis fabricauit. 32. q 4. Salomon.

Quod idololatra fit quis interpretatiue multipliciter, videlicet per Eucharistiæ perceptionem indignam. 32. distinct. præter hoc. §. porro.

Item per rebellem obedientiam. 8. q. 1. sciendum. in fin.

Item per æstuantem auaritiam. 6. q. 1. quæro.

Item per sortilegiorum, & diuinationum obseruantiam. 26. q. 2. sors. §. seq. & cap. sed & illud. & q. 5. §. 1.

Ieiunium. Quod ieiunium est duplex spirituale & corporale. de consec. dist. 5. ieiunium.

Quod magnum & præcipuum est ieiunium spirituale, videlicet a peccatis abstinere. de cõsec. distin. 5. ieiunium. & capit. nihil.

Quod ieiunium corporale, quod est a cibis abstinere, est auctorizabile, quia primo a Deo in paradiso est præceptum. 35. distin. sexto.

Quod a sanctis patribus & ab ecclesia est institutum. de consecra. distin. 5. ieiunia in ecclesia. & tribus c. seq.

Quod ieiunium de quo non est præceptum: vt scandalum vitet, secundum morem patriæ est seruandum. 12. dist. illa. 76. dist. vrinam.

Quod ieiunium ab ecclesia institutum, sine causa non est violãdum. de consec. dist. 5. ieiunia in ecclesia.

Quod ieiunium quadragesimale, quod est pro decima temporis anni, est diligenter seruandum. 76. dis. statuimus. & duobus c. seq. de consecrat. distin. 1. solent. & 5. dist. quadragesima. & c. ieiunium.

Quod ieiunium quattuor temporum est omnino ab omnib. seruandum. 76. dist. ieiunium. & sex c. seq.

Quod quibus mensibus & quib. de causis seruãda sunt, & in veteri lege seruata sunt ieiunia quattuor temporum, habes 76. distinct. statuimus. & duobus c. seq.

Quod antiquitus primus mensis anni Martius computabatur: & de omni alio tẽpore quãdo quattuor tempora ieiunabantur.

tur. 76. ſtatuimus. & c. ſeq.

Quod modernis hoc ieiunium ſit quarta proxima feria poſt diem cinerum. ſecundum in hebdomada Pentecoſtes. tertium in Septembri poſt exaltationem ſanctæ Crucis. quartum in Decembri poſt feſtum ſanctæ Luciæ. 76. diſtinct. ſtatuimus. Vnde verſus.

Dat Crux, Lucia, Cinerum, quoque chriſmata dia,
Vt ſit in angaria quarta ſequens feria.

Quod dies tres rogationum ante aſcenſionem domini ſunt ieiunandi. de conſecrat. diſt 3. rogationes.

Quod ſicut in memoriam paſſionis ſexta feria ieiunatur: ſic & ſabbatum in memoriam ſepulturæ eſt ieiunandum. de cō ſecra. diſt. 4. in ſabbato.

Quod de ieiunio ſabbati videtur mos patriæ ſeruandus. 12. diſt. illa.

Quod die ſabbati eſt a carnibus abſtinendum. de conſecr. diſt. 5. quia dies.

Quod in cæna Domini nō eſt ſoluendum ieiunium. de conſec. diſt. 3. non liceat. & c. ſeq.

Quod die dominico ne ſequamur errores infidelium, non eſt ieiunandum. 30. diſ. ſi quis tamquam. & c. ſi quis presbyter. 76. diſt. ieiunium. de conſec. diſtin. 3. ieiunium. & cap. ne quis.

Quod nec ieiunandum eſt tempore paſchali vſque ad Pentecoſten. 76. diſtinct. ieiunium. §. non autem. & c. ſeq.

Quod ieiunantes illo tempore ex deuotione, non ſunt arguēdi. 76. diſt. poſt. & c. vtinam.

Quod hora meridiana in ieiuniis eſt comedendum. de conſec. diſt. 1. ſolent.

Quod in quadrageſima ieiuniū ſoluit qui antequam veſperas dicit, vel audit, comedit. de cō ſeciar. diſt. 1. ſolent.

Quod in ieiuniis quattuor temporum, & in vigilia Paſchæ circa veſpertinam horam eſt celebranda, & poſtea comedendum. de conſecr. diſtinctio. 1. ſolent.

Quod ordinans & ordinādus debent eſſe ieiuni. 75. diſt. quod a patribus. & c. ſeq.

Quod excepta cauſa infirmitatis non debent communicare ieiuni. de conſecr. diſtin. 2. liquido. 50. diſt. preſbyteros. 26. q. 6. ſi quis de corpore. 4. diſt. denique. in fin.

Quod moderantia cibi eſt in ieiuniis habenda. de conſec. diſ. 5. non dico. & c. ſeq.

Quod in ieiuniis (maxime quadrageſimæ) eſt a magnis piſcibus & cibis laſciuis & potibus abſtinendum. 3. diſt. denique.

Quod ieiunium debet eſſe mundum. 18. diſt. habeatur. 86. diſtin. quid prodeſt.

Quod primo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio, cognitio infirmitatis in cibo. 35. diſtin. ſexto.

Quod ieiunium delinquentis vulnera curat, & curatos ſanctificat. de conſec. diſtin. 5. ſint tibi ieiunia.

Item ſatisfacit pro cōmiſſis. 76.

dist.igitur.

Quod viuentium ieiunia sunt de functorum auxilia. 13.quæst. 2.animæ.

Quod ieiunium ex causa redimi tur eleemosyna. 82.dist. pres- byter. ante fi.

Quod duorum vel plurium die- rum absque cibo ieiunia pro- hibentur.de conse. dist. 5. non dico.& duobus.c.seq.

Quod an melius ieiunat qui se- pius parum, quàm qui ingur- gitando lautius rarius come- dit.de conse.dist. 5. non dico. & duobus c. seq.

De hac materia require vbi agitur de Abstinentia.

Iezabel. Quod Iezabel nõnullos prouocat stupro sui corporis ad im- molandum idolis. 23.q.4.si il- lic.§.quod tunc.

Ignis. Quod est ignis intensæ deuotionis, qui in- flammat sacrificia deprecan- tium.1.q.1. cum scriptura.

Quod est ignis veræ contritio- nis, quo igne decoquuntur & purificantur pœnitentes.27.q. 1.impudicas.

Quod est ignis indebitæ vltio- nis, a quo prohibiti sunt apo- stoli ne exurerent Samarita- nos. 23.q.4.quid faciet.in fin. & c.seq.

Quod est ignis carnalis volupta- tis, in quo igne bonus coniu- gatus positus nescit ardere. 33.quæstio.4.vir cum propria, in fine.

Quod est ignis ambitionis & cu- piditatis: qui tamquam ignis alienus exurit, & non mun- dat.de pœn.dist. 2. inter hæc.

Quod est ignis diuinæ consola- tionis, qui culpam exurit, non hominem, & sanat pure con- fitentes.de pœniten. distin.3. inter hæc.

Quod est ignis futuræ purgatio- nis, qui excedit omnem præ- sentem pœnam. 26. dist. qui in aliud.de pœn. dist.7.nullus expectet.

Quod ignis purgatorius post hanc vitam credendus sit. 25. distin.qualis, in fi.33.quæst.2. admonere, circa med. 1.q.3. peruenit. de pœn.dist.vlt.nul- lus expectet.

Ignorantia. Quod ignorãtia est triplex, videlicet bona, ma la, & indifferẽs.38.dist. quam- uis. & §.seq.

Quod bona est ignorantia eo- rum, qui dant occasionem ad peccandum, quæ nescire me- lius est quam scire. 38. distin. quamuis.

Quod mala est ignorantia quan do ea quæ Dei sunt ignoran- tur, quia talis ignorans igno- rabitur.38. dist. qui ea.

Quod indifferens ignorantia est in his in quibus nihil interest ad regnum Dei vtrum scian- tur an non. 22. quæstio. 2. in quibus.

Quod alia est ignorantia facti, alia iuris.1.quæst. 4.turbatur. §. notandum.22. quæstio. 4. innocens.

Itẽ ignorantia facti alia simplex, alia probabilis, alia crassa & supina.

Ignorātia simplex est vera & non simulata, in qua peccantibus est parcendum.11. q. 3. excellentissimus. & cap. sequen. 26. q. 2. c. vlti. 1. q. 4. §. vlt. vbi agitur de idololothytis.

Ignorantia probabilis est quę ꝓbari potest ex hoc ꝙ excusabilis est pro tanto. 1. q. 1. si qui a simoniacis.

Ignorantia crassa & supina est quando factum omnibus publicum ignoratur: quæ neminem excusat, sicut Iudæi non excusantur, quia Christū aduenisse ignorant. 1. q. 4. c. vlt. 12. q. 2. qui & diuinis. 23. q. 1. paratus, circa med. 11. q. 3. curæ. 8. quæst. 1. licet ergo. 20. dist. si decreta. 16. dist. quod dicitis.

Ignorantia iuris alia est iuris naturalis, quæ omnibus adultis & discernentibus est damnabilis. alia est iuris ciuilis & canonici, quæ quibusdam permittitur ignorare, quibusdam non 1. q. 4. §. vlt. in fi.

Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici excusat a tanto. 34. quæstio. 1. si quis dederit. 32. quæst. 6. quemadmodum. 6. q. 1. quæro.

Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici non excusat a toto. 1. q. 4. §. vlt. ante fin. 28. distin. presbyterum.

Quod filij Israel circa promissionem Gabaonitarum habuerunt ignorantiam facti, sed non iuris, 22. quæstio. 3. innocens. § 1.

Quod ignorantia inuincibilis, quæ est ex furore vel dementia, si est ex casu, non imputatur: si autē venit ex culpa, noxia est. 15. q. 1. si quis insaniens. & cap. proxi. & cap. illud relatum. §. itaque.

Quod ignorantia vincibilis procedens ex negligentia excusat a tanto, sed non a toto. 32. q. 7. quemadmodum.

Quod affectata ignorantia est quando quis nō vult intelligere vt bene agat. 37. dist. c. vlt.

Quod ignorantia est mala & periculosa, quia mater est cunctorum errorum. 38. distinct. ignorantia.

Quod licet laicis sit noxia, sacerdotibus tamen qui ducatum præbere debent aliis, est periculosior. 37. dist. c. vlt. §. itaque. & 38. distin. cap. 1. & sex c. sequen.

Quod ignorans non semper errat. 38. dist. quamuis.

Quod dicitur quis ignorare quādo nō cognoscit illud esse peccatum quod facit, vel non tātum quantum est: talis excusatur pro tāto, sed non pro toto. 8. dist. consuetudo.

Quod qui ignorat modū & qualitatem facti, ipse tunc peccat quando ignorantia iuris laborat. 8. dist. consuetudo. exemplum de Paulo, sed tunc non peccat quando facti ignorantiam habet. 34. quæstio. 1. in lectum.

Quod qui dando operam rei licitæ ignorans quid ex facto suo sit secuturum, vt ille qui volens patrem suum a leone liberare, sagittam mittit, & patrem occidit, nō peccat. 23.

quæst.5.de occidendis.50. dist. sæpe.

Quod licet aliquis ignoret se debere continere recipiendo ordinem, ex eo quod recepit ordinem, tenetur continere. 28.dist.presbyterum.

Quod licet quis ignoranter rebaptizetur, ad sacros tamen ordines non potest promoueri.de consec.dist.4. qui bis.

Quod qui patre procurante ecclesiam simoniace licet ignoranter adeptus fuerit, crimine careat, fructum tamen paternæ emptionis reportare non poterit.1.quæstio.5.cos qui.§. ex hac.

Imitatio. Quod imitatio Christi necessaria post nobis, ne ab ipsius corpore separemur.56.dist. Dominus. 82.dist.proposuisti.

Quod filii Dei sumus, & ipsum imitari debemus. 56. dist. Dominus.

Quod Christus dedit exemplum imitationis in patientia & humilitate.93.dist.Dominus.

Qđ superiores nostros in bono imitari parati esse debemus 22.dist.de Constantinopolitana. 63. distinctione Valentinianus.

Imitator. Quod imitator debet se totius virtutis imitatorem ostendere.63. dist.Valentinianus.

Imago. Quod imago ponitur circa finem, in littera y.

Imperator. Quod Imperator Catholicus filius est nõ præsul ecclesiæ.96.dist.si Imperator.

Quod nihil honorificentius q̃ quod Imperator filius ecclesiæ dicatur.23.quæstio. 8. conuenior. ante fin.

Quod Imperator Constantinopolitanus Papæ coronam omnemque regiam dignitatẽ in vrbe Romana & in italia & in partibus occidentalibus cõcessit.96.dist.Constantinus.

Quod nulli Imperatori licet decernere de electione summi Pontificis, & de rebus ecclesiasticis.96.dist.§.1.

Quod Imperator aduocatus, & defensor debet esse ecclesiæ. 97.dist.ecclesiæ meæ.

Quod Imperator debet iurare fidelitatem Papæ, & bona ecclesiæ defendere. 63. distinct. tibi Domino.

Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vsurpare. 96.dist.cum ad verum.

Quod Imperator pendet ex Papę iudicio, non Papa ex Imperatoris. 50.distin.Dño sancto.

Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare.63. dist. Valentinianus.96.distinctio. duo sunt.

Quod Imperator potest interesse concilio pontificis pro confirmatione fidei.alias non. 96. dist.nos ad fidem.& c.vbinam. & c.satis.

Quod nec spectat ad Imperatorem prælatos ecclesiæ iudicare.96.dist.si Imperator.& c.in scripturis.

Quod Imperiali iudicio nõ possunt ecclesiastica iura dissolui;

ni; quia Imperator subest ecclesiæ. 10. dist. per totum.

Quod ab imperatore non potest peti cognitio publicorum iudiciorum clericorum: sed episcopale potest peti. 11. q. 1. placuit vt quicumq; 21. q. 5. si quis a proprio.

Quod papa potest Imperatorem excommunicare: quia Gelasius Papa Anastasium Imperatorem excõicauit. 96. dist. duo sunt. Vide quod ibi not.

Quod Papa Zacharias deposito rege Francorum tradidit regnum Pipino patri Caroli Imperatoris 15. q. 6. alius.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renuntiauerunt priuilegio super puisione papæ, quod summi põtifices propter schismaticos contulerant Imperatoribus. 63. dist. per totum. & c. præcipue. §. ex his.

De hac materia habes vbi agitur de Rege.

Impositio. Quod impositio manus qa non est aliud quam oratio super hominem repeti potest. 1. q. 1. manus.

Quod hi qui baptismum ab hæreticis susceperint, nõ sunt rebaptizãdi, sed tantum per impositionem manus sunt confirmandi. 1. quæst. 1. hi qui baptisma.

Quod cum episcopo benedictio super caput funditur, omnes episcopi præsentes manus imponendo debent ipsius caput tangere. 23. dist. episcopus.

Quod episcopo presbyterum ordinãte, & manum super caput eius ponente omnes presentes presbyteri debent manus suas iuxta manum episcopi tenere. 23. dist. presbyter.

Quod diaconus & sacerdos qñ ordinantur accipiunt manus impositionem. 5. q. 6. quia iuxta. 23. dist. diaconus.

Quod episcopo manus imponẽte super ordinandum, & alio orationem dicẽte nihil agitur. 23. dist. quorumdam.

Quod subdiaconus quia in ordinatione sua impositionẽ manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit. 23. dist. subdiaconus.

Quod absq; impositione manus episcopi etiam si tõsuram clericalem quis ab eo habeat, nõ licet publice in ecclesia legere. 69. dist. quoniam.

Quod abbati cui imposita est manus per episcopũ, & est presbyter, licet in proprio monasterio conferre duos minores ordines. 69. dist. quoniam.

Incantatio. Quod incãtatio ex magicis artibus siue ex characteribus proueniens, siue ex consultationibus dæmonum, damnabilis est. 26. q. 2. illud.

Quod attendere inanem signorũ in cœlo fallaciam in coniugiis sociandis, in domibus ędificandis, & in arboribus plantandis, incãtatio illicita est. 26. q. 5. non liceat.

Quod infideles reputantur matres, quę pueris suis capita dolẽtibus vel alia infirmitate la-

borantibus præter Pater noster, & Credo in Deum quærũt ligaturas sacrilegas & incantationes. 88. dist. quoniam non. ante med.

Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedij præstant. 26. q. vlt. admoneāt.

Quod gemmæ vel herbæ ad infirmos possunt portari sine incantatione. 26. q. vlt. c. vlt.

Quod incantationes ab ecclesia sunt reiiciēdæ. 26. q. 5. nō oportet. & c. augutiis. & cap. vlt. admoneant.

Quod incantarores sunt infames. 6. q. 1. infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & vbi agitur de Sortilegio.

Incendiarius. Quod incendiarius dicitur non solum qui facit, sed qui iubet & cōsentit. 23. q. vlt. si quis membrorum.

Quod incendiarij nocturni præcipue rerũ ecclesiasticarũ sunt grauius puniendi. 11. q. 2. cum deuotissimam.

Quod incendiarij sunt à cōione fidelium quousque satisfaciāt separandi. 23. q. vlt. si quis mēbrorum.

Quod incēdiarij ex odio vel malitia & ipsis consentiētes sunt excommunicandi. 23 qō. vlt. pessimam.

Quod incendiarij cũ satisfactione prætetitorum, & iuramento de vltra non committendo, debent absolui. 33. quęst. vlt. ad pessimam.

Quod quia forma absolutionis incendiariorum cōsors est cũ forma absolutionis excōicato rũ, videtur, quod à canone ipso facto sunt excommunicati. 23. q. vlt. pessimam.

Quod episcopus qui pœnitentiā incendiariorum, quæ est per annum esse vltra mare, relaxauerit, ab officio episcopali per annum abstinebit. 23. qō. vlt. pessimam.

Quod incendiarius si sine satisfactione & pœnitentia mortuus fuerit, carebit ecclesiastica sepultura. 23. quæstio. vlti. pessimam.

Inceptio. Quod inceptio siue inchoatio bonæ vitæ non potest fieri nisi cum charitate. de pœ. dist. 2. §. non autem.

Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. de pœ. dist. 2. si enim inquit. §. multi.

Incestus. Quod incestus est cōsanguineorum vel affinium abusus. 36. q. 1. lex illa §. cum ergo.

Quod virgines quæ post consecrationem nupserint, nō tam adulteræ quàm incestæ sunt. 27. dist. virgines.

Quod incestum committit, qui sponsam fratris sui, licet ab eo non cognitam, duxit in vxorem. 27. quæstio. 2. si quis desponsauerit.

Quæ sunt personæ cōsanguineæ vel affines cum quibus incestus cōmittitur, habes 35. q. 3. de incestis, & c. nec eam.

Quod incestus quantum ad peccatum grauior est adulterio. 32. q. 7. adulterij.

Quod

Quod inceſtuoſus nec teſtificari, nec accuſare poteſt, quia in famis. 3. q. 4. conſanguineorũ. 6. q. 1. infames.

Item inceſtuoſi a communione fidelium ſunt ſeparandi. 25. q. 8. c. vlt.

Item inceſtuoſi non debent matrimonium contrahere. 32. q. 7. quædam. & quinque c. ſeq. 34. q. vlt. in lectum.

Quod inceſtum committens ex ſua culpa, poſt mortem viri nõ debet contrahere. 34 q. vlti. in lectum. & c. ſeq.

Quod poſſunt contrahere matrimonium quorum inceſtum excuſat ignorantia. 34. qõ. vlti. in lectum. & c. ſeq.

Quod filii de inceſtu procreati non reputantur filii quantum ad paternam ſucceſſionem. 35. q. 7. cap. 1.

Inconſtantia.

Quod inconſtantia animi perpenditur quã do epiſcopus vel preſbyter dimiſſa ſua eccleſia propria temeritate, ſine cauſa alibi vagatur. 7 q. 1. nõ oportet. vſque ad §. quod vero.

Quod inconſtans prælatus iudicatur, qui propter tribulationẽ a grege ſibi commiſſo ſe elongat. 7. quæſtio. 1. ſuggeſtum. & duobus c. ſeq.

Quod inconſtantia in vouentibus caſtitatem & non ſeruantibus reprobatur. 17. qõ. 1. vouentibus.

Item a monachis a profeſſione ſui nominis & religionis & a religione recedentibus. 16. q. 1. ſi cupis. & c. placuit. & c. iuxta.

Quod inconſtantes ſunt qui bona facere deliberant, & effectui non mancipant. 17. qõ. 1. qui bona.

Incorrigibilitas.

Quod incorrigibilitas in epiſcopo eſt deteſtabilis. 34. diſtinct. quorundam.

Quod qui ſacerdotali admonitione de malis nõ corriguntur, ab eccleſia ſunt ſeparandi. 16 q. 1. in canonibus. in fin.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione.

Indulgentia.

Quod indulgentia peccatorum fit per pœnitẽtiam. 1. q. 7. ſi quis omnem.

Quod bonus eſt Dominus in omnibus, & aperta viſcera eius omni homini pœnitenti. prima quæſtio. 7. ſi quis omnem. poſt med.

Quod Deus peccatori conuertẽti ſe præſtat indulgentiam. de pœniten. diſtinct. 1. facilius. §. hoc idem.

Induciæ.

Quod induciæ tam actori quã reo dandæ ſunt a iudice, ne a quacumque parte propere agatur, vel per ſurreptionem. 3. q. 3. induciæ.

Quod induciarum tempus quãtum ad teſtium vel inſtrumẽtorum productionem, ſi in eadem prouincia lis agitur, tres menſes: ſi vero in alia vicina, tantum ſex: ſi vero in vltra marina, nouem menſes indulgẽtur. 3 quæſtione 3. induciæ. §. primo.

De aliarum rerũ induciis habes 3.q.3.induciæ accusatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione, & vbi agitur de Acceleratione.

Infamia. Quod infamia non de facili debet eredi, sed probata eitius vl cifei. 11.q.3. in eunctis.

Quod duplex est infamia, videlicet iuris eanoniei, quæ est erimẽ mortalis peeeati vel excõicationis, hæc tollitur quãtum ad eulpam per pœnitentiam & absolutionẽ. 6.qõ.2. illi qui. sed quantum ad infamiæ notam. si sunt eleriei, non tollitur, nisi per Papam. 2.q 3. Euphemium.§.hine autem.

Alia est infamia iuris ciuilis, quæ multiplieiter irrogatur. Aliqñ enim contrahitur genere delicti, aliquando genere pœnę. Aliquando genere vtriusque. Aliqñ genere facti. 3. quæst. 7. infames. in fin. & § porro. Huius infamiæ notã non põt delere nisi ciuilis iudex, euius interest legem condere. 2.q.3. Euphemium.§.proximo.

Quod infamiam quandoque incurrunt boni ex diuina dispositione, vt purgentur vel probentur. 6.q.1. sunt plurimi.

Quod infamia ad constantiam reeurrendum est, & si non inuenitur malum quod dicitur, in lætitiam debemus prosilire. 11.q.3. inter verba.

Quod in infamia si nobis testis est in eœlo, & testis in eorde, dimittendi sunt stulti foris loqui quod volunt. 11.q.3. inter verba. & c.seq.

Quod non omnes leges eanonũ sunt infames quos leges sæculi infames pronũtiant. 2. quæstio 3. Euphemium.§.proximo.

Quod licet illa quæ intra tempus luctus nubit, seeundum leges sæculi sit infamis, secuñdũ canones non est infamis. 2.q. 3. Euphemium.§.proximo.

Quod multa & varia sunt crimina quæ reddunt homines infames, quæ ponuntur. 3. quæst. 5. constituimus. & 6.q. 1. infames.

Quod fidei Christianæ & auctoritatis apostolicæ status præuarieatores sunt infames. 2.q.7. alieni.

Item omnis hæreticus & infidelis est infamis. 2.q.7. alieni. 6.q.1. infames.

Item simoniacus. 11. quæstione 3. sane.

Item omnis apostata qui a tramite propositi sui recessit. 2.q. 7. alieni. 3.quæstione 4. si quis à vero.

Item omnis incestus macula pollutus. 3. quæstione 4. consanguineorum.

Item infamis est clericus qui ex sua eulpa irregularis efficitur, sexta quæstio. prima. omnes vero.

Item infames sunt qui superiores suos calumniose impetunt 3. quæstione 4. consanguineorum.

Item omnes patrum inuasores. 3.q. 5. omnes.

Item omnes episcoporum vel abbatũ calumniosi accusatores vel

vel conspiratores. 3.q. 4. clericus.& c. seq. 11. q. 1. conspirationum.

Item omnes qui malitiose aduer sus sacerdotes armantur. 6. q. 1. sacerdotes.

Item histriones & omnes turpitudinibus deseruientes. 4. q. 1. diffinimus.

Item sepulchrorum violatores. 6. q. 1. infames.

Item ecclesiasticorum prædiorũ direptores. 17. q. 4. attendendum.

Quod non est communicandũ malis, ne infamiam male agẽtium in nos transferamus. 14. q. vlt. hi qui.

Quod infamis nec aduocatus nec procurator esse potest. 3. q. 7. infamis.

Item nec accusator nec testis esse potest. 3. q. 4. nulli. & q. 5. omnes. 4. q. 1. diffinimus. 6. q. 1. beatus. & c. seq.

Quod infamia maxime clericorum propter scandalum aliorum inducit purgationem. 2. q. 4. presbyter. & duobus cap. seq.

Quod accusans de crimine & probare non valens, infamis efficitur. 2. quæst. 4. c 1. & 5. q. vltim. omnis qui.

Quod infamatores hominum sunt peiores direptoribus rerum. 6. q. 1. ex merito. & capit. deteriores.

Quod infamatores hominum sunt etiam corporaliter affligendi. 5. q. 1. c. 1. & q. 6. delatori. & c. si quis.

Item infamatores sunt excommunicandi. 5. q. 1. quidam.

Quod infamis dicitur locus vbi crimen committitur. 31. q. 5. tolerabilius.

Quod lupanaria non infamant castitatem: sed castitas etiam loci abolet infamiam.

Infidelitas. Quod an infidelitas est credere se cum multitudine mulierum per multa terrarum spacia noctis tempore super quasdam bestias equitare: vel huiusmodi phantasmata a malignis spiritibus mentibus & non corporibus irrogentur. 26. q. 5. episcopi.

Quod sacerdotes populum ab hac infidelitate remouere debent, quia non talia patitur corpus, sed infidelis animus. 26. q. 5. episcopi.

De infidelitate habes vbi agitur de Fide & fidelitate.

Infirmitas. Quod infirmitas duplex est, videlicet corporis, & animæ. 15. q. 5. §. 1. & c. illud § itaque. 49. dist. hinc etenim. per totum.

Quod mentis siue animæ infirmitas duplicatur, vna est quæ vitium appellatur, quia infirmitate anima a Deo separatur, vt est ira & odium & huiusmodi.

Alia autem infirmitas animæ nõ est peccatum: sed pœna peccati, vt obliuio & ignorantia. 15. q. 1. illud. § itaque.

Quod infirmitas corporis duplicatur. Est enim vt languor naturæ, quæ carnis concupiscentia siue fomes dicitur. Alia est quæ proprie corporis infir-

mitas appellatur, quia elemētorum seu humorum concordia turbata caro ipsa afficitur, & tandem dissoluitur. 15. qō. 1. illud. §. itaque.

Quod infirmitas sine causa a Deo non immittitur, licet ab homine ea ignoretur. 7. qō. 1. cum percussio. 15. q. 1. illud. §. itaque.

Quod infirmitas corporalis excusat a pœna iudicis. 17. dist. placuit vt quotiescumque.

Quod non posse comparere reputatur qui infirmitate detinetur. 5. q. 3 si ægrotans. 18. dist. si episcopus.

Quod infirmitas mentis, quæ est dementia, excusat a culpa in ipsa perpetrata & a pœna. 15. q. 1. illud. §. itaque. in fin. 3. q. 9. indicas.

Quod episcopus propter infirmitatem corporalem non priuatur episcopatu, sed datur ei coadiutor. 7. quæst. 1. fere per totum.

Quod propter infirmitatē mentis seu dementiam potest alter ei substitui. 7. quæstio. prima. quamuis.

Quod episcopus vel presbyter laborans morbo caduco suspenditur a sacrificio missæ. 7. q. 2. in litteris.

Quod cessante infirmitate debet restitui qui propter infirmitatem est destitutus vel suspensus. 7. q. 2. in literis.

Quod vrgente infirmitate resignans beneficium, vouens intrare monasterium, & vltra nō processit, si non intrat, restituitur ad beneficium. 17. quæst. 2. c. 1.

Quod proprium debet esse prælatorum compati infirmitatibus subditorum. 24. q. 1. quæ dignior. in fin.

Quod infirmis non est pœnitentia iniungenda, sed innotescēda, & amicorum orationibus & eleemosynis subleuanda. 26. q. 7. ab infirmis.

Ingratitudo. Quod ingratitudo est reddere malum pro bonis. 23. q. 3. sex.

Quod hoc vitium incurrunt qui pleni virtutibus in peccatum cadentes a Deo recedunt. de pœn. distinct. 5. consideret. §. dolendum.

Quod ingratitudo auctoritate canonum & legum culpatur. 12. q. 2. octaua.

Quod ingratitudo retrudit manumissum in seruitutem. 12. q. 2. episcopus qui mancipiū. cap. liberti ecclesiæ. & c. seq.

Quod pro ingratitudine potest quis a suo domino priuari beneficio. 22. q. 5. de forma. circa finem.

Iniuria. Quod iniuria pēsanda est non ex opere, sed ex voluntate. 15. q. 1. si quis non iratus.

Quod bonis dispensatione diuina infertur iniuria, vt purgentur. 1. q. 1. sunt plurimi.

Quod iniuria propria patienter est sustinenda, sed Dei vlciscenda. 33. q. 4. inter querelas. & §. seq.

Quod tempore Heliæ ignis non fuit pro iniuria prophetæ, sed Domini, cuius cultus spernebatur

batur. 23.qō. 4. si illic. §. sed obiicitur.& cap.Guilisari
Quod nostras & nostrorum patienter exemplo sanctorum debemus tolerare iniurias.23. q 1.per totum.& q.4. qui secū dum.& q. 5. non est nostrum.
Quod iustus patienter tolerans iniuriam cælestem meretur coronam.11. qō.3. & si.& cap. qui iustus.
Quod a perfectis licite non verberibus,sed verbis moderatis iniuria propulsatur. 23 qō. 1. paratus.
Quod prelatorum iniuriæ degradatione puniuntur. 11. quæsti. 1.si quis sacerdotum.
Quod iniuria episcoporum est iniuria Christi, cuius legatione funguntur. 2.q. 7. accusatio quoque.in fine.
Quod species eleemosynæ est iniuriam dimittere. 45. distinct. & qui.& duobus c. seq.
Quod iniuria semel dimissa non debet amplius ad animum reuocari.23 q. 4. si illic.
Quod iniurians satisfacere tenetur læso, nec cogitur quis superbo indulgere priusquam humilietur.23.q.4. si illic.
Quod nolens pro iniuria satisfactionem accipere inedia punitur.95.dist. si quis contristatus.
Quod secundum varietatem iniuriarum debet esse respectus pœnarum.de pœn.dist. 1. vulgaris.& cap.pœnæ. 50. distin. quia.
Quod qui aufert sua ab inuito, non iniuriam infert. 14.qō. 5. non sane.

Quod cum alterius iniuria nulli est subueniendum.14.q.5. forte.& c. denique.
Quod nec Deo gratum est obsequium cum iniuria aliorum. 14.q.5.c.1. & 2.

Iniustitia. Quod iniustitia iniquitate culpatur commissa in rebus proximorum.14. q. 5. immolans.& tribus c.seq.
Quod culpatur iniustitia prælatorum commissa respectu subditorum. 23. q. 4. si quos.post med.
Quod inculpatur iniustitia diuitum commissa respectu pauperum.42.distinct. si quis.ante fin.

De iniustitia habes vbi agitur de Iustitia.

Innocentia. Quod quem innocentia adiuuat,dignum est, vt alia castigatio non affligat. 2 q.4. Mennam.3.q.9. dignū.
Quod innocens de omnibus bene iudicat,qui fidem in omnibus esse arbitratur.22.q.4.innocens.
Quod ad officium innocentis pertinet non solum malum non inferre , sed etiam mala cohibere. 23. q. 5. non est innocentiæ.
Quod qui non ex odio,sed amore corripit delinquentem:non solum castissimæ innocentię. sed diligentissimæ seueritatis impleuit officium.23.quæstio. 4. ita plane.
Quod an innocentes debēt præ-

ferri in prælaturis lapsis pœnitentibus.12.distin. nos consuetudinem.16.quæsti.1.legi. circa prine.

Quod videtur quòd exemplo Petri lapsus pœnitens innocentibus in prælaturis debet præferri. quia talis subditis nouit compari.50. dist. considerandum.&c. fidelior.

Inobedientia. Quod inobedientia est peccatum ariolandi, & scelus idololatriæ nolle acquiescere.81.dis. si qui sunt. 32.distin.præter hoc.§.porro.

Quod qui præcepto Papæ non obedit, peccatum idololatriæ incurrit. 81. distinctio. si qui sunt.

Quod omnes clerici qui nō sunt sub obedientia episcopi, sunt acephali.93.dist.nulla. & cap. seq.

Quod vbi duo superiores mandant opposita, inferiori non est obediendum. 11.q.3.qui resistit.& c.seq.

Quod inobedientes paternis iussionibus, sæuioribus debent corrigi vindictis. 23.q.3. iustū est.

Quod inobedientia punitur per excommunicationem.18.dis. decernimus.34. distinct.quorundam.in fi.11.q.3.si autē.& tribus c.seq.

Item punitur per depositionem vel degradationem. 11. q. 1. si quis sacerdotum.q.3. abut.34. dist.quorundam.in fin.

Item punitur per corporalem afflictionem.11.quæst. 1. si quis sacerdotum.7.quæstio. 1. denique.

Quod propheta ad schismaticos missus propter inobedientiā a leone occiditur. 7. quæsti. 1. denique.

Impotentia. Quod impotētia coeundi si post carnalem copulam superuenerit,nō soluit matrimonium. si ante venit,liberum facit alterum matrimonio alii copulari. 27.q. 2.quod autem.§.ecce impossibilitas.33.quæsti. 1. quod autem.

Quod propter impotentiam a copula coniugali separatus libere potest ad ordines promoueri.27. q. 2. quod autem. §. primo.

Quod natural s siue perpetua impotentia soluit matrimoniū. accidentalis vero quæ fit per maleficium: si cessauerit, solurum restituit. 33. quæstione 1.quod autem,in fi. & duobus c.seq.

Quod impotens coram iudice apparere non cogitur qui infirmitate detinetur.5.q.3.si ægrotans.

Impunitas. Quod impunitas culpæ viam facit aliis delinquendi.35.q.9.loci.& 2. q. 7. quapropter. 93.dist.peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione & de Pœna.

Inquisitio. Quod inquisitio facienda est de conditione clericorum priusquam confirmentur. 47. dist.de Petro. 23. dist.illud.

Item

Item facienda est de infamis subditorum antequam credatur. 2.q.1. Deus omnipotens. 30. q.vltim.nullum.

Item facienda est de culpa puniẽdorum priusquam puniantur. 28. dist. quia sunt.86.distin. si quid & c. tanta.

Item facienda est inquisitio tam super statu clerici quam populi ab episcopo, bis in anno cõcilium celebrando. 18.distin. quoniam.

Quod episcopus in synodis sub iuramento debet pericula inquirere animarum,& inquirẽda committere.35.q.6.eps.

Quod episcopi visitando parochias plus debent inquirere de lucro animarum, quã de lucro temporalium rerum. 18. q.3. cauendum est.

Quod inquisitio ad veritatem facti non potest peruenire nisi diligenter circumstantiæ inquirantur.23.q.8. occidit.

Quod iudicantem oportet cuncta rimari: & ordinem rerum plena inquisitione discutere. 30.q.vltim.c.vlt.

Quod confessor debet esse sapiens & diligens inquisitor de loco,tempore, & de aliis circũstantiis peccatorum.de pœniten.dist.6.§.1. post medium.

Quod veritas diligentius inquisita magis splendescit in lucẽ. 35.q.9.c.graue.

Quod iudici magis necessaria est leuis inquisitio, quam atrox punitio.23.q.5.c.in fine.

Insania. Quod insania cõtinue laborans si quid commiserit, non imputatur.15.q.1. si quis insaniens. & c. illud.§.cum itaque.in fine.

Quod sicut insani mente nõ res sed phantastica rerum vident, sic mens auari semper aurum & similia videt.47.distinct. sicut.

Quod qui infirmitate vel feruore passionis pressus si quid vouerit vel promiserit, nisi ratum postea habeat,nõ tenebit.17. q.2.Gonsaldus.

Quod sacerdos tempore insaniæ occidens hominem,licet quãtum ad culpam innocens sit, ab executione tamẽ officii abstinebit.15.qõ.1. si quis non iratus.

Quod ad sacros ordines non promouetur qui aliquando insaniuit, sed promotus post insaniam sanatus celebrabit. 15. q.1.si quis non.in fi.& 33. dist. maritum.

Quod episcopus insanus renuntiare non potest nisi habeat lucida interualla. 7.q.1.quãuis.

De hac materia habes vbi agitur de Dementia.

Inspiratio. Quod inspiratio spiritus sancti soluit a lege statutum. 19.q.2.duæ.

Quod vbi spiritus spirat: etiam prælato suo contradicente ad meliorem vitam potest quis transire.19.q.2.duæ.

Quod sancti patres ea quæ videntur irreprehensibilia, inspiratione diuina fecerunt.23.qõ.5. si non liceat.per totum c.

Quod dominus per occultam

inspirationem reuocare a malo. 2. q. 6. quod errauerat.

Quod inspiratione diuina castitas habetur. 28. dist. de his.

Quod præsens ecclesia inspiratione diuina instituitur. 8. dist. qui contempta.

Quod qui post inspirationem diuinam, & reuelationem in quo errauerat perseuerat, obstinatus est. 8. dis. consuetudo. 21. dist. nunc.

Instrumentum.

Quod instrumenta chartarum debent sacerdotes cõficere de reb. ꝓpriis & ecclesiarũ quas de nouo intrant. 12. q. 4. c. 1.

Quod quia sæpe proprietati originis obsistit longinquitas tẽporis stipendia de rebus ecclesiarum quæ recipiuntur ab episcopis, debent reddi in instrumentis. 12. quæstio. 2. sæpe. & c. longinquitate.

Quod defuncto episcopo omnes res ipsius, ne ab ecclesia alienẽtur, a canonicis debent conscribi. 12. q. 5. sicubi.

Quod instrumẽta vi extorta maxime a clericis, nullius sunt vigoris. 15. q. 6. c. 1. & cap. auctoritatem.

Quod seruus non potest instrumentum condere testamenti. 13. q. 2. illud etiam.

Quod vbi tabellio siue manus publica ad instrumenti subscriptionem non habetur triũ testium sufficit subscriptio. 16. q. 3. placuit. & §. is autem.

Quod sacerdotes ꝓ negotiis sæcularibus non debent poni in instrumentis pro testibus. 14. q 2. quamquam.

Intentio.

Quod intentio operi indifferẽti finem imponit. 41. distinct. quisquis. c. deliciæ. & ca. quod dicit.

Quod bona intentio non excusat opus malum. 1. q. 1. non est. per totum.

Quod mala intentio facit opus bonum non valere. 25. qõ. 5. cum minister.

Quod Deus plus respicit intentionẽ & voluntatem quàm actus. 15. qõ. 6. si quandoque a sacerdotibus. in fin. 22. q. 5. qui peierare.

Quod iuramenta secundum intentionem præstantis non recipientis a Deo iudicãtur. 22. q. 5. humanæ. §. 1.

Quod nemo debet considerare verba. non enim intentio verbis, sed verba intentioni debẽt deseruire. 22. quæstio. 5. humanæ.

Quod ream linguam non facit nisi rea intentio. 22. qõ. 2. homines. & duobus c. seq.

Quod ea quæ post intentionem contingunt, non imputantur. 23. qõ. 5. de occidendis. & c. cũ homo.

Quod officia vindictæ possunt implere boni bona intentione. 23. q. 5. officia.

Quod qui hac intentione male accipit, vt bene dispenset, aggrauatur potius quam iuuatur. 1. quæst. 1. non est. & 14. q. 5. forte. 32. quæst. 4. sic non sunt.

Intercessio.

Quod intercessio bonorum, quæ est pro salute proximo-

ximorum est superiori porrigenda. 23.q.5. prodest.

Quod cum hic displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. 3.quæstio. 7.in grauibus. 49. dist.§.1.

Quod sacerdotes in præiudiciũ aliorum non debent intercedere: quia qui vincitur, intercessoris beneficio se victum arbitratur. 14.quęstione 5.denique.

Quod clericis proprium est pro confugientibus ad ecclesiam intercedere: quia hoc non est malos defendere, sed humanã sæuitiam reprimere. 14. quæstione 6. si res. 17. quæstione 4.reum. 23 quæstione 5.reos. 14.q.vlt.hi qui.

Interpretatio. Quod interpretatio canonum spectat ad eum qui habet ius condendi eos. 25.q.1.ideo.§.his ita.

Quod Romana ecclesia sic canones condidit, quòd ipsorum interpretationem sibi retinuit. 25. quæstio. 1. ideo.§.his ita.

Quod si in canonicis libris aliquid veritati contrarium inuenimus, vel mendosum Codicẽ debemus credere vel nos interpretem non intelligere. 9.dist.ego.

Quod ecclesiæ interpretatio si habet eloquẽtiæ venustatem est dissimulanda & fugienda. 38. dist.ecclesiastica.

Quod omnis lingua habet quædam propria locutionum genera, quæ cum in aliam transferuntur videntur absurda. 37. dist.locutio.

Quod qui scripturam sacram aliter interpretatur quàm spiritus sanctus flagitat, hæreticus est. 23. quæstio. 3. hæresis. 37. distin.vnio.

Intrusio. Quod intrusus episcopus nõ est habẽdus pro episcopo, nec habet executionem. 62.dist.c. 1. & 63. dist.§ per.

Quod intrusi prælati vel schismatici temporaliter & æternaliter a domino puniuntur. 7.q. 1.denique.per totum c.

Quod intrusus priuatur dignitate. 63.dist.omnis.

De hac materia habes infra de Inuasore.

Inuasor. Quod inuasor sedis apostolicę anathematizatur. 79. distin. si quis ex episcopis.& c. si quis pecuniam.

Quod inuasor alterius ecclesiæ episcopus non est dicendus secundus; sed nullus episcopus. 7.q.1.factus.

Quod inuasor alterius sedis sciẽter a ministerio ecclesiastico est repellendus & incarcerandus. 2.q.1.in primis.circa principium.& 7.quæst. 1.præsentium.

Quod prælati suis ecclesiis postpositis alias inuadentes sunt adulteri & infames.3.quæstio. 2.audiuimus.

Quod inuasor alterius ecclesiæ si admonitus dimittere contempserit, sæculari brachio est excludendus.11.quæstione 1.petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia materiali, in fine, & supra de Intruso.

Inuentarium. Quod inuentarium dicitur scriptura vbi omnia quæ inueuta fuerint, diligenter conscribuntur. 12. q. 2. charitatem.

Quod decedente episcopo oēs œconomi & canonici ecclesię illius in mutua præsentia de omnibus rebus debent inuentarium facere. 12. quæstio. 2. charitatem. & 12. q. 5. sicubi.

Inuidia. Quod inuidia est mortale siue capitale peccatum. 25. dist. vnum. §. alias.

Quod inuidia perseuerans habet radicem in interioribus medullis reconditam. de pœnit. distin. 2. c. 1.

Quod propter prælationis inuidiam Cain fratrem occidit. 35. dist. 6.

Quod peius malum non est quā Christianos suis sacerdotibus inuidere. 6. quæst. 1. sunt. §. verum hac.

Quod qui bonos ex leui suspicione accusat, hic non charitatis, sed inuidiæ stimulis exagitatur. 6. q. 1. si omnia.

Quod clericis præcipue conuenit inuidiam non habere. 23. dist. his igitur.

Quod qui potius consuetudinem quàm veritatem fratribus reuelatam præsumit sequi, inuidus est. 8. dist. qui contempta.

Quod inuidia curatur per suum contrariū, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus seruiendo. de pœn. dist. 2. c. 1.

Inuitus. Quod inuitis multa bona præstantur quando eorum consulitur vtilitati. 45. dist. & qui. 23. q. 4. nimium. per totum ca. & c. displicet. per totum.

Quod interdū quis vel metu flagellorum, vel inductu disputationum de nolente efficitur volens. 23. q. 6. vides.

Quod Iudæus non est cogendus fidem accipere inuitus. 45. distin. de Iudæis.

Quod a fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire. 23. q. 4. displicet, per totum. & q. 6. per totum. 45. dist. de Iudæis.

Quod qui inuitum ad bonum cogit, non ipsum persequitur, sed diligit. 23. q. 5. non vos. & q. 4. ipsa pietas.

Quod nemo potest esse bonus inuitus. 23. q. 6 vides.

Quod licet episcopus inuitos nō posset ordinare, potest tamen inferiores ordinatos ipsis contemptoribus præferre. 74. dist. consuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Coactione.

Ioannes. Quod Ioan. Baptista Herodem ab incestu prohibens ostendit cōiugia fuisse inter infideles. 26. dist. vna tantum. §. Ioānes.

Quod Ioannes Euāgelista verbo & facto schismaticos, & hæreticos docuit vitare. 24. q. 1. omnis qui.

Ioseph. Quod Ioseph qui nō cognouerat Mariam

riam conceptum sentiēs in ea, ex benignitate voluit eam occulte dimittere. 2. q. 1. si peccauerit.

Quod inter Ioseph & Mariam qñ commendata fuit Ioanni, non videtur fuisse diuortium: quia Ioseph non cognouerat eam. 27. q. 2. quòd autem. & §. seq. post medium.

Quod an inter Ioseph & Mariam fuerit coniugium cū ipsa carnalem non senserit copulam. 27. q. 2. §. 1. & c. institutum. §. potest. c. quod autem. §. proxi. & c. priusquam. & c. inuēta.

Quod Ioseph venditus a fratrib. in Ægypto ab eunucho comparatus fuit, significat quod qui gratiā spiritus sancti mercatur, viuū semen non habet siccis genitalibus. 1. q. 1. sicut eunuchus.

Quod Ioseph non tam per creaturam quam per auctorē creaturarum iurauit. 22. q. 1 mouet. §. sicut etiam cum.

Ipocrisis. De ipocrisi require vbi agitur de y littera circa finem.

Ira. Quod ira Dei est tranquilla iusti supplicii cōstitutio. de pœnitent. dist. 3. §. 1. productor.

Quod dæmones appellantur ira furor. 23. q. 5. non solum.

Quod propter malitiam hominum ex ira Dei mundus fame & penuria quandoq; opprimitur. 16 quæsti. 1. reuertimini. post med.

Quod vno peccante ira Dei super multos venit. 45. dist. sed illud. 23. q. 5. si audieris.

Quod ab ira peccati, qua natura liter fuimus filii iræ, non liberatur quis nisi per fidem Christi. de conse. dist. 4. firmissime.

Quod ira hominis est concitati animi perturbatio. de pœn. distin. 3. productior.

Quod ira hominis si longo tempore teneatur, est mortale peccatum. 25. dist. vnum orarium. §. alias.

Quod apostolus prohibuit vindictam personæ propriæ dicens, non vos defendentes, sed date locum iræ. 23. q. 1. §. 1.

Quod ira talia facit committere de quibus post multum solet homo dolere. 11. q. 3. cū apud.

Quod quidquid calore iracūdiæ fit vel dicitur, non est imputandum, nisi adsit iteratio vel perseuerantia. 2. q. 3. si quis iratus. de pœniten. distin. 1. vulgaris. §. cogitatio.

Quod pręsidens iudicio ab ira debet cauere. quia ira viri iustitiā Dei non operatur. 11. quæst. 3. episcopus presbyter, in fin.

Quod iratus commotionis tempore iustum putat omne quod facit. 11 q 3. ira.

Quod in prępositis laudabile est, vt nihil agant priusquā mens concitatam per iram, ad tranquillitate redeat. 11 qō. 3. illa. 5. q. 2. relatum. in fin.

Quod rectores aliorum non debent ex leuitate vel furore pręcipitare sententiam. 11. quæst. 3. summopere. 5. quæsti. 2. relatum.

Quod ira rectorum sæpe innocētes ad peccatum deducit, quia dum iusto amplius irascun-

tur, & volunt alienа coercere peccata, grauiora committũt. 11.q.3.ira.

Irregularitas. Quod irregularitas nomen accepit a regula quam statuit apostolus seruandam circa ordinandos & ordinatos, & contrarium eius dicitur irregulare, id est, cõtra regulã. 48. dist. quoniã. dist. 25. vnum oratium. §. nũc aũt.

Quod irregularitas multipliciter contrahitur. 33. distin. maritũ. 33. distinct. præcipimus. & ca. seq.

Quod irregularitas incurritur cõtrahendo cum corrupta. 32. dist. seriatim.

Item sibiipsi abscindens quodlibet membrum ex indignatione, vel iusto vel iniusto timore truncans, irregularis est. 33. distin. maritum.

Item qui naturalium membrorũ aliquem defectum patitur. 51. dist. qui in aliquo.

Item qui adulteram vxorem cognouit. 34. distin. si cuius. & c. seq.

Item bigamus. 33. dist. maritum.

Item simoniacus. 33. dist. maritũ. in fin.

Item hæreticus. 51. distinct. qui in aliquo.

Item qui publicam vel solennem pœnitentiam egit. 33. dist. maritum. 50. dist. ex pœnitentibus. 51. dist. qui in aliquo.

Item rebaptizatus. 51. dist. qui in aliquo.

Item filii presbyterorum, vel aliàs illegitime nati. 50. distinct. presbyterorum.

Quod irregularis non debet ad ordines sine dispensatione ꝓmoueri. 34. distinctione præcipimus.

De hac materia satis habes vbi agitur de Dispensatione, & vbi agitur de Ordine.

Irreligiositas. De hac materia habes vbi agitur de religione.

Irreuerentia. Quod irreuerentia ecclesiarum & oratoriorum prohibetur. 42. dist. non oportet. & tribus c. seq.

Quod si quis ex irreuerentia ecclesias docet contemnendas, anathematizatur. 30. distinct. si quis per superbiam. & duobus c. seq.

Quod irreuerentia superiorum reprobatur. 2. q. 2. oues. 7. q. 1. scire. & 23. quæstio. 5. si apud carnales.

Quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione. 11. q. si quis sacerdotum. & cap. coniurationum. & quatuor cap. sequen.

Iteratio. Quod iteratio culpæ inducit aggrauationem pœnæ. 13. q. 8. hi qui.

Quod illud quod non ostenditur gestũ, nulla ratione videatur iteratum. de consec. dist. 4. si nulla. & 4. capitulis præcedentibus.

Quod iterari oportet illud quod male factum est. 1. q. vlti. Daibertum.

Quod iteratur ordo, si de ordinante vtrum episcopus fuerit du-

dubitatur. 86. dist. presbyteri.

Quod iteratur ecclesiæ cõsecratio, si igne exusta aut sanguinis effusione aut fornicatione polluta fuerit. 68. distinct. ecclesiis.

Quod nec baptismus nec cõfirmatio debent iterari, nisi de receptione vtriusq; dubitetur, vel non fuerit forma debita tenta. 68. dist. ecclesiis.

Quod iterato baptizatus sciēter, iterato dominum crucifigit, & non potest promoueri. de consec. dist. 4. qui bis.

Quod quotidianum sacrificium Eucharistiæ non est iteratio passionis, sed cõmemoratio. de cons. dist. 2. iteratur.

Quod solennis pœnitentia apud quasdam ecclesias non iteratur. de pœn. dist. 3. nihil prodest. §. ex persona.

Quod de hæresi redeuntes permanēt in suis ordinibus, si tamen ab hæreticis iterata vnctione baptismi vel ordinis nõ fuerint maculati. 1. q. 7. saluberrimum.

Quod ab hæreticis in forma ecclesiæ ordinati non debēt iterato ordinari, sed per manus impositionem reconciliari. 1. q. 1. manus impositio.

Quod sacramenta ab hæreticis in forma ecclesiæ data iterari non debent. 1. q. 7. & si illa. §. seq. circa med. & 1. q. 1. quod quidam.

Iudas. Quod Iudas licet fuerit proditor & damnatus: quidquid tamē inter apostolos egit pro dignitate officii, ratum fuit. 19. dist. secundum ecclesię. 7. q. 1. aduersitas, in fi.

Quod propter Iudæ perfidiā nauis in qua ipse erat & apostoli, fluctibus agitabatur. 24. q. 1. non turbatur.

Quod Iudas in cœna Domini cũ aliis apostolis corpus Christi sumpsit. 7. q. 1. aduersitas. in fi. de consecr. distinct. 2. sicut Iudas.

Quod Iudas a venia exclusus nõ fuisset, si pœnitentiam a Christo postulasset. de pœn. dist. 1. potestatis.

Quod nihil profuit Iudæ egisse pœnitentiam per quam scelus corrigere non potuit. de pœn. dist. 3. in salicibus.

Quod Iudas male pœnituit, quia laqueo se suspendit. de pœnit. dist. 3. inter hæc hircum.

Quod Iudas fuit infelicior omni pœnitente, quem pœnitentia non reuocauit ad dominum, sed traxit ad laqueum. de pœnit. dist. 3. in salicibus.

Quod Iudas magis peccauit desperando, quam Christũ tradendo. 23. q. 5. si non licet.

Quod qui seipsos occidunt, cum Iuda proditore perpetuæ damnationis exitum incurrunt. 23. q. 5. si non licet. & c. seq.

Quod cum spiritus sanctus consubstantialis sit filio, simoniaci spiritus sancti gratiam vendentes, Iudæ qui Christũ vendidit, comparantur. 1. quæst. 1. eos.

Quod clerici res sacras subtrahentes, Iudæ Scariotis similes æstimantur. 17. q. 4. si forte. 23. q. 4. quid ergo. in fi.

Iudæus. Quod Iudæi obedientes non sunt a Christianis molestandi. 23. q.8.dispar.

Quod Iudæis permittitur festa eorum colere, dummodo ea non exerceant in cōtemptum ecclesiæ. 45. dist. qui syncera. in fine.

Quod sacrilegium faciunt qui Iudæis publica officia cōmittūt.17.q.4.constituit.54.dist. nulla.

Quod fideles non debent cū Iudæis habitare, nec manducare, nec medicinas ab eis recipere, nec consilium requirere in infirmitate. 28.q.1. nullus. & c. seq.

Quod ne religio Christiana a Iudæis polluatur, empti ab eis Christiani a seruitute liberantur.54.dist.mancipia.& c.seq. de consecratio.distinct.4.plerique.

Quod Iudæi non sunt per vim ad fidem compellēdi. 45.dist.qui syncera.& c.de Iudæis.

Quod Iudæi qui de facili ad vomitum perfidiæ redeunt, cum multa deliberatione, & cum octo mensium instructione sunt ad baptismum suscipiendi.de cons.dist.4.Iudæi.28.q. 1.sæpe.

Quod die dominico vel alio die solenni debent Iudæi baptizari.de consec.dist.4.ne quod absit.

Quod si Iudæus vel paganus seruus, Christianus fieri voluerit, a seruitute liberatur. 54.distin. fraternitatem.

Quod Iudæorum baptizatorum pueri ne parentum inuoluantur erroribus, sunt eis auferendi, & monasteriis aut Christi fidelibus ad conuiuēdum tradendi. 28.qō.1. Iudæorum. de cons.dist.4. plerique.

Quod vno parente conuerso, & altero in Iudaismo permanēte pueri sequi debēt illum qui factus est Christianus. 28.q.1. Iudæi.

Quod ex Iudæis cōuersi, quia ad vitia proni sunt, non debent aliis Iudæis cohabitare, ne eorum participatione subuertātur. 29.q.1.sæpe.

Quod Iudæi a fide apostatantes coguntur ad eā redire. 45.dist. de Iudęis. de consecrat.distin. 4.plerique.

Quod Iudæi prævaricatores fidei quātacunq; pœna damnati fuerint, perfidia parentum etiam quo ad res filiis nō oberit.1.q.4. Iudæi.

Quod si Christianus vel Christiana Iudaicæ præuaricanti carnaliter coniungatur, a communione ecclesię segregētur. 28.q.1.caue. & cap. si quis Iudaice.

Iudex. Quod iudex dictus est eo quod ius dicat, siue quod iure disceptet. 23 q.2.cap.1.

Quod iudex alius est ordinarius, alius est arbitrarius. 2. qō.6.a iudicibus.

Quod ordinarius iudex est, qui ab Apostolico vel Imperatore legitimam potestatem accipit. 2.q.6.a iudicibus. 11.q.1. iudices.

Quod arbitrarius est qui nullam pote-

potestatem habens cum consensu litigantium eligitur. 2.q. 6. a iudicibus.

Quod ad arbitriũ rei iudices dandi sunt. 11.q.1. iudices.

Quod quidam sunt qui iudices non possunt fieri etiam si petãtur, videlicet surdus, mutus, perpetuo furiosus, feminæ, serui impuberes, infames. 3.q.7. infamis.

Quod ille debet esse alterius iudex, qui non habet in seipso ꝙ condemnet. 3. quæstione 7. iudicet.

Quod verus iudex nec pretio, nec stupore, nec odio, nec fauore iudicat. 11.q.3 episcopus. § si ergo.

Quod iudex munera non debet accipere, quia munerum acceptatio veritatis est præuaricatio. 11.3. qui recte. & c. non licet. 14.q. 5. non sane.

Quod iudex etiam recte iudicando, si temporale præmium expectat, fraudem in duob. perpetrat. 11.q.3. qui recte.

Quod laudabiles sunt iudices in quibus nec ira nec furor, sed ratio dominatur. 11. qõ. 3. illa. & tribus c. seq.

Quod Papa est iudex omnium, sed nemo ipsius. 9.q.3. pater. & c. sequen.

Quod bonus iudex nihil arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronuntiat. 3. quæstione 7. iudicet.

In quo capitulo ponuntur plura quæ debet habere bonus iudex. 30.q. vlt. iudicantem.

Quod non est iudex in quo non est iustitia. 23.q. 2. iustum.

Quod criminosus iudex cum sententiã in alterius crimen profert, seipsum condemnat. 3.q. 7. sacerdos. § itẽ in euangelio.

Quod iudex, cuius vita cum loco iudicii non concordat, sæpe immeritos damnat. 11. qõ. 3. plerumque.

Quod iudex cupidus cito vendit iudicium. 11. q.3. pauper.

Quod naturale est suspectorum iudicum insidias declinare. 3. q.5. quod suspecti.

Quod iudex labyrinthum impingit qui ante iudicat quam intelligat. 29. dist. sciendum.

Quod iudex circunstãtias debet rimari, & ordinem rerum inquirere. 30.q. 5. iudicantem. 2. q.1. in primis. de pœn. dist. 5. §. 1. post med.

Quod iudex nec debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam. 86. distinct. si quid. 11.q.4. quamuis. 15. qõ. 7. si quid.

Quod iudex sine accusatione damnare non debet. 23. qõ. 4. si quis potestatem.

Quod idem non debet esse iudex & accusator, vel testis. 2. qõ. 1. multi. 4.q.4. c. 1.

Quod iudex non debet esse suspectus. 3.q. 5. c. vlt.

Quod iniquum est velle iudicare, & non iudicari 32. quæst. 6. iniquum.

Quod iudex plus legibus quã suę voluntati obtemperare debet. 3.q.7. iudicet.

Quod iudex in loco iudicii debet conscientiam quam de domo portauit deponere; & secundum allegata & probata pro

cedere,3.q.7.iudicet.

Quod nullus iudicum fine licentia superioris debet aliquẽ clericum condemnare. 41. qõ.1. nullus iudicum.

Quod iudex reum puniendo reddit bonum pro malo. 23. qõ.3. sex differentiæ.

Quod iudex secundum leges damnando iniquum nõ peccat: quia non ipse damnat, sed lex. 23.q.5.iudex.& c.seq.

Quod humanum est illum vereri iudicem, qui deprimere & erigere potest. 16.quæst.1.c.r. circa med.

Quod nemo debet dedignari iudicem habere contra se, cuius approbauit arbitrium. 2. q. 8. accusatores.§.cuius.

Quod inferior iudex non potest superiorem iudicare, nec debet. 21.distin.inferior.& quin que cap.seq.

Quod ad sæcularem iudicem nõ licet clerico confugere. 21. qõ. 5.placuit.

Quod iudex laicus non debet se intromittere de clerico, præcipue de sacerdote iudicando. 96. distin. in scripturis. & ca. sequen.16.quæstione 7.in nona actione.

Quod licet iudici subditum alterius defensare & fouere, sed non iudicare. 6.q.3. scriptum.

Quod iudex potest alterius subditum iudicare ratione criminis commissi in sua potestate.6.q. 3.placuit.& c. seq.

Quod causam suam amittit qui rem etiam sibi debitam præter iudicis sententiam inuadit. 16.q.6.c.1.in fin.

Quod iudex spiritualis, scilicet cõfessor debet habere munus scientiæ, vt sciat cognoscere quidquid debet iudicare. de pœniten.dist. 6. c. 1.post medium.

Iudicium. Quod iudiciũ duplex est, videlicet diuinum, & humanũ. 6. q. 1. si omnia. 15.q.6.si quãdoque a sacerdotibus. circa medium.

Quod diuinum iudicium valde est timendum: quia ipse iudex est & testis. 9.q.3.aliorum.

Quod diuinum iudicium vsurpat qui incerta & dubia iudicat. 2.q. 1. nomen presbyteri.

Quod secretorum cognitor & iudex est Deus. 32. dist. erubescant.

Quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum. 2. q.4.consuluisti. post medium.

Quod homines multa de Dei iudicio ignorant, quia forsitan quæ nos laudamus, ipse reprehendit; & quæ nos reprehendimus, ipse laudabit. 11.q.1. sacerdotibus.in fin.

Quod homines Dei iudicio per priores se flagellantur. 56.dist. si gens.in fin.

Quod Dei iudicio homines in præsenti vita flagellantur, vt in futuro non puniantur. 23. q.4.quid ergo. per totum c.

Quod Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, vt ex hoc magis humilientur & mereantur. 6.q. 1. §. ipsa.

Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius

alius obduratur.23.q.4. Nabuchodonosor.

Quod non potest humano condemnari examine, quod Deus suo reseruauit iudicio.15.q.6. si quandoque a sacerdotibus.

Quod facta Papæ a solo Deo iudicantur.9.q.3.facta.

Quod Deus aliorum causas voluit per homines terminari, sed summi pontificis causam sibi ipsi examinandam & terminandam reseruauit.9.q.3. aliorum.

Quod nemo scit qualis in iudicio Dei futurus sit.11.quæst.1.sacerdotibus, in fin.

Quod qualiscunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repræsentatur.15.dist.qualis.

Quod qualem inuenit dominus cum vocat, talem pariter & iudicat.de pœniten.dist.1.numquid Cain.

Item in futuro Dei iudicium locum non haberet si in hoc sæculo omnia iudicanda essent 6.q.1.si omnia.15.q.6.si quandoque a sacerdotibus.

Quod quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam gerit.de pœniten.dist.3.in salicibus.§.his auctoritatib. ver. sed quem.

Quod qui semel a sacerdote pro peccato punitur, non iterum a Deo pro peccato iudicabitur.ibid.

Quod Deus nõ bis iudicat in idipsum quod iuste in præsenti est punitum. de pœnit.dist.2. sunt plures.§.auctoritas.

Quod humanum iudiciũ est duplex, videlicet priuatũ & publicum, siue contentiosum.3. q.7.postulatus.

Quod priuatum iudicium exercet, quãdo seipsum iudicat. de pœniten.dist.1.in actionem.

Quod verum iudicium est iudicare prius conscientiam propriam, demum culpam alienam.3.quæstio.7.postulatus. & c.seq.

Quod non est curandum iudiciũ hominum, vbi est bona conscientia: quia tale iudicium est temerarium. vndecima quæstio.3. temerarium.& duobus cap.seq.

Quod temerarium iudicium est quod procedit ex suspitione.2. q.1.multi ante fin.

Quod lapsi a baptismi innocẽtia proprio iudicio se accusantes per pœnitentiam restituũtur. de pœn.dist.1.c. multiplex.

Quod homo debet se ipsum iudicare, dum potest in melius mores cõmutando, ne cum posse amiserit, a domino iudicetur. de pœn.dist.1.in actionem.§. sequen.

Quod publicum iudicium siue cõtentiosum institutum est vt innocentia protegatur, & culpa puniatur.2.q.1.quæ Lotharius.

Quod hoc iudicium integrũ est, quod plurimorum sententiis confirmatur.64.dist.extra.

Item debet secundum auctoritatem decretorum & sanctorũ patrum diffiniri. 20.distin.de libellis.

Item debet esse sine tumultu cõtentionum.5.q.4.In loco.

Item hoc iudicium debet poni in

loco tuto & communi. 3.q.9. hortamur.33 q.2.siue.

Quod in omni tali iudicio debẽt esse quattuor personæ, videlicet iudex, accusator, defensor & testis. 4.q.4.c.nullus vnquã. & c. nullus introducatur.

Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri conuentionalis libellus.3.q.3. induciæ.§. offeratur.

Quod spoliati non debent ad iudicium trahi nisi prius in integrum restituantur. 2.q.2. nullus episcoporum.& tribus cap. seq.3 q.2.eiectis.& c.seq. 5. q. 2.si primates.

Quod de suspiciõe vel extorta cõfessione pessimum est iudiciũ. 15.quæstio. 6. si quandoque a sacerdotibus.

Quod ordo iudiciarius in publico iudicio est seruandus nisi forte adeo culpa sit notoria, ꝙ se omniũ oculis ingerat. 2. q. 1.quæ Lotharius. & duobus c. seq.

Quod an in manifestis sit ordo iudiciarius seruandus. 1. qõ.1. per totum.

Quod absente reo in iudicio nõ est procedendum.3 quæstione 9.accusatori vsque ad finẽ quęstionis.

Quod diuinæ & humanæ leges prohibent vt absens quis iudicetur.3 q.8. accusatores.

Quod contumax absens iudicatur. 3.q.9.decreuimus.

Quod iudicium refugit qui de iustitia diffidit. 11. quæstione 1. Christianis.

Quod quattuor modis humanũ peruertitur iudicium, videlicet timore, cupiditate, odio, & amore.11.quæstio.3.quattuor. §.duobus cap.seq.3.q. 5. accusatores 2.

Quod iudicium non debet ꝓpter lachrymas quorumcunque peruertit. 23.quæsti: iniusta.

Quod candẽtis ferri & aquæ feruentis iudicium a sanctis est prohibitum.2.quæstio. 4.consuluisti.

Quod in dubium absolutum nõ debet esse iudicium.33. distin. habuisse.2. quæstione 4. consuluisti.

Quod iudicium mistum debet esse rigore & lenitate. 45.dist. disciplina c.omnis.& c.sunt.

Quod libertini possunt trahere dominos suos ad iudicium.12. quæstio. 2. episcopus. §. si fine venia.

Quod ecclesia non iudicat nisi de publicis in ordinẽ iudiciario probatis. 2. quęstio. 4.consuluisti.& c.vltim.nec illud.§.is itaque.& c.seq.2.q.1.in fin.

Quod an ecclesia quandoque in suo iudicio decipitur. vt ille qui intra ipsam est, per eam excluditur, & qui foris est, intromittitur. 24.q.3. si quis.& c.esi aliquis.

Quod monachi & monachæ spectant ad iudicium episcopi.11. q.1.de persona.

Quod clerici suum episcopũ contemnentes traduntur iudici sęculari.11.q.1.si quis sacerdotũ, & duobus c. seq.

Quod clericis prohibetur iudicium sanguinis. 23.qõ.8.sæpe. & c. seq.

Quod

Quod diebus feriatis & die dominico non sunt exercenda iudicia. 15. q. 4. placita. 22. quæstio. 5. decreuit. de consecratione. dist. 3 §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Sententia.

Iuramentum.

Quod iuramentum legitur Deus crebro fecisse. 22. quæst. 4. incommutabilis.

Quod iuramentum homini non prohibetur tamquam malū, sed eius assuefactio vel libido prohibetur. 22. quæstio. 1. uō est contra.

Quod iurare Dei est a seipso ordinata nullatenus conuellere. 22. q. 4. incommutabilis.

Quod dum vsus iuramenti habetur de facili periurium incurritur. 22. quæst. 1. non est contra.

Quod iuramentum non dicitur malum esse, sed a malo esse, scilicet infirmitatis eorū quibus aliquid suadetur. 22. q. 1. ita ergo.

Quod in scripturis non est prohibitum ab alio recipere iuramentum. 22. q. 1. quamuis.

Quod iurare non est peccatum. 22. q. 1. §. 1. & c. vt noueritis.

Quod iuramentum non est institutum vt esset iniquitatis vinculum, vel cuiuscumque criminis. 22. questione 4. inter cætera.

Quod hæc causa institutionis iuramenti, vt omnis iurans ad hoc iuret vt quod verum est loquatur. 22. q. 5. iuramenti.

Item alia causa est iuramenti institutionis infirmitas dubitantis cum non vult credere. 22. q. 1. si peccatum.

Item est alia causa, detestatio idolorum, nam ideo conceditur per Deum iurare, ne per idola iuretur. 22. qō. 1. considera.

Quod in iuramento non debet intentió verbis, sed verba intētioni deseruire. 22. quæstio. 5. humanæ.

Quod iuramentum debet habere tres comites, videlicet veritatem, iudicium, & iustitiam. 22. q. 1. & iurabunt. & quæst. 2. animaduertendum.

Quod iuramentum veritatē habet vbi non aliter corde quàm ore iuratur. 22. q. 5. iuramēti. & c. quacumque.

Quod iustitiam habet quando licitum & iustum est quod iuratur, non tendens ad mortale peccatum. 22. qō. 4. innocens. §. illicitum.

Quod iudicio iuratur quando cū discretione & cautela iuratur etiam in licitis. 2. quæst. 4. sacramentum. 22. q. 4. innocēs. §. illicitum. circa med.

Quod iuramentum fit dupliciter, videlicet per creatorem, & per ea quæ habent respectum ad creatorem, vel per creaturas. 22. q. 1. considera. & duobus c. s. q.

Quod per creatoris capillum vel caput iurare est blasphemare. 22. q. 1. si quis per capillum.

Quod minus peccatum est per falsos Deos iurare verum, quàm per verum Deum iurare falsum. 22. qō. 1. mouet. circa med.

Quod per ea quæ respectum habent ad creatorem, sicut est Crux, Euangelia, & sanctorum reliquiæ & similia, falsum iurare, est peierare. 22. q. vlti. qui compulsus. & c. seq.

Quod electus in episcopum repellitur a confirmatione, quia publice iurauerat super Euangelia Dei. 85. dist. archidiaconum Florentinum.

Quod sacerdotes ex leui causa iurare nō debent. 2. q. 5. si quis presbyter.

Quod qui per lapidem vel aliam creaturam iurat falsum, periurus est 22. q. vlt. ecce.

Quod an qui iurans super lapidē, putans super Euangelia iurare, obligatur. 22. q. 5. humanę. §. proximo.

Quod periurium est nequiter decipere credentem. 22. qō. 2. cap. 1.

Quod sophistice iurans, periurus est. 22. q. 5. quacunque. & duobus c. seq.

Quod Deus accipit iuramentum sicut ille cui iuratur intelligit. 22. q. 5. quacumque.

Quod qui paratus est ad peierandum, antequam iuret, periurus est. 22. q. 5. qui peierare.

Quod qui dicit iurando pluit, & scit non pluisse, periurus est. 22. q. 2. homines.

Quod Saul, quia de morte Ionathæ quam iurauerat sententiam tulit, quia eam propter populum exequi non potuit, periurus non fuit. 22. q. 2. ca. vlti. §. item opponitur. ante fi.

Quod non peierat qui compulsus iuramentum non impleuit. 11. q. 3. antecessor.

Quod qui alium cogit peierare, etiam si dominus iurantis sit, reus sit periurii. 22. qō. 4. inter cetera. & qō. 5. qui compulsus. & c. si quis coact⁹. & quattuor c. seq.

Quod illud est deflendum quod quis commisit illicite per iuramentum coactum. 22. q. 4. inter cætera.

Quod ille qui alium cogit scienter ad periurium, vincit homicidam, scilicet quantum ad damnum; quia ille damnificat animam, iste corpus. 22. qō 5. ille.

Quod illicitum iuramentum magis peccatum est adimplere, quam periurium incurrere. 22. q. 4. vnusquisque.

Quod iuramentum factum contra præceptum domini [illegible]patur, & non tenet. 22. q. 4. i[illegible] cetera.

Quod omne iuramentum est [illegible]uandum nisi in peiorem vergat exitum, & salutis detrimētum. 22. qō. 4. quod Dauid. & fere vsque ad finem quæstionis.

Quod nemo ante ætatem legitimam, id est ante annos quattuordecim cogendus est iurare. 22. quæst. 5. paruuli. & duobus c. seq.

Quod in diebus dominicis a septuagesima vsque ad octauam paschæ, & ab aduentu vsque ad octauam epiphaniæ, & in quattuor temporibus, & in litania maiori, & in diebus rogationum, nisi pro concordia & pace nullus solenniter

ter iurare præsumat. 22. q. 5. decreuit.

Quod dicens est vt iuramentum a ieiunis præstetur. 22.q.5.honestum.

Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.

Quod in tempore veteris legis iurabant, viuit dominus, viuit anima mea. 22.quæst.1. & iurabunt.

Quod in primitiua ecclesia iurabant, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea. 22.q.1. si peccatum.

Quod modernorum est iuramẽtum, sic me vel te Deus adiuuet, & istæ reliquiæ sanctorũ: vel consimile.32.q.6.de parentela.& quattuor capit.sequen. 1.q.7.quoties. 22. quæstio. 1. habemus.

Quod forma iuramenti ab hæresi vel a schismate redeuntiũ est specialis. 1.q6.7.quoties.de consec.distin.2.ego Berengarius.

Quod in forma iuramenti fidelitatis sex requiruntur. de hoc habes vbi agitur de fidelitate.

Quod ab episcopo vel presbytero nõ exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationem tantũ interrogari debent. 2. quæstio. 4. si quis presbyter.

Quod infideles & idololatræ iurant per creaturas.22.quæst.1. & iurabunt.

Quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas, ne videlicet cõtemptum creaturarum deierare tur, vel aliquod numen deitatis in creaturis crederetur. 22.quæstione 1.mouet.§.item Christus.

Quod illicitum iuramentum nõ est complendum. 13.dist. duo. & c.seq.

Quod pluribus modis iuramentum dicitur illicitum, videlicet ex persona iurantis, vt sunt impuberes, quorum iuramentum non tenet. 22.q.5. paruuli.& c.seq.

Item est illicitum ex persona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet.22. qõ. 5. c.nullus.

Item ex re est illicitum iuramentum, vt si res per quam iuratur, nõ est sacra.22.quæstione 1.clericum.

Item ex fine est illicitum, vt si iuratur propter electionem, & ante electionem. 8.quæstio.3. Artaldus.

Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente, exemplum de Herode & saltatrice. 22.q. 4.vnusquisque.

Item ex modo est illicitum, vt si temere vel indiscrete vel sine necessitate. exemplum de Iephte, q indiscrete iurauit. 22. quæst.4.vnusquisque.& q.1.ita ergo.

Item ex tempore est illicitum, vt si dominicis diebus vel aliis prohibitis iuratur. 22.quæstione 5. decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis:

Quis, quid, cui, per quid, ad quid, cui, quomodo, quãdo.

Quod licitum iuramentum sit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione. 22. q.1.c.1.

Item pro infamiæ expurgatione. 2.q.4. presbyter. & trib. c. seq.

Item pro fide, & fidelitate. de con se.dist. 2. ego Berengarius. 15. q.6. alius.

Item pro obedientia siue reuerẽtia.23.dist.quamquam.

Item pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue in aliis. 14. q.2.quamquam.12.quæstione 1.omne.

Item pro damno dato vel dando. 2.q.1. in primis. circa mediũ. Vnde versus:

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni.

Defectus verbi sibi poscũt sacra tueri.

Quod ab his iuramenta irritari possunt, videlicet a Papa.15. q. 6. auctoritatem.

Item seruorũ a domino suo. 54. dist.si seruus sciente.

Item vxoris a marito suo.33. q. 5. manifestum.

Item monachi iuramentũ a suo abbate. 20.q. 4. monachum.

Quod solus Papa a iuramento licito absoluit.15.q. 6.alius.

Quod absoluit subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium a iuramẽto fidelitatis.15.q.6. nos.

Quod antequam incendiarii absoluantur, cautio iuratoria requiritur.23.q. vlt.pessimam.

Quod grauior infligitur pœna peieranti, quam consentienti. 22.q. 5.si quis conuictus.

Quod eadem pœna est pro periurio & homicidio. 22.q.1.prædicandum.

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

Iurisdictio. Quod iurisdictio clericorum & episcoporũ quæ est circa curam animarũ, ab abbatibus non est vsurpanda.16. q.1.interdicimus.

Quod nec metropolitanus vel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scitu ipsius. 9.q.3.nullus primas.

Quod primas vel patriarcha non habet iurisdictionem in episcopos, sed tantum in archiepiscopos 9.q.3.conquestus.

Quod extra propriam iurisdictionem nullus debet iudicari.3. q.6. peregrina. & quattuor c. sequentibus.

Quod crimen commissum inducit iurisdictionẽ in extraneũ. 3.q.6. ibi semper.& c.vlt.6.q.3. placuit.& c.seq.

Quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem. 11.qõ.1. experientiæ tuæ.

Quod laici habuerunt quandoque & habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionẽ. habuerunt enim electionem summorum põtificum, & inuestituras episcoporum.63.distinct. Hadrianus.& §. principibus.& c. in synodo.

Quod possunt in concilio interesse præcipue vbi agitur de fide.96.dist. nos ad fidem. & c. vbi-

vbinam.& cap. satis.
Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigendi. 32.dist.eos qui.
Item datur eis iurisdictio in fidei vel episcoporum contemptores morte affligendi. 23.qõ. 5. principes. 16.distinct. nec licuit. 11. quæsti.1.si quis sacerdotum.
Item in eos qui schisma faciunt, vel excommunicationem contemnunt.23.quæst. 5.de Liguribus.
Item datur eis iurisdictio vbicũque ecclesiastica potestas non valet exercere disciplinam.23. q.5. principes.

Ius. Quod ius generale nomen est, quod iustum requirit, & inde ius dictum est. 1. dist.ius generale. Isidorus l. Etym.c.3.
Quod ius in duo, scilicet in ius naturale, & ius positiuum diuersificatur.1. dist. humanum genus.
Quod ius naturale innuitur in Euangelio vbi dicitur, Quæcumque vultis vt vobis faciãt homines, & vos facite illis. & econuerso.ibid.
Quod ius naturale iuri positiuo antefertur, videlicet quia prius & dignius. 6. dist. § primo. 8. dist. quo iure.§. dignitate vero.
Item quia eis cedit omnis consuetudo, vel constitutio. 9. distin. per totum.
Item quia contra ius naturale nõ admittitur dispensatio, nisi ad maius malum vitandum. 13. dist.§.1.& 7. dist. non est peccatum.§. his itaq;.
Item quod ius naturale vult omnia esse communia: positiuum vero restringit ad meum & tuum.7.dist.c.1.& c.seq.
Quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicũ, aut Quiritum, id est Romanorum.de quibus 1.distin.per totum.
Quod iure diuino & humano res possidentur, sed differenter. 23.q.7.c.1.
Quod iure poli reguntur matrimonia, non iure fori, id est ciuili.
Quod mulierem reddit infamẽ si mortuo viro intra tempus determinatum ducat alium. 2.q.3. Euphemium.§.seq.
Quod ius interpretandi canones habet qui potestatem habet condendi. 11. quæstio. 1.sicut enim.§ ex his omnibus.
Quod iudex dictus est ex eo quod ius dicat populo, siue de iure disceptet.23.q.2.c.1.
Quod qui ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam committit. 22.dist.omnes.

Iustitia. Quod iustitia est summum bonũ colere, ac vnicuique iura seruare.12.qõ. 2. cum deuotissimam.post med.
Quod iustitia est æquitas tolerãdi inopiam, & temperantiam habere in abundantia. 41.dist. quod dicit.
Quod iustitia est patriam, & socios defendere. 23.qõ.3. fortitudo.

Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest. 24. q. 1. vbi.

Quod iustus miseris compatitur. 45. dist. vera iustitia.

Item non odio, sed bono zelo est exercenda. 23. q. 3. sex.

Quod semper est misericordia tēperanda. 45. distin. disciplina. capit. omnis. & c. vera. & cap. seq.

Quod iustitiam aurum & munus violant. 11. q. 3. qui recte. 1. q. 3. vendentes.

Quod cultum suum iustitia perdit, quando silentia iudicii ob strepentium turbo confundit. 3. q. 4. in loco.

Quod iustus quoties cadit, toties resurgit. de pœnit. distinct. 3. septies.

K *Alendæ.* Quod Kalendæ Ianuarii iuxta ritum gentilium prohibentur Christianis obseruari. 26. q. vlti. non licet. c. non seruetis. & c. si quis Kalendas Ianuarii.

Quod presbyteri cum per Kalēdas conueniunt, quasi semiplenam ventrem habeant, & lucris honestioribus intendant. 45. dist. quoniam presbyteri. & c. nullus presbyterorum.

De hac materia habes vbi ponitur C.

L *Abia.* Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire. 11. q. 1. sacerdotibus. 43. distin. sit rector. ante medium.

Labor. Quod labor bonus est in virtutibus & spiritualibus exercitiis. 23. q̄ō. 4. quis nos potest.

Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccatis. 23. q. 7. quemadmodum.

Quod labor indifferens est in necessita[?]ibus corporis. de consecrat. dist. 5. numquam.

Quod merces felicitatis non acquiritur nisi per laborem virtutis. de conse. distinctione 5. ieiunium.

Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono. distinctio. 47. omnes.

Quod apostolus ne quemquam grauaret propriis manibus laborabat. 1. q. 2. sacerdos.

Quod boni laboris sui nō in præsenti, sed in futuro quærunt fructum recipere. 1. q. 2. sacerdos.

Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se transferat. 7. q. 1. c. vltim. 8. q. 1. olim.

Quod iustum est vt illi con[illegible] tur stipendium qui laboris [illegible] pendunt obsequium. 1. quæst. 2. sacerdos. in fin. 12. quæst. 2. charitatem.

Quod laborantes pro ecclesia stipendia debent accipere ab ecclesia. 12. quæstione 2. ecclesiasticis.

Lac. Quod lac Abraham nō vina angelis hospitio receptis propinauit. 35. distin. 6. die. in fin.

Quod sicut incongruum est non pascentem gregem lac gregis vsurpare, sic est militantium sti-

stipendia non militando subripere. 13.q.1.c.1.ante fi.

Lachryma. Quod lachryma amarissima Petri peccatũ deleuit negationis. 50.dist. ponderet.

Quod in peccato negationis Petri lachrymæ eius & non alia satisfactio legitur. de pœn.distin.1. Petrus doluit.

Quod lachrymæ lauant delictũ, quod pudor est cõfiteri; quod non est intelligendũ sine confessione:sed peccatum,si adeo graue est vt cum pudore confiteatur,nõ ideo est desperandum,quia lachrymæ lauãt. de pœn.dist.1.mensuram.§. proximo.

Quod non est mundus qui post lachrymas repetit ea quæ defleuit.de pœn.dist.3.irrisor est. & tribus c.seq.

Quod non excusatur qui lachrymas habuit pro temporali damno, & nõ potest habere pro peccato deflendo.de pœn.distin.3.sunt plures.

Quod lachrymas multi indefinenter fundunt, & tamẽ peccare nõ definunt.de pœn.dist. 3.irrisor est.ante fi.

Quod lachrymę debẽt esse arma clericorũ.23.q.8.conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

Laicus. Quod laicus de rebus ecclesiæ nõ debet se intromittere,nec sibi sunt committendę.89.dist.indicatum.

Quod episcopus qui decimas & alias res ecclesię cõsanguineis vel aliis laicis distribuit, tamquã simoniacus & inter præcipuos hæreticos vt antichristus habeatur.1.q.3. peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Electione,& vbi agitur de Imperatoribus, & vbi agitur de Iurisdictione & vbi agitur de Iudicio.

Lapsus. Quod lapsus duplex inuenitur, videlicet a fide, qui fit per hæresim.& a moribus, qui fit per mortale peccatum.1. qõ. 7.si quis omnem.

An episcopus vel clericus per hęresim lapsus post reuersionem possit restitui, & qualiter. 1. q. 7.fere per totum.

Vtrũ episcopus vel clericus post peccati lapsum per dignã pœnitentiam reparari possit, & qualiter. 50. dist. per totũ.vsq; ad §. quod vero.

Quod cũ magna discretione & consilio lapsi sunt restituendi. 50.dist.de eo autem.

Larua. Quod laruas dæmonum ante se ferri presbyteri non consentiant. 44.dist. nullus presbyterorum. de cons.dist.5. nullus.

Latro. Quod latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso.26. q.6.presbyter.

Item idem latro in cruce pendẽs præmiũ æternũ amisisset,si ipsum vnius horę pœnitẽtia nõ iuuasset.36.q.6.agnouimus.

Quod latro non est pro nomine

Christi, sed pro suis facinorib. crucifixus, sed dū patitur, credit. de cons. dist. 4. baptismi.

Quod latronis de pœnitētia, quę sera fuit, innuit quod vera cōuersio in vltimis positorū mēte potius ęstimanda est, quam tempore. 26. q. 6. agnouimus.

Quod sicut in latrone defectum baptismi benignitas Christi suppleuit, ita supplet fidem in pueris tēpore baptismi, quam profiteri non possunt. de cōs. dist. 4. baptismi per totū capit.

Quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tāquam fur & latro degradatur. 10. q. 2. cap. vlt.

Quod licet latro suspendendus crudelem iudicem putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat. 25. q. 5. non est crudelis.

Quod qui latronem in membris debilitat, prodest latroni, quia ipsius malitiā pro tanto cōpescit. 23. q. 3. si quis fortitudinē.

Quod latroni ad latrocinia aspiranti parcere non est misericordia, sed iniustitia. 23. qō. 4. est iniusta.

Lauacrum. Quod lauactum commune Christianoū & præcipue clericum non conuenit habere cū mulieribus. 81. dist. non oportet.

Quod sicut lixiuium per cinerem flucos lauat & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credētium lauat a sordibus peccatorum. 83. distin. nihil illo pastore. §. quāquam.

Quod exemplo Ioannis Euangelistæ possumus vti lauacro corporali. 24. q. 1. omnis.

Quod corporalia & pallæ a diaconis & ministris debent lauari. de cons. dist. 1. nemo per ignorantiam.

Laus. Quod laus Deo pro suis beneficiis a nobis est impendenda. 16. qō. 1. reuertimini. circa fi.

Quod non bene conueniunt in vno ore laus Christi, & laudes Iouis. 86. dist. cum multa.

Quod de verbis laudantium nos non multum debemus curare. 11. q. 3. inter verba.

Quod velle laudari & dare histrionibus vt laudemur, vitiū est. 86. dist. donare.

Quod sunt aliqui qui nō nisi pro humana laude largiuntur; & solummodo de hoc retributionem quærunt. 11. q. 1. sunt nonnulli. & quæst. 3. non solum.

Quod nihil illo pastore miserabilius qui luporum gloriatur laudibus. 83. dist. nihil.

Quod periculum est indignum laudare; quia dum malefacta laudibus efferuntur, augmentantur. 46. dist. sunt nonnulli.

Quod qui sciēter indignum laudat, Christum cuius membra sumus violat. 11. qō. 3. si quis hominem. & c. seq.

Quod Deus bonos vltra meritū laudatos ab aliis permittit in accusationem venire, vt culpa ex laude cōtracta suffocetur. 6. q. 1. sunt plurimi.

Lectio. Qđ lectio diuinarū scripturarū non fabulæ

fabulæ debet inferi in menfis clericorum. 44. dift. pro reuerentia. & c. conuiuia.

Quod clerici & prælati debēt inſiſtere lectioni. 36. diſt. qui eccleſiaſticis. §. ecce.

Quod epiſcopus debet intendere lectioni, orationi & doctrinæ, quia ſibi non ſufficit ſanctitas vitæ, niſi adſit & ſcientia doctrinæ. 36. diſt. qui eccleſiaſticis. §. ecce. & 87. diſt. c. 1.

Quod ſicut ſtellam non obſcurat nox, ſic inhærentes firmamento ſacræ ſcripturæ nō obſcurat mundana iniquitas. 38. diſt. ſicut.

Quod qui amat ſcientiam ſanctarum ſcripturarum, carnis vitia non ambit. de conſec. diſt. vlt. numquam.

Qui libri ſunt in quibus epiſcopus præcipue & ſacerdotes legere debent, habes 38. diſtin. nulli. & quattuor c. ſeq. de cōſec. diſt. vlt. numquam.

Qui libri & quæ lectiones & homiliæ in eccleſia legi debent, habes 15. diſtin. ſancta Romana. & §. ſeq.

Quod clerici & præcipue epiſcopi in gentilium libris, & maxime qui ad luxuriam & vanitatem prouocant, non debent legere. 37. diſt. per totum. & 86. diſt. cum multa.

Quod cum beatus Hieronymus libros gentiliū legeret, ab angelo eſt duriſſime correptus. 37. diſt. legimus.

Lector. Quod lectores dicti ſunt a legendo. 21. diſt. cleros.

Quod lectorum officium eſt lectiones pronuntiare. 25. diſt. perlectis.

Legatus. Quod legatus honorandus eſt loco illius cuius legatione fungitur. 93. diſt. c. vlt.

Quod legatus ſiue ſedis apoſtolicæ ſiue cuiuſcumque, litteras debet ſecum portare legationis ſuæ. 97. diſt. nobiliſſimus.

Quod legatus Papæ iuriſdictionem epiſcopi non debet eneruare. 11. q. 1. peruenit.

Quod legatus a latere Papæ miſſus intra terminos legationis ſuæ poteſt cauſas ad ſe per appellationem deuolutas audire & terminare. 2. q. 6. decreto.

Quod an legatus Papæ poteſt generale conciliū celebrare. 17. diſt. ſynodum.

Quod plura concilia generalia per legatos Papæ mandante Papa ſunt celebrata. 63. diſtin. Hadrianus. & 1. qō. 7. conuenientibus.

Quod ſubdiaconi poſſunt eſſe legati domini Papæ a latere miſſi ad omnia negotia perpetrāda. 10. q. 3. relatum.

Quod omnes epiſcopi & ſacerdotes ſunt honorandi; quia legatione Chriſti funguntur. 7. q. 1. omnis.

Quod legatus ſecundum locorū legationis ſuæ exigentiam debet expenſis eſſe contentus. 10. q. 3 relatum.

Lepra. Quod lepra cutis, lepra veſtis, lepra domus iubentur ſacerdotibus oſtendi, quia peccata ſacerdotibus debent reuelari. de pœnit. diſt. 1. §. Moyſi.

Quod leprosum qui descendit de monte Christus sanauit,& priusquam sanaretur clamauit. significatur quòd in sanatiõe spirituali confessio non debet cõtemni.de pœn.dist. 1. §. Christus quoque.

Quod in hoc quod Christus lepro sos mũdatos ad sacerdotes misit,legalia approbauit.1. qõ. 1. nonne.

Quod in hoc quòd leprosi antequam ad sacerdotes peruenirent, mundati sunt, innuitur quòd peccator in sola contritione mundatur,vbi confessionem necessitatis articulus excludit.de pœn.distinct.1.§.hoc idem.

Quod confessor debet habere scientiam discernendi inter le ptam & lepram.20. distio. §. primo.

Quod in hoc quod Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur,& post pœnitentiã restituitur, fiducia veniæ pœnitẽtibus datur.50.distin.si post.§. econtra.

Quod in hoc quod Maria propter murmur in Mosen lepram incurrit, innuitur quòd insurgẽs contra prælatum grauiter delinquit.2.q.7.plerumque.§.item obiicitur.Et de accusatione prælatorum ibi tractatur.

Quod in hoc quòd rex Osias sacerdotum officia vsurpans lepra in templo percutitur,sacrilegorum culpa & pœna exaggeratur.2. quæstio. 7. nos si. §.sed notandum.

Quod qui simoniace aliquẽ ordinat, lepram non officium confert.1.quæst. 1. cum ordinaretur.

Quod sicut Giezi propter pecuniam lepram incurrit,sic pecunia male conquisita corpus & animam commaculat. 1. q.1. cito.

Leuita. Quod leuitæ ex nomine auctoris vocati sunt: de Leui enim exorti sunt.hi Græce diaconi, Latine ministri dicuntur. 21. dist. cleros.

De purificatione leuitarum & domus purificatione, habes de consecratio.dist.4.nec quemquam.

Quod in leuitis sacerdotalis dignitas quãdoque intelligitur. 50.dist.& purgabit.

Lex. Quod lex multipliciter est videlicet diuina,quæ natura constat. dist. 1. omnes leges.Isid.l.2.etym.c.5.

Item lex humana est quæ morib. constat.dist.1.omnes leges. Isidorus ibid.

Item lex vetus,quæ dicitur testamentum. 6.dis.testamentum.

Item lex naturæ quæ facit omnia communia;quæ lex humana facit singularia, dicens meum & tuum.8.dist.quo iure.& 12. q.1.dilectissimis.

Item lex spiritus, quæ instinctu spiritussancti cordi inferitur. 19.q.2.duæ,

Item lex carnis, quæ absque culpa est in corpore non consentientis.16.q.1.si concupiscentia.32.q.5.si Paulus.

Item lex priuata, quæ idem est quod lex spiritus.19.q.2.duæ.

Item lex publica , quæ a sanctis pa-

patribus est tradita, vt est lex canonum.19.q.2.duæ.

Item lex coniugii, quæ in baptismo non soluitur.26.dis.vna.

Item lex est constitutio scripta.7.dist. Moyses.Isid.l.5.Etym.3.Iuo p.4.c.20.

Item lex est omne quod ratione constat, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinę conueniat, & quod saluti proficiat.1.dist.consuetudo.

Item lex est constitutio populi, quam maiores natu sanxerũt.2.dist.lex.

Quod leges humanæ vel publicę secundum dispositiones terrarum variantur.1.dist.omnes. & 31.dist.aliter.

Quod diuersæ diuersis temporibus emanarunt; quæ nomina a suis auctoribus traxerunt.2.dist.quædam.

Quod diuersi inuentores legum & nomina eorum ponuntur. 7.dist.Moyses.

Quod leges factæ sunt vt humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia.4.dist.factæ sunt.23.qõ.5.non frustra.& c. ad fidem.

Quod lex aut permittit, aut vetat, aut punit, aut præcipit.3.dist. omnis autem.

Quod lex non debet statui pro priuato commodo, sed pro vtilitate communi.4.distin.erit autem.

Quod leges instituuntur cũ promulgantur, confirmantur dũ approbantur.4.distin. in istis. §.proxi.

Quod lex debet esse honesta, iusta, possibilis, vtilis, loco, temporique conueniens.distin.4. erit autem lex.

Quod licet conditor legis solutus sit a legibus, tamen honestum est vt præ ceteris secundum leges quas statuit viuat.25.qõ.1. confidimus.& c.ideo.

Quod Christus qui legem dedit, legem impleuit.25.q.1. ideo. §.his itaque.

Quod sancta ecclesia non constringitur legibus.11. distinct. Catholica.

Quod leges sæculi non dedignãtur canones sequi.2.quæst.3. Euphemium.§.1.in fin.

Quod lex quæ obuiat sacræ scripturæ & decretis Papæ, & bonis moribus, nullius debet esse momenti.10.dist.non licet. & quattuor c.seq.

Quod lex diuina & canonica superior est lege ciuili.10.distin. lege.

Quod illud quod legibus præcipue ecclesiasticis est diffinitũ, in iudiciis est tenendum. 6.q.4.si inter.11.quæst.3.summopere.

Quod non conuenit iudicare de legibus.4.distin.erit.§.proxi. & c.seq.

Quod illa quæ contra legem facta sunt, pro infectis debẽt haberi. vigesimaquinta.quæsti. 2.imperiali.

Quod lex statuit pœnam malis, & præmia bonis.23.quæst.5. non vos.

Quod qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt a publica lege constringatur. 19.qõ.2. duæ.

Quod lex est a dño, præuarica-

tio legis a diabolo.35. distinct. sexto.

Libellus. Quod libellus famosus est qui in infamiam alicuius conscribitur.5.q. 1.c.1.& 2.

Quod libellum famosum quicũque scripserit & publicauerit, anathematizandus est.5.qõ. 1. si qui.& c. præcedenti.

Quod secundum leges Imperatoris famosum libellum inueniens, & non statim eum deuastans, sed publicãs, tamquã auctor capite punitur.5. q. 1.si quis.

Quod libellus conuentionalis debet offerri ei qui prouocatur ad iudicium.3.q.3.induciæ.§. offeratur.

Liber. Quod liber vitæ quid sit, & quid sit scribi in ipso, habes infra vbi agitur de scriptura.

Liberalitas. Quod liberalitas pro sancta fide tam loco quam tẽpore commendatur. 86 dist. non satis.

Quod approbanda est liberalitas, quæ circa proximos & cõsanguineos pro necessitate exercetur. 86.distinct. non satis. §.est etiam.

Item liberalitas pulchra est, quæ indigentibus temperare,&nõ superflue impenditur. 86.dist. non satis.§. itẽ perfecta. & supra.§.dominus.

Quod episcopus debet esse liberalis alioquin vacuum portabit nomen episcopi. 86.distin. non satis.§.liberalem.

Quod dare histrionibus & prohibitis venatoribus & personis turpibus non est largitas. sed vitium.86.distin.donare.& cap.seq.

Libertas. Quod libertas remanebat inconcussa antequam vinum inueniretur, quia hanc Noe primus per ebrietatem violauit. 35.dist. sexto.

Quod pium est & meritorium Christianos suæ libertati restituere, quos Christus suo redemit sanguine.12.q. 2. eum redemptor.

Quod bonum propositum nõ est prohibendum: quia vbi spiritus sanctus est, ibi libertas. 19. q. 2. duæ.in fin.

Quod mala voluntas nõ est permittenda suæ libertati, vbi potest prohiberi.23 q.4.displicet. Exemplum de Paulo.

Quod nemo ex praua consuetudine libertatem ecclesiæ debet infringere.12.dist.omnia.

Quod serui ecclesiæ non debent ordinari, nisi prius per episcopum habeant libertatem. 54. dist.admittuntur. §. de seruis.

Quod abbas vel monachus seruum monasterii liberum facere non potest: qui enim proprium nõ habet, rei alienæ libertatem dare non potest.54. dist.abbati.

De hac materia habes vbi agitur de Manumissione.

Libertus. Quod libertus est qui ex seruili statu traditus est libertati. 12.q.2.de libertis.

Quod libertus manumissus a principali patrono non singulis

lis debet reuerentiā exhibere. 12.q.2.episcop⁹ qui. §.si vero.

Quod libertus sine licentia superioris patronum accusare non potest. 12.qō.2. episcopus qui. §. libertus.& §.in patronos.

Quod liberti ecclesiæ tempore suæ manumissionis debēt per scriptum profiteri se esse de familia ecclesiæ, & de obsequio eius nunquam velle recedere. 12.q.1 de libertis. §. ne vero.

Quod nouo episcopo surgente liberti ecclesiæ & ab eis geniti suam conditionem præsente episcopo in chartulis debent protestari. 12.q.2. longinquitate.

Quod liberti ecclesiæ ad sacros ordines promoti, a seruitiis ecclesiæ non debent separari. 12. q.2.de libertis.

Quod liberti ecclesiæ si negotia ipsius facere contempserint, vel contra ecclesiam insurrexerint, in pristinam seruitutē reuocantur. 12.quæstio.2.diaconi. & c. episcopus qui mancipium. & cap.liberti. & octo c.sequen.

De hac materia vbi agitur de Manumissione.

Licentia. Quod est licentia præsumptionis: vt cum quis propria auctoritate a superiore commissa dimittit. 11.q.2.placuit.

Quod est licentia dispensationis, vt quando simoniacus ignorāter ordinem recepit, exequendi officium sibi licentia datur. 1.q.5.c.vltim.

Item est licentia occasionis, vt cū ex continentia viri vxori datur licentia fornicandi. 27.qō. 2.si tu abstines.

Item est licentia permissionis, vt quando Iudæis celebrandi ceremonias licentia datur. 45.distin.qui syncera.

Item est licentia approbationis, sicut est licentia nubendi data ab apostolo. 28. distin.de his. in fin.

Lignum. Quod de lignis ecclesię habes vbi agitur de ecclesia materiali.

Lingua. Qđ lingua quælibet habet quædam locutionum propria genera, quæ cum in aliam transferuntur, videntur absurda. 38. locutio.

Quod super apostolos spiritus sanctus in linguarum specie sedit, quia quos replet, de se loqui facit. 38.dist.locutio.

Quod opera sacerdotis siue prædicatoris cum linguæ sonitu concordare debent. 43. dist.sit rector. post med.

Quid in cœlum os ponere, & linguam in terra transire est prælatis suis derogare. 21.dist. in tantum.

Quod propter detrahentes linguas correctio peccātis a prelato non debet omitti. 45. distin.sed illud. 50.dis. si quis diaconus, ante fin.

Quod nihil prodest ieiunare vel orare nisi lingua a detractionibus cohibeatur. de consecr dist. 5.nihil enim.

Quod non refrenans linguā suā, huius vana est religio. 5.qō. 4. in loco.

Quod cuicūque non sufficit ocu-

los castos seruare, sed & linguam quia qui de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. 6. q. 1. ex merito.

Quod in condemnatione personæ non minus periculosa est lingua in verbis mentiens, quã manus sanguinem fundens. 11. q. 3. nemo peritorum.

De hac materia habes vbi agitur de Locutione.

Lis. Quod lis ex ignorantia prouenit, & garrulitatẽ nutrit. 41. dist. §. 1.

Quod litigiosus ideo ordinari ꝓhibetur, quia talis seminare discordiam numquam cessat. 46. dist. hoc habet. § ecce.

Quod episcopus pro reb. transitoriis non per se, sed per aliũ in iudicio litigare debet. 14. q. 1. c. 1.

Quod lite pendente res litigiosa in nulla parte transferri debet ante causæ cognitionem. 11. q. 1. c. vlt. 92. dist. si quis ordinatus. & c. seq.

Quod sacerdotum officium est litem habentes ad pacem reuocare. 90. dist. placuit.

Quod lis iudicialis debet cõtestari. 3. quæsti. 3. induciæ. §. libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de Contentioso.

Litteræ. Quod commendatitiæ litteræ vocantur. 73. dist. §. 1.

Quod non de facili episcopus dimissorias litteras clerico dare debet. 72. dist. episcopus. 19. q. 2. duæ.

Quod clericus vnius episcopi ab alio episcopo propter hospitalitatis causam non est suscipiendus, nec ordinandus, nec in beneficio est instituendus. 71. distin. per totum.

Quod extraneo clerico sine commendatitiis litteris sui episcopi non licet ministrare. 81. dis. extraneo.

Quod nullus peregrinus clericus absque formata in alia diœcesi suscipi debet. 71. distinctione nullum.

Quod iuxta statuta Nicæni concilii olim formatæ habebant inter positas Græcas litteras, ne de facili falsificarentur. 73. dist. sanctissimo.

Quod exemplar litteræ dimissoriæ vel formatæ ponitur. 73. distin. in nomine. §. 1. & c. seq.

Locutio. Quod locutio est duplex, videlicet Dei, & hominis. de conse. dist. 5. c. vlt.

Quod locutio Dei nõ est secundum modum locutionum hominis, sed inspiratio qua voluntatem suam ingerit in corde credentium. de consec. dist. 5. c. vlt.

Quod locutio hominis ideo est instituta, vt cogitationes suas in alterius notitiam proferat. 22. q. 2. is autem.

Quod locutio hominis debet esse sana, vt fidem consolidet. 45. dist. c. vlt.

Item debet esse cauta, vt ordinate loquens vulnere erroris corda audientium non feriat. 43. dist. sit rector circa med.

Item debet esse discreta, ne tacenda proferat, & proferenda reticescat. 43. distin. c. sit rector. 22. q.

22.q.vlt. quoties.

Item debet esse ponderosa, vt loquendo nullum lædat. 50. dist. ponderet.

Item debet esse vera, vt sicut gerit mente, sic loquatur ore. 22. q.5.iuramenti.

Item non debet esse otiosa, quia de omni verbo otioso reddenda est ratio. 22. q.vlt. quoties.

Item non debet esse maledicta, quia sæpe maledictio reuertitur in illum qui eam mittit. 11. q.3.illud.in fin.24.q.3.qui negligunt.

Item non debet esse detractotia. 6.q.1. sunt plurimi, & duobus c.seq.

Locus. Quod locus nõ sanctificat hominem sed homo locum. 40.distinct. multi.

Quod non sanctorum filii sunt qui tenẽt loca sanctorum, sed qui imitantur opera eorũ. 40. dist.non est.

Quod qui præsunt non ex locorum dignitate, sed honoris nobilitate innotescere debent. 40.dist.nos qui.

Quod non loca homines Deo proximos faciũt, sed bona merita. 40.dist.non loca.

Quod miserabilis est rector qui gubernaculi locũ occupauit, & remum tenere non nouit. 40.dist.ante omnia.

Quod qui locis & temporib.conueniat diligenter est attendendum. 41.dist.quisquis.

Quod non ideo approbanda est consuetudo mala: quia locus bonus est: quia non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. 12.dist.nouit.

Quod quantumcunque sunt occulta loca sine gratia saluare non possunt. 40.dist. quælibet. Vbi nota exemplum de angelo & de cœlo, & de Adam & paradiso, de Loth & de monte.

Quod in hoc quod Adam propter peccatum de paradiso eiectus est, innuitur quod propter peccatum meretur quis nobili loco priuari. 40.dist. Adam.

Quod quandoque prodest cõuersis mutatio loci, quia plerunq; dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. 86.dist.fratrem. & 81.dist.valet.

Quod non expedit locum visitare in quo quis peccauit: ne facti memoria reuocetur. 81.dist. valet.15.q.1.mulier.

Quod loca in nomine domini ędificata sunt honoranda. 41. dist.parsimoniam.

Quod locus tutus pro discussione causæ debet assignari.33.quæstio.2.siue.& 3.quæst. 9. hortamur.

Quod his qui in peccato mortali decedunt, sacra loca pro sepultura non prosunt. 13.quæstione 2.quibus.

Quod qui in peccato mortali moriuntur, ad maiorẽ cumulum damnationis in sacris locis sepeliuntur. 13.q.2. cũ grauia.in fin.

Quod in pœnitentia vel cum leuibus peccatis decedentibus prodest in sacris locis sepeliri. 13.q.2.cum grauia.

Loculus. Quod loculus est diminutiuũ loco & quandoque poni-

tur pro praua bursa, quam & Christus habuit pro expensis reponēdis. 12.q.1. exēplū.

Quod Christus loculos suos opibus aliorum implebat vt indigentibus distribueret. 23.q.4. duo ista.

Item ideo loculos habuit, vt innueret ecclesiam suam loculos habituram. 12. quæstio. 1. exemplum.

Lodouicus. Quod Ludouicus Imperator primus confirmauit Paschali Papæ donationē Romanæ ciuitatis cum pertinentiis, & totum patrimoniū sancti Petri, & electionē summi Pontificis liberam fieri a Roman. 63. dist. ego Ludouic.

Item quod nullus possessor de agro ecclesiæ debet censum persoluere. 23.q.8. secundum.

Loth. Quod quia Loth per hospitalitatis opera Deo placuit, angelos recipere meruit. 42. dist. §. 1.

Quod Loth ideo filias suas pro angelis Sodomitis obtulit vt hospitalitas non violaretur, & maius peccatum vitaretur. 32. q.7. offerebat.

Quod filiæ ipsius Loth patrē inebriauerunt vt ei commiscerentur. 35. dist. sexto die.

Quod ideo Loth filiæ ipsius accubuerunt, quia totum genus humanum submersum, & se causa propagationis seruatas crediderunt. 32. q. 4. dixit.

Quod non semper solitaria loca prosunt, quia Loth in ciuitate iustus fuit, in monte solitarius peccauit. 40. distinctione qualibet.

Lucrum. Quod lucrum non debet ecclesia quærere cū damno aliorum. 12.q.2. si aeternitas. & q.5. c. penult.

Quod Christus deflet ecclesiam, quæ facta fuerat domus orationis, & propter turpia lucra facta est domus latronum. 16. quæst.7. & hoc diximus. post medium.

Quod simonia est sacramenta pro lucro temporali conferre. 1.q. 1. si quis episcopus.

Quod qui seruit Deo amore lucri tēporalis, mercenarius est. 8.q.1. sunt in ecclesia.

Quod nemo in electione prælati speciale lucrum, sed bonum commune debet prospicere. 8.q.2. dilectissimi.

Quod Christus prælatos oues pascere docuit, non terrenis lucris delectari. 16.q.1. nulli. & c. sequen.

Quod prælati debent lucris intēdere animarum, non temporalium rerum. 16.qō.1. prædicator.

Quod exceptis Iudæis, si aliorum infidelium colloquia & mensam vitamus, Christo eos lucrari non possumus. 23. qō. 4. infideles.

Quod clericus turpia lucra exercens debet deponi. 13.qō. 4. si quis oblitus. & 6. cap. sequentibus.

Quod an quæstus honestus vel inhonestus sit qualitas lucri, negotiantem aut excusat aut accusat. de pœniten. distin. 5. qualitas.

Quod

Quod res restituuntur hæredibus quando quis ex circũuentione lucri ad religionem reci pitur. 16. q. 7. constituit.

Quod turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plus vendat. 14. q. 4. quicumque tempore.

Quod cum peccatis homines ali qua lucrantur, ea pauperibus iuste erogãtur, sicut mathema ticus futura prædicando, vel meretrix turpia exercẽdo. 14. q. 5. qui habetis.

Quod de malo lucro vbi compe tit repetitio, eleemosyna vel oblatio fieri non debet. 14. q. 5. per totum.

Quod medicus vel seruus lucrũ suum ab inuito detentore non iniuriose recipit. 14. qõ. 5. non sane.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

Lucifer.

Quod lucifer dicitur principium viarum Dei. de pœn. dist. 2. c. principium.

Item dicitur Beemoth.

Item dicitur Cherub, quasi plenitudo sapientiæ.

Quod lucifer non ad Dei similitudinem sicut homo, sed signa culum similitudinis Dei creatus asseritur, quasi magis ei aliquid tributum sit, vt quo sub tilior est natura, eo in illum similitudo Dei plenius credatur expressa. de pœn. dist. 2. iuxta finem. c. multi. §. hinc enim responsum.

Quod Deus fecit eum eminentiorem ceteris angelis.

Item fecit eum speciosum in mul tis condensis frondibus.

Quod cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei.

Quod omne lignum pretiosum paradisi Dei non est assimilatũ ei & pulchritudini eius.

Quod protegens & extentus in monte sancto Dei fuisse perhibetur.

Quod omnis lapis pretiosus operimentum eius fuit.

Quod omnes angelos quasi vestem & ornamentum suum habuit.

Quod in medio lapidum ignitorum perfectus ambulauit.

Quod lucifer quia magnus sine comparatione creatus est, ideo peccans sine venia damnatus est. de pœ. dis. 2. principiũ.

Luctus.

Quod tempus luctus legis tẽpore, alii vsq; ad tricesimum diem, alii vsque ad quadragesimum obseruabant. 13. q. 2. quia.

Quod femina intra tempus luctus nubens, secundum leges ciuiles infamis est, sed non secundum canones. 2. q. 3. Euphe mium. §. proximo. in fin.

Quod fideles mortui non sunt lugendi, cum sciamus eos non amitti, sed præmitti. 13. qõ. 2. quam præposterum.

Quod lugere mortuos non prohibemur ex pietate, sed ex resurrectionis desperatione. 13. q. vlt. vbicumque. & duobus c. seq.

Quod doctrina schismaticis panis luctus dicitur. 1. q. 1. dominus declarauit.

Ludus.

Quod ludus & saltatio in sanctorum solennibus præcipue diuina

officia obstrepens est irreligiosus. de consecrat. distinct. 3. irreligiosa.

Quod vere pœnitens debet se cohibere a ludis sæculi & a spectaculis. de pœnite. distinct. 5. §. 1. in fine.

Quod ad ordines non debent promoueri qui ludis turpib. deseruiunt, 33. dist. maritum.

Quod episcopus vel presbyter, vel diaconus ludo deseruiens nisi desinat, est deponendus. 35. distinct. episcopus. & 64. dist. clericum.

Quod an ludendo sub certa formo baptizati debeant pro vere baptizatis haberi. 1. q. 1. spiritus. §. ecce. de consecrat. dis. 4. solet quæri.

Lupus. Quod lupus dicitur pastor mercenarius, cui non est cura de ouibus. 23. q. 4. tres.

Quod lupi dicuntur laici subditi, qui aliquando dicuntur oues. 83. dist. nihil. 2. q. 7. oues.

Quod lupi dicuntur dæmones & hæretici. 81. distin. oportet. & 43. dist. §. 1. & c. seq.

Quod lupi arcendi sunt latratu canum, & baculo pastorum. 43. dist. §. 1.

Quod qui propter timorem recta loqui pertimescit; hic velut mercenarius veniente lupo fugit. 43. dist. sit rector.

Quod nullus pastor placere lupis & ouibus potest. 83. distin. nihil.

Quod illo pastore nihil est miserabilius, qui luporum gloriatur laudibus. 83. dist. nihil.

Quod sicut lupus frustatim comedit agnum, sic mali pastores successiue consumunt bona ecclesiastica. 13. q. 1. c. 1. ante med.

Quod ideo ad sedem apostolicā est recurrendum per appellationem, ne lupi, qui sub specie ouium intrant bestiali sæuitia quosdam lacerare præsumant. 2. q. 6. decreto. in fin.

Lux. Quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras. de pœn. distin. 1. resuscitatus. §. si autem.

Quod lux mundi sunt sacerdotes. 93. dist. sacerdotes.

Quod lux veritatis illi subtrahitur qui arrogantia sapientiæ seu iustitiæ velut albugine oculi excæcatur. 49. distin. hinc etenim. circa med.

Quod licet omnis qui male agit odit lucē, & quærit tenebras, Dei tamen oculos cuncta perspicientes latere nō potest. 18. q. 2. perniciosam. de pœn. dis. 1. porro. §. si ante.

Quod cum factum notorium inculpatur, luce clarius constare dicitur. 7. q. 1. sciscitaris.

Luxuria. Quod luxuria inter alia peccata maxime templum Dei (id est corpus humanum) polluit. 32. q. 7. non solum.

Quod luxuria fomentum recipit a vino: ideo dicitur. Nolite inebrari vino, in quo est luxuria. 35. distin. vinolentum. & duobus c. seq.

Quod pauci inueniuntur sine carnis luxuria. 50. dist. quia sanctitas tua. ante fin.

Quod

Quod luxuria sapientes infatuat. exemplum de Salomone. 32. quæst. 4. Salomon. 3. quæst. 7. sacerdos.

Item sanctos prosternit. Exemplũ de Dauid. de pœniten. disti. 3. septies. §. Dauid quoq;. 3. q. 7. sacerdos. §. item Dauid.

Item fortes vincit. Exemplum de Sampsone. 23. quęst. 5. si non. ante fin.

Item iugum scabiem habet cui carnis luxuria sine cessatione dominatur. 49. distinct. hinc etenim post med.

Quod delectatiõi luxuriæ diuersæ turpitudinis voluptates iunguntur. 32. quæst. 7. non solũ.

Quod nomine luxuriæ omnis inordinata pollutio intelligitur. 32. q. 4. in eo.

De diuersis modis & gradibus luxuriæ. 22. quæst. 7. quemadmodum. §. 1. 27. quæstione 1. nec aliqua.

Quod solo consensu mentis sine tactu corporis luxuria exercetur. 32. q. 5. nec solo.

Quod cum luxuria in cognitione non reprimitur, etiam in actione dominatur. 46. distin. hinc etenim. post med.

Quod excellentia episcopi vel presbyteri vilificatur dum voluptatibus luxuriæ coninquinatur. 32. dist. c. 1. in fin.

Quod episcopus vel sacerdos luxuriosus dignitate officii est puniendus. 15. q. 8. hi qui.

Quod abusus luxuriæ grauior est cum propria vxore quam cũ meretrice. 32. q. 4. origo. & qõ. 7. adulterii.

Quod femina præter coitum debitum ex diuersis partibus corporis corrumpi potest, sicut per oscula, & similia. 27. qõ. 1. nec aliqua.

Quod aliquæ excedunt pecora in libidine, quia pecora post conceptum coitum non admittunt. 32. q. 7. non solum. & q. 4. origo, in fin.

Quod crudelis libido reputatur, vbi propter luxuriam sterilitatis venena procurantur. 32. q. 2. aliquando.

Quod luxuria plus iuris habet aliquãdo quam castitas. 43. dist. fraternitas.

De hac materia habes vbi agitur de Fornicatione, & Castitate, & Pollutione.

M*aceratio.* Quod maceratio carnis vt eius cõcupiscentia compescatur, consistit in ieiuniis & vigiliis, & laboribus, & castigationibus. 32. q. 5. si Paulus.

De materia habes vbi agitur de Abstinentia, & de Ieiuniis.

Macula. Quod macula corporis notabilis remouet a ministerio altaris. 49. dist. hinc etenim. 1. q. 1. sacerdotes.

Quod ecclesia Christi est sine ruga & macula. 32. q. 4. recurrat. in fin. & 24. q. 1. omnibus.

Quod sicut per vnum membrũ macula in omne corpus diffunditur, sic in omnem ecclesiam videtur diffundere qui corpus suum maculat. 26. qõ.

2.sed & illud.

Quod sacramenta ecclesiæ per malos ministros maculari nõ possunt.1.q.1.sic autem,

Quod sedes Romana semper mã sit extra maculam hæreticæ prauitatis. 24. quæstio. 1. in sede.

Quod macula discordiæ vel odii perseuerans nec passione nec morte pro nomine Christi suscepta purgatur, nec sanguine abluitur. 90. distincti.neq;.

Magister. Quod magister nullus debet esse prius, quàm discipulus. 16.q.1.si clericatus. 61. distinctio.miserum.

Quod ideo neophyti prohibentur ordinari, ne fiant magistri antequã fuerint discipuli. 48. dist.§ 1.

De hac materia habes vbi agitur de Discipulis.

Quod magistros & doctores episcopi congruis constituant locis, qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant. quia in his maxime diuina manifestantur atque declarantur mandata.37.dist.de quibusdam.

Quod magistri imperiti iniuriã faciunt cathedræ.40.distinct. multi.

Quod magistris imperiti non sunt præferendi.61.distinctio. statuimus.

Quod magistro impunitas debetur si causa correctionis discipulum verberet. de pœn.dist. 1.§.3.& c. aut facta.

Magus. Quod magi sũt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinẽ nuncupantur. 26. quæst.5.nec mirum.

Quod magi tria munera obtulerunt domino; in quibus tres partes philosophiæ intelligun tur, videlicet moralis, naturalis, & rationalis.37.disti.legimus.§.hinc etiam filius.

Quod ars magorum inuenta est ex traditione malorum angelorum.26.q.2.qui sine.

Quod præstigia magorũ nõ possunt turbare mentes bonorũ, qui talia non credunt, sed mentes infidelium. 26. quæstione 5. nec mirum.

Quod & in nouarum formarum & in consimilium repræsentatione fictionẽ habent, & non veritatem. 26. quæstio. 5. nec mirum.

Quod magi plus facere non possunt nisi quantum Deus permittit. 26.quæstio. 5. nec mirum.ante medium.

Quod ideo hanc artem permittit Deus vt homines qui in fide firmi sunt, probentur. & mali qui mendacio credunt, per sua desideria seducantur. 26. q. 5. nec mirum.

Quod cum hæc ars prohibita sit, qui ipsam sectãtur, vel qui credunt talibus, perpetuæ damnationis interitum incurrũt. 26. q. 2.qui sine.

Quod absurdum est Samuelem tam sanctum virum credere magica arte per Pythonissam suscitatũ, sed potius Saul exigentibus peccatis per diaboli fallaciam illusum. 26. q. 5.nec mirum.

De

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus, & Incantationibus, & vbi agitur de Diuinationibus.

Maior. Quod maior apud Deum est ille qui est iustior. 40. dist. multi. in fi.

Quod maioritas inter homines attēditur diuersis respectibus: videlicet inferior ad superiores in obsequio & honore exhibendo, sicut acolythi subdiaconibus, vt supra dist. 93. a subdiacono.

Item in obediendo, quia nullus est qui nō teneatur alicui obedire, alioquin acephalus esset. 93. dist. nulla. & c. seq.

Item in sedendo & stando, quia in talibus presbytero diaconus (nisi sit legatus) non debet se præferre. 93. dist. vlt. & supra eod. c. peruenit. in fin. & c. seq. & c. nonnulli. & c. legimus. in fin.

Item in benedicēdo, quia minor a maiore benedicitur. 21. dist. denique.

Item in sacramenta conferendo, quia præsente presbytero diaconus non debet sacramenta conferre. 93. distin. diaconi. & c. peruenit. & c. præsente.

Item in reuerentiam impendendo, sicut tenetur filius patri, & vxor viro. 33. q. 5. est ordo.

Quod est maioritas respectu dignitatis officii, & sanctitatis meriti, 2. q. 7. Paulus Petrum.

Quod Petrus inter apostolos dignitate officii maior fuit. 2. q. 7. Paulus. §. hoc. & cap. puto.

Quod Cyprianus martyr quantū ad martyrium Petro comparatur. 2. q. 7. puto.

Quod licet episcopus iuxta vocabulum sit maior presbytero; Augustinus tamen minorem se Hieronymo profitetur. 2. q. 7. quamquam.

Quod seruus Christi non quærit quomodo aliis maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur. 40. dist. multi. & 93. distin. diaconi sunt. ante medium.

Quod iustitia est vt maiori seruiat minor. 33. q. 5. est ordo.

Maledictio. Quod maledictio ē duplex, s. Dei, & hominis. 24. q. 3. Deus quando.

Quod Dei maledictio designat meritū eius cui maledicitur. 24. q. 4. Deus quando.

Quod solus Deus iuste maledicit, quod ipsum non fallit peccati qualitas nec peccātis affectus. 24. q. 3. Deus quando.

Quod exemplo angeli qui diabolum maledicere noluit, homines a maledictis puri esse debent. 24. q. 3. si igitur.

Quod maledictio in ore clerici vituperatur & punitur. 46. distin. clericus maledicus.

Quod illa maledictio prohibetur quæ procedit in zelo vltionis, non ex zelo iustitiæ. 24. q. 3. cum ergo. §. proxi.

Quod criminosus sententia maledictionis est feriēdus. 24. q. 3. certum. & c. seq.

Quod qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare, etiam si non corde maledicant, in quinamentum oris sui in-

currunt. 24.q.3. qui negligūt.

Quod maledictum frustra prolatum frequenter in maledicentem reuertitur. 11. quæstione 3. illud. in fine.

Quod maledici regnum Dei nō possidebunt. 14.q.3. certum.

Quod sancti cum maledicunt, non maledicunt zelo vltionis, sed iustitiæ. 24. quæstione 3. cum sancti.

Quod cum maledicimur de quo conscientiam non habemus, non tristari sed potius lætari debemus. 11. quæst. 3. inter verba. & duob. cap. seq.

Malefici. Quod malefici & magi, & incantatores, & diuinatores pro eodem accipiuntur. 26.q.4. igitur. & q.5. si quis episcopus.

Quod vbi per maleficium Deo permittente occulto iudicio, & diabolo præparante concubitus non sequitur, ad Deum per humilem cōfessionem est recurrendum. 33.q.1. c. vltim.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus: & vbi agitur de incantationibus, & de Magis.

Malum. Quod malū est duplex, videlicet pœnæ, & culpæ. 15.q.1. illa.

Quod malū pœnæ non proprie malū dicitur, mala enim non sunt quæ nec crimine mentē implicant, nec conscientiam ligāt, sicut paupertas, ægritudo & aliæ pœnalitates. 15.q.1. illa.

Quod ideo Deus malum pœnæ homini reliquit, vt ex hoc humiliaretur, & materiam haberet exercitii. de pœn. distin. 1. medicina. in fin.

Quod de malo pœnæ bonū fit, cū pauperibus distribuitur, ꝙ cum laboribus & sudorib. acquiritur. 14.q.5. qui habetis,

De hac materia require infra vbi agitur de Pœna.

Quod malum culpæ propriē dicitur malum, videlicet peccatum voluntarie commissum. 15.q.1. illa.

Quod mala culpæ non sunt faciēda vt bona sequantur. 14.q.5. per totum. 22.q.2. is autem. & c. ne quis. & c. faciat.

Quod de malo culpæ bonum fit quando de turpi lucro vbi nō competit repetitio, fit eleemosyna. 14.q.5. qui habetis.

Quod inter duo mala culpæ minus eligendum est, vbi necessitas vnum perpetrare compulit. 13. dist. duo. & c. seque. in fi. 22.q.4. quod Dauid. & cap. si aliquid. & duobus c. seq.

Quod innocens nec facit malū, nec approbat factum. 23 q. 4. ita. & c. seq.

Quod sic sunt in ecclesia homines mali, sicut sunt humores mali in corpore. de conse. dist. 4. est vnitas.

Quod duobus modis non te maculat malus, videlicet si non consentis, & si redarguis. 23.q. 4. a malis.

Quod sicut zizaniam a frumento difficile est segregare, sic in hac vita malos a bonis. 23.q.4. quantus.

Quod quamdiu mali per iudicium

cium ecclesiæ non publicantur tolerari debent. 2. quæst. 1. multi. circa princip. 15. quæst. vltim. c. vlt.

Item tolerandi sunt & associandi quamdiu de ipsorum correctione non desperatur. 23. qō. 4. cap. 1.

Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt, ne forte eradicando zizaniam eradicetur & triticum. 11. qō. 3. nolite. 2. quæstio. 1. multi, in princip.

Item tolerandi sunt ne ex turbatione ipsorum pax generalis ecclesiæ concutiatur. 23. q. 4. tolerandi. & c. quid ergo. & c. quisquis.

Quod bonus malũ tolerare debet, quia & Christus Iudam malum tolerauit. 23. quæst. 4. tu bonis.

Quod qui malum non tolerat, ipse sibi testis est quia bonus non est. 23. quæst. 4. hæc autẽ vita.

Quod si malos Christo lucrifacere volumus, exẽplo Christi, cum ipsis habitare debemus. 2. q. 1. multi.

Quod propter malos boni non sunt deserendi. 7. q. 1. aduersitas.

Quod ideo propter bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam area non est relinquenda: nec propter pisces malos retia sunt rumpenda. nec propter hœdos in fine separãdos grex Domini est deserendus. 24. quæstione prima. quisquis.

De malo culpæ habes vbi agitur de Peccato.

Manna. Quod manna fuit figura corporis Christi, quia sicut illud elementum cœleste æqualiter singuli colligebãt, sic cœlestem gratiam postmodum secuturam ęqualiter omnibus diuidi præfigurabat. de conse. dist. 4. nec quemquam.

Quod sicut potior est lux quàm vmbra, veritas quam figura, sic corpus Christi dignius est manna de cęlo. de consec. dist. 1. reuera.

Quod manna fuit de cœlo, corpus Christi super cœlum. de consec. dist. 2. reuera.

Quod manna fuit corruptioni obnoxium si in alterum diem seruabatur. istud enim est ab omni corruptione alienũ manens in æternum. de consecra. dist. 2. reuera.

Manumißio. Quod manumissio dicitur qđ hi qui sunt sub iugo seruitutis, manumittentis beneficio libertati redduntur. duodecima qō. 2. cum redemptor.

Quod manumissio per epm̃ sic dẽt fieri, vt semper manumissi patrocinium ecclesiæ recognoscant. 12. qō. 2. episcopus quĩ mancipium.

Quod successor episcopi prædecessoris sui manumissionem non debet infringere, 12. q. 2. si quos.

Quod manumissus de collegio non tenetur ad reuerentiã singulis de collegio, sed vniuersi-

tati, immo singulos potest in ius vocare.12.qō.2.episcopus qui.§.si vero.

De hac materia habes vbi agitur de Libertate & de Libertis.

Manus impositio. De manus impositione habes vbi agitur de impositione.

Marcus. Qđ Marcus Euangelista discipulus beati Petri Alexandrinam fundauit & erexit ecclesiam.24.qō.1.cum beatissimus.22.dist.sacrosancta. 93. dist.legimus.post med.

Margarita. Quod margarita ante porcos mittitur, quãdo indignis verbum Dei proponitur.11.q.3.nolite recedere. & c. seq.

Quod margaritę ante porcos & canes mittuntur, quando de tractotibus & immundis ecclesiastica sacramẽta committuntur. 44. dist. in mandatis. de pœn.distin.1. nonnulli.§.item his.

Maria. Quod Maria vere vouit virginitatẽ perpetuam, nisi Deus aliter reuelasset.27. qō. 2. ca. sufficiat. post medium.

Quod Maria desponsata fuit Ioseph, sed numquam ab eo cognita.27.q.2.ꝙ aũt.circa fin.

Quod ideo desponsata fuit Ioseph, vt virginitas eius diabolo occultaretur, & virginitate sua falleret principem mundi. 27.quæstione 2.inuenta.& 32. q.2.c.1.

Quod Maria virgo concepit, & virgo peperit.27.q.1.nuptiarum.ante fin.

Quod Maria genuit Deum & hominem, non tantum hominẽ, sicut dicit Nestorius, qui aliã personam fecit carnis, aliã diuinitatis.16.dist. prima autẽ. §.tertia in Epheso.

Quod tempore passionis Maria commendata fuit Ioanni.27. q.2.quod autem.§.seq.

Quod Maria & Ioseph in virginitate vterque permansit. 27.q. 2.beata Maria.

Martyriũ. Quod martyriũ pro Christo nõ a nobis, sed ab aliis libenter debemus suscipere.23.q.5. non est nostrum. & q.8.conuenior.circa prin.

Quod nulli in persecutionibus licet propria interire manu, nisi vbi castitas periclitaretur. 23.q.5.non est nostrum.

Quod non computantur in numero martyrũ qui seipsos qualicumque intentione voluntarie interimunt. 23.q.5.tu dixisti.& c.placuit.

Quod non pœna, sed causa facit martyrem. de conse. distin.4. baptismi.exemplum ibi de latrone.

Quod effectus martyrii pro nomine Iesu susceptus implet vicem baptismi. de consec. dist. 3.baptismi. & capit. catechumenum.

Quod qui pro nomine Christi martyrizantur, absque dubio vitam æternam consequũtur, 15. quæstio.1.merito.§.firmissime.

Quod

Quod in seruis Christi etiam si affectus martyrii ad effectum non deducatur, ipsa sola voluntas coronatur. de pœn. dist. 1. numquid Cain.

Matrimonium.

Quod matrimonium est duplex, videlicet spirituale, & carnale. 26. q. 2. cum societas.

Quod matrimonium carnale est viri mulierisque coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. 27. q. 2. §. 1.

Quod matrimonium fuit primo in paradiso institutum. 32. q. 2. sicut §. 1. & seq.

Quod fuit institutum ante peccatum in humani generis propagationem, post peccatum in infirmitatis remedium. 32. q. 2. quidquid.

Quod matrimonium est bonũ, & sine peccato exercetur ꝙ Dei præcepto perficitur. 26. distin. deinde. in fin.

Quod consensus in carnalem copulam facit matrimoniũ. 27. q. 1 §. 1. & 5. c. seq.

Quod matrimonium aliud est legitimum & non ratum, aliud ratum & nõ legitimum, aliud legitimum & ratum. 28. q. 1. si quis Iudaicæ. §. seq.

Legitimum matrimonium est ꝙ legali cõstitutione vel prouinciæ moribus contrahitur, hoc est apud infideles, licet non sit ratum, quia soluitur quando placet. 28. quæstio. 1. si quis Iudaicæ. §. seq.

Ratum matrimonium apud fideles est, quando sine solennitate solo affectu cõtrahitur, quorum matrimonium semel initum vlterius solui non potest. 28. q. 1. si quis Iudaicæ §. seq.

Legitimum & ratum est quando vxor a parentibus traditur, a sponso dotatur, & a sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur 28. q. 1. si quis. §. sequen. in fin 30. q 5. per totum. vsque ad c. nullum.

Quod triplex est bonum matrimonii, fides, proles, & sacramẽtum. 27. q. 2. omne. 32. q. 2. sicut. in fin.

Hoc triplex bonum fuit in parentibus Christi, proles fuit ipse Christus, fides quia nullum ad ulterium, sacramentum quia nullum diuortium. 27. quæst. 2. omne.

Quod prima causa matrimonii debet esse intentio prolis. 32. q. 2. pudor.

Item alia causa vitatio fornicationis. 32. q. 2. sicut. §. seq. & ca. quidquid.

Quod propter intentionem prolis coitus excusatur, & propter bonum matrimonii. 32. q. 2. solet quæri.

Quod an in matrimonio dum contrahitur vel exercetur, nõ confertur gratia, & propter hoc in ipsius contractu pretia interueniunt. 32. quæstione 2. connubia.

Quod ipse Deus est defensor & custos matrimonii. 32. q. 4. nemo. in fin.

Quod damnans matrimonium anathematizatur. 30. distin. si qua mulier. & duobus c. seq. & c. si quis nuptias.

Quod secundæ nuptiæ dissuadẽ-

tur.31. q.1. de his. & duobus c. seq.

Quod secundæ, tertiæ & vltimæ nuptiæ non condemnantur. 31 q.1. aperiant.

Quod secundæ nuptiæ non debent benedici.31.quæstione 1. de his.

Quod olim licuit sacerdotibus in matrimonio ante contracto stare, sicut & modo apud Græcos stant & filii eorum reputabantur legitimi. 56. dist. Cenomanensem.

Quod ordinatis in matrimonio contracto non licuit, nec apud Græcos licet secundas nuptias facere propter notam bigamiæ.33.dist. si quis post.

Quod puellam quæ per verba de præsenti alteri contraxit, alter ducere non potest.27.q.vlt.c. vltim.

Quod modus contrahendi matrimonium ponitur. 30.qō.5. aliter.

Quod multa sunt quæ in contractu matrimonii sunt attendēda. 30.q.vlt.aliter. & c. qualis. & c.seq.

Quod velum, annulus, & alia quę exhibentur dum feminæ maritantur, singula specialem habent significationem.30.q 5. fœminæ.

Quod sine dote si potest haberi non debet contrahi matrimonium.30.quæst.5.nullum sine dote.

Quod clandestine non debēt matrimonia contrahi: & licet in foro conscientiæ ligent, in iudicio tamen ecclesiæ pro infectis habentur.30.q.5.per totū.

Quod matrimonium non potest contrahi ad tempus.32.qō.2. solet quæri.& c.seq.

Quod a septuagesima vsque ad octauam paschæ, & tribus hebdomadis ante festum Ioan. Baptistæ, & ab aduentu Domini, matrimonia non debent solemniter contrahi.33.q.4. nō oportet. Vide Concil. Trid. de hac re.

Quod in matrimonio constituti certis temporibus debēt a coitu abstinere, videlicet tempore communicationis.33.quæstio.4.c.1.

Item in die Natiuitatis Christi, & in aliis festiuis diebus.33. q. 4.quotiescunque.

Item in tempore ieiuniorum.33. quæstio. 4. si causa.& duobus c.seq.

Item tempore conceptus, & ablactationis pueri.5. dist. ad eius vero concubitum.

Item tempore menstruorū. ibi.

Quod tamen continentia non debet fieri ab vno sine consensu alterius. 33. q. 4. apostolus. & cap.seq.

Quod matrimonium contrahendum impeditur per errorem personæ, vt si putatur esse Virgilius, & est Plato.29. quæst. 1.§.1.

Item per errorem conditionis: vt quando putatur esse liber, & est seruus.29.q.1.§.1.

Item per iustitiam publicæ honestatis.27.q.2.qui desponsatam.35.q.3. porro.

Quod non debet contrahi cum hæretica & infideli persona. 28.q.1.caue.& duobus c.seq.

Item

Item nec cum consanguinea.3. q.1.c.1.§. his ita.

Item nec cum affine.27.q.2.qui desponsatam,in fine. & 35.q. 2.nullum.& cap.æqualiter.& pluribus c.seq.

Item nec cum moniali.27.q̃.r. hi ergo.& duobus c.seq.36.q. 1.raptores.

Item nec cum diaconissa.27.q.1. diaconissam.

Item nec cum religionem professis, vel in sacris ordinibus constitutis.27.q.1.vt lex.27. dist.presbyteris.

Item nec cum furiosis & dementibus nisi habeant lucida interualla, vel nisi furiosus vel furiosa cõtraxerit: tales enim non sunt separandi. 32.q̃.7. neque furiosus.

Quod vno coniuge viuo quantocumque tempore absente alter contrahere non potest. 34.q.vlt.si quis necessitate.

Quod si credens mortuum contrahit,non adulteratur,sed redeuntem tenetur recipere.34. q.1.c.1.

Quod dubitans mortuũ, si contrahit, licet non debeat contrahere, debet tamẽ debitum reddere quousque certificetur 34.q.1.c.1.

Quod si non credens mortuum, & tamen est mortuus,contrahit, non separatur, sed pœnitentia tamquam pro adulterio imponitur.arg. 22.q.2. homines.

Quod si post duorum fidelium coniunctionem in aliquo ipsorum hæresis superuenerit, alteri propter hoc non poterit copulari. 28. quæst. 2.cap. vlt.§.vlt.

Quod separatus ob fornicationem viuente reliquo non potest cum altera copulari. 32. q.7.cap.1.& octo c. seq.& c. hi vero.

Quod nemo cogendus est ad matrimonium, & coactus separatur.31. quæstione 2.si verum.& cap. sequen.32.q̃.2. cap.vlt.

Quod presbyter vxorẽ ducens, ab ordine debet deponi. 28. dist. presbyter.

Quod nec Latini nec Græci in sacris ordinibus possunt contrahere, sed volentes Græci vxores habere, in minoribus constituti contrahunt, & sic in matrimonio vlterius promouentur.31. distinctio. Nicæna.

Quod ducens in vxorem quam prius habuit concubinam etiam virginem, non videtur posse promoueri.32.dist. maritum.& 34.dist. præcipimus. & 30.q.5.qualis.

Quod vxor promoti ad sacros ordines ipsa cõsentiente non potest etiã ipso mortuo matrimonium contrahere. 28. dist. quia sunt.

Quod error fortunæ vt cum putatur diues qui pauper est, nõ impedit matrimonium. 29. q.1.§ 1.

Item nec error qualitatis,vt cum putatur quis bonus qui malus est.29.q.1. §.1.

Quod post pœnitẽtiam cum illa potest contrahere quam prius polluit per adulterium, nisi in

morte viri machinatio, vel fides adultera data fuit cum effectu. 31. q. 1. c. 1. & c. denique. & quattuor c. seq.

Quod fidelis dimissus ab infideli non baptizato non impeditur contrahere cum alio. 28. q. 2. c. vlt.

Quod cum filio matris spiritualis potest contrahi matrimonium: & pater cum filia carnali filii spiritualis, sed filius cũ filia patris sui non potest, quia cognatio spiritualis descendit a patre in filium, non ascendit a filio in patrem. 30. quæst 3. cap. vlt.

Quod filii possunt contrahere cũ filiabus compatrum, excepta illa, mediante qua contrahitur cognatio spiritualis. 30. q. 3. super quibus.

Quod propter incestum efficitur quis indignus ad matrimonium contrahendum, sed post pœnitẽtiam potest cum talibus dispensari. 32. quæst. 7. quædam. & quinque c. seq. 33. quæst. 2. si quis cum duabus. & c. seq.

Quod vxoricidia sine dispensatione non potest contrahere. 33. quæst. 2. interfectores. cap. admonere. & c. si quid. & cap. sequen.

Quod dispensatur in matrimonio circa gradus a canone prohibitos. 35. quæst. 3. quædã le x. & cap. seq. & q. 8. de gradibus.

Quod de consanguinitate gradus distinguuntur. 35. qõ. 5 per totum.

Quod gradus affinitatis exprimuntur. 35. quæstione quinta. porro.

De statu cõiugum in matrimonio.

Quod prima nocte coniuges debent abstinere propter reuerentiam sacerdotalis benedictionis. 23. dis. sponsus. 30. q. 5. sponsus.

Quod non debent se coniuges libidinose diligere. 32. quæst. 4. origo.

Quod cum commiscetur quis in matrimonio causa prolis procreandæ, non est peccatum. 25. distinctio. vnum. §. alias, ante fin.

Item causa reddendi debitum non est peccatum. 27. quæst. 2. situ.

Item causa fornicationis vitandæ, & est veniale peccatũ. 32. q. 2. quidquid. 33. qõ. 2. in adolescentia. & quæst. 4. vir cum propria.

Item cum causa libidinis explendæ tamquam cum adultera vel cum meretrice est peccatum mortale. 32. qõ. 4. origo. & cap. liberorum. Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonii. 32. q 7. adulterii.

Quod abstinentia imputatur ad peccatum si propter hoc alter coniugum in peccatum labitur. 27. q. 2. situ.

Quod vxor marito leproso vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitam tenetur. 32. qõ. 5. horrendus. & c. seq.

Quod

Quod vnus sine alterius voluntate continentiam vouere non potest.33.q.5 2.c.1.& 5.c.seq.

Quod nec potest religionem ingredi nisi propter fornicationem vnus ab altero per sentẽtiã episcopi sit separatus. 27. quæst. 2.sunt qui. & septem c. sequen.

Quod consentiens vouenti & nõ vouens non potest cum altera contrahere nisi post mortem vouentis. 27.q.2. si quis coniugatus.33.q. 5. quod Deo & ca. seq.

Quod ante copulam carnalem vtrique coniugum licet intrare religionẽ altero inuito. 27. q.2. scripsit nobis.§.ecce.& c. seq.

Quod an dormiens cum sorore vxoris suæ potest reddere debitum.27.q.2. qui dormierit.

Quod vxorati non debent in ecclesia, & præcipue circa altare deseruire. 27.q.2. multorum.

Quod in veteri lege vxore sterili permanente licite ex ancillis liberos procreabant.23 qõ.4. §.1.& tribus c.seq.

Quod neuter coniugum põt alteri crimen obiicere quando vtrumque crimen constringit. 34.q.2 in lectum.

De diuortio. Quod diuortium matrimonii sine consensu episcopi non debet fieri 17.qõ.2. si vir.

Quod ante causæ cognitionem spoliatus vel spoliata primo debet restitui.33.qõ.2.historia.& duobus c.seq.

Quod matrimonium inter fratres spirituales vel adoptiuos dirimitur.30.q.3.c.1. & quattuor c.seq.

Item cum matre vel spirituali filia.simile.30.q.1.de eo.

Quod diuortium factũ propter maleficium si cessat, restituitur.33.q.1.si per sortiarias.

Quod affinitas remanet, licet ille moriatur per quem contracta est.35.q.10.§.1.c.1.

Quod ante diuortium consanguinei vel propinqui debent citari & testificari de matrimonio, vel senes & antiqui, quib. nota potest esse consanguinitas.35.q.1.c. 1.& duobus capit. sequen.

Quod forma iuramenti testificãtium ponitur 35.q.6.de parentela.& 3.c.seq.

Item forma iuramenti separationis propter consanguinitatẽ vel affinitatem.35.q.6. ab isto.

Item forma iuramenti illius qui recipit dimissam.35.qõ.6.cap. vlt.

Quod matrimonium non dirimitur per votum simplex antecedens. 27.distin.c.1.& duobus c.seq.

Item nec propter compaternitatem vel propter commaternitatem superuenientem. 30.q. 1.nosse.& quattuor c.seq.

Item nec propter seruitutem dominis debitam. 29. quæst.vlt. c.vlt.

Quod qui scienter contraxit cũ persona seruilis conditionis, ab ipsa diuortiari non potest. 29.q. 2.si quis liber.

Quod cum vterque coniugum seruilis conditionis matrimo-

rium contrahit, non separantur.29.q.vlt.c.vlt.

Quod non separatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris sororem.32.qō.7.qui dormierit.

Quod extraordinaria pollutio quamuis sit criminosa, non separat matrimonium.35.qō.3.extraordinaria.

Quod siue propter adulterium siue propter aliud inter coniuges fiat diuortium, non propter hoc rumpitur matrimonium.32.q.7.interueniente.& sex c. seq.33.q.5.quod Deo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuortio.

Quod matrimonium spirituale est coniunctio Christi & ecclesiæ.27.q.2.cum societas.

Quod matrimonium per carnalem copulam non perfectum. non est sacramentum Christi & ecclesię.27.q.2.cū societas.

Item spirituale matrimonium cō trahitur inter prælatum ecclesiæ & eius ecclesiam.7.q.1.sicut vir.

Item spirituale matrimonium est inter Christum & spiritualem animam.17.q.1.quæ Christo.& c.nuptiarum.

Mœchia. Quod mœchia est duplex, videlicet spiritualis & carnalis.28.q.1.non solum.

Quod mœchia spiritualis est idola facere vel idolis sacrificare.18.q.1.non solum.

Quod mœchatio est omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus.32.quæstio.4.meretrices.in fin.

Quod stricte sumi mœchiam nō nisi pro adulterio ponitur 32.q.4.meretrices.

Item pro consensu peccati: quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eā in corde suo.32.q.7.non solum.

Quod mœchus dicitur qui dimissa vxore ob causam fornicationis, aliam duxit.32.qō.7.quemadmodum.

Medicina. Quod medicina est duplex, spiritualis & corporalis.29.dist.necesse.

Quod medicorum consilia diuinæ conditioni sunt contraria, quia nec ieiunare nec flere nec consimilia sinunt.de consec.dist.5.contraria.

Quod medico corporali salariū non est negandum.34.q.5.nō sane.

Quod nec clerici nec religiosi pro medicina munera debent accipere.23.dist.his igitur.

Quod medicina spiritualis est pœnitentia.50.distinct.vt cōstitueretur.33.quæstio.1.si per sortiarias.

Item medicina spiritualis est omnia ecclesiastica sacramēta. de pœnit.dist.1.in actione. de conse.dist.2.si quotiescunque.23.dist.his igitur.

Item medicina spiritualis est misericordiæ opera. de pœniten. dist.1.medicina.

Quod Christus est spiritualis medicus, qui paratus est centies curare, si toties homo per pec-

peccatum infirmatus eum requirit.de pœnit.dist.3. Naum prophetam.

Item prælati sunt spirituales medici, qui dant subditis correctionis medicinam.86.dist.in feriorum.& ea.seq.5. q.5.non vos.45. distin.recedite.23. quo. 4.quid faciet.

Quod magis prælatus occidit quam curat, qui nec pro peccatis suis pœnitentiã agit, nec alios de peccatis reprehendit. 50.dist.absit.

Quod sicut medicus peritus non vno collyrio omnium oculos curat, sic prælatus vel prædicator diuersorum hominum vulneribus diuersis doctrinis medetur.29.dist.necesse.

Memoria.

Quod memoria vltionis diuinæ præteritæ in peccatores terrorem futurum incutere debet, ne consimilia attẽtent. 7.q.1.denique.

Quod quibusdam in memoriam excessus signa relinquuntur. 19.q.3. mandamus.de consec. dist.2.& dixit.

Quod ideo quibusdam occasio peccati præteriti vel per loci mutationem vel aliter est subtrahenda, ne culpa ad memoriam replicata incalescat.15.q. 1.mulier.81.dist.valet.

Quod nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorũ continua memoria.de pœnit.dist.3.Iudas pœnituit.

Mendacium.

Quod mendacium est falsæ vocis significatio cum voluntate fallendi.22. q.2. beatus.§.ille.

Quod octo sunt genera mendaciorum quorum quia primũ grauius est, tanto minus quisque mentiendo peccat quanto a primo recedit.22.q.2.primũ.

Quod primum genus mendacii est in doctrina fidei cum intentione subuertendi.

Secundum est quod prodest nulli,& obest alicui, vt est mendacium detractionis, & falsi testis in causa criminali.

Tertium est quod prodest vni,& obest alteri, vt est mendacium in causa pecuniaria.

Quartum est quod solum mentiendi fallendique libidine fit.

Quintum est quod fit placendi cupiditate de suaui colloquio, quod est adulterorum.

Sextum est quod nulli obest, & prodest alicui, vt cum quis se nescire mentiatur pecuniã esse alterius, quam scit iniuste tollendam.

Septimum est quod nulli prodest,& obest alicui, vt cũ quis vult hominem prodere ad mortem.

Octauum est quod nulli obest, & prodest ad hoc vt castitas conseruetur.

Quod primũ genus dicitur perniciosum, ad quod nulla conditione debet quis adduci.

Quod quodlibet aliorum est vel perniciosum, vel officiosum, vel iocosum mendacium, quę post primum minorem secundum maius & minus culpam habent.22.q.2. ne quis.& ca.quod autem ait.& ca. si qualibet.9. dist. si scripturas.

Quod mendacium est graue pec catū: quia os quod mentitur, occidit animam. 22 qō. 2. nec artificioso.

Quod omne mendacium cauēdum est, maxime perfectis. 22. q. 2. ne quis. c. omne. c. si quis per vetus testamentum. & 22. q. 5. cauete fratres.

Quod perfectus pro nullius vita seruanda debet mentiri. 22. q. 2. ne quis.

Quod nullus ducendus est ad salutem mendacio opitulante. 22. q. 2. primum, in fin.

Quod Abraham dicendo vxorē sororem suam esse, & Iacob dicendo se primogenitum, excusantur de mendacio. 22. qō. 2. quæritur. & § proximo.

Quod mendacium est episcopū vel sacerdotem vel religiosum se profiteri, & cōtraria suo ordini operari. 22. qō. 5. cauete fratres.

Quod nemo causa humilitatis debet mentiri: quia si nō erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat. 22. q. 2. non ita.

Quod ille mentitur qui putans falsum dicit verum, vel econuerso. 22. quæst. 2. homines. & c. sequen.

Quod non omnis falsum dicens mentitur. 22. q. 2. is autem. & cap. beatus. & c. si qualibet. §. Abraham.

Quod facere contra promissum, non semper est mentiri. 22. q. 2. beatus Paulus. & c. ne quis. in fin.

Quod aliquod iocosum mendaciū non videtur esse graue peccatum. Exemplum de Ioseph. 22. q. 2. quod autem ait.

Quod mendacium præcipue in mercatoribus est, quia mercator sine mendacio & periuriō esse non potest. dist. 88. eiiciēs. & c. seq.

Quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccant: quia ille prodesse nō vult, & iste nocere desiderat. 11. q. 3. quisquis.

Quod mendacium etiam in præsenti inuenitur grauiter punitum. 12. q. 1. dilectissimis. post medium. Exemplum ibidem de Anania & Saphira.

Quod mendax debet carere impetratis, & quibus scripta diriguntur, sunt puniendi si precū mendacia non arguunt. 25. q. vlt. diceuti.

Quod circa impetrationem rescriptorum contingit mentiri tripliciter. 25. q. vlt. §. & si legibus.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

Mendicitas.

Quod mēdicitas clericorū est ignominia episcoporum. 93. dist. diaconi.

Quod intantum excreuit auaritia quorundam episcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egentes mendicare.

Quod illi qui aliter habere possunt, grauiter peccant si mendicant, quia vnde pauper victurus erat, accipiunt. 1. qō. 2. pastor.

Quod eleemosyna panis egentium est, & qui defraudat eam, homo sanguinis est. 14. qō. 5.

cap.

cap.immolans.

Mensa. Quod mensa clericorum non debet abundare fabularum relatione, sed sacræ scripturæ locutione. 44.dist pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

Menstruum. Quod mẽstrua mulierum sunt ex naturali superfluitate sanguinis, & ideo culpa carent. 5.dist.ad eius.

Quod menstrua patienti non debet ecclesiæ introitus denegari. 5.dist ad eius.

Quod sicut mulier menstrua patiens, Christi vestimentum laudabiliter tetigit, ita ecclesiam mẽstruata laudabiliter intrare poterit.

Quod ad mulierem menstruatã quisque accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur. 5.dist.ad eius.

Mensura. Quod mensura misericordiæ Dei non potest extimari. de pœn.dist.1 serpens. ante fi.

Quod apud Deum non valet tantum in pœnitentia mensura temporis, quantum doloris. de pœn.dist.1.mensuram.& c. præcedenti. & c.in actionem.

Mercatio Quod mercatio potest esse honesta & turpis. de pœn. dist.5.qualitas.

Qđ quælibet mercatio est periculosa, quia difficile est inter vẽdẽtis & ementis commercium non interuenire peccatum.

Quod mercator sine peccato & periurio esse non potest. 88. dist. eiiciens. & c.seq.

Quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat. 14.q.4.canonum 16.q.7. & hoc diximus.

Quod qui propter cupiditatem ante tempus granum vilius emit vt carius vendat, turpe lucrũ cõmittit, 14.q.4.quicũq;.

Quod in sacro loco vbi est orationibus vacandum, mercationes exerceri nõ debent. 16, q.7.& hoc diximus.

De hac materia habes vbi agitur de Lucro & Negotiatione.

Mercenarius. Quod mercenarius et si ab inuito detẽtore recipit mercedẽ suã, non committit iniuriã. 14.q.5.nõ sane.

Quod qui defraudat mercenarium mercede, reus est, ac si ipsius sanguinẽ funderet. 14. q.6.immolans.

Quod prælatus non diligens propter Deum, sed propter temporale lucrum, mercenarius est. 8.q.1.sunt in ecclesia.

Quod ille rector non pascit, sed mercenarii vice deseruit, qui gratiam humanam amittere formidans loquĩ recta pertimescit. 43.dist.sit rector.

Quod mercenarius est prælatus, qui plus diligens proprium commodum quam ouiũ, videns lupum oues relinquit. 7, q.1. aduersitas.

Meretrix. Quod meretrix est quæ multorum libidini paret. 34. dist. vidua.

Quod meretrices esse, & ad meretrices accedere est diuinitus prohibitum. 32. quæstione 4. meretrices.

Quod fornicator in eo est magis criminosus, quia tollit mēbra Christi, & facit ea membra meretricis. 32. q. 4. in eo.

Quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore. 32. q. 7. adulterii.

Quod contrahens cum meretrice, ad sacros ordines non potest promoueri. 34. distinct. si quis viduam.

Metropolitanus.

Quod metropolitanus a mensura ciuitatū quibus præest, dictus est. 21. distin. cleros. post prin.

Quod metropolitanus debet decem vel vndecim ciuitates & totidem episcopos sub se habere. 6. q. 3. scitote.

Quod absque metropolitani licentia nullus episcopus curiā Imperatoris debet adire. 23. q. vlt. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiscopo.

Michael.

Qd̄ Michael qui noluit maledicere diabolo, ponitur in exemplo vt a maledicto puri simus. 24. qō. 3. si igitur Michael.

Militia.

Quod militia est duplex, videlicet sæcularis & spiritualis. 59. dist. si officia. 23. q. 8. reprehensibile.

Quod militia sæcularis non culpatur, sed abusus. 23. qō. 1. per totum.

Quod militia instituta est propter duo, videlicet ad iniuriā propulsandam, & vindictā inferendam. 23. q. 1. c. 1. in fin.

Quod ius militare in multis consistit. prima distinctione ius militare.

Quod in militia sæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscendi, & cupiditas nocendi. 23. q. 1. quid culpatur in bello.

Quod hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceātur, & boni subleuentur. 32. q. 1. apud & c. seq.

Quod plerique sancti patres sæcularem militiam laudabiliter exercuerunt. 23. quæstio. 1. noli existimare.

Quod summa laus est militiæ, cōmuni vtilitati intendere. 23. q. 1. summa.

Quod boni milites vltra stipendia sua nil debent vsurpare. 23. q. 1. militare.

Quod miles non est reus homicidii, qui legitima auctoritate superioris hominem occidit. 23. q. 5. miles.

Quod miles sæcularis grauius peccat simoniam committendo quam clericus. 1. q. 3. Saluator. circa med.

Quod miles sæcularis propter periculosum statum quem habet, absque dispensatione Papæ ad sacros ordines non debet promoueri. 50. distinct. si quis post.

Quod si in militia sæculari gradatim quis promouetur ad hono-

honores, multo fortius in militia spirituali. 59. dist. si officia. & c. seq.

Quod non debet esse ligatus aliis qui spirituali militiæ est aggregandus. 54. dist. nullus.

Quod Christus ad seruiendum voluntarium militem habere vult. 15. q. 1. non est.

Quod nil beatius quàm vt quomodo Imperator noster Christus iussit militetur. 40. distin. ante omnia.

Quod militũ Christi arma, sunt lachrymæ & orationes. 23. quæ. 8. reprehensibile. & ca. conuenior. circa med.

Minister.

Quod minister dicitur qui quod superior mandat, exercet. 23. q. 2. dominus noster. 23. q. 5. non solum. & q. vltim. quicumque percutit.

Quod minister iudicis etiam damnatum, si ex libidine occidit, homicida est. 23. quæsti. 5. cum minister.

Quod minister Christi non debet esse superbus, quia talis diabolo comparatur. 1. quæ. 1. si iustus fuerit.

Quod Christus ministros suos docuit aliis ministrare, non tẽporalibus lucris intendere. 16. q. 1. nulli.

Quod in ministris ecclesiæ sicut est in sacerdote ministratio, sic & in diacono sacramenti dispensatio. 93. distinctio. diaconi.

Quod vbi paterfamilias largus, est, minister non debet esse tenax. 26. quæstione 7. allegant. in fin.

De ministris ecclesiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ecclesia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

Miraculum.

Quod miraculum est opus arduum & insolitum supra spem & facultatem cõsistens admirantis, sicut fuit maris rubri & Iordanis fluuii diuisio, & alia plura quæ ponuntur de consec. dist. 2. reuera. circa me.

Quod miracula facere est speciale donum spiritus sancti. de pœniten. distin. 2. si quis semel. §. quorundam.

Quod quantumcumque sunt ali qui sancti, miracula facere nõ possunt quando volunt, nisi quando speciali dono spiritus sancti perfunduntur. de pœn. dist. 2. si quis semel. §. quærendum.

Quod miracula sanctorum sunt admiranda, non in exemplum nostræ actionis trahenda. 2. q. 7. nos si. post medium.

Quod quidam habent propheticę spiritum, qui non habent vitæ meritum. 1. quæ. 1. prophetauit exemplum ibi de Saul.

Quod multi faciunt miracula extra charitatem constituti, quæ in charitate positi facere non possunt. 1. quæstione 1. teneamus.

Quod magi & dæmones non faciunt miracula, sed mira, quia non sunt supra naturam, sed sunt hominibus insolita. 26. q. 4. sciendum.

1.omnis Christianus.

Quod post offertur in calice vinũ & aqua a sacerdote. de conse. dist.2.in sacramento.

De qua materia habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod ante præfationẽ Sursum corda dicere monemur,& tũc præcipue mentem ad dominũ dirigere debemus. de consec. dist.1.quando autem.

De præfatione,quę postea primo sequitur,habes, de conse. dist. 1.inuenimus.

Quod pax debet dari ante communionem,habes de conse.distin.2.pacem.

Quod post Missam si non est episcopus sacerdos qui cantauit debet dare benedictionem.de conse.dist.1.Missas.

Quod in Missa siue viui,siue mortui populo possunt recommẽdari, sed in canone missæ vbi soli Deo loquimur,qui omniũ nomina nouit tacitis nominibus,sub generali commendatione orare debemus.de cons. dist.1.visum. & c. de nominibus.

Quod non nisi in sacris locis, vel vbi episcopus permiserit, Missa debet celebrari, de consecr. dist.1. Missarum.

Quod sub diuo super tabula consecrata lapidea potest Missa cãtari.de conse.dist. 1. concedimus.

Quod episcopus ne monachos in officio impediat non debet in monasterio suo solenniter celebrare.18.q.2.luminoso.

Quod non solum episcopus, sed etiam populus diebus dominicis & solennibus ab ecclesia sua nõ debet se subtrahere. de consec.dist.3.episcopus. & ca. seq.

Quod super altari in quo episcopus cantauit, eo die non debet presbyter celebrare. de cõse. dist.1.c.vlt.

Quod in natiuitate Domini quãdo tres Missæ sunt celebrandæ, prima Missa in profunda nocte solenniter est celebranda.de conse.dist.1.nocte.

Quod in quadragesima non debet quis manducare nisi audita prius Missa, & vespertinis officiis, de conse.dist. 1.solent.

Quod propter populi deuotionẽ Missa potest in aurora cantari.de consec.dist. 1. solent plures.§.1.

Quod post clericorum ordinationes in ieiuniis quattuor temporum post meridiem Missa debet cantari, & præcipuæ in sabbato sancto,quia tunc versus noctem debet cantari. de conse. dist. 1.solent. §. in ieiuniis.

Quod nemo pransus Missam cãtare debet 7.q.1.nihil.

Quod qui pro pecuniis vel hominum complacentiis vnam vel plures Missas celebrat ,æternã sibi damnationem comparat. de consecratione distinctio. 1. sufficit.

Quod excepta natiuitate Christi vnam Missam cantare sufficit sacerdoti.

Quod valde felix est qui vnam Missam digne põt celebrare.

Quod dominicis & festiuis diebus laici Missam vsque ad fi-

nem debent audire. de conse. distin.1.Missas.& cap.seq.&c. & hoc.

Quod episcopus solenniter celebrando semper debet habere testes.de consec.dist. 1.episcopus Deo. & cap.iubemus.

Quod presbyter nisi duobus ad minus pręsentibus Missam nō debet celebrare, vt competat sibi dicere, Dominus vobiscū, & Orate pro me. de cons.dist. 1.quoque.

Quod sacerdos propter euentus varios sine adiutore qui possit eum sustentare, nō possit Missam cantare.7.q.1.illud.

Quod presbyter qui Missam incœpit: nisi infirmitas impediat, debet eam finire. de conse. dist.1.nullus episcopus.

Quod presbyter propter casualē infirmitatem Missam incœptam finire non poterit, alter vbi dimisit perficiat. 7.quęsti. 1.nihil.

Quod laborans morbo caduco vel consimili Missam non debet cantare. 7.q. 2. in litteris.

Quod presbyter numquam Missam cantet nisi communicet. de consecra.distin.2.relatum. & cap.seq.

Quod presbyter in Missa de mortali peccato habens conscientiam, cum contritione & proposito confitendi potest cōmunicare.de consecrat. distin.2. quotidie.

Quod Missam mali sacerdotis vel infamati non est respuenda. nisi sit per sententiam condemnatus.15.q.8.c.vltim. distin. 32.c.nullus.&.c.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebratione, & de Sacerdote.

Misericordia. Quod misericordia est plenitudo & perfecta forma virtutum. 86. disti. in singulis.

Quod duplex est misericordia, videlicet diuina & humana.

Quod multiplex est misericordia Dei, quæ lapsis hominibus subuenit.de pœniten.distin.1. serpens.

Quod misericordiæ Dei nec mēsuras ponere possumus: nec tempora diffinire: apud quem nullas patitur moras veniæ cō uersio.de pœniten. dist.1. serpens.ante fin.

Quod Deus ex misericordia expectat peccatores vt conuertā tur.93.dis.diaconi sunt.ante fi.

Quod assidue peccare volentium non miseretur Deus.93. dist. Diaconi sunt.in fin. de pœn.distinct.1.Deus.§. potest etiam. & dist.7.circa fin.

Quod misericordia ad proximū est duplex, videlicet corporalis,& spiritualis.45.dist.3.

Quod spiritualis est triplex, videlicet offensas vel iniurias dimittere.45.dist.tria.& 50.dis. considerandum.

Item delinquentes corrigere.45. dist.tria.

Item bona docere,& iusta consulere.45.dist.disciplina.

Quod corporalis misericordia consistit in septem operibus misericordiæ, quæ in hoc versu continentur.

Vi-

Visito,poto,cibo,redimo, tego,colligo,condo.

Quorum plura ex his ponuntur 86.dist.non satis.

De modo habendi vel exhibendi prædicta officia misericordiæ.

Quod misericordia spiritualis ad proximum debet esse iusta in corrigendo, vt scilicet non desit vinum austeritatis, nec oleũ pietatis. 45.dist.disciplina.

Item discreta in docendo vel cõsulendo, ne erudiendi in errorẽ deducãtur 43.dist. sit rector.

Item debet esse prompta offensas relaxando: maxime quando pœnitent offendentes. 23. q. 4.non potest.§.proximo.

Quod misericordia corporalis debet esse iusta in exhibendo: quia debet esse de proprio, nõ de alieno. 1.q.1.non est. 14. q. 5.per totum.

Quod debet esse discreta in subueniendo: quia vni omnia nõ sunt danda. 86. dist. non satis & c.dominus.

Item ordinata in distribuendo: quia primo dandum est propinquis, & post aliis. 86. dist. est probanda. & c. in singulis.in fin. excepta necessitate. tunc potius dandum est iustis quàm peccatoribus. 86.distin. fratrem nostrum.§. in ipsa.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia.

Quod misericordiæ officia omnibus sunt præcepta. 86. dist. in singulis.

Quod qui negant misericordiã faciendam, ipsum Christum qui est misericordia negant. 7.q.1.omnis.

Quod misericordia maior est omnibus holocaustomatibus. dist. 50.ponderet.in fin.

Quod melius est in causis prætendere misericordiam quam inclementiam.86 dist.non satis. 26. q.vltim.alligat.

Quod sententia quæ misericordiam vetat est effugienda. 50. distinct.ponderet.in fin.1.q.7. exigunt.

Quod capto hosti debetur misericordia; nisi maior turbatiõ timeatur. 23.q.1.noli.

Quod crudelis est misericordia parcere vni in discrimen multorum.45.dist sed illud.

Quod non est misericors qui parcit vitiis, vt non conturbet delinquentes.23.q.5 qui vnus.

Mysterium. Quod mysterium à illo dicitur quòd secretam & reconditam habet dispensationem.1.q.1.multi, circa med.

Quod ecclesiastica siue diuina sacramenta proprie dicuntur mysteria.1.q. 1.multi.ante medium.

Quod indignis & non intelligentibus secreta mysteria nõ sunt communicanda.43.dist. §.vlt. & c.in mandatis.

Moyses. Quod Moyses qui congregauit omnem synagogam, repræsentat q̃ in fideli anima omnis multitudo sensuũ & cogitationum ad meditandum de Deo intra sacrarium cordis debet conuenire. 8. qõ.1.licet.

Quod in hoc ꝙ non fuit Moysi permissum a Deo de successore ordinare, datur intelligi ꝙ ad Deum non ad homines spectat electio prælati. 8. quæst. 1. si ergo.

Quod Moyses negauit se filium filiæ Pharaonis, & quod Ægyptium sabulo obruit, & quod Ægyptum dereliquit, & quod filios Israel de Ægypto eduxit, habes de pœ dist. 3. vt cognouerunt. §. opponitur.

Quod Moyses ponitur in exemplum ꝙ prælati non armis sed orationibus contra aduersarios debent pugnare, quomodo ipse pugnauit cõtra Amalech. 36. dist. si quis vult.

Quod sicut inter Moysen & Aarõ fuit quædam maioritatis discretio, sic fuit inter apostolos. 22. distin. sacrosancta. & 21. dist. §. 1.

Quod Moyses cum pro peccato populi orauit, nõ statim veniã impetrauit. 50. distinct. si quis præpostera. in fin.

Quod Moyses potius voluit de libro vitę deleri quàm noxam populo non dimitti. 23. q. 4. quid crudele.

Quod quia Moyses Æthiopissam duxit in vxorem, Maria murmurans lepra percussa fuit. 2. q. 7. plerumque. c. item obiici tur.

Quod Moyses propter reuerentiam loci calceamẽtum pedis soluit. de pœn. distin. 1. sunt qui arbitrantur.

Quod Moyses quandoque Christum significat. de pœn. dist. 2. inter hæc hircum.

Monachus. Quod monachus dicitur a monos Græce, quod Latine dicitur solus: & achos ꝙ Latine dicitur tristis: quasi solitarius & tristis. 16. quęstio. 1. placuit.

Quod monachus ideo singularis dicitur: quia debet vitare hominum multitudinem. 16. q. 1. si cupis.

Quod sicut piscis sine aqua, sic monachus sine monasterio, vel cella caret vita 16. q. 1. placuit communi.

Quod monachus ad hoc debet intendere vt status eius cõcordet cum nomine. 16. qõ. 1. placuit.

Quod omnis monachus vel religiosus debet esse vel de regula Sancti Benedicti, vel de regula Basilii, vel de regula Augustini. 18 q. 2. perniciosam.

Quod etiam dicuntur monachi qui regulam Augustini sunt professi. 18. q. 2. perniciosam.

Quod nullus seruus debet esse monachus nisi a domino suo licentiatus. 16. q. 1. qui vere.

Qđ monachi & monachæ semper & vbique debent deferre vestes professionis suæ. 33. distinct. sanctimonialis. 20. q. 1. vidua.

Item excepta infirmitate numquam debent carnes comedere, de conse. dist. 5. carnem.

Item debent abbatibus suis obedire: ac res laboribus suis acquisitas vel qualescumque sine licentia abbatis non debent retinere. 18. quæstione 2. abbates.

Eleutherius & c.seq.

Quod non debent decimas vel ecclesias a laicis sine consensu episcopi recipere 16.q.7.decimas.

Quod episcopos ex charitate possunt accusare.2.q.7.nullus.§.proximo.

Quod monachi bonorum operum in clericos & episcopos promoueri possunt. 16. q.1. si clericatus.& 7. c. seq.& tribus c.praecedentibus.

Quod non debent sine abbatum licentia episcopatus recipere. 18.q.2. quam sit. §. nullus.16. q.1. si quis monachus. & c.legi.§.seq.

Quod facti episcopi absoluũtur a iugo professionis.18.q.1.c.1.

Quod facti episcopi non debent mutare habitum nec ordinis sui ritum quo ad substantialia. 16.quaestio.1.de monachis, & §.seq.

Quod facti episcopi succedunt in bonis paternis, & ecclesiae suae relinquunt.18.q.1.c.1.

Monasteriũ. Quod monasterium duplex pro monachis & monialibus in vno loco fieri prohibetur.18.quaesti.2. diffinimus.

Quod monasteria construenda sunt in solitudine: ne populari accessu deuotio religionis impediatur.18.queſtione 2.luminoso.

Quod monachorum monasteria subsunt episcopo in cuius territorio sunt.18.quaestio. 2.monasteria.

Quod monasterium exemptum est a lege dioecesana in pluribus videlicet quantũ ad cathedratici praesentationẽ vel praestationem.10.q.3.inter cetera.

Item quantum ad quartae partis dimissionem.16.q.1. cum pro vtilitate.

Item quantum ad grauem exactionem.17.q.2.quàm sit.

Item quantum ad publicae missae celebrationem: quia sine consensu abbatis episcopus non debet facere.18.q. 2. abbas. & c. luminoso.

Quod monasteria non debẽt fieri sine licentia episcoporum. 18.q.2.quidam.& 4.c.seq.

Quod mulieres monasteria religiosorum intrare nõ debent. 18.q.2.peruenit ad nos.

Quod monasteria religiosorum non debent conuerti in habitacula saecularium clericorũ: nec debent regi per saecularẽ. 18.q.2.peruenit ad nos.& c.dudum.19.qõ.3.quae semel.& c. sequen.

Quod in parochialibus ecclesiae monasteriorum de consensu episcopi debent presbyteri institui vel remoueri.16.q.2.visis,& c.seq.

Quod abbas sinẽ episcopo, & episcopus per se res monasterii alienare non possunt. 17.q.4. in venditionibus. 18.q.2. quã sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & vbi agitur de religione.

Monialis. Q̃ monialis est quę professa est se velle viuere secundum regu-

regulam Benedicti, vel secundum regulam Basilii, vel secũdum regulam sancti Augustini. 18. q. 2. perniciosam.

Quod moniales non debent habere singularia domicilia. 18. q. 2. perniciosam.

Quod puella duodecim annos habens si voluntarie monialis effecta est, etiam ante cõsecrationem recedere non poterit. 20. q. 1. puellæ.

Quod moniales subsunt ordinationi & correctioni episcopi. 18. q. 2. cognouimus.

Quod præponendus monialibus primũ est per episcopum examinandus. 18. quæst. 2. qui religiosis.

Quod conuenientius reguntur per viros spirituales quam seculares. 18. q. 2. in decima.

Quod monasteria monialium non debent esse vicina monasteriis monachorum. 18. q. 2. diffinimus. & 4. c. seq.

Quod monialis numquam debet loqui cum monacho vel alio viro sine bono testimonio. 18. qõ. 2. diffinimus. & c. in decima.

Quod moniales in vno choro cum monachis vel aliis clericis cantare non debent. 18. q. 2. perniciosam.

Quod non debent vasa sacra & pallas & corporalia contingere. 23. dist. sanctimoniales. §. vasa c. sacratas.

Quod non possunt matrimonia contrahere: & contrahentes sunt per episcopũ compellẽdę ad votum redire. 27. q. 1. de viduis & puellis. vsq; ad fin.

Quod moniales in vitium carnis prolapsę grauiter puniuntur. 27 q. 1. impudicas. & fere per totum.

Quod peccantes cum ipsis ipso facto videntur excommunicati. 27. quæst. 1. si qua virgo. & c. eos.

De cõsecratione monialium habes supra vbi agitur de Consecratione.

Mors.

Quod mors est triplex, videlicet corporalis, spiritualis, & gehennalis. de pœn. dist. vlt.

Quod mors corporalis omnib. est communis. 13. qõ. 2. in ecclesiastico.

Quod in memoria ab omnibus est semper habenda. ibid.

Quod non videntur esse perfecti qui cum a Domino vocantur, non moriũtur voluntarie, sed inuiti. 13. qõ. vlt. quam præposterum.

Quod sacramenta morientibus concedi debent. 26. q. 1. Aurelius. & c. seq.

Quod si volentem cõfiteri mors antequam ad sacerdotẽ perueniat præoccupauerit, non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura. 26. qõ. 6. si aliquis.

Quod qui fame morientem non pascit occidit. 86. dist. pasce.

Quod mortẽ languentibus probatur infligere qui hanc cum possit non excludit. 53. dist. §. primo.

Quod qui mortui sunt, in Dei iudicio non ab hominibus sunt iudicandi. 2 4. distinct.

quorumdam.

Quod post hominum mortem animæ locātur secundū quod meruerunt.13.q.2.tempus.

Quod mortui iuuādi sunt oblationibus,eleemosynis,& orationibus,etiā si dubitatur de eorum salute.13.q.2.nō æstimemus.& pluribus c.seq.

Item quod fit pro omnibus mortuis tantum valet cuilibet,ac si pro vno solo fieret. de cons. dist.5.non mediocriter.

Quod indignus est in morte accipere solatium,qui se nō cogitauit moriturum.de pœnit. dist 7.§. vlt.

Quod morientibus in peccatis mortalibus, nec oblationes nec orationes viuorum nec mortuorum,nec sepulturę sacrorum locorum prosunt. 13. q.2.quibus.& septem c.seq.

Quod nemo debet contristari de morte suorum charorum, cum ipsos nō amittamus,sed præmittamus.13.quæstio.vlt. quam præposterum. & tribus c.seq.

Quod illi qui nimis tristātur de morte suorū, videntur desperare de felicitate futurorum bonorum.13.q.vlt.habent.

Quod in hoc quod dominus fleuit Lazarum non fleuit mortuum,sed ad huius vitæ miserias resuscitandum, innuitur quod ꝑ mortuis plus est gaudendum quam tristādum. 13. q.vlt.qui diuina.

Quod mortui huius mūdi facta possunt scire vel per decedentium relationem, vel per angelorū reuelationem,vel per specialem concessionem,quia ipsis quandoq; conceditur vt post mortem viuis appareant. 13.q.2.fatendum.

Quod quandoq; mortui ex diabolica illusione phantastice creduntur apparere. 26.qō.5. nec mirum,ante med.

Quod ecclesia nec ligare nec soluere potest mortuos de peccatis, quia non sunt de foro eius.24.q. 2.ligatur.

Quod iniuste excommunicatus etiam post mortē potest absolui.24.q.2.sane quod.

Quod hæretici post mortē possunt excommunicari propter facti detestationem. 24.q.2. sane profertur.

Quod fideles non debent communicare mortuis,quibus nō communicauerunt viuis. 24. q.2.de communione.

Quod mors spiritualis est duplex, bona & mala: bona est quando quis siue per baptismum,siue per pœnitentiam moritur peccato, vt viuat Christo.de cons. dist. 4.vt ostenderet. & c.seq.

Quod species diuersæ huius mortis designantur per tres mortuos,quos Christus suscitauit. de pœn.dist.1 quem pœnitet.

Quod mors spiritualis mala est quando quis moritur per peccatum mortale,sicut per peccatum infidelitatis.26.q.2.qui fine.11.q.3.nō solum.§.idem timendo.

Item per hypocrisim,quia hypocrita viuens mortuus est. 12. q.1.nolo. ante fi.

Item per auaritiam.14.quæst.4. si quis

si quis vsuram.

Item per quodlibet aliud mortale peccatum. de pœnit. dist. 4. §. dicens. c. intermittentes sermonem.

Quod mors gehennalis mors dicitur æternalis: quia ibi numquam mors moritur. 26. quæstio. 2. qui sine. de pœn. distin. vlt. in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Sepulturis.

Mores. Quod mos longa consuetudo est de moribus tracta. 1. dist. mos.

Quod legem mores faciunt, & commune ius legibus & moribus constat. 1. dist. omnes.

Quod plus facit famosorum morum nobilitas, quam generis dignitas. 40. dist. nos. & c. seq.

Quod illud quod non est contra fidem & bonos mores, indifferenter habendum est. 12. dist. illa.

Quod multū distant damna morum a damnis rerum temporalium. 6. quæst. 1. sunt plurimi. §. verum. & c. deteriores.

De hac materia habes vbi agitur de Consuetudine.

Mulier. De muliere habes supra vbi agitur de femina.

Multitudo. Quod multitudo inutilium personarum maxime clericorum est vitanda. 23. distin. tales.

Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur maxime in prælatis & clericis. 59. distin. si officia.

Quod non potest esse salubris a multis correctio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociā multitudinem. 23. quæstio. 4. non potest.

Quod in correctione multitudinis caute est incedendum. 44. dist. comessationes.

Quod cum contagium peccandi multitudinem inuaserit: diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est. 23. qō. 4. non potest.

Quod paucitas est aspere corrigenda, sed multitudo lenissimis admonitionibus est frangenda. 44. distinctio. comessationes.

Quod propter peccantium multitudinem detrahendum est seueritati. 44. distinct. comessationes. 50. distinct. vt constitueretur. 9. quæstio. 1. ordinationes.

Quod non debet deferri multitudini in mali prælati electione vel approbatione. 18. qō. 2. si quis.

Quod multas medicinas inuenire cogunt multæ experientiæ morborum. 50. distinct. vt cōstitueretur.

Quod non minus ardet qui cum pluribus ardet. 2. q. 1. multi. in fine.

Quod tempore apostolorū multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna in Deo. 12 quæstio. 1. dilectissimis. 8. distin. §. 1.

Quod aliquando multitudo propter vnius delictum punitur. 45. distincti. sed illud. 24. q. 1.

non turbatur.

Munditia. Quod munditia est duplex, scilicet corporalis & spiritualis.31.dist.lex.

Quod munditia carnalis est quæ inficitur per luxuriam: & ideo clericis in sacris prohibetur, vt competentius valeant diuinis vacare obsequiis & orationib. 31.dist.c.1.§.causa.

Quod spiritualiter mūdatur qui a sorde peccatorum per pœnitentiam purgatur. 50.dist. & purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de castitate, vbi agitur de Luxuria, & vbi agitur de Macula.

Munus. Quod munus est triplex, videlicet ab obsequiis, quod est seruitus indebite impensa.

Item munus a manu, quod est pecunia.

Item munus a lingua, quod est fauor.1.q.1.sunt nonnulli.

Quod munera dantem & accipientem faciunt deuiare a iustitia.11.qō.3.pauper. & c. qui recte.

Quod ille manus ab omni munere excutit, qui non solum pecuniam vel obsequium, sed nec etiam humanum fauorē inquirit.1.qō.1.sunt nonnulli. 11.q.3.qui recte.

Quod non timetur culpa, vbi redemptio speratur per munera.11.q.3.pauper.

Quod meritorie trahitur quis ad fidem vel ad meliorem statū per munera.23.q.4.c.vlt.

Quod clericus ecclesiam suscipiens vel spiritualia dans per munera destruitur.7.q.1.sancitum.15.q 1.obseruandum. 12. q.2.questa.

Murmuratio. Qđ murmuratio dissuadetur, quia murmurans opus quod facit perdit.90.dist alienus.

Quod murmurans & contentiosus pari pœna puniuntur. 90. dist.si quis monachus.

Quod filii Israel murmurantes a serpentibus perierunt.90.dist. alienus.

Quod Maria ꝓpter murmur cōtra Mosem leprā incurrit. 2.q. 7.plerumq;.§. item obiicitur.

Mutatio. Quod mutatio nō debet in his fieri quæ rationabiliter & vtiliter sunt a patribus diffinita. 25.q.2. cum pie.& c. ecclesiasticæ.

Quod Deus mutabilitatē nescit, omnis autem creatura vitiosa est, quia mutabilis est. de pœnit.dist.2 circa fin.

Quod licet Deus sit incommutabilis, tamen sæpe mutat promissa, cum ex misericordia tē perat sententiam.22.qō.4.incōmutabilis.& c.non semper.

Quod Deus nouit mutare sentētiam, quando de malo in melius homines mutantur.de pœnit.dist. 1. si agamus. & §.seq. Exemplum de Niniue, & de Ezechia rege, cui quindecim annos addidit.

Quod Romana ecclesia statuta sua secundum temporis exigētiam quandoque mutat. 25. 2. vlt.

vlt.posteaquam.§. his ita. & §. vlt.& c.ita nos.

Quod illa quæ non sunt contra Euangelia aut sanctorum decreta, pro necessitate temporũ quandoque mutantur.41. dist. c.vlt. 25.q. vlt. priuilegia. & c. amputato.

Quod mutantur reges propter negligentiam regiminis.15.q. 6.alius.

Item episcopi vel alii prælati de loco ad locum propter exigẽtiam temporis mutantur. 7.q. 1.mutationes.

Item sedes episcopales mutantur: vel duæ in vnam rediguntur causa hostilitatis vel paupertatis.35.q.2.§. hostilitatis. & ca. ita nos.

Item priuilegia; quia pro necessitate corrigendorum vitiorum dantur, & quandoque penitus immutantur. 25.q.2.§.his.ca. posteaquam.

Item mutantur incaute promissa.22.q.4. in malis. & c.seq.

Item mutantur in melius consilia & proposita.12.q.1.certe: vbi Augustinus mutauit consilium.22.q. 2. beatus.vbi Paulus propositum eundi ad Hispaniam mutauit.

Item mutatur pœna in pœnam vel pœnitentiam. 22.qõ.4.innocens credit.ex his.vbi de Iosue & Gabaonitis.23.qõ. 5.c 1. circa medium.

Quod non sufficit peccatori mores in melius commutare. sed etiam debet de præteritis satisfacere.de pœniten.distin.1. §.Christus.

Quod Nabuchodonosor rex nõ corporaliter sed mentaliter in bestiam mutatus est:quia eredens se bestiam, ab hominib. secedens cum bestiis morabatur.23.q.5. remittuntur.

Mutilatio. Quod mutilatio mẽbrorum latronum proficit eis: quia debilitata membra nequeunt exercere consueta. 23. q 3. si quis fortitudinem.

Quod mutilatus vel abscissus per se vel per alium exclusa decenti causa non potest promoueri.33.distin.maritum.& 36.distin.c.illiteratos.

Quod qui sibiipsi virilia mutilauerit: non solum non promouetur, sed etiam suiipsius homicida reputatur. 50. distin. si quis absciderit.& c.seq.

Quod qui volens partem digiti sui mutilauerit, ab ordinibus abstinebit. 45. distin. qui partem.

Quod mutilator alterius nõ debet promoueri. 55.distincti.c. vlti.

Quod si quis per medicos castrati vel mutilati essent propter infirmitatem, aut a Barbaris propter infidelitatem , aut a dominis vt eunuchi fierent: si alias inueniuntur digni possunt promoueri.55.dist. si quis a medicis.

Mutus. Quod mutus per signa baptismum & pœnitentiam & alia sacramenta petere potest. 26.qõ.6. qui recedunt.& c.seq.

Quod prælatus qui nõ redarguit vitia subditorum,canis mutus dicitur. 43.dist.si rector.

N*Abath.* Quod Nabath fuit pater Hieroboam : qui regnum appetens in populo Dei schisma fecit. 7. q. 1. denique.

Quod Nabath vineam suam in ortum olerum cõmutare noluit. 23. q. 8. conuenior.

Nabuchodonosor

Quod Nabuchodonosor Danielem de lacu leonum, & persecutionibus liberauit. 23. q. 5. si propterea.

Quod Deus malos per Nabuchodonosor flagellauit: & post propter superbiam mutatus mente in bestiam, cum bestiis vixit. 23. q. 3. §. 1. circa medium. & qd. 5. remittuntur. §. hinc. circa medium.

Quod Nabuchodonosor propter superbiam in bouem ex homine est mutatus. 17. q. 4. miror.

Quod quia Nabuchodonosor p flagella corrigitur, & Pharao per flagella induratur: innuitur quod medicinæ salutis nõ operantur in singulis. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Natiuitas.

Quod natiuitas triplex est: videlicet naturæ, gratiæ, & gloriæ.

Quod natiuitas naturæ prima est in vtero, iuxta illud ; Quod enim in ea natũ est, de qua natiuitate de conse. distinct. 4. firmissime.

Item alia est naturæ ex eo vtero: scilicet quãdo puer innotescit iuxta illud, Natus est homo in mundum. de qua de consecra. distinct. 4. quisquis. cap. qui in maternis.

Quod natiuitas gloriæ est quando deposita vetustate pœnæ nascitur homo ad gloriam. de consecrat. dist. 4. post baptismũ. Sic mors sanctorum natalis dicitur. 24. quæst. 1. sane quòd.

Quod natiuitas gratiæ est quando quis nascitur per baptismũ, iuxta illud : Oportet nasci denuo. de consec. distin. 4. qui in maternis.

Natura.

Quod natura condidit omnibus nationibus ius commune, sicut est maris & feminæ coniunctio, puerorum successio & educatio. 1. dist. ius naturale.

Quod cõtra naturam coitus semper fuit illicitus & damnabilis. 32. q. 7. vsus. 35. q. 3. nec eã. 5. naturæ. & c. seq.

Quod violatur diuina societas cũ natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur. 32. q. 7. flagitia.

Quod naturali iure omnia sunt communia, & quod consuetudo induxit meum & tuum. 8. dist. differt.

Quod præscientia vel prædestinatio diuina nullam naturæ infert necessitatem. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Quod in culpam cadere naturale est, doluisse virtutis. de pœn. dist. 3. ille tex.

Quod natura dæmonum in pluribus subtilior & nobilior est quam natura hominum. 26. q. 4. sciendum.

Quod sancti cum ex naturæ fragili-

gilitate corruerint, acriores ad currendum cursum salutis resurgunt. de pœn. distinct. 3. ille rex.

Nauis. Quod nauis quæ propter Ionæ fugã immergebatur, significat ꝙ propter excessus maiorũ contingit afflictio minorum. 1. q. 4. ecclesia. §. his ita. post medium.

Item in hoc quod multa merita apostolorum nauigabant, & proditoris perfidia nauis procellis agitabatur; innuitur ꝙ propter vnius malitiam multi boni puniuntur. 24. quæstio. 1. non turbatur.

Quod Paulo causa prædicationis in Italiam veniente nauis concutitur, innuitur quod aduersitas bonis votis obiicitur. 7. q. 1. aduersitas.

Quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcussa stetit, constantiam prædicatoris in aduersitate innuit. 7. qõ. 1. aduersitas.

Quod periculum est prælato qui nauem ecclesiæ regit & remũ tenere non nouit. 40. distinct. ante omnia. in fin.

Quod sicut nauigans multis periculis se exponit; sic qui vxorẽ ducit. 17. q. 2. nos.

Quod sicut nil interest vtrum nauis vno grandi fluctu, aut per rimas paulatim aqua intrante submergatur, sic parua peccata multiplicata tantum opprimunt vt vnum grande. de pœ. dist. 1. medicina. circa med.

Necessitas. Quod necessitas est duplex, videlicet simplex, vt est necesse oẽs homines mori. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Alia est conditionis, vt cum quis scit aliquem ambulare, necesse est eum ambulare. Sicut nulla necessitas cogit incedere volentem, tamen necesse est eũ incedere, sic quæ ex nulla necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrii proueniunt, Deus præuidet & necesse est ea esse. vigesimatertia quæstio. 4. Nabuchodonosor.

Quod necesse est prædestinata adimpleri. ibi.

Quod non est culpabile, quod necessitas infert. 30. quæstio. 1. ad limina.

Quod necessitas non habet legẽ. 1. q. 1. remissionem.

Quod necessitas facit licitum ꝙ alias non esset licitum, vt patet in translationibus episcoporum. 7. quæstione prima mutationes.

Quod translationes episcoporũ vel communis vtilitas vel necessitas debet persuadere. 7. q. 1. scias. & 4. c. seq.

Quod opera necessitate vrgente facta non sunt laudabilia. 57. dist. si quis.

Quod adultus necessitate cogente baptizatus non est ordinandus. ibid.

Quod id quod ex necessitate conceditur, cessante necessitate debet solui. de consecrat. distin. 5. quidquid.

Quod illud quod ex necessitate fit, non fit ex ordine legitimo, sed vsurpato: vnde cessante necessitate debet cessare &

id quod pro necessitate statutum est.1.q.7.quod pro remedio.9.q.1.ordinationes.in fi.
Quod in necessitate extrema pœnitentibus sacramenta non sunt neganda.26.q.7.tempora pœnitudinis.
Quod in necessitate patri siue matri siue omnibus aliis baptizari pmittitur.30.q.1.ad limina.
Quod necessitas facit aliena propria,quia tempore necessitatis omnia sunt communia.47.distin.sicut.in fin.
Qđ clericus raptor est qui vltra necessaria pauperibus non erogat.16.quæstione 1.c.quoniam.
Quod tempore necessitatis prius subueniendum est propinquo quam alieno.68.distinct.non satis.
Item alieno prius iusto quam peccatori.85.dist.fratrē.§.in ipsa &c.non satis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

Negatio. Quod negatio Christi nō tantum fit in verbis, sed etiam in factis.11.q.3.existimant.
Quod ille negat Christum qui (cum sit) se negat esse Christianum.12.q.3.non solum.
Quod quoties vitiis vincimur & peccamus,toties Deum negamus,11.q 3.existimant.
Quod qui veritatem pro pecunia negant; Deum qui veritas est vendunt.11.q.3.abiit.
Quod qui negant misericordiā faciendam patientibus, ipsum Christū qui misericordia est, negant.7.q.1.omnis.
Quod quanta vita est confiteri Christum,tanta mors est negare ipsum.11.q.3.non solum.§.idem timendo.
Quod Petrus negauit Christum cum se negauit eius discipulū.11.q.3.non solum.
Quod illi errant qui Petrum de negatione Christi excusant.11.q.3.non solum.§.idem timendo.
Quod de vno negatur, de plurib. conceditur.ibidem.
Quod negatiua probari non potest.6.q.5.§.vlt.

Negligentia. Quod negligētia est eruditionis nouerca.83.dist.nihil.
Quod negligentia arguitur in excusatione boni operis.84.dist.peruenit.
Item in subueniendo miseris.12.q.2.aurum.& c.seq.86.distin.fratrem.
Item in corripiendis peruersis.83.dist.error.2.q.7.sicut inquit.c.negligere.
Item in eruditione prædicationis.83.dist.nihil 43.distinct.sit rector.
Item in defensione pauperis.84.dist.§.1.& c.peruenit.& seq.
Quod negligentia prælatorum cedit in discrimē subditorum.40.dist.si Papa.
Quod negligentia correctionis perdit disciplinam in subditis.23.q.3.iustum.
Quod negligentes rectores multas sæpe nutriunt pestilentias, dum dissimulant adhibere disciplinam.86.dist.inferiorum.

hæresis dicitur, quia aliquādo dabant pecuniam vt citius ꝑmouerentur. 1. quæst. 1. quisquis.

Quod neophytis expedit plusquam aliis cibis delicatis & a vanitatibus abstinere. de consec. dist. 5. neophyti.

Necromantia. Quod necromantia est quando per incantationes videntur resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere. 26. qō. 5. nec mirum.

Quod quando necromantia fit, cruor aquæ miscetur vt colore sanguinis dæmones inuocati facilius prouocentur. ibid.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

Nobilitas. Quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum. 40. dist. nos.

Quod nec loci nec generis nobilitate, sed virtute Christi acquiritur gratia. 40. distin. illud. & cap. seq.

Quod quia Adam nobilitatem Dei per peccatum abiecit, nobilitate priuatus fuit. 40. dist. Adam.

Quod nobilitati defertur in pœnæ impositione pro excessu. 24. q. 1. qui contra.

Nomen. Quod nomen aliquando propter facti detestationem deprauatur. 17. dist. multis.

Quod nominis interpretatio vel diffinitio diligenter est aduertenda. 12. qō. 1. clericus qui. 16. q. 1. c. 1.

Quod a Christo Christiani nominantur. de consec. dist. 4. postquam ascendit.

Quod sola nominatio non sufficit ad condemnationem, quia sæpe innocentes in falso crimine nominantur. 2. q. 1. multi. in fi.

Quod sophisticatio nominum in matrimonii contractu, cum dicit se Virgilium, cum sit Plato, dirimit matrimonium. 29. q. 1 §. 1.

Notorium. Quod notorium nec accusationem nec probationē requirit. 2. q. 1. de manifesta. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Iudicio publico.

Nouitius. Quod nouitii in fide siue in religione austeriores aliis debent viuere. de consecr. dist. 5. neophyti.

Quod in religionem intrans tēpus probationis vnius anni debet habere. 17. quæsti. 2. Consaldus.

Quod incognitus ante trienniū non debet recipi ad professionem, & intra hoc tempus si sit seruus aut vxoratus, debet repeti. 17. q. 2. si quis. 19. q. 3. monasteriis.

Quod nouitii intra tempus probationis non debent ad ordines promoueri. 48. distinctio. sicut.

Quod in multis deferendum est eis, ne ratione nimiæ austeritatis tamquam minus radicati retrocedāt. 25. q. 3. c. quædā lex. §. quod scripsi.

Nu-

Nuptiæ. Quod nuptiæ dicuntur a nubendo, eo quòd puellæ pudoris gratia caput obnubere vel velare soleant.30.quæstio. vlt. nec illud.

Quod nuptiæ terram implent, virginitas paradisum.32.qō.1. nuptiæ.

Quod velle nubere post votum castitatis damnabile est.27.q.1.nuptiarum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio, & vbi agitur de Diuortio, & vbi agitur de Bigamia.

Obedientia. Quod obedientia est quidquid a superiore vtiliter imperatum fuerit obtēperare.33.q.1.summa.

Quod obedientia sola fide meritum possidet; sine qua quisquis fidelis conuincitur, & infidelis esse iudicatur.8.q.1.sciēdum.in fin.

Quod obedientia in scriptis debet promitti.23.distin.quamquam.

Quod obediendo in desideratis, & obediendo in contrariis pretervoluntatem, nulla est obedientia.8.q.1.sciendum.

Quod obedientia propria volūtate mactatur.8.quæstione 1. sciendum.

Quod obedientia quia cogit esse sub aliena potestate, nihil debet habere proprium.7.qō.1. non dicatis.

Quod obedientia est fructuosa, quia per ipsam in præsenti meremur gratiam Dei.93.distin. nulla.& c.seq.

Item futuram per ipsam meremur salutem.93.dist.si inimicus.11.q.3.quid ergo.

Quod sine ipsa incurrimus æternam reprobationem.93.dist. nulla.& c.seq.

Quod propter obedientiam est bonum omittendum, sed nūquam malum mortalis culpæ committendum.11.q.3.quid ergo.

Quod aliis præpositus non debet ferre moleste aliquem sibi prælatum esse, sed obedientiam quam exigit ab aliis, ipse impendat.23.distinct.quamquā. 2.q.6.qui scit.

Quod vbi duo superiores mandant vel præcipiunt opposita, non est obediendum.11.qō.3. si is.8.dist.quæ contra.

Quod in dubiis semper est obediendum.23.q.1.qui culpatur, ante fin.

Quod non est semper malum nō obedire, quia cum præcipitur aliquid contra Deum, prælato non est obediendum.11. quæstio.3.non semper.& 8.c. seq.

Quod seruus obediens domino suo in malo, excusatur pro tanto, quia seruus, sed non pro toto.22.quæstio.5.qui compulsus.86.distinct.quid prodest.

Quod superioribus festinanter est obediendum.93.distinct.si inimicus.

Quod Deo principaliter obediendum.8.dist.quæ contra.11.q.3. Imperatores.

Item post Deum Romanæ ec-

clesiæ diligentius.12.dist præceptis.93.dist.obedientiam.
Item episcopis.7.q.1.quia frater.
Item sæcularibus potestatibus.8. dist.quæ contra.
Item abbatibus religiosis. 18.q. 2.abbates.
Item quilibet suo superiori.93.distin.a subdiacono.
Qđ ideo Deo principaliter est obediendum, quia sicut potestas maior minoribus præponitur ad obediendũ, sic Deus omnibus hominibus.8. distin. quæ contra.
Quod post Deum ideo Romanæ ecclesiæ est obediendum, quia ipsa est caput & mater omniũ ecclesiarum.12.distin.non decet.& c.seq.93.distincti. si inimicus.
Quod episcopo a clericis, & sacerdotibus suæ diœcesis est obediendum, & reuerentia debet eis exhiberi. 7.q.1.quia.
Quod sæcularibus potestatibus sic est obediendũ, vt Deus nõ offendatur.8.dist.quæ contra. 15.q.6.nos.& c.seq.
Quod abbatibus monachi & alii religiosi specialius suo prælato in his quæ spectant ad regulam, quàm episcopo tenentur obedire, sicut clericus tenetur plus suo episcopo obedire, quã archiepiscopo.18.qõ.2. quam sit.§.nullus.& c. abbates.9.q. 3.conquestus.
Quod omnibus superioribus, dummodo non sint hæretici, licet sint alias mali, quandiu tolerat eos ecclesia, est eis obediendum.2.q.7.sacerdotes.
Quod iudex obediendo potestati legitimæ si quemquam occiderit, non culpatur.23.qõ.5. Miles.& c.cum homo.

Oblatio. Quod oblatio ẽ duplex, videlicet spiritualis, quæ est corpus & sanguis Christi; & temporalis, quæ fit ex rebus mundi. de conse.dist.2.tribus.in fin.
Quod oblatio eucharistiæ quæ proprie spiritualis est, omnem oblationem præcellit. de conse.dist.2.nihil.
Quod ab omni sorde purgati debent hanc oblationem offerre.50.dist.& purgabit. 81.dist. oportet.in fin.
Quod immundi ab hac oblatione prohibentur. 82.dist. proposuisti.
Quod licet hæc oblatio sancta sit, non tamen indigne offerẽs eam sanctificatur, sed plus polluitur.1.qõ.1. prophetauit.
Quod in oblatione rerum temporalium Deus plus pensat voluntatem offerentium quam oblatum.14.q.1.odi.14.qõ.5. scriptum.45.dist.duæ.15.qõ.6. c.15.seq.
Quod quilibet Christianus videtur teneri offerre in festiuitatibus.de consecr.dist.1. omnis Christianus.
Quod oblatio ex iniquo est maculata, & ideo infructuosa.14. q.5.immolans.
Quod oblationes iniquorum nõ respicit Deus: sicut ad munera Cain non respexit.3.q.7.in grauibus.
Quod quidquid in sacrificio Dei ex scelere offertur: non placat ipsius iracundiam, sed irritat.
1.

qui.& 4.c.seq.

Otium. Quod otium siue commodum proprium nemo vtilitati ecclesiæ debet præponere: sed vocatus ad regimen miti corde debet obtemperare.16.q.1.vos.

Quod prælatus plus tenetur ouibus commissis quam otio contemplationis intendere. 7. q. 1.suggestum.

Quod nemo debet in loco orationis attendere fabulis otiosis. 25.dist.vnum.§.alias. ante fin.

Quod de omni verbo otioso reddenda est ratio.22. quæstio. 5. quoties.

Quod incongruum est otiosum esse, & de alieno labore victũ quærere.13.q.1.ecclesias.§.proximo.in fin.

Quod semper aliquid operis facito vt te diabolus semper inueniat occupatum.de consec.dist. 5.nunquam.

Quod prodest malefactores trũcare: quia ab insana vita ad sanãdum otium diriguntur. 23. q.5.c.1.circa med.

Quod non licet Christianis in calendis otiis vacare,& superstitionibus intendere. 26.q. vlti. non licet.

Occidere. Quod occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore.de pœ dist.1. homicidiũ.

Item odio in corde.ibid.

Item detractione in ore.ibid.

Item panis subtractione. 86.dist. pasce.14.quæstione 5. immolans.

Item in delinquentiũ non correctione : quia cum pastor delinquentes non arguit, tacendo occidit. 43.d.c. Ephesiis.

Oculus. Quod oculus impudicus impudici cordis est nuntius. 32.q.5. nec solo.

Quod non tantum sufficit oculos castos custodire, sed etiam linguam.6.quæst.1. ex merito.in fine.

Quod præcipue clerici non debent incedere vagi oculis nec lingua effræni. 23 distinct.his. circa med.

Quod qui iniuriose iustos tangit. 2.q 7.accusatio quoque.

Quod episcopi sunt oculi Dei. 6. q.1.oues.

Quod Diaconi, qui nunc dicuntur archidiaconi, sunt oculi episcopi: quia vice ipsius debẽt totam diœcesim perlustrare. 93.dist.diaconi ecclesiæ.

Quod priuatus oculo qualicumque ex causa priuatur sacerdotii iure.55.distinctione si Euangelica.

Odium. Quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicantur. de pœn.dist 1.homicidium.

Quod odio debent haberi peccata,non homines.85.dist. odio. 23 q.4. duo.

Quod clerici maxime debent odium & æmulationes fugere. 23.dist.his igitur.

Quod nemo potest veram pœnitentiam agere, nec gratiã baptismi recipere , nisi primum dimittat odium in corde. de pœn.dist.5.falsas.de consec.dist. 4.quomodo.in fin.

Quod qui diurnum odium non dimit-

dimittit admonitione præmissa per presbyteros, a cœtu fidelium est expellendus. dist. 90. placuit.

Quod probatur odisse vitia qui arguit delinquentes. 86. dist. inferiorum.

Officium. Quod officiũ aliud est sæculare, aliud diuinum siue ecclesiasticum. 59. dist. c. officia.

Quod officium sæculare aliud est licitum, quod scilicet caret peccato: aliud illicitum, quod sine peccato exerceri non pōt, de pœn. dist. 5. falsas.

Quod officium illicitum est deserendum: quia ex stendo in ipso pœnitentia nō potest agi. de pœn. dist. 5. falsas.

Quod occupantes se illicitis officiis, ab ecclesiæ officiis sunt expellendi. 88. dist. consequens est.

Quod clericis artificio licet victum quærere absque diuini officii detrimento. 91. distin. clericus. & c. seq.

Quod officium diuinum siue ecclesiasticũ est diligenter exequendum. 12. dist. de iis. 91. distin. presbyter.

Quod officium Metropolitanæ ecclesiæ obseruandum est per prouinciam. 12. dist. de iis. de consec. dist. 2. institutio.

Quod diuinum officium, præcipue missa, securius cum pluribus exequitur. 7. q. 1. illud.

Quod ordinem officii in matutinis & in Missa, & in aliis horis conuenit omnibus clericis custodire. de consec. dist. 5. conuenit & duob. c. seq.

Quod post matutinas & post vesperas, semper Pater noster, est dicendum. de consec. dist. 5. id semper.

Quod seruitus est clericorum septem horarum officia qualibet die persoluere. 91. distinct. presbyter.

Quod septem horæ ibidem enumerantur.

Quod clerici in sacris & beneficiati tenentur ad horas canonicas, & ad officia diuina. 92. dist. c. vlt.

Quod prælati officium diuinum aut per se aut per clericos debēt explere. 91. dist. presbyter.

Quod clericus diuinum officiũ non explens debet deponi. 92. dist. c. vlt.

Quod officium diuinũ plus corde quam voce est exercēdum & exequendum. 92. dist. cantantes.

Quod publicus concubinarius Missam & alia diuina officia exequi non debet. 32. dist. præter hoc.

Quod officium simoniacorum & in fornicatione iacentium scienter non est audiendum. 32. dist. præter hoc. §. verum. in fine.

Ministros officia ecclesiæ exercētes, sicut lectores, acolythos, subdiaconos, sacerdotes, & archiepiscopos & episcopos, & alios, habes quoslibet in hoc opere in suo loco cum suo officio declaratos.

Quod officia ecclesiastica singula singulis personis sunt distribuenda. 89. dist. c. 1.

Quod quantumcumque exerci-

tatæ personæ duo officia vno tempore non sunt committenda. 89. dist. singula.

Quod in ecclesiæ officiis vitanda est consanguinitatis successione hæreditario iure credant se ea vendicare. 8. q. 1. apostolica.

Quod potius sunt danda extraneis bonis, quàm propinquis malis. 8. q. 1. Moyses.

De officiis ecclesiæ habes vbi agitur de Beneficiis, & vbi agitur de Ecclesia.

De officio diuino habes vbi agitur de Cantu & celebratione, & vbi agitur de Eucharistia, & vbi agitur de Missa & de Ordine.

Omissio. Quod omissio casu vel per errorem contingens caute est supplēda. 1 q. 1. spiritus. §. proximo. 7. q. 1. nihil. 52. dist. solicitudo.

Quod quando substantiale omittitur, non valet quod agitur. de conse. dist. 4. in synodo. 22. q. 2. animaduertēdum. de pœnit. dist. 5. fratres.

Quod quando aliquid propter maius bonum omittitur: non contemptus, sed prouidentia iudicatur. 63. dist. Hadrianus.

Opera. Quod opera bona vigilanter sunt facienda. 86. dist. fratrem.

Quod quotiescumque bonum agimus. Deum confitemur: sicut econtra malum faciendo ipsum negamus. 12. q. 3. æstimant.

Quod Deus in operibus bonum plus respicit animum quam actum. 15. q. 6. si quandoq; a sacerdotibus. in fin.

Quod vbi Christus non est fundamentum, nullius boni operis potest esse ædificium. 1. qō. 1. cum Paulus.

Quod Deus de malis actibus hominum bona operari consueuit. 23. q. 5. relegentes.

Quod opera non sunt præcipitāda, sicut nec consilia. 50. distin. ponderet.

Quod nō solum respicienda sunt opera, sed etiam circumstantiæ operum; videlicet tempus, causa, voluntas, personarum differentia. 23. q. 8. occidit. de pœn. dist. 2. vt cognouerunt. §. opponitur. in fin.

Quantum ad tempus respiciēda sunt, quia multa permittebantur olim, quæ nō modo, & mo do, quæ non olim. 32 q. 4. quis ignoret. & c. seq. 35. qō. 1. ca. 1. 34. dist. fraternitatis.

Quantum ad causam, sicut quia Phinees non occidit propter personæ odium, sed propter legis zelum. 23. q. 8. legi. & c. seq. & q. 6. cum homo.

Quantum ad voluntatem; quia qui præter voluntatem occidit, non sic culpatur sicut voluntatem habens. 50. distinct. eū qui. & 4. c. seq. 15. q. 1. nō est. & tribus c. seq.

Quantum ad personarum differentiam, videlicet vtrū sit persona nobilis vel ignobilis, vtrū sit sapiens vel stultus. 40. dist. homo Christianus.

Quod sanctorum filii non dicuntur qui tenent loca eorum, sed qui eorū exercent opera. 40. dist.

dist. non est.

Quod bona opera prosunt ad dignitatis sublimitationem. 56. dist. quia.

Item ad irregularitatis dispensationem. 1. q. 7. tali.

Quod mediocre bonū opus maiori non est præferendum. de consf. dist. 5. non mediocriter.

Quod culpa pia operatione solet purgari. 22. qō. 2. si quælibet. Exemplum ibi de obstetricibus.

Quod aliquando sunt facienda ad quæ non tenemur, & illa sunt gratiosiora. 28. qō. 1. iam, post medium.

Exemplum ibi de Christo qui tributum soluit cum non teneretur.

Quod bona opera mortificantur per peccatum mortale. de pœn. dist. 4. §. finis, circa med.

Quod reuiuiscunt per pœnitentiam.

Quod per opera bona teguntur peccata. 45. dist. sed illud.

Quod opera facta extra fidem & charitatem non valent ad salutem. 24. q. 1. odi. & c. seq. de consf. dist. 5. nihil enim.

Quod licet malis bona opera nō prosint ad salutem, nō tamen sunt omittenda, quia prosunt ad alia 14. q. 5. qui habetis. & §. seq.

Quod licet quædam opera sint indifferentia, tamen in ipsis quis demereri potest & mereri. 23. q. 5. lex. & 4. c. seq.

Quod opus male inchoatū bonum finem habere nō potest. 1. q. 1. principatus.

Quod sicut peccatum opus sine voluntate non facit, ita & iustitia ex opere nō consummatur nisi voluntas affuerit. 32. q. 5. sicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna.

Oppreßio. Qđ oppressio dicitur quæ fit in pauperes cōtra iustitiam & veritatem. 11. q. 3. pauper.

Quod omnis oppressio & iniustitia iudicium sanguinis est. de pœn. dist. 1. omnis.

Quod oblatio oppressorū pauperum nō est recipienda. 90. dist. oblationes. & c. eorum.

Oratio. Quod oratio est pij animi affectus omnia in Deum prætendens. de conse. dist. 1. quando autem stamus.

Quod non verbis tantū, sed corde orandum est domino. de consf. dist. 5. non mediocriter.

Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus quam id de quo deprecatur. de consec. dist. 1. quando.

Quod cum quolibet verbo orationis debet concors esse sensus cogitationis. de consf. dist. 4. nunquam.

Quod orationis voces ad aures Dei non diriguntur, nisi cum animi affectu. 38. dist. sedulo.

Quod melius est quinque psalmorū cantatio cum deuotione, quam totius psalterii modulatio cum anxietate. de cōsf. dist. 5. non mediocriter.

Quod versus orientem est orandum, & per consequens oratoria sunt facienda. 11. distin.

ecclesiasticarum.

Quod in signum resurrectionis Christi diebus dominicis & tempore paschali non est orãdum cum prostratione. 30. dist. si quis presbyter.

Quod oratio dominica scilicet Pater noster, post alias horas semper est dicenda. de consec. dist. 5. id semper.

Quod orandũ est sine intermissione. de cons. dist. 5. nũquam.

Quod prælati præcipue orationi debent esse intenti, quia non tantum pro se, sed etiam pro subditis tenẽtur orare. 36 dist. si quis vult.

Item clerici & religiosi. 12. qõ. 1. duo.

Quod prælatis non sufficit oratio nisi & assit eleemosynę lar g tio. 86. dist fratrem.

Quod oratio est peccatorũ purgamentum. 1. qõ. 1. ipsi sacerdotes.

Quod ideo sacerdotes dicuntur peccata hominum comedere: quia ea suis orationib. delent atq; consumunt. 1. q. 1. ipsi.

Quod oratio est contra visibiles & inuisibiles hostes efficax iuuamentũ. 36. dist. si quis vult.

Quod per orationem diuina secreta reuelãtur. 8. q. 1. si ergo.

Quod homines siue mortui, siue viui orationibus adiuuantur. 23. quæst. 2. non æstimemus. & quattuor c. seq.

Quod quia a Papa salus depẽdet omnium, ab omnibus pro ipso est orandum. 40. distin. si Papa.

Quod pro illis qui seipsos interficiunt vel pro illis qui pro suis sceleribus interfecti sine contritione decedunt nõn est orandum. 23. q. 5. placuit.

Quod quanto oratio a meliori porrigitur tãto citius exauditur. 1. q. 2. ipsi. 14. q. 5. sciptũ.

Quod Deum prouocãs propriis peccatis non bene potest intercedere pro alienis. 1. qõ. 1. fertur. §. vulneraro. & qõ. 6. ego. in fi. 3. q. 7. in grauibus.

Quod cũ is qui displicet ad intercedeudum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. 3. q. 7. in grauibus.

Quod orationis tẽpore ab opere coniugali est abstinẽdum. 33. q. 4. per totum.

Quod quia sacerdotibus semper est orandum, ideo ipsis a mulieribus semper est cauẽdum. 31. dist. si laicus.

Quod plus aliis ad orandum obligantur qui aliorum eleemosynis vtuntur. 10 q. 1. quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio, & vbi agitur de Missa.

Ordo. Quod ordo est duplex videlicet triumphantis ecclesiæ, & militantis. 89. dist. c. ad hoc.

Quod nullius vniuersitatis gereretur administratio, qua subsistere posset nisi eã magnus differentiæ ordo seruaret. 89. dist. ad hoc.

Quod triumphãtis ecclesiæ nouem sunt ordines angelorum sub octo generibus lapidum designati, de pœn. dist. 2. principium. §. omnis lapis.

Quod in militãti ecclesia nil debet

debent episcopo facere sub iuratoria cautione de obedientia & aliis honestis. 23. distin. quamquam.

Quod nullus sine certo titulo est ordinandus, & si ordinatur, vacua & irrita est quantum ad executionem eius ordinatio. 70. distin. neminem. & cap. sequen.

Quod monachus etiam si non professus fuit, vel quilibet alter religiosus sub titulo monasterii ordinatus, ad seruiendū ibi perpetuo obligatur.

Quod nemo debet coactus ordinari: quia, vt videtur, talis nō recipit characterem. 74. dist. per totum.

Quod nullus debet pretio vel fauore, sed ex vitæ merito ordinari. 1. q. 1. pueri.

Quod ordinandus debet esse sobrius, non vinolentus. 35. dist. per totum.

Item debet esse hospitalis. 42. distin. §. 1.

Item debet esse prudens in sacra scientia. 36. distin. vsque ad 38. dist. per totum.

Item debet esse domui bene præpositus, vtpote qui familiā suā bene educauerit. 47. dist. sicut hi. §. necesse. & c. seq.

Quod multi faciunt se ordinari non propter deuotionem, sed propter supplendam penuriā. 77. dist. monachus.

Quod beneficiati vt ordinentur per episcopum sunt compellendi. 60. dist. innouamus.

Quod sicut inuitus qui ordinari renuit, sacris altaribus est amouendus, sic ambiens vltro se offerens est repellendus. 1. q. 6. sicut.

Quod nolentes ordinari ad illos ordines quos status requirit per episcopum honore sunt priuandi. 60. dist. innouamus.

Quod non debet ordinari nisi diaconus in archidiaconum, & presbyter in archiepresbyterum, & in decanum non nisi presbyter. 60. dist. §. 1. & tribus c. seq.

De multis generibus hominum non ordinandorum habes 34. dist. præcipimus. & quattuor c. seq. 50. dist. ex pœnitentib. 51. dist. per totum.

Item de bigamis nō ordinandis habes 33. distin. per totum. & habes supra vbi agitur de Bigamia.

Quod habens vxorem ante baptismum, & aliam post siue vxorem siue concubinam, non est ordinandus, nisi cum dispensatione. 33. distinctione si quis. & cap. maritum. & c. habuisse. & 34. distinct. c. fraternitatis.

Quod bigamus ad subdiaconatū & supra ordinari non potest. 32 dist. seriatim.

Quod nemo coniugatus ordinari debet nisi vxore requisita, & castitate præsente episcopo pmissa. 77. distinctione episcopus.

Quod in orientali ecclesia ordinandi etiam ad sacros ordines licite contrahunt, sed non in occidentali, vbi ad continentiam obligantur. 31. dist. aliter.

Quod corrumpens virginem & post contrahens cum eadē, vi-

detur ꝙ non possit ordinari. 34.distinct.curandum.& cap. sequen.

Quod an in ordine lapsus post peractam pœnitentiam in suo ordine valeat remanere, aut ad vlteriores ordines conscendere.50.dist.per totum.

Quod vsurarii & cupidi, quia tales de facili a vero deuiant, ordinari prohibentur.47.distin. per totum.

Quod homicidium siue pagani, siue Christiani, siue publicũ, siue priuatum, etiam post peractam pœnitentiam impedit ordinandum, & ordinati officium exequendum.50.dist.miror.& cap.seq.

Quod serui nisi liberrati fuerint dati, non sunt ordinandi.54. dist.per totum.

Quod mulier non debet ordinari.32.dist.mulieres.

Item illegitimi, nisi sint in religione: absque dispensatione non debent ordinari, maxime ad curam animarum.56.dist.per totum.

Quod ordinandus debet recipere litteras suæ ordinationis. 2. q.1.legum.

Quod non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt.15.q. 1 si quis.

Quod ordinatus in presbyterum prætermisso ordine vno de minoribus, non debet exequi officium.59.dist.si officia. & duobus c. seq.

Quod ordinati ab hæreticis suspensis & interdictis in forma ecclesiæ, recipiunt characterẽ, sed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionẽ qua carent.1 q. 1. si qui a simoniacis.

Quod ordinatus ab hæretico nõ est reordinandus.19.distin.secundum.

Quod ordinati ab hæreticis, si alias digni sunt, tolerantur, nisi se fecerint reordinari ab ipsis. 1.q.7.saluberrimum.in fin.

Item nisi se simoniace a simoniaco fecerint ordinari.9.q. 1.excommunicati.

Item nisi se fecerint rebaptizari. de consec.dist. 4.eos quos.

Item nisi in contemptum fidei & ecclesiæ se fecerint ab hæreticis baptizari.1.q 7.conuenientibus. Vnde versus:

Siue bis ordo datur, seu baptismus repetatur,
Vel si præstetur, vt vtrumq; Simon operetur.
Seu vt euertatur fidei status, ordo petatur.
Vt dispẽsetur, spes irrita prorsus habetur.

Quod qui coactus ab hæretico vel simoniaco ordinem recepit, consequitur executionẽ. 1.q.1.constat.

Quod ficte ordinatus vel in mortali peccato, nõ est reordinandus. 68.dist.sicut.

Quod ordinati ad sacros vxor post mortem eius non potest contrahere. 28. distinct. quia sunt culpæ.

Quod episcopus ordinans scienter indignum punitur.34. dis. quando.in fi. & 50.dis. ex pœnitentibus. & 59. dist.qui ecclesi

clesiasticis.

Quod indignus dicitur ad ordines promoueri quis multipliciter, videlicet ratione conditionis; vt cum seruus alterius ordinatur, & tunc ordinans cõdemnantur in duplum. 54. dist. si seruus.

Item ratione ætatis: & tunc ordinatus deponitur. 77. distinct. subdiaconus.

Item ratione temporis, sicut quatuor tempora, & quæ sunt legitime ordinata, & tunc ille ordinatus deponitur, & ordinãs ordinandi potestate priuatur. 77. dist. subdiaconus.

Item ratione carentiæ beneficii: & tunc ad iniuriam episcopi deponitur. 70. dist. neminem.

Itẽ ratione bigamiæ vel alterius irregularitatis, & tunc episcopus ordinandi potestate priuatur, & ordinatus ordine spoliatur. 50. dist. ex pœnitentibus.

Item ratione publici criminis, & tam ordinator quàm ordinatus deponitur. 51. distinct. aliquantos.

Item ratione inscientiæ, & tunc ordinator ordinandi potestate priuatur, & ordinatus ordine spoliatur. 36. distin. qui ecclesiasticis.

Quod ordinatus a non episcopo debet reordinari. 68. dist. per totum.

Quod episcopus alterius diœcesis clericũ sine dimissoriis ordinare non debet. 9. q. 2. per totum 71. dist. clericos. 21. qõ. 2. quoniam.

Quod episcopus clericum suum ab alieno episcopo sine cõsensu suo ordinatum, ante executionem officii recipere potest, & secum dispensare, dummodo sententiam contra tales nõ tulerit. 9 quæstione 2. Lugdunen. §. seq.

Quod illi furtiue dicuntur ordinẽ recipere, qui absque conscientia episcopi & absque examinatione ordinantur. 64. distinct. extra conscientiam. 24. distin. quando.

Quod tales ipso iure sunt irregulares: & si prohibiti vel excõmunicati sunt promoti, sunt deponendi 24. dist. c. vlti.

Quod exceptis minoribus ordinibus, vt est consuetudo, nulli licet plures ordines vno die accipere. 77. dist. monachus.

Quod accipiens duos ordines simul, maxime post examinationem, est deponendus. 77. distin. subdiaconus.

Ornatus. Quod ornatus hominis ẽ duplex, videlicet interior, & exterior. 41. dist. §. 1.

Quod ornatus Christianorũ verus est non in splendentia vestimenti, sed motis boni. de consec. dist. 5. fucare.

Quod nihil in corona episcopi splendidius est quàm humilitas. 100. dist. contra morem. post medium.

Quod ornatus episcopi vel clerici exterior in multis consistit, videlicet, vt comam non nutriat. 23. dist. clerici qui.

Item vt vestes religiosas habeat. 21. q. 4. omnis. 41. dist. §. 1.

Item vt sine operimento decenti non incedat. 21. quæst. 4. epi-

scopi.

Item vt numquam guttur vel fauces vel faciem vnguento liniat. 92. dist. cantantes.

Item vt in religionis habitu & cibo cum quibus viuit, conueniat. dist. 41 §. vlt.

Item vt incessu graui maturitatẽ mentis ostendat. 41. distinct. clericus.

Item in cibo & potu temperantiam & sobrietatem prætẽdat. 41. dist. §. vlt.

Quod in ornamento summi põtificis rationale designat, quia in pectore pontificis debet esse cognitio veritatis 36. distin. qui ecclesiasticis. §. ecce.

Quod clerici debent esse ornati exterius, videlicet incessu & habitu, vt non sordidis vel fulgidis vestibus se ornent. 40. dis. §. 1.

Quod tunc incessus sacerdotis est ordinatus quando grauitate itineris mentis maturitatẽ ostendit. 41. distin. parsimoniam.

Quod exterior ornatus tolerabilior est in feminis quam in viris. de consecrat. distinctio. 5. fucare.

Quod ornatus meretricius non est ad placendum hominibus, sed ad placendum dæmonib. de consec. distinct. 5. fucare. in fin.

Quod prælati debent intendere vt templa Dei ornata resplendeant. 86. dist. non satis. §. itẽ perfecta.

Quod nullus ornatus ecclesiæ sic debet esse carus quin pro necessitate pauperum & captiuorum sit expendendus. 86. dist. non satis. §. item perfecta. 12. quæstione 2. aurum. & c. gloria.

Osculum.

Quod osculũ pacis in missa ante communionem est dandum. de consecrat. distinct. 2. pacem.

Quod osculum lasciuum, libidinis est incitamentum. 27. q. 1. nec aliqua.

Quod quia monachi semper debent esse puri, feminas non debent osculari. de consecra. distin 4. monachi.

Quod excommunicatis non est communicandum in osculo. 11. q. vlt.

Otto.

Quod Otto Imperator primus iurauit Ioanni Papæ fidelitatem, & omnia iura papalia defensare. 63. dist. tibi domino.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus.

Ouis.

Quod oues Christi vocantur omnes Christiani. 23. q. 4. displicet.

Quod is qui valet Christo oues & tenuerit pascere ostendit se pastorem suum minime amare. 8. q. 1. in scripturis. 16. q. 1. vos.

Quod ouis perdita scilicet genus humanum per Christum ad ouile cæleste est reportata. 12. q. 1. quia tua. ante fin. 16. q. 7. pœnitentem.

Quod vulnerato pastore, id est, prælato, & oues infirmãtur. 1. q. 1. fertur. §. vulnerato.

Quod oues contra pastorem, nil

in fide errauerit insurgere non debent.2.q.7.oues.6.quæst.1. oues.

Quod scabiosa ouis ne pecora & etiam ne tota domus inficiatur,est repellenda.24.q.3.resecandæ.

Quod sicut ab vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic ab vno peccatore populus inficitur.45.dist.sed illud.in fin.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

Pabulum. Quod pabulum a fure quandoque auertendis pecoribus spargitur,vt abigārut. 5.q.5.non omnis.in fine.

Patientia. Quod patiētia est suas & suorum iniurias æquanimiter tolerare.23.quæstione 1.circa medium.

Quod non reddere mala pro bonis,sed reddere bona pro malis,signa sunt perfectæ patientiæ.23.quæstio.3.sex differentiæ.

Quod iniuria propriæ personæ cū patientia & gaudio est sustinenda: sed iniuria Dei vlciscenda.23.qō.4.quòd Christus.§.proximo.

Quod vbi hostis non personam, sed sedem ecclesiæ quærit; si sibi non resistitur,non patientia sed negligentia iudicatur. 23.q.3.Maximianus.& c.pro membris.

Quod laudabilior est fraudis passio quam vindictæ actio.23. quæst.1.nisi circa medium & sequen

Quod præcepta patientiæ non tam in ostentatione corporis quàm in præparatione cordis sunt seruanda.23.quæst.1.nisi.§.his.

Quod in aduersitate in secreto seruanda est in animo patientia: in manifesta exhibenda sunt persecutorum saluti expedientia.23 q.1.paratus.

Quod prælatorum est pestifera patientia per quam nutriuntur in subditis vicia.23.q.4.iu stum.

Quod vbi non timetur maius periculum multitudo delinquētium per patientiam ad pœnitentiam est expectanda.23.q. 4.quid faciet.post medium.& c.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Tolerantia, & vbi agitur de Persecutione.

Pacta. Quod pacta cōtra bonos mores vel leges contra honestas consuetudines nullius sunt momenti.8 dist.quæ contra.

Quod quæ pacta licita sunt.10.q. vlt.relatum.

Quod ardua pacta in scriptis sūt redigēda propter formam pacti & temporis.10.q.2.casellas §.vltimo.

Quod generale pactum est societatis humanæ regibus suis obtemperare.8.distinctione quę contra.

Quod pacta cum dęmonibus per magicarum artium molimina fœderata sūt ab omni Christiano fugienda. 20.quæst.3. igitur.

Quod mandatum Dei dicitur super omne pactum: nec contra ipsum potest fieri pactum. 8. dist. quæ contra. 20. q. 1. puella. in fin.

Quod in spiritualib. videtur posse fieri pactio sine peccato. 18. quæstio. 2. Eleutherius. & 10. q. vii. cap. nec numerus. in fin. & c. seq.

Quod in spiritualibus nulla potest fieri pacto inhonesta, sed si postmodum aliqua subsidii gratia conferuntur, licite recipiuntur. 1. q. 2. quam pio. in fi. & 100 dist. in ea synodo.

Pallium. Quod pallium quod datur archiepiscopis repræsentat specialem dignitatem & honorem. 100. distin. prisca. & c. cōtra. ante fin.

Quod petens pallium, antequam accipiat, debet profiteri articulos fidei: & debet promittere se seruare statuta conciliorū, & Pontificum Romanorum. 100. dist. nouit. §. causarum. & c. optatum.

Quod confirmatus in archiepiscopum intra tres menses debet a sede apostolica pallium quærere. 100. dist. quoniam.

Quod antequam habeat palliū, licet sit episcopus, non potest episcopos consecrare. 100. dist. quoniam.

Quod pro pallio nihil dari vel accipi debet. 100. dist. nouit.

Quod pallium non debet negari vbi est petentis meritorum exigentia, & feruens instantia, 100. dist. prisca.

Quod cum pallio semper conceditur aliquod speciale priuilegium, & renouatur antiquum. 100. dist. rationis.

Quod in pallio significatur quod archiepiscopus cum augmento honoris debet excrescere in ornamento actionis. 100. dist. rationis.

Quod archiepiscopus non debet vti pallio nisi intra suam prouinciam, & hoc non in processionibus, sed tantum in missarum solemniis. 100. dist. pallium tibi. & c. contra.

Quod quia pallium sigillatim traditur, innuitur quod est personale, & ideo alteri commodari non potest, nec in morte relinqui, sed cum habente sepeliri. 100. distin. scriptorum.

Palma. Quod palma, quæ in imo est strictior, & quanto plus ascendit est grossior, designat perfectionē bonorum, qui inferius sunt parui, sed sursum se erigendo in cælestibus desideriis sunt ampli. 47. dist. omnes.

Panis. Quod est panis eleemosynæ. 86. distin. pasce. & 5. q. 5. non omnis.

Item Eucharistiæ. de consec. dist. 2. fere per totum.

Item panis tribulationis siue pœnitentiæ. 23. qō. 4. Guilisarius.

Item panis doctrinæ. 8. q. 1. laudabiliter, in fin.

Papa. Quod Papa aut sanctus eligitur, aut ex promotione clarus efficitur. 40. dist. non nos.

Quod in cultu Dei maiorem zelum debet habere quam alii Christiani. 23 q. 1. officii

Quod propensius est pro ipso orandum, quia ex ipso dependet salus omnium. 46. distin. si Papa.

Quod aliorum causas Deus commisit hominibus terminandas, Papam vero suo iudicio reseruauit. 9. q. 3 aliorum.

Quod non necessitate, sed propria voluntate de obiectis se criminibus purgat. 2. q. 4. mãdastis. Exemplum ibi de Sixto Papa. & c. auditum. Exemplũ ibi de Leone Papa. qõ. 7. nos si. in fid. Exemplum ibi de Damaso Papa.

Quod Papa nisi a fide errauerit, a nemine est iudicandus. 40. dist. si Papa.

Quod quia Papa est vicarius Petri, nõ de facili debet de eo haberi præsumptio mali. 40. dist. non nos.

Quod non omnis Papa est sanctus, sed quandoque a Deo tãquam reprobatus punitur. 19. dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.

Quod bonitas ipsius salus est omnium, & peruersitas eius cedit in damnationem innumerabilium personarum. 40. dist. si Papa.

Quod Papa est iudex omnium etiam si non appellatur ad ipsum. 9. q. 3. conquestus.

Quod auctoritate eius conciliorum statuta roborantur. 17. distinct. concilia.

Quod Papa põt absoluere quos concilium male damnauit. 9. q. 3. cuncta. & quattuor capit. sequen.

[Quo]d potest vbique iudices delegare. 2 q. 6. ideo.

Quod sententiæ ipsius ab omnibus debent seruari. 93. distin. si inimicus.

Quod sic debet reputari statutũ Papæ, ac si de ore Dei vel beati Petri esset prolatum. 19. distin. sic omnes.

Quod non licet alicui de ipsius iudicio disputare. 17. qõ. 4. si quis suadente.

Quod adimplendum est eius mãdatum, etiam si videtur vix ferendum. 19. distinct. in memoriam.

Quod omnis noua religio per ipsum debet confirmari. 12. distin. præceptis.

Quod sententia quæ per se non tenet, per confirmationem Papæ efficitur valida. 3. q. 6. hæc quippe. ante finem.

Quod potest restituere famæ infamatum. 3. q. 3. Euphemium. §. proxi.

Quod Papa licet de iure non sit ligatus ad ea quæ statuit, tamẽ honestum est vt ea præ ceteris seruet. 25. qõ. 1. confidimus. & c. ideo.

Quod ordo iustitiæ requirit vt Papa antecessorum statuta custodiat, quia sua a successorib. vult custodiri. 25. q. 1. iustitiæ. & q. 2. in Galliarum. c. si ea. & c. quod vero.

Quod non dat priuilegia ecclesiæ in damnum alterius. 25. q. 2. de ecclesiasticis priuilegiis.

Quod olim de sacerdotib. in matrimonio nati licite promouebantur in Papatum. 56. distinctione Cænomanen. §. cum ergo.

De ecclesia habes vbi agitur de ecclesia Romana, & vbi agitur de Electione Papæ, & vbi agitur de Sede apostolica.

Parens. Quod primos parentes princeps vitiorũ gratuitis exspoliauit. de pœn.dist. 2.§.Romanos.

Quod parentes carnales sunt ex debito honorandi 30. dist. si q filii. 86. dist. in singulis. in fin.

Quod si a Christo auertunt, sunt omnino dimittendi. 28. q. 1. si infidelis.

Quod tempore necessitatis magis succurrendum est parentibus quàm aliis. 86. dist. in singulis.in fin.

Quod despiciens parentes necessitatis tempore meretur mortem temporalem & æternam.

Quod potius debet quis parentibus egenis maxime fidelibus prouidere, quàm religionem intrare. 30. distinctione si qui filii.

Quod nec parentes debent deserere filios egentes. 30. dist. si quis reliquerit.

Quod illi qui aduersus parentes armantur, vbique notam infamiæ incurrunt. 6.q.1.infames.

Quod ex malis parentibus vt plurimũ mala proles generatur. 56.dist. si gens.

Quod de meretrice natus, si propria decoratur virtute, nõ debet parentum dedecorari opprobriis. 51. dist. numquam.& c.seq.

Quod non parentum, sed propria culpa quemque condemnat. 56.distinct. vndecumq; & 3.c.seq.

Quod frequenter leguntur filii pro peccatis parentum puniri, etiam in quartam generationem. 24.q.3.§.1.

Quod parentes suos pueros ante ætatem legitimam religionẽ intrãtes possunt reuocare. 20. q.2.puella.

Quod si a parentibus coacti religionis habitum susceperint, nisi consenserint, eum deserere possunt. 20.q.1. puellæ.

De hac materia habes vbi agitur de Filiis, & vbi agitur de Patre & Filiis.

Parentela. De hac materia habes vbi agitur de filiis.

Pascha. Quod pascha die dominico semp debet celebrari. de consec. dis. 3. nosse.& c.seq.

Quod quo mense & quota luna debet celebrari, habes de consec.dist.3 celebritatem.

Quod in hoc quod quadraginta dies ante pascha cum labore peragimus, & post pascha quinquaginta dies cum lætitia: præsens labor, & futura lætitia designatur. de cons.dis. 5.ieiuniũ.

Quod pascha intra 14. lunam. & 21. diem mensis Aprilis inclusiue est celebrandum. de consec.dist.3. celebritatem.

Passio. Quod passio Christi fuit multiplex & grauis. 7.q.1.suggestum.

Quod Christi passio fuit præfigurata & prænuntiata in veteri testamen[illegible] de consec

in calice.

Quod ipsius passionis fuit multa efficacia. 7. quæst. 1. suggestũ. de consecratione dist. 4. pro pue. in fine.

Pastor. Quod pastor dicitur Christus. 7. qõ. 1. in scripturis. 2. qõ. 7. testes. §. Christus.

Quod pastor dicitur cuiuslibet ecclesiæ prælatus. 8 q. 1. sciscitatis.

Quod pastor ecclesiæ nisi diligẽter pascat oues, Christum pastorem eorum non videtur amare. 8. q. 1. in scripturis.

Quod pastor debet oues pascere instructionis verbo. 43. distin. Ephesus. 8. q. 1. audacter. in fi.

Item conuersationis exemplo. 11. q. 3. præcipue.

Item Euchatistiæ sacramento de conse. dist. 2 non prohibeat.

Item temporali subsidio. 16. q. 1. nulli episcoporum.

Quod exemplo Christi opportuno tempore debet animã suã pro ouibus exponere. 7. qõ. 1. suggestum. & ca. sciscitaris. & c. aduersitas.

Quod languente pastore grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur. 7. q. 1. quamuis.

Quod pastoris sententia gregi semper est timenda. 11. q. 3. nõ solum. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

Pater. Quod pater dicitur Deus creatione. 12. q. 2. qui abstulerit. 24. qõ. 1. omnibus.

[illegible]itur diabolus pater criminis imitatione. 1. q. 1. cum ordinaretur.

Item dicitur pater auctoritate, sicut episcopi & prælati patres sunt. 17. dist. synodũ. & quattuor c. seq.

Item dicitur pater temporis antiquitate: sicut veteris testamẽti dicuntur patres 23. q. 4. cum in lege.

Item dicitur pater spiritualis sacramenti collatione, sicut baptismi, vel confirmationis, vel pœnitentiæ. 30. qõ. 1. de his. & c. omnes.

Item dicitur pater carnalis generis propagatione. 47. dist. sicut hi. §. necesse.

Quod filius carnalis a patre non est semper osculandus, sed quãdoque castigandus. 5. q. 5. non osculatur.

Quod illi dicuntur filii abominationum, ad quos carnalium patrum flagitia descendunt. 56. distinct. Cænomanensem. §. cum ergo.

Quod plus videtur peccare patrẽ spiritualem contemnens quã carnalem. 2. q 7. qualis.

Patriarcha. Quod Patriarcha Græca lingua summus patrũ interpretatur. 21. dist. cleros.

Quod Patriarcha est post Papam primus in dignitate & auctoritatè. 80. dist. vrbes. & c. seq.

Quod Patriarchæ & primates licet sint diuersa nomina, idem tamen sunt quantum ad officium. 99. dist. prouinciæ.

Quod Patriarchæ primo ab apostolis præcipue beato Petro vbi Gentiles conuersi ad fidem

Protoflamines habuerāt, sunt instituti. 80. distinct. vrbes. & c. sequen.

Quod post Papam quattuor sunt Patriarchæ principales, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Antiochenus. 22. dist. renouantes. §. proxi. & c. seq.

Quod patriarchis subsunt archiepiscopi, & causas ab ipsis ad eos per appellatiões deuolutas possunt definire. 9. q. 3. conquestus.

Quod archiepiscopus inconsulto patriarcha non debet aliquem in episcopum ordinare, & propter necessitatem ordinatum debet ipsum post consecrationem patriarchæ præsentare. 65. dist. placet. & cap. quoniā. & §. seq.

De Patriarchis habes vbi agitur de Sedibus.

Patrocinium.

Quod patrocinium viduis & orphanis episcopi in necessitate non debēt negare. 87. dist. §. 1. & duobus c. sequen.

Quod qui in malo patrocinium dat malis, socius est criminis. 14. q. 1. circa med.

Patronatus.

Quod patronatus ius attenditur per fundationem & ędificationem vel possessionem ecclesiæ. 16. q. 7. pię mentis. & c. seq. & 18. q. 2. abbatem.

Item in rebus ecclesiæ conferendis, & manumittendis. 16. qō. 7. filiis. & quattuor c. seq.

Item in personis quæ præesse debent ecclesiis episcopo offerēdis. 16. quæstione 7. decernimus. & duobus c. seq. & q. 5. si quis episcoporum.

Item tempore necessitatis à sua ecclesia in subsidiis recipiendis. 16. q. 7. quicumque.

Item patroni habent ius in monasteriis suis in electione abbatis. 18. q. 2. abbatem.

Item in monasteriis habent ius aduocationis. 17. quęstione 2. Gonsaldus.

Quod patroni ecclesias vel monasteria sine consensu episcopi de loco ad locum mutare non possunt. 16. q. vlt. considerandum.

Item ab eis ecclesiæ (nisi de consensu episcopi) non sunt recipiendæ. 16. qō. 7. si plures. & duobus c. seq.

Item patroni ecclesias nec auferre nec conferre possunt sine consensu episcopi. 16. q. 7. inuentum.

Item renunciatio beneficii ecclesiastici in manu patroni nō tenet sine consensu episcopi. 17. q. 2. Gonsaldus.

Quod non patronus, sed episcopus debet dotem ecclesiæ ordinare. 10. q. 1. nouerint.

Quod quem patronus præsentat, sufficit si non probetur malus: & tenetur eum episcopus recipere. 16. quæst. 7. monasterium.

Quod spreto patrono episcopus nullum debet ad ecclesiam ordinare. 16. q. 7. decernimus.

Quod vbi plures patroni super conferendo conten-

in vnum consentiant, sunt per episcopum compellendi.16.q. vlt.si plures.

Paulus. Quod Paulus apostolus non ideo fefellit, quia melioribus negotiis occupatus ad Hispaniā quo ire promiserat nō iuit.22. q. 2.beatus.

Quod Magum prædicationē suā impedientem cęcitate percussit,& Corinthium satanæ tradidit.23.quæstio.4. c. ꝙ Christus.§.potest.

Quod propter incentiua vitiorū corpus suum vigiliis,orationibus, & flagellis castigando in seruitutem redegit.32.qō.5.si Paulus.

Quod aurum & argentum non concupiuit.16.quæstio.1 prædicator.

Quod quia flagellis fidem recipit,plus omnibus vocatis verbo laborauit. 23. q.4. quis nos potest.& q.6.c.1.

Quod Paulus homicida non fuisset si armati quos ipse impetrauerat, aliquos in ipsos insilientes occidissent.23.q.5.de occidendis.

Quod in hoc quod cum Christianos persequi vellet prostratus fuit,innuitur quod mala volūtas non est permittenda suæ libertati.23.quæst.4.displicet. circa med.

Quod cum ecclesiam Dei persequeretur, in itinere cæcatus ad Deum cōuerti coactus est. 23.q.6.§.1.

Quod se abortiuo similem testa[illegible]st dicens; nouissime autē tamquam abortiuo visus est & mihi.

Quod sicut primo fuit horrendus vastator ecclesiæ, ita postea magnus ædificator extitit. 23.q.4.quis nos.

Quod ad manus impositionem Ananiæ tāquam squamæ ab oculis eius (quib.clausi erāt) ceciderunt.

Quod postea Paulus vocatus est, qui primo Saulus dicebatur. 23.q.4.nimium.

Quod Paulus prostratus est, vt cæcaretur, cæcatus vt mutaretur,mutatus vt mitteretur,missus vt qualia fecerit in errore, talia pro veritate pateretur. 22.q.4.displicet.

Quod Paulus dicitur vas electionis.21.dist.quamuis. 22. dist. sacrosancta.43.dist.dispensatio.32.q.5.si Paulus & de pœn. dist.2.si enim inquit.

Quod prædicaturus ad Italiā veniens naufragium pertulit.7. q.1.aduersitas.

Quod arte & manibus victum quærebat.10.quæstione 3.cauendum.de consecra.distin.5. numquam.

Quod a sumptibus abstinebat ne aliquod offendiculū Christi euangelio præstare.23.qō. 3.§.1.ante fin.

Paupertas. Quod paupertas non est contemnenda, quia eam Christus dedicauit.12.q.2.gloria episcopi.

Quod dominus loculis quos habebat necessitates pauperum subleuabat. 23. quæstione 4. duo.ante fin.

Quod verus pauper nil quærit

C* 2

habere extra Christum. 12. q. 1. clericus.

Quod pauper dicitur, qui se amore paupertatis in numero pauperum constituit, vt ibi tamquam pauper voluntarius viuat. 1. q. 2. sacerdos.

Quod paupertas rerum non est mala reputanda. 15 q. 1. illa.

Quod nimia paupertas religionis infringit quandoque robur conuersationis. 12. q. 1. c. vlt.

Quod Deus paupertatem esse voluit, vt sustinentes per patientiã coronarentur, & diuites in ipsis mererẽtur. 47. dis. sicut hi.

Quod perfectius est omnia propter Christum relinquere, quã pauperibus distribuenda seruare. 12. q. 1. expedit. & q. 2. §. Crates.

Quod oneratus pondere auri Christum pauperem non põt sequi. 12 q. 2. § Crates.

Quod episcopus pauper dẽt esse victu, diues meritis. 51. distin. episcopus.

Quod prædicatores pauperes esse debent, & alii tenentur ipsis necessaria ministrare. 1. q. 2. sacerdos. 10. q. vlt. cauendum.

Quod gloria episcopi est pauperũ opibus prouidere, sed fraudare quod est pauperum, sacrilegium est committere. 12. q. 2. gloria episcopi.

Quod religiosus qui professus est paupertatem, si episcopus efficitur, non frangit votum: quia fit rerum ecclesiæ dispensator, non vsurpator. 12. quæstio. 1. expedit.

Quod bona ecclesiarum sunt bona pauperum. 12. q. 2. indignè in fin. 16. q. 1. c. vlt. 23. q. 7. quod autem. post medium.

Quod præcipue pauperibus qui laborare non possunt, est subueniendum. 82. distin. episcopus.

Itẽ nobilibus & diuitibus de paupeiatis qui mendicare erubescunt. 86. distin. non satis. & c. consideranda.

Quod in pauperibus magis attẽdenda est religio quam paupertas. 16. q. 1. c. vlt.

Quod non minus crudelis est qui a paupere vsuras exigit, quã qui diuiti subtrahit. 14. qõ. 4. quid dicam.

Quod pauper si non habet dare, non solum contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. 11. q. 3. pauper.

Quod nemo pauperi in mala causa debet esse misericors. 14. q. 6. si res.

Quod qui ea quæ pauperibus debentur accipiunt, grauiter delinquunt. 1. q. 2. pastor.

Pax. Quod pax humana si tam dulcis est pro temporali salute, quanto dulcior pax diuina pro æterna salute. 23. q. 1. noli existimare.

Quod Christus veniẽs docuit pacem, dedit pacem, reliquit pacem. 23. q. 1. nisi bella.

Quod pax non quæritur vt bellũ geratur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur. 23. quæstio. 1. noli.

Quod bonorum bella non crudelitate & cupiditate; sed pacis studio geruntur. 23. quæst. 1. apud.

Quod qui prędicat pacem, debet eam habere secum. 3. q. 6. hæc quippe, in fi.

Quod pax inter discordantes per episcopos debet reformari. 90. dist. studendum. & c. præcipimus.

Quod mala quandoque sunt toleranda pro pace seruanda. 23. q. 4. c. 1. & c. ecce inquiunt.

Quod pacificus dicitur qui corrigit quod potest, & quod saluo pacis vinculo corrigere nõ potest, æquanimiter supportat. 23. q. 4. quisquis.

Quod diuersis pœnis sunt puniendi pacem ecclesiæ perturbantes. 24. q. 1 qui contra.

Quod non omnis qui dicit pax vobis, est quasi columba audiendus. 2. q. 7. non omnis.

Quod qui dicit, pax vobis, plerũque quasi non columba, sed coruus reputatur. 2. q. 7. secuti. §. quia ergo.

Quod ante communionem pax debet dari in missa. de consec. dist. 2. pacem.

Peccatum. Quod peccatum est duplex, videlicet originale peccatum, & actuale. de pœn. dist. 4. fere per totum.

Quod originale peccatum dicitur infirmitas carnis, languor naturæ, & cõcupiscentia carnis. 15. qõ. 1. illud relatum. §. itaque.

Quod omnis homo per concubitum cõceptus nascitur cum originali peccato. de conſ. distinct 4. firmissime.

Q[illegible] veteri lege contra ori[illegible] lebat [illegible]cũcisio, sed baptismus in nouo testamento. de conſ. dist. 4. ex quo.

Quod licet baptismus deleat peccatum originale, & omne aliud peccatum, tamen reatus siue fomes, non tollitur. de conſ. dist. 4. ex quo.

Quod cũ originali peccato patris polluitur filius & non actuali, quia in originali vnũ cũ patre fuit, sed in actuali alter effectus non polluitur si non consenrit. 1. qõ. 4. iam itaque. 24. q. 3. §. 1. ante fin.

Quod actuale est duplex, videlicet mortale, & veniale. de pœnit. dist. 1. medic. §. tres sunt.

Quod peccatum mortale est voluntas retinẽdi vel cõsequendi quod iustitia vetat. 15. q. 1. ante fin.

Quod nemo peccatum mortale committere appetit propter ipsum peccatum, sed propter illud quod ex eo consequitur. 15. q. 1. merito.

Quod inter duo peccata vbi vtrũq; vitari non potest, minus est eligendum. 13. dist. duo.

Quod mortalia peccata dicũtur criminalia & capitalia, & quæ sunt illa habes 25. dist. vnum orarium. §. alias.

De Criminali peccato habes vbi agitur de Crimine.

Quod tribus modis impletur omne peccatum mortale. videlicet suggestione, delectatione, & consensu. 6. distin. testamentum. post med.

Quod aggrauatur ex circũstantiis. 40. dist. homo. 50. dist. qa tua. de pœn. dist. 5. §. 1. in prin.

Quod quandoque alleuiatur ex circumstantiis. 15. quæstio. 1. inebriauerunt. Exemplum ibi de Loth.

Quod habet gradus inæqualitatis, quia adulterium vincit fornicationem, incestus adulterium, vitium contra naturam incestum, & sic de similibus. 32.qõ.7. quemadmodum. & quattuor c.seq.

Quod quantitas ipsius pensatur secundum qualitatem peccantium 24.q.1.qui contra.26. q.5 contra idolorum.

Item considerata qualitate pœnæ,24.q.1.non afferamus.vbi dicitur sceleratius cõmissum quod grauius est punitum.

Item cõsiderato exemplo quod inde sumitur.11.q.3.præcipue. vbi dicitur quod prælati grauius peccant, quia subditos prauo exemplo occidunt.

Item considerata qualitate peccati.32.quæst.7. quemadmodum.vbi dicitur, quod grauius peccat adulter quam fornicator, & adulter vincitur ab incestu.

Item considerata diuturnitate & frequenti iteratione.de pœn. distin.5.§ 1. vbi multa aggrauantia ponuntur.

Item in eodem genere peccati grauius peccat Christianus quam paganus.33.qõ.4.in eo

Item aggrauatur ratione personæ vel rei in qua peccatur.12. q.2.gloria.22.q 1.mouet.27. q.1.nuptiarum.

Item ex temporis diuturnitate augetur. 24.qõ.1. schisma.de pœn.dist.5.§.1.

Item voluntarium grauius est inuoluntario quod procedit ex infirmitate vel ignorantia ,vel coactione.15.q.1.& c.seq.vsque ad cap.mulier.

Quod si non est voluntarium,nõ est peccatum.20.q.1 §.1.32.q. 5.sicut enim.

Quod peccata scientium peccatis ignorantium præponũtur. 6.q.1.quæro.

Quod quæ ex ignorantia vel infirmitate committuntur facile dimittuntur. 25. disti. vnum orarium.§.criminis.

Quod aliena peccata nemini præiudicant. 23.q.4. si quis.

An minus malum committendũ sit ne alter grauius peccet. 14. distin. quod ait. Exemplum ibi de Loth.

Quod peccata suos auctores tenere debent. 24 quæsti. 1. non turbatur. de pœn. distinctio. 1. qui puero.

Quod indecens videtur crimen suum alienis criminibus impẽdere. 46.dist.sicut non.

Itẽ videtur ꝙ nec venialiter quis debet peccare, vt alter vitet mortale. 23.q.5. cum homo.in fin.22.q.2. faciat.

Quod peccatum vnius frequenter multi luunt. 24.q.1.nõ turbatur.45. dist. sed illud.

Quod alterius peccatum non imputatur illi qui fecit quod debet.47.dist.quod ad nos. 7.q. 1.aduersitas.post medium.

Quod nullus debet gaudere de multa societate peccantium, quia non minus ardebit qui cũ multis ardebit.2.quæst. 1 multi.in fin.

Quod occulta peccata non sunt publice condemnanda. 2.q.1. si peccauerit. 23.q.4. si quis potestatem. exemplũ ibi de Christo, & de Iuda. 15.q.5.c.vlt.

Quod occultum peccatum dicitur quod nec confessione, nec probatione publicatur. 15.qõ. 5.c.vlt.

Quod publicum peccatum corã omnibus puniendum est. 2.q. 2. si peccauerit.

Quod prælatorum peccatum vel religiosorum propter maius scandalum est celandum. 95. dist. in scripturis.

Quod peccata incorrigibilium licet non possunt probari, sunt prælatis denuntianda. 5. qõ.5. non vos. 22. quæsti. 5. hoc videtur.

Quod peccatum in spiritum sanctum committit qui ex proposito bonum deserit, & malum vsque ad mortem facit. de pœniten. dist. 1. §. Deus quis similis. & dist. 3. inter hæc.

De Peccato in spiritum sanctum habes vbi agitur de Spiritu sancto.

Quod in peccatis perseuerantes nec a Deo, nec ab homine absoluuntur. 24. qõ. 2. legatur. & c. damnationis. de pœn. dist. 5. falsas.

Quod qui nunquam peccare desinunt dum viuunt, ostendunt quia in peccato semper viuere cupiunt, de pœn. dist. 1. voluissent. §. siue autem.

Quod assidue peccantium non miseretur Deus. 93. dist. diaco- in fin.

Quod qui in vno peccato mortali offendit, sic vita æterna priuatur, ac si omnium esset reus. de pœn. dist. 5. fratres.

Quod pluribus modis peccata remittuntur. 23. qõ. 5. remittuntur. de consecr. dist. 4. ecclesiæ charitas. de pœn. dist. 1. medicina. §. tres sunt.

Quod sine pœna non dimittuntur. quia aut Deus punit, aut homo. de pœn. dist. 1. medicina. §. proxi.

Quod dimissum vltra non punitur. de pœn. dist. 3. sunt plures. §. auctoritas. 23. q. 5. quid ergo.

Quod dimissa quandoque redire dicuntur. de pœn. distin. 4. fere per totum.

Quod dimissa non sunt recogitanda ad delectationem, sed ad pœnitẽtiæ amaritudinem. de pœn. dist. 3. Iudas pœnituit.

Quod in pluribus peccatis manens, de vno peccato pœnitẽtiam veram agere non potest, quia Deus partem condemnare non nouit. de pœn. distin. 3. sceleratior. §. his auctoritatib. Vnde versus.

Summa Dei pietas veniam non dimidiabit,

Aut totum, aut nihil pro certo propitiabit.

Quod peccatoribus tamen consulendum est, vt in statu peccati bonum facere non omittant. de pœn. dist. 5. falsas. in fi. Nã propter hoc Deus aut cor ipsorum ad pœnitentiam illustrat. de pœn. dist. 5. falsas aut ipsos temporaliter in præsenti remunerat. de pœn. dist. 3. piũ

est credere §. ex hoc sensu. Aut ip[...]s æternum supplicium tole rab[...]lius fiet. de pœn. distinct. 3. q[...]d ergo. §. potest etiam referri. Vnde versus.

Quæ cum mortali bona fiũt, dant bona terra,
Cor faciunt habile, minuunt tormenta gehennæ.

Quod Deus non obliuiscitur paucorum bonorum factorum in multitudinem peccatorũ. de pœn dist. 3. pium est credere. §. ex hoc sensu.

De mo tali peccato habes vbi agitur de Culpa.

Venialia peccata quæ fiũt, habetur 25. dist. in voum orarium. §. aliàs.

Quod nemo mundus est a peccato veniali. de pœn. dist. 2. vt cognouerunt. §. opponitur. circa medium.

Quod venialia peccata non sunt contemptibiliter committenda, quia non refert siue naues per fluctus, siue per guttas paulatim subintrantes submergãtur. de pœn. distin. 1. medicina. post med.

Quod an nullum peccatũ est adeo veniale quod non fiat mortale dum placet. 25. dist. voum orarium. §. criminis. & vide quod ibi notatur.

Quod quia venialia ex fragilitate humana committũtur, nullus homo ea vitare pôt. de pœ. dist. 1. medicina. §. tres sunt. & dist. 2. in cassum. §. sed verba.

Quod excepto Deo omnes peccare possunt. de pœn. dist. 2. sic enim inquit. in fin.

Quod posse peccare non est posse. d. pœn. dist. 2. ante fin. 45. dist. sed illud.

Quod venialia delentur per dominicam orationem, per eleemosynæ largitionem, & pectoris tunsionẽ, & per ieiunii castigationem. de pœn. dist. 1. medicina. §. proxi.

Item delentur per aquæ benedictæ aspersionem. de conse. distin. 3. aquam sale.

Item per Eucharistiæ dignã sumptionem. de pœn. dist. 2. ante fin. & c. panem de altari.

Item per episcopi vel presbyteri benedictionẽ. 28. dist. presbyterum.

Pecunia. Quod pecunia dicitur a pecoribus, quia antiqui hoc quod habebãt, ex pecoribus habebãt. 1. q. 3. per totum.

Quod largo nomine quidquid homines in terra possidẽt, pecunia vocatur. 1. q. 3. per totũ.

Quod amor pecuniæ contrariatur iustitiæ. 11. q. 3. qui recte. & c. pauper.

Quod simonia non debet, committi pro pecunia. 1. quæ. 3. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitiis.

Pedagium. Quod pedagiũ nouum imponentes sunt excommunicandi. 24. quæst. 3. si quis Romipetas.

Quod maxime a peregrinis & a fidelibus mercatoribus non sunt pedagia accipienda. vigesimaquarta. q. 3. si qui[...]omipetas.

Pœna. Quod pœna est duplex videlicet temporalis,& æterna.de pœniten. distinctione 3. sunt plures. §. auctoritas.
Quod pœna temporalis est duplex, vna in hac vita, alia post hanc vitam.25.distinct. qui in aliud.
Item in hac vita tẽporali aut infligitur a Deo aut ab homine. 45.dist.sed illud.
Quod pœna in hac vita temporaliter a Deo inflicta pro peccato, sicut ægritudo, pauperias, mors, non est mala dicenda. 15.q.1.illa.
Quod pœna Ægyptiorum fuit a Deo in correctionem eorum. 15.q.1. nec is qui.
Quod Deus temporaliter punit quandoque vt in æternum nõ cruciet. 23.qõ.5. quid ergo.de pœn.dist.3. sunt plures.§. auctoritas.
Quod Deus quandoque in præsenti grauiter & subito punit propter criminis detestationẽ. 19.dist.Anastasius.Vide quod ibi notatur.
Quod quandoque pœna temporalis trãsfertur in posteros de pœn.dist.3.illud vero.§. ecce. Exemplum ibi de Achab.
Quod puniuntur quandoq; multi propter vnum.45.dist.sed illud 46.distin.si gens. 23.q 4. si ea.24.q.1.non turbatur.
Quod nemo debet mirari de afflictione bonorum, & de prosperitate malorum in præsenti: quia afflictio est bonis in iudicium salutis, & prosperitas malis in iudicium reprobationis.de pœn. dist 3. si quando.
Quod frequenter qui non meruerunt,sunt a Deo propter alios puniti. 42.dist.§.1.
Quod punitur quis pro alio a Deo temporaliter,æternaliter nullus. Anima enim quæ peccauerit,ipsa morietur.24.q.3. §.1.post medium.
Item punitur quis a Deo pro alio temporaliter, iustus pro iniusto,vt Petrus pro Iuda. 24.qõ. 1.non turbatur.
Item punitur a Deo iniustus propter iustũ,sicut Maria murmurãs pro Moyse lepra pcussa est. 2.q.7.plerumque.§. hos etiã.
Quod punitur quis ab homine pro alio corporaliter,vt in crimine læsæ Maiestatis vel hæresis.6 q 2. quæro ergo.§ verum.& § seq.
Item punitur quis spiritualiter p alio,vt in excommunicatione 17.q. 4.miror.
Quod punitur quis pro alio spiritualiter,vt in priuatione diuinorum officiorũ familia propter dominum priuatur. 11.q. 3.si quis episcopus damnatur. & c.seq.
Qđ illi non puniuntur a Deo bis in idipsum, qui in flagellis pœnitentiam egerunt. de pœ. dis. 3.sunt plures. §.auctoritas.
Quod pluribus de causis Deus flagellat homines temporaliter. de pœnit. dist.1. sunt plures.§. auctoritas.
Quod qui in pœnis duriores efficiũtur, ipale supplicium fit eis ad æternæ damnationis supplicium.de pœn. dist. 3. sunt plures.§. auctoritas.

Quod Deus quandoque punit paucos, vt ex hoc multitudo ad pœnitentiam prouocetur. 23.q.4.Guilisarius.

Quod pœna temporalis meritorie infligitur ab homine, quia nisi sic fieret, multiplicarentur malefactores. 23.qō.4. est iniusta.

Quod pœna criminis ex tempore legis est quæ crimen inhibuit. 32.quæst.4.dixit Sara.

Quod culpa est non punire culpam. 28.dist.quia sunt.

Quod ad innocentes spectat officium non solum culpam cauere, sed etiam punire peccatũ. 33.quæstio.5.non est innocentiæ.

Quod maxime prelatus grauiter offendit qui culpam impunitam dimittit. 23.quæstio. 4. si is qui.

Quod in eo quo quis peccat, est puniendus 94.dist. si quis.

Quod pœna quandoque par debet esse in vno peccato delinquentium sicut in simonia, vbi accipens & dans æqualiter punitur. 1.q.7.per illicitam.§. sancimus.in fin.

Quod par pœna agentes & consentiẽtes debet comprehendere. 17.q.4.omnes.

Quod quandoque in eodẽ peccato varietas personarum consequitur varietatem pœnarum. 12.q.2.fraternitas. 14.q.6.c.1. in fin.

Quod pœnæ non sunt exasperãdæ. de pœn.dist.2. hæc autem verba.§.pœnæ.

Quod pœna non est vlterius protrahenda quam delictum fuit in excedente repertum.

Quod pœnæ aggrauantur secundum qualitatem delicti. 24.q. 1.non afferamus.

Quod quandoque aggrauantur, vt ceteris metus incutiatur. 17. q.4.frater.in fi. 27.qō.2. quapropter.

Quod ex causa variatur pœna. 29.dist.necesse.

Quod aliquis punitur sine culpa, sed non sine causa. si quis contrahens cum corrupta, quam credit esse virginem, & bigamus efficitur. 51.distin. qui in aliquo.

De trib. generibus hominũ quorum pœnæ sunt dissimulandę, & diuino iudicio reseruandæ. 24.q.4.cum in lege.§. his ita.

Quod stultus in culpa, sapiẽs sit in pœna. 38.dist.qui ea. 27.q.1. si custos.circa fin.

Quod puniuntur animalia cum quibus homines peccauerũt, ne refricetur facti memoria. 15.q.1.mulier.

Quod rigor pœnarum canonicarum temperatur propter necessitatem temporis & vtilitatem. 1.q.7.requiritis.

Quod vna pœna est maior altera diuersimode, videlicet ratione effectus, vt excommunicatio quæ maior est omnibus. 24.quæstio.3.corripiantur.occidit enim animam. 24.qō.3. si habes. 11.quæst.3. nemo episcoporum.

Item ratione durationis, vt degradatio quæ maior est propter durationem quam excõmunicatio. 50. dist. si episcopus aut presbyter.

Item ratione aſperitatis, vt pœna corporalis, quæ maior dicitur, quia actualiter ſentitur. 24. q. 3. ſi habes.

Item ratione opprobrioſitatis, vt pœna ſuſpẽſionis in patibulis, verberationis per ciuitatẽ. 23. q. 5. c. 1.

Quod in inferenda pœna multa ſunt conſideranda, videlicet dignitas, quia talis punitur per dignitatis ſubtractionem. 50. diſtin. contumaces. 2. quæſt. 8. quiſquis.

Item diuitiæ ſiue nobilitas, quia talis plus punitur pœna pecuniaria quam corporali. 24. q. 1. qui contra.

Item paupertas, quia talis plus punitur pœna corporali quam pecuniaria. 24. quæſtio. 1. qui contra.

Item ordo, quia in ordine conſtituti ſunt moderate flagellandi: alias excommunicatio incurritur. 45. diſt. cum beatus.

Item religio, quia regulares aliter ſunt puniendi, quam alii. 18. quæſt. 2. quidam monachorum.

Item mentis inſania, quia talium exceſſus non imputatur ad pœnam. 15. quæſtio. 1. ſi quis inſaniens.

Quod pœna eccleſiaſtica eſt dignitatibus priuare. 16. quæſti. 6. ſi epiſcopus.

Item in monaſteriis pro pœnitẽtia recludere. 16. q. 6. de lapſis. & c. epiſcopo.

Item carceri vel exilio deputare. 17. q. 4. attendendum.

Item in pecunia & etiam in aliis rebus condemnare. 17. quæſt. 4. ſi quis cõtumax. & c. ſi quis deinceps. 21. q. 5. ſi quis cuiuſlibet.

Item corporaliter flagellare. 23. quæſtione 5. capit. 1. poſt medium. 32. quæſtione 1. de benedicto.

Item excommunicare. 17. qõ. 4. nullus. c. ſi quis deinceps. & c. ſeq. & c. diffiniuit.

Item contumacibus pœnam augere. 74. diſtinct. honoratus. in fin. 23. q. 5. de Liguribus. 31. diſtinct. quoniam. in fin. 34. diſtinct. quorundam.

Quod pœna purgatorii & ſi non ſit æterna, tamen grauis eſt, excedens omnem pœnam præſentis vitæ. 25. diſtincti. qui in aliud.

De officiis Eccleſiæ, habes vbi agitur de Purgatorio.

Quod pœna æterna in peccato perſeuerantibus & fidei tranſgreſſoribus. 12. quæſtione 1. ſcimus.

Quod iuſte punit Deus malos æternaliter, vt qui in hac vita nũquam voluerunt peccato carere, numquam careant ſupplicio. de pœn. diſtinct. 1. ſi ſacerdos. §. poteſt etiam.

Quod grauius ibi puniũtur Chriſtiani quam pagani. 12. q. 1. ſcimus.

Quod in pœna æterna non minus ardebit qui cum pluribus ardebit. 2. quæſtione 1. multi. in fin.

Quod quicquid eſt contra conſcientiam, ſcilicet præcepti vel prohibitionis, ædificat ad gehennam. 28. quæſt. 1. omnes. §. ex his.

Pœnitentia. Quod pœnitentia est duplex, videlicet Dei, & hominis 22.q.4. incõmutabilis.

Quod pœnitentia Dei est a seipso ordinata, cum voluerit immutare.22 quæst.4.incommutabilis.

Quod pœnitentia hominis est quædam dolẽtis vindicta, semper puniens in se quod dolet admisisse.de pœn.distinctio.3. quamuis caute.§.hac auctoritate.

Quod pœnitentia est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. de pœnit.dist. 3.§.1.circa prin.

Quod pœnitere est quasi semper pœnam tenere. de pœn. dist. 3.circa prin.

Quod pœnitentia est secunda tabula post naufragium.de pœ. dist.1.§.secunda.ante cap.medicina.

Quod pœnitentia alia est priuata, alia solennis siue publica. 50.distinctione si quis post.§. sequen.

Quod priuata diuersas habet species.de pœniten.distin.1. medicina.

Quod alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum.de pœniten.dist.3.quamuis caute.§ hac auctoritate.

Quod ante ipsam peccatori non datur a Deo misericordia.50. dist.quia sanctitas.

Quod pœnitentia alia vera, alia falsa.de pœn. dist.3. intantum. §.siue.

Quod sicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita falsa Deũ irritat.de pœn.distinct.3. cap. intantum.§ siue.in fin. c.inter hæc.2.circa finem.

Quod falsa pœnitentia est cui nũquã venia promittitur. de pœnit.distinctione 3.intantum.§. siue.

Item falsa pœnitentia est cũ res aliena per quam contractum est peccatum, non restituitur. 14.q.6.si res.

Item falsa pœnitentia est, quando de pœnitentia agitur pœnitentia.17.q.4.sunt qui.

Item falsa dicitur quæ non secundum auctoritatem patrum iuxta qualitatem criminum imponitur. de pœniten. distin. 5. falsas.

Item falsa est cũ spretis aliis peccatis, de vno solo pœnitentia agitur.de pœnit.dist.5.fratres. & dis.3.sceleratior.§.his auctoritatibus.

Nam de vno pœnitentiam & nõ de aliis agere, est quasi crudũ laterem lauare. de pœn.dist.3. ille pœnitentiam.

Quod vera pœnitentia est cui nũquam venia denegatur.de pœnit.dist. 3.intantum.§.siue.5. dist.§.1.in fin.

Quod per ipsam omne peccatũ deletur. de pœn. dist.3.§. siue. c.inter hæc.2.

Item opera per peccatũ sordidata facit Deo accepta. 50.dist. & purgabit,in fin.

Item facit surgere ad opera fortiora.50.dist.quid est,in fin.& tribus c.seq.

Item restituit dignitatis officia. 50.distinct.quia sanctitas tua. in fin. Exemplum ibi de P[illegible]

apostolo. 2. q. 5. quanto.

Quod Deus peccatores ad pœnitentiam expectat. 93 distinct. diaconi sunt.

Quod Deus numquam spernit pœnitentiam, etiam si ad summum quis malorum perueniat. de pœniten. distin. 3. illud. §. ecce.

Quod quantumcumq; paruam pœnitentiam, & quantocumque paruo tempore factam Deus non respuit. de pœn. dist. 3. illud. §. ecce.

Item sæpius iteratum Deus non contemnit. de pœniten. dist. 3. §. hac. & §. quod autem. & c. septies.

Quod pœnitentia in vltimo momento vitæ potest esse vtilis ad salutem. 26. q. 6. si presbyter. & c. seq. Exemplum ibi de latrone.

Quod dubia est pœnitentia ad vltimam necessitatem dilata. de pœnit. dist. 7. §. 1. distinctio. 3. § siue.

Quod facilius est inuenire qui recte seruauerit innocentiam, quàm qui congrue egerit pœnitentiam. de pœnit. dist. 3. reperiuntur. §. at ego.

Quod qui sunt digni fructus pœnitentiæ. 50. distinctione quia tua. de pœniten. distin. 5. §. 1. in fin.

Quod vere pœnitens semper dolet, & de dolore gaudet. de pœ. dist. 3. circa. circa princ. cap. si apostolus.

Quod qui pœnitet, non est dicendus peccator. 32. quæst. 1. quod autem.

Quod discretum debet quærere confessorem. de pœn. distinct. 1. quem pœnitet.

Quod pœnitens debet considerare multa de quibus debet pœnitere, & quæ aggrauant peccata. de pœnit. dist. 5. § 1. quæ in his versibus continentur.

Aggrauat ordo, locus, peccata, scientia, tempus:
Ætas, cōditio, mora, motus, copia, status.

Quod pœnitens debet promittere vlterius se talia non facturum. 12 q 2. de viro. 23. q. vlt. pessimam.

Quod vere pœnitens omnia quę ei imponuntur sustinere debet libenter. de pœn. dist. 2. circa princ.

Quod pœnitenti prosunt orationes, eleemosynæ, & alia bona ecclesiæ. de pœnit. distinctio. 6 § 1.

Quod pœnitētia Nabuchodonosor dicitur fructuosa. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Quod nullus debet pœnitentiā alteri imponere vel absolutionem facere sine episcopali licentia, nisi sit priuilegiatus auctoritate apostolica. 16. q. 1. peruenit.

Quod confessor cum gaudio & pio affectu debet suscipere pœnitentes exemplo Christi. 26. q. 7. pœnitentem.

Quod per pœnitentiā contrahitur filiatio spiritualis sicut per baptismum. 30 q. 1. omnes.

Quod nulli pœnitenti venia debet denegari. 2. quæstione 5. quanto.

Quod pœnitētia ne homines de

ſperent quandoque eſt mitigā da, quia melius eſt reddere rationem de miſericordia quam de crudelitate. 26. qō. 7. de his. & c. alligant.

Quod indiſcrete impoſita nocet, quia ex hoc præcedens contemnitur, & futura fugitur. 26. q. 7. alligant.

Quod in extremis nulli eſt denegãda. 26. q. 6. ſi quis de corpore. & ſeptem c. ſeq.

Quod in articulo mortis ſi pœnitens loqui non valens per ſigna petit pœnitentiam, debet abſolui. 16. q. 6. qui recedunt. & tribus c. ſeq.

Quod clericis petentibus pœnitentiam non eſt neganda. 26. q. 6. qui recedunt.

Quod clerici quidam peius agũt pœnitentiam quam laici. de pœn. diſtinct. 1. menſuram.

Quod clerici quidam prompti ſunt aliis pondus pœnitentiæ imponere, ſed ſuo digito non curant tangere. 36. quæſt. 7. alligant.

Quod imponenda eſt pœnitentia ſecundum qualitatem delicti. 15. q. 1. ſi quis. 23. q, 5. circa finem.

Item ſecundum qualitatem delinquentis. 26. qō. 7. tempora pœnitudinis, & quinque ca. ſeq. de conſec. diſtin. 4. de pœnitentibus. de pœn. diſtin. 1. in actione.

Quod imponitur pœnitentia ad cautelam. 15. q. 1. ſi quis inſaniens. 23. quæſt. 5. excommunicatorum.

Quod criminoſi ſunt compellendi ad pœnitentiam agendam. 23. q. 4. diſplicet.

Quod pœnitentia eſt arbitraria iuxta diſcretionem imponentis. 26. q. 7. hoc ſit, de pœn. diſtin. 1. menſuram.

Item eſt arbitraria ſecundũ exigentiam ætatis, ægritudinis, & neceſſitatis. 26. qō. 7. tempora pœnitudinis. & c. hoc ſit.

Quod licet pœnitentia ſit arbitraria, pro quibuſdam tamen culpis modi pœnitentiæ a canone ſunt impoſiti. de pœnit. diſtin. 1. menſuram.

Qđ epiſcopo ſiue preſbytero fornicanti cum filia ſpirituali eſt quindecim annorum pœnitẽtia imponenda. 30. q. 1. ſi quis ſacerdos.

Quod decennis pro matricidio. 33. q. 2. latronem.

Item pro fornicatione religioſi vel religioſæ. 27. quæſti. 1. deuotam.

Quod ſeptennis imponitur pro eccleſiæ inuaſione. 12. q. 2. de viro.

Item pro inceſtu. 30. quæſt. 4. ſi pater.

Item pro vxoricidio. 33. q. 2. admonere.

Item pro homicidio, adulterio, & periurio, ſed differenter. 22. q. 1. prædicandum.

Quod quandoque periurantis pœnitentia ſunt ſeptem anni, quandoque tres, quandoque vnus, quandoque minus, ſecũdum iuramenti differentiam. 22. q. 5. qui compulſus. & trib. c. ſeq.

Quod eccleſia conſueuit pro quolibet peccato mortali ſeptennem pœnitentiam iniunge-

fed magis & minus aggrauare.33.q.2.hoc ipſum.

Quod ab hæreticis ſacramenta recipientes diuerſimode puniuntur.34 quæſti.1. ſi quis dederit.

Quod pœnitentia rebaptizatorũ diuerſificatur.de conſecr. diſt. 4.qui bis.& c.eos quos.

Quod pœnitentia incendiariorũ eſt quòd poſt damni reſtitutionem in terra ſancta per vnum annum demorentur. 23.q.vlt. peſſimam.

Quod qualiter pœnitentia ſolemnis & publica eſt imponenda & aſſumenda.50. diſt. pœnitentes.& c.ſeq.

Quod imponitur pro magnis criminibus.de pœniten.diſtinct. 1.in actione.

Quod iuuenibus nõ eſt facile imponenda.50.diſt. pœnitentes.

Item nec clericis niſi prius a ſuis ordinibus degradatis. 50.diſt. confirmandũ.& duobus c.ſeq.

Quod non debet iterari.50. diſt. ſi quis poſt remiſſionẽ.§.proxi.

Quod facientes eam non debent interim communicare, niſi in articulo mortis.26.q.6.ſi quis. & tribus c.ſeq.

Quod non debent malitiam ſæcularem vel pompam exercere.de pœniten.diſtin.5.contrarium.50.diſt.c.vltim.

Quod tales nõ poſſunt ad ſacros ordines promoueri. 50. diſt.ex pœnitentibus.&quatuor cap. ſeq.&c. illud.&c.placuit.

Quod quamdiu ſunt in pœnitentia actu non poſſunt in curia ſæculari aliquem accuſare. 11. q.1. aliud.

Quod poſt pœnitentiam matrimonio poſſunt vti, & de licentia contrahere.33. q. 2. audiuimus vſque ad finem quæſtionis.

De Pœnitentia habes vbi agitur de Contritione, & vbi agitur de Confeſſione, & vbi agitur de Satisfactione.

Pentecoſte. Quod Pentecoſte in eadem lætitia & reuerentia eſt ſicut feſtum Paſchæ. 76.diſti. noſſe.

Quod in vigilia Pentecoſtes diaconi propter aduentum ſpiritus ſancti dalmaticis debent vti, & flectamus genua, nõ debet dici. 76.diſt de ieiunio.

Quod a Paſcha vſque ad Pentecoſten ſi qui ieiunare voluerint, non ſunt prohibendi.76. diſt.poſt Paſcha.

Percuſſio. Quod percuſſio eſt duplex, videlicet ſpiritualis & corporalis. Spiritualis quæ fit verbo, Corporalis quæ fit facto.45.diſtin.cum beatus.

Quod ſpiritualis percuſſio fit quando Doctor inutili ſermone conſcientiam percutit infirmorum.45.diſt.c.vlt.

Quod corporalis percuſſio fit aut a Deo,aut ab homine. 6.q. 1. cum percuſſio.

Quod percutitur quis corporaliter diuino iudicio.19.diſtinct. Anaſtaſius.15.qõ. 1. nec his. & cap.ſequen.

Quod diuinę percuſſioni percuſſio hominum non debet ſu-

peraddi. 7. quæst. 1. cum per cussio.

Quod percussio corporalis ab homine qui præest ad correctionem est meritoria. 45. dist. cũ beatus. §. Salomon. & capit. sequen.

Nã qui emendat verbere in quẽ ei potestas datur, misericordiã facit. 45. dist. & qui emendat.

Quod beatus Benedictus percutiendo corporaliter quemdã monachum sanauit spiritualiter. 45. dist. cum beatus. §. Salomon.

Quod percussio ex odio vel ira, mala est. 45. distinct. quid autem.

Quod prælati debent esse pastores nõ percussores gregis. 45. dist. c. 1.

Quod prælati qui percussione nõ vitia corrigunt, sed timeri quærunt, culpantur. 45. dist. duæ. §. proxi.

Quod episcopus nullum suis manibus, sed per aliũ debet percutere. 86. dist. non liceat. & 5 q 5. illi qui.

Quod episcopus vel presbyter percussor debet deponi. 1. qõ. 7. si quis omnem. in fi. 45. dist. duæ. §. ex his.

Quod minores clerici ab his qui prosunt, pro ipsorum excessibus possunt percuti. 45 distin. cum beatus. §. Salomon.

Quod illud, qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram, non ad litteram intelligitur, quia nec Christus, nec Paulus apostolus hæc ad litteram impleuerunt. 23. q. 1. paratus.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Correctione, & vbi agitur de Flagellatione.

Peregrinatio. Qđ peregrinatio ad loca sanctorum non est contemnenda, quia a sanctis patrib. est approbata. 30. dist. si quis per superbiam.

Quod nulli religioso vel clerico licet vouere peregrinationẽ, vel assumere sine licentia sui prælati. 20. q. 4. c. vlt. & §. seq. de consec. dist. 5. non oportet.

Quod peregrini sanctorum & ꝑcipue apostolorum vbicumque sine pedagiis & sine aliis nocumentis debent transire. 23. qõ. 4. si quis Romipetas. & c. illi qui.

Quod non est laudabile peregrinum fuisse Hierosolymis, sed ibi bene vixisse. 12. quæst. 2. §. Crates.

Quod peregrini clerici absq; formata in alia diœcesi non debent recipi. 71. dist. c. vlt.

Qđ transmarini vel alii clerici peregrini non debent nisi cum quinq; sigillis episcoporum ad ordines recipi. 98. dis. per totũ.

Quod peregrini episcopi vel presbyteri in via peregrinationum possunt occulte celebrare. 7. q. 1. episcopi vel presbyteri. 9. q. 2. per totum.

Quod possunt tabernas ingredi. 44. dist. clerici.

Item licet eis mutare habitũ. 21. q. 4 episcopi.

Item licet eis excommunica-

in cibis communicare. 11.q.3. quoniam.

Perfectio. Quod perfectio non admittit personalem rerum repetitionem.13.q.1.per totum. 11. q.1.te quidem.

Quod omnes episcopi debent esse in statu perfectorum. 14.q. 1.episcopus.& §.seq.12.q.1.expedit.

Quod perfecti debent temporalia contemnere.12.quæstione 1.clericus.

Item nil debent extra Christum quærere.12.quæst.1.cui portio Deus est.

Item totaliter contemplationi intendere.12.q.1.duo sunt.

Item iniurias patienter tolerare. 14.q.1.quod debetur.

Quod perfectis nec mentiri, nec dicere falsum est permissum. 22.q.2.ne quis.

Quod illi perfecti dicũtur in charitate qui pro fratribus parati sunt mortem subire. de pœn. dist.2.§. hæc quæ.in fin.

Quod perfecta non videntur quę perfectionis ordine nõ cõplentur.7.q.1.nihil.Exemplum ibi de Missa per aliũ complenda.

Periurium. Quod periurium est nequitur decipere credentem. 22.q.2.c.1.

Item periurium est falsa iuratio ignoranter facta ,hoc non est peccatum vbi non temere iuratur.22.q.2.beatus.

Item periurium est falsa iuratio scienter facta,i.actus firmandi mendaciũ iuramento. hoc semper est mortale. 22.qõ.2. homines.

Item periurium est indiscretũ iuramentũ, licet non sit mortale. 22.q.4. qui sacramento.25. dist.vnum orarium.§. alias.

Item periuriũ est transgressio iuramenti : hoc quandoque est peccatum , quandoque nullũ. 22.q.4.inter cetera.& c.seq.

Quod vbi tres comites , videlicet veritas,iustitia & iudicium desunt,non est iuramentum ,sed periurium.22.q.2.animaduertendum.

Quod etiam si non iuretur super sacra , & iuratur in communi locutione,incurritur periuriũ. 22.q.habemus.

Quod minus malum est incurrere periurium quã noxia promissa adimplere. 13. dist. duo. 22.q.4.vnusquisque.

Quod periuriũ sine deliberatione vel iocose, reputatur veniale peccatum.25. dist. vnũ orarium.§.quæ autem.

Quod pœna periurii est sicut homicidæ. 22.qõ.4.inter cætera. circa med.

Quod periurus est infamis , nec admittitur ad ordines sacros. 6.q.2.infames.

Itẽ non admittitur ad testimoniũ ferendũ.6.q.1.quicũque.22.q. 5.si quis conuictus.

De Periurio habes vbi agitur de Iuramento, & de pœna periurii vbi agitur de Pœna.

Permissio. Qđ est permissio prouidæ concessionis, vt matrimonii contractus causa vitandæ

fornicationis. 13.dist. nerui.& hæc ex toto facta excusat.

Item est permissio indifferentis actionis,quæ non præcipitur, nec prohibetur,vt dum vir for tis petit præmiũ.3. dist.omnis.

Item est permissio rationis, vt cũ permittitur minus malum & illicitum ne committatur gra uius.13.dist.nerui.

Item est permissio obligationis, vt eum vir permittit vxorẽ ali quo voto se adstringere quod post de necessitate est implendum.33.q.5. manifestum.

Permutatio. Quod p mutatio ecclesiarum vel monasteriorũ potest fieri, sed non per sæculares,16.q.7.nemini.

Quod talis permutatio non deber fieri causa leuitatis, sed causa meliorandi.16.quæst.7. si quis vult.

Quod permutatio ecclesiarũ nõ debet fieri sine consensu episcopi.16.q.7.si quis vult.

De hac materia habes vbi agitur de Mutatione.

Persecutio. Quod per secutio est duplex,videlicet carnalis, qua malus persequitur bonum; & spiritualis, qua bonus malum propter bonum persequitur. 23.q.4. qui secundum. 6.q.1. quiescite.

Quod semper mali bonos persequuntur 3. quæstion.1 nulli dubium.

Quod persecutio sit inuidia cordis, detractione oris, & inflictiõe operis.6.q.1.sunt plurimi.§.verũ. & 3.q.detractores.

Quod Deus permittit persequi bonos, vt excessus eorum ex hoc suffocentur. 6.quæstio. 1. sunt plurimi.

Quod diabolus præcipue prælatis persecutionẽ a subditis pro curat, vt capite languescente facilius membra ruant. 6. q.1. sunt plurimi §.verum.

Quod persequi prælatum est per sequi Christum, quia vicarius suus est.7.q.1.omnis.

Quod prælati exemplo Christi debent persecutores patienter tolerare.7.q.5. suggestum. & duobus c.seq.

Quod prælatorũ est duplex persecutio,vna exterior, quæ respicit passionẽ; alia interior quæ respicit compassionem.7. q.1. aduersitas,ante med.

Quod exterior persecutio cum prælato infertur ratione personæ, est exemplo Christi fugienda, sed cum ratione gregis vel fidei est constanter subeunda 7.q.1. aduersitas.

Quod prælatos iniuste persequẽtes sunt infames,& exilio relegantur.3.q.4. clericus. & cap. sequen.

Quod malos persequi propter correctiones eorum non est malũ.23.q.4. ille porro. vsque ad c.si non.§.breuiter.

Quod boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter bonos.23.quæ.4.si non.q.breuiter.

Quod Christus non est iniuste persecutus flagellando, quos expulit de templo.23.q.4.ille §.porro

Quod non est iniquitas, sed potius pietas, criminis esse persecutorem. 23. q. 5. non est iniquitatis. & c. si propterea. & c. non vos.

Quod hæreticos & alios infideles persequi non ratione zeli sed ratione vindictæ vel rapinæ, non est sine crimine. 23. q. 4. remittuntur. & quæst. 7. qui cumque.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate, & vbi agitur de Patientia.

Perseuerantia.

Qd perseuerantia bona est ex virtute patiētiæ. 7. q. 1. suggestū.

Quod perseuerātia habenda est in bono proposito conseruando. 16. q. 1. vos autem.

Item mala præterita ne redeant solicite cauendo. de pœ. dist. 2. c. quærendum. post. med.

Item tribulationem vsque ad finē sustinendo. 7. q 1. suggestū.

Quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. 7. qō. 1. suggestum. de pœn. distin. 2. non reuertebantur.

Quod illud quod voluntate fit perseuerat: quod necessitate, cito soluitur. de consec. distin. 5. quidquid.

Quod retro post aratrum respicit qui in incepto bono nō pseuerat. de pœn. distin. 2. pennata animalia.

Quod perseuerantia in bono est donum Dei. de pœn. distin. 3. si quis. circa fin.

Quod multis Deus dat dilectionem sui, quibus non dat perseuerantiam. de pœn. dist. 2. c. quærendum, in fi. & §. non autem. ante fin.

Quod incassum bonum agitur si ante vitæ terminum deseratur, quia & frustra velociter currit qui prius quàm veniat ad metas, deficit. de pœn. dist. 3 §. 1. in fin. c. incassum.

Persona.

Quod persona vna tantum est in Christo licet diuersæ naturæ. 15. dist. canones, ante med.

Quod Arius damnatus est, quia ponebat inæqualitatem in diuinis personis. 15. dis. canones, ante medium.

Quod personarum acceptio non est apud Deum 32. q. 4. sicut. de conse. dis. 4. nec quemquā.

Item nec debet esse apud homines, videlicet in prælatorū electione. 63. dist. sacrorum.

Quod personarum trinitas semper est exprimenda in baptismo. de consec. dist. 4. de trina. & 5. c. seq.

Item in sententiæ executione. 2. q. 2. si quis presbyter. 11. qō. 3. summopere.

Item in pœnitentiæ impositione. 26. q. 7. sacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Acceptio.

Quod vtrum plures personatus vnus possit tenere. 21. qō. 1. & 2. per totum.

Petitio.

Quod petitio est duplex, videlicet iusta, & iniusta. 24 q. 3. sex differentiæ. ante fin.

Quod iuste petitur a Deo & ab homine auxilium, vt tribula-

tio remoueatur, sed iniuste petitur vt voluptuosus status conseruetur. ibid.

Quod Paulus vt conseruaretur, non ad voluptatem sed ad aliorum vtilitatem iuste petiuit auxilium armatorum.

De hac materia habes infra vbi ponitur plus petitio.

Petrus. Quod Petrus a petra Christo nomē accepit. 21. dist. §. decretis. ante fin.

Item dictus est cephas, id est, caput: quia principium tenebat apostolatus. 22. dist. sacrosancta. 21. dist. §. decretis.

Quod a Domino princeps apostolorum constituitur, vt ab ipso velut a capite in membra, velut a fonte in riuos omnis vigor spiritualis descenderet. 19. dist. ita Dominus. 21. dist. in nouo. 80. dist. in illis. 24. q. 1. loquitur. c. manet ergo. & tribus c. seq.

Quod super ipsum Dominus velut supra firmam petram totā ecclesiam omnino inseparabiliter collocauit. 19. distinct. ita Dominus. 22. dist. omnes. 24. q. 1. non turbatur.

Quod in eo ꝙ aurē Malchi pręscidit, innuitur, ꝙ sua professione fidei, auditum infidelitatis amputauit. 24. q. 1. si Petrus.

Quod ipsum Dominus cadere permisit, vt & fortior post casum resurgeret, & ex culpa sua disceret qualiter cadentibus misereri deberet. 50. distinct. considerandum. & c. seq.

Quod ter negauit, & ter confessus est se amare, innuitur quod satisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti. 6. quęst. 1. imitare.

Quod in hoc quod dictum est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, prælatis & clericis vltio inhibetur. 23. quæstio. 8. §. primo.

Quod Tabitham suscitauit, & Ananiam cum Saphira morti tradidit. 23. q. 8. Petrus.

Quod in hoc non repulit reprehensionem subditorum, exemplum dedit pręlatis idem faciē di. 2. q. 7. Petrus. & c. seq.

Quod in hoc quod Dominus Petrum post trinam negationē nō statim iudicauit, exemplū dat ꝙ prælati non statim sunt iudicandi, sed potius corrigen di. 45. dist. licet plerumque.

Quod Christus respiciens Petrū fecit eum suum deflere peccatum. 23. q. 4. sicut non est.

Quod Petrus Linum & Cletum in administrationem exteriorem assumpsit. Ipse vero Petrus orationi & prædicationi vacauit. 8. q. 1. si Petrus.

Quod Petrus & Paulus fuerunt pares quo ad meritum non quo ad dignitatem, in qua præcessit Petrus. 2. quæsti. 7. Paulus Petrum.

Quod ambo simul in vno die in vrbe Romana sunt occisi a Nerone. 21. distinct. quamuis. 22. distinctione sacrosancta. 2. q. 7. beati.

Philosophia. Quod philosophia liberalium artiū non reprobatur, salubrior tamē e...

cra scriptura. 37.distin. si quis artem.

Quod scientia Philosophica sicut Astrologia & huiusmodi non ducit ad salutem, sed mittit in errorem. 37.distin. legimus. §. sed & contra.

Quod non in Dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est. 37. distinct. omnem.

Quod garrulitas Philosophica garrulitati ranarum comparatur. 37.dist. legimus. §. hinc etiam.

Quod in illis præcipue Philosophia vituperatur, quia ipsa vtuntur ad delectationem, non ad fidei vtilitatem. 37. distin. turbat. §. cum ergo.

Quod sancti quandoque vsi sunt Philosophia. 37.dist. turbat. & c. qui de mensa. & 1.qō. 1. Dominus declarauit.

Quod dicta Sibyllæ & aliorum Philosophorum valent ad cōuincēdum paganorum vanitatem. 37. dist. si quid.

Quod sacra scriptura nec sub venustate, nec sub Philosophicis terminis est proferenda. 38. dist. ecclesiastica.

Pietas. Quod pietas est mater boni operis. 22.q.2. si quælibet.

Quod culpa purgatur pietate. 22.q.2. si quælibet.

Item meretur temporaliter & æternaliter remunerari.

Quod scientia est pietatis veteris & noui testamenti intelligentia. 37.dist. si quis artem.

Quod non est mentiendum in doctrina pietatis. 22.q.2. primum.

Quod sub specie pietatis peccatum mortale nō est committendum. 22.q.2. ne quis.

Quod crimina punire non est crudelitas, sed pietas. 23.quęst. 8. legi.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna, & vbi agitur de Misericordia.

Pisces. Quod pisces ad manducandum a carne abstinentibus conceduntur. 4.dist. denique.

Quod pœnitentes non piscibus sed pisciculis vti debent. 82. dist. presbyter.

Quod cū a carnibus abstinetur, a carioribus cibis piscium est abstinendum. 4 dist. deniq;.

Quod propter pisces malos retia prædicationis non rumpūtur. 23.q.7.c. 1. in fi.

Placentia. Quod placentia malorum a pręlatis non est appetenda. 83. dist. nihil.

Quod placēdi causa hominibus veritas non est annuncianda. 22.q. 2. primum.

Quod pastor quærens lupis placere, pernicies est ouium. 83. dist. nihil.

Quod sicut Abraham placuit in coniugio, sic nunc placent virgines in castitate. de pœn. distinct. 2. si enim inquit. vltra medium.

Quod secundum carnem viuentes Deo placere non possunt. 82. dist. proposuisti. circa fin.

Planctus. Quod planctus conuenit pœnitentibus, qui debent mala perpetrata plangere, de pœn.dist.3.§.1.

Item conuenit bene monachis, quia monachus nō habet Doctotis officium, sed plangētis. 16.q.1.monachus.

Item conuenit compatientibus, sed discrete: sicut quādo mortui planguntur.13. q.2. quam præposterum. & c.seq.§.hoc autem.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu, & de Lachrymis.

Plus Petitio. Quod plus petitur multipliciter, videlicet re, vt q̄n pro decē viginti petūtur. 14.q.1.quod debetur.

Item plus petitur tempore quando ante tēpus petitur. 78 dist. c.1.2.& 3.

Itē loco plus petitur quando non vbi soluere conuenit petitur, sed alibi 33 qō. 2.siue 7.qō.1.si quis episcopus.

Itē causa, vt vbi duo promittuntur sub alternatione, & alterū petitur quod fieri non potest, vel nō debet. 13.dist. nerui.22. q.4. vnusquisque. Exemplum ibi de Herode & saltatrice.

Pollutio. Quod pollutio carnalis lasciuiæ plus inquinat homines inter septem peccata mortalia.32 q.7. non solum.

Quod dupliciter contingit pollutio carnalis, videlicet dormiendo, & vigilando. 6. dist. testamentum.

Quod dormiēti quatuor de causis cōtingit, aut ex crapula: aut ex naturæ superfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione.6.dist. testamentum.

Quod pollutio contingens ex crapula vel cogitatione mala, peccatum generat, sed differenter.6.dist. testamentum.

Quod an taliter pollutus debeat celebrare vel cōmunicare. habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod vigilando cōtingit pollutio ordinarie sicut cum vxore propria, propter quam olim aqua lauabantur, nūnc autem per aquam benedictàm mundantur. 33.q. 4. vir cū propria.

Item extraordinarie, & hoc multipliciter, videlicet per concubinatum 36.quęst. 1.lex illa.§. cum ergo.

Item per adulterium.32.quęst.5. puto.

Item per incestum.35.q. 2.& 3.de incestis.& duobus c.seq.

Quod extraordinaria dicitur pollutio quando fit extra vas debitū mulieris, quę tamen non impedit matrimonium.35.q. 3.extraordinaria.

Item extraordinaria pollutio dicitur quando peccatur in eadem specie contra naturā. 3 . q.7.flagitia.& c.vsus.

Item extraordinaria est quando peccatur contra naturam in alia specie: sicut cum brutis. 15.q. 1.mulier.

Quod caro quandoque polluitur sine mentis pollutione, sicut contingit in oppressione. 32.q.5. illæ.

posse est aliquid posse. de pœnit.dist.2.circa fin.

Quod lex non statuit aliquid contra posse humanum.4.dis.erit. 14.q.6.si res.

Quod est posse iuris quãdo illud possumus quod de iure possumus. 2.q.1.nos in quemquam. 50.dist.si quis præpostera.

Item dicitur posse naturæ, vltra quod natura non potest. de cõse.dist.4. numquam.

Item dicitur posse facultatis, vbi illa deest, repetitio nõ competit. 14.q.6.c.1.

Itẽ dicitur posse officii, vbi quantum committitur tantum potest.2.q.6.decreto.

Item est posse pietatis, quod pro salute aliorum impeditur. 22. q.2 faciat.

Item est posse diuinæ voluntatis, quod sanctorum patrum & omnium hominum statuta trãscendit.25.q.1.contra.

Vnde versus.

Posse quidem rebus dant ius, natura, facultas,
Officium, pietas, sextum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur de Potestate.

Postulatio. Quod postulatio dupliciter accipitur, vel ꝑ aduocatiõe vel ꝑ petitione.3.q.7.infames.61.dist.Osius.§.sed al*.

Quod postulatio primo modo ẽ desiderium suum vel amici sui in iure apud eũ q iurisdictioni pest, exponere.3.q.7.infames.

Quod quidã prohibentur omnino postulare, vel ꝑp ætatem, vt minores.17.annis, vel pp causam, vt surdus, vel propter sexũ, vt feminæ, vel propter notam turpitudinis, vt hermaphroditi, vel cęci qui sunt vtroque lumine priuati.3.q.7.infames.

Itẽ nulli criminosi & infames nisi prius restituti non possunt postulare.

Quod in alieno negotio numquã postulare siue aduocare debet episcopus.14.q.1.c.1.

Quod episcopus pro pœnæ remissione miserorum postulare potest.14.qõ.6.hi qui in furtis. & 23.q.5.c.1.

Item pro se & ecclesia sua & miserabilib. personis postulare potest, & hoc nõ sæpe, ne vilescat dignitas.88.dist.perlatum.

Quod alii clerici in causa criminali forensi postulare non debent nisi intercedendo ꝑ reis. 23.q.5.c.1.

Quod in causa ciuili sęculari diaconus & superiores postulantes repellũtur.11.q.1.te quidẽ.

Quod in ciuili ecclesiastica diaconus & superiores admittuntur, sed salarium nequeunt petere.15.q.2. obseruandum. 11. q.1.experientiæ.& c.seq.

Quod monachi vel claustrales non nisi pro domo sua, & hoc de licentia abbatis sui possunt postulare.16.qõ.1.monachi a monasterio. & ca.placuit cõi.

De hoc habes vbi ponitur Aduocatus.

Quod postulatio siue petitio fit de laico, vel alterius ecclesiæ clerico propter probitatẽ personæ.61.distin. Osius. & §.seq. & c. nullus inuitus.71.distin

Quod potestas Papæ in conciliis excipitur,& statuta conciliorũ sua potestate confirmantur. 17.dist.per totum.

Qđ potestas Imperialis siue regia nõ est vituperãda.14 q.5.neq;.

Quod personæ ecclesiasticæ ratione prædiorũ tenẽtur potestatibus sæcularibus obedire. 23. q.8.conuenior.& cap.tributũ. Exemplum ibi de Christo.

Quod potestas sæcularis non habet ius in spiritualibus. 23.qõ. 8.tributum.

Quod cum præcipitur quod non licet,ibi potestas est contemnẽda.11.q.3.qui resistit.

Quod alia est potestas officii,alia executionis. 24.q.1.miramur. §.proximo.

Quod suspensi habent potestatẽ, sed non executionem potestatis.1 qõ. 1.quod quidam § ex his.circa prin. 24.q.1. miramur.§.proximo.

De potestate Imperatoris habes vbi agitur de Imperatoribus & regibus & principibus: & de Potestate episcopi,vbi agitur de Episcopis,& sic de aliis vbi agitur de singulis.

Præbenda. Quod præbẽdę in duabus ecclesiis vni non sunt dandæ.70.dist.sanctorum.89.distin.singula.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficiis, & vbi agitur de Officiis.

Precariæ. Quod precariæ dicuntur quædã pcationes vsusfructus in recõpensatione pprietatis. 10.q.2.pcariæ.12.q.2.pcariæ.

Quod precarium vtendum conceditur quamdiu patitur qui concessit.12.q 2.sæpe.

Quod precariæ cũ fiunt, sunt in scriptis redigendæ: ne per retẽtionem diutinam præiudiciũ generetur.12.q.2.sæpe.

Quod precariæ de quinquennio in quinquennium debent renouari.10.q.2.precariæ.

Quod precariæ irrationabiliter factæ præcipue ecclesiarũ successori non præiudicant.10.q. 2.de precariis.

Quod precario possidentes præscribere non possunt.16.qõ. 3. clerici & e.seq.

Præcauere. Quod præcauendum est futuris periculis. 13. dist. in nomine.circa prin.51.dist.designata.28.dist.de Syracusanę. 82.dist.proposuisti.circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Cautela.

Præceptum. Quod pręceptũ Dei omnibus præceptis anteferetur.8.dist.quæ contra.11.qõ.3. si is qui.& e.seq.

Quod decem generalia sunt præcepta Dei,quæ decalogus dicũtur.32.q.4. meretrices.

Vnde versus.

Idola sperne, Dei tibi non sit nomen inane.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non occisor eris, fur, mœchus,testis iniquus.

Nō alie nuptam, nec rem cupies alienam.

Quod præceptum Dei facit licitum vbi alias esset illicitū. 14. q.5.dixit.

Quod an Deus non vult vt semp fiat id quod præcipit. 22 qō.1. non est.

Quod præcepta patientiæ nō tā exhibitione corporis quā præparatione cordis sunt retinenda. 23.q.1.nisi §.his ita.& cap. paratus.

Item quod præcipitur imperatur: & quod imperatur, necesse est fieri.14.q.2.c.vlt.

Quod præceptum Papæ propter obedientiam beati Petri cuius successor est, diligenter est obseruandū.19.dist.in memoriā.

Quod iniustum præceptū superiorum nō est implendū. 11.q. 3.si episcopus forte,& c.seq.

Quod præcepta etiam sanctorū prælatorum antequam impleantur sunt discutienda, videlicet si sunt iusta & licita, si non sunt contra Deum. 50. dist. si quis præpostera.

Quod nec Papa vult impleatur ꝙ per surreptionem præcipit. 16. q.3.licet.

Quod qui iustis præceptis nō obtemperat, debitor est pœnæ. 14.q.1. quisquis.50. dist. si quis præpostera.

Preces. Quod preces hominum Deus non semper exaudit.50.dist.si quis præpostera.

De hac materia habes vbi agitur de Oratione.

Quod preces canonicæ disciplinæ contrariæ non sunt exaudiēdę.50.dis.miror.14.q.6.c.1.

Quod rescripta expressam debēt habere conditionem hanc, si preces veritate nitantur.26.q. 2.rescripta.

Quod iudices sunt puniendi qui ptecū mēdacia nō arguūt.25.q. 2. rescripta. vsq; ad c. vniuersa.

Quod vtrum per preces suas vel aliorum possit quis sine simonia promoueri, habes vbi agitur de simonia.

De hac materia habes vbi agitur de Perditione.

Præcipitatio. Quod præcipitatio qualiter & in quibus non sit bona, habes supra vbi ponitur Acceleratio.

Præcisus. Quod præcisus de Christi corpore etiam si figuram mēbri teneat, vitæ spiritum non habet.23.q.7. quemadmodū.

Quod de præcisis an sacramenta conferre possint, habes 1. q. 1. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreticis & de Schismaticis.

Præda. Quod præda secūdum militarem disciplinam regibus est seruāda. 23.q.5.dicat.

Quod propter prædam militare est peccatum. 23.q.1. militare.

Quod omnis illicita præda furij nomine in decalogo est ꝓhibita, cum dicitur, non furaberis. 32 q.4. meretrices.

Quod prædones peregrinorum & pauperum sunt excommu-

nicandi.24.q.3 si quis Romipetas & duobus c.seq.

Prædestinatio. Quod prædestinatio Dei semper in bono est.23.q.4.Nabuchodonosor. ante medium.

Quod prædestinatio ita est a Deo disposita, vt electi meritis & precibus ad ipsam perueniãt. ibidem.

Quod nequaquam obtineri possunt quæ prædestinata non fuerunt. 23. quæstione 4. obtineri.

Quod prædestinatio propriis meritis & sanctorum precib. adimpletur.23.q.4. obtineri.

Quod prædestinatus inquantum prædestinatus non potest damnari.de pœnit.dist.4.peccatum.§.verum.post medium.

Quod licet nemo possit saluari nisi prædestinatus, omni tamẽ delinquenti adhibenda est correctio, sicut medicina adhibetur omni languenti, licet sciatur neminem vltra terminum a Deo præfixũ victurum. 23. quæstione 4. Nabuchodonosor.

Quod prædestinatio multis est causa stãdi, sed nemini est causa labendi.23.q.4.Nabuchodonosor.§.item qui.

Quod non inducit necessitatem correctiõis vel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, mali libero arbitrio pereant.23.q.4. Nabuchodonosor.§.non ergo.

Quod licet prædestinatio Dei vel præscientia falli nõ potest, non ideo omnia prædestinata necessario eueniunt: sed quia bona absque eius gratia,& mala præter eius scientiam eueni re non possunt.

Quod multi videntur prædestinati merito præsentis iustitię, non autem prædestinatione claritatis æternæ.de pœn. dist. 4.§.hoc ergo.

Prædicatio. Quod prędicatio verbi Dei non est contemnenda.1.q.1.interrogo.

Quod non minus est reus qui prædicationem negligenter audierit, q̃ã qui corpus Christi in terram cadere permiserit.

Quod ad prædicationem siue sit fidelis siue infidelis etiã est in ecclesia admittendus. de conse.distin. 1. episcopus nullum.

Quod contemptoribus ne margaritæ spargantur ante porcos est subtrahenda. 43. distin. in mandatis.

Quod prædicationi præponenda est aliquando contemplatio, & aliquando postponenda. 8. q.1.in scripturis. Exemplum ibi de Hieremia.

Quod sicut vtilius est habere prudentiores, quam formosiores amicos, sic vtilior est sermo verior quam disertior.38.distin. sedulo.

Quod prædicatio suscitat spiritualiter mortuos.8.q.1. olim.

Quod prædicator debet esse in vita & scientia irreprehensibilis.8.q.1.oportet. 26. dist. §. 1. & §.ecce.38.dist c.1.

Quod prædicator purus debet esse a peccato. 50.dist. quid e-

hoc.& cap. cum exaudiero. & 35.q.6.in fin.

Quod fructum Christi non suũ debet intendere.8.qõ.1. olim. & c.in scripturis.

Quod secundum capacitatẽ audientium sermonẽ debet formare. 8.q.1.oportet.

Quod nec propter Christi cultũ ampliandum, nec propter aliud vlla debet mentiri ratione. 22.q.2.primum.

Quod prædicator debet esse actiuus & contemplatiuus, & non de suo sensu, sed illa docere quę didicit in contemplatione. 36. dist.si quis vult.

Quod nec propter æmulationẽ vel detractionem aliorum a recta prædicationis intentione debet recedere. 44.distinctio. scimus.

Quod prædicator ad vtilitatem populi prædicans consequitur a Deo vberiorem gratiam. 18. q.1.reuertimini.

Quod nullus laicus vel religiosus absque papæ vel episcopi licentia, nec mulier quantumcumque docta & sancta sit, debent prædicare. 16. q. 1. adiicimus. 23.dist.mulier.

Quod qui prędicatorem veritatis contristat, in Christum peccat. 11.q. 4. quicumque contristauerit.

Quod vitiosi sermo non est contemnendus: quia sicut lixiuiũ per cinerem humidum fluens lauat & non lauatur, sic bona doctrina per malum sacerdotem credẽtes a peccatis lauat. 83.dist.§.vlt.

Quod infelix est prædicator qui alios illuminando ipse tenebrosus & reprobus efficitur.de pœn.distin.2. §.opponitur.

Quod prædicator bene docendo & male viuendo Deũ instruit qualiter eum debeat condemnare. 40.dist.multi.

Quod prædicatores qui ab auditoribus non intelliguntur non audientium vtilitatem, sed suã ostentationem quærunt. 43. dist.dispensatio.

Qudo inconuenienter prædicat qui pauperem Christum pingui ventre & rubentibus buccis annuntiat.35.dist. ecclesiæ.

Item qui arroganter & cum fastu annuntiat. 46. distinctio. hoc habet.

Item qui fabulas immiscet, quia in vno ore cum Iouis laudibus se Christi laudes non compatiuntur. 86.distin.cum multa.

Præfatio.

Quod præfatio Beatæ Virginis nouem antiquioribus pręfationibus per concilium addita est.70. distin.sanctorum. in fin.

Quod excepta præfatione Beatæ Mariæ nouem sunt quæ per circulum anni decantantur. de consecrati.distinctio. 1. inuenimus.

Quod ante præfationem ideo Sursum corda dicitur, vt tunc præcipue ad Deum mentem erigere plebs moneatur. de cõsec.distinct. 1. quando autem.

Præiudicium.

Quod præiudicium committitur quando lite pendente pro altero sentẽtiatur. 11.q.1.quia res.

Item præiudicium committitur quando vna parte absente altera auditur.3.q.9.c. vlt.

Item præiudicium committitur quando quis contra iustitiam condemnatur.2.quæstione 1. in primus.

Item præiudiciũ generatur quando quid furtiue vsurpatur.93. dist. illud.

Item præiudicium dicitur quodlibet factum iniuriosum. 11. q.1.quia res.

Prælatio. Quod prælatio non est instituta contra bonos, sed ad coercendum malos.22.distin.de Constantinopolitana.

Quod prælatio ecclesiastica quia est a Deo, non est contemnẽda.11.q.2. nemo contemnat.

Item nec auide suscipienda, nec propter desidiam respuenda. 16.q.1.vos autẽ.8.q.1.olim.& tribus c.seq.40.dist.multi.

Quod ambitiosus ad prælationẽ (etiam si sanctus sit) reprobatur.1.q.1.principatus.

Quod fugientes eam magis sunt assumendi quam se ingerentes.1 quæstione 6 sicut.8.q.1. in scripturis.

Quod non consanguinitas, sed iuris & scientiæ congruitas est attendenda in ipsa.8.q.1.licet.& c.seq.

Quod non prælatio, sed bona cõuersatio nos iungit Deo. 40. dist.non loca.

Quod omnis sanctitas præsumẽda est de prælato.40.dist.non nos.

Quod ille prælatus dicitur maior, qui vita est sanctior.2.q.7. Paulus Petrum. & duobus c. seq.40.dist.multi.in fin.

Quod absurdum est prælatum peiorem esse populo.1.q.1. vilissimus.

Quod prælati debent esse literati.38.dist. qui ecclesiasticis. & duobus ca. sequen. & c. si quis vult.

Quod vita pastoris debet esse exemplar subditis.2. quæstio. 7. cum pastoris.

Quod prælati debent esse duces gregis & pastores.7.q.1. sciscitaris.

Quod integritas prælatorum salus est subditorum, & ordo nutabit si quod inuenitur in corpore, non inueniatur in capite. 41.dist.miramur.

Quod prælatus debet in conuersatione & sermone præire. 8. q.1.qualis.40.dist.non nos.& tribus c.seq.

Quod minorum exempla ad imitandum, & doctrinam ad discendum spernere non debet. 22.distin. de Constantinopolitana 24.q.3 si habes.

Quod debet etiam erga subditos solitam curam gerere.8.q.1.in scripturis.

Item nunc actioni, nunc contemplationi vacare.88.dist.decreuit.& capit.episcopus nullam. 2.q.7.episcopi.8.qõ. 1. in scripturis.

Item erga infirmos compatiens debet esse.45. distinctio. recedite.

Item discordantes concordare. 90.dist c.1.& c. studendum.

Item de subditis non facile debet credere.86.dis.si qd ve-

Item non debet ex vindicta corrigere. 86. dist. si quid. & cap. sequen.

Item nec iuxta velle debet subditum punire. 45. dist. cum beatus Paulus. 11. q. 3. ipse.

Item promptior debet esse ad miserēdum quam ad puniendū. 45. dist. licet. quia tutius redditur ratio de misericordia, quā de crudelitate. 25. quæstio. 7. alligant.

Item seuerus debet esse contumacib. sed benignus pœnitentib. 2. q. 5. quanto.

Quod si in corrigendo excesserit, a subditis veniam petere non tenetur. 86. dist. quando.

Quod contra prælatum non de facili est præsumendum. 11. q. 3. absit.

Quod prælati plus aliis aduersitatibus sunt expositi. 3. q. 1. nulli. 7. q. 1. suggestum. & duobus c. seq.

Quod peccata subditorū eis imputantur. 1. q. 1. quidquid. 9. q. 3. episcopo.

Quod superbia & auaritia in ipsis præ ceteris reprobantur. 93. dist. diaconi sunt. circa medium.

Quod prælatus sine temporalib. non proficit, sicut anima sine corpore non viuit. 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod nihil in hac vita laboriosius & apud Deum gratius, quā esse bonum prælatum. 40. distinct. ante omnia. 96. distin. duo.

Quod bonorum prælatorū Deus facilius orationes exaudit. 1. q. ..ssis sacerdo...

Quod malus prælatus quandoq; datur propter peccata populi. 6. q. 1. ex merito. 8. quæstio. 1. audacter. Exemplum ibi de Saule.

Quod toleratur quādiu per sententiam non deiicitur. 15. q. 8. c. vlt. 23. q. 4. tres.

Quod incongrue sanctorum locum tenet, si facta bonorum non sectatur. 40. dist. non est. & c. seq.

Item honor adeptus vel ei exhibitus cedit ei ad culpam & ad pœnam. 40. dist. multi. 2. q. 7. secuti. in fin.

Quod suo exemplo multos trahit ad inferos. 40. dist. si papa.

Quod apud Deum nihil miserabilius, quam prælatus malus. 40. dist. ante omnia.

Quod mali prælati tot mortib. digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla trāsmittunt. 11. quæstione 3. præcipue.

Quod in eodem genere peccati grauius cadunt prælati quam subditi. 40. dist. homo.

Quod non sunt ipsorum opera, sed doctrina attendenda. 1. q. 1. non quales.

Quod licet prælati sint mali, tamen a subditis non sunt contemnendi. 1. q. 1. multi. & duobus c. seq. 6. qō. 1. sacerdotes. & c. oues.

Quod Christus malis deferendo prælatis cum alapa daretur, Exemplum subditis humilitatis & patientiæ erga prælatos reliquit. 93. dist. dominus.

Quod illi prælati sunt mercenarii, qui honores & temporalia

quęrunt, non ea quæ sunt Iesu Christi. 8. q. 1. sunt in ecclesia.

De hac materia habes vbi agitur de episcopis, & de Abbatibus, & de Possessione, & de Electione.

Presbyter. Quod presbyter Græce, Latine senior interpretatur. 21. dist. cleros.

Quod presbyteri seniores nō ꝓpter ætatē sed propter honorē & dignitatem nominantur.

Quod presbyteri iidem sunt qui & sacerdotes.

Quod olim episcopi dicebantur presbyteri. 93. distin. legimus. & 95. distinctio. olim. & cap. sequen.

Quod præsente episcopo presbyter nō debet signare infantes. 95. dist. presbyter.

De differentia episcopi & presbyteri, habes 95. dist. per totum.

De presbytero habes vbi agitur de Sacerdote.

Præscriptio. Quod pręscriptio non fauore malæ fidei possessoris, sed odio rem suam prosequi negligentis introducta est. 16. q. 3. placuit. §. potest etiam.

Quod præscriptio est vnius anni. 54. dist. per totum. vbi agitur de serui (ignorante domino) ordinatione.

Item est præscriptio vnius anni & diei. 20. q. 1. puella. vbi agitur de professione.

Item est præscriptio vnius anni & dimidii. 3. q. 3. de induciis. vbi agitur de episcoporum excusatione.

Item est præscriptio biennii. 15. q. 2. monasteriis. vbi agitur de incognitorum in monasteriis susceptione.

Item est præscriptio triennii. 17. q. 2. si quis incognitus. vbi agitur de incognito ad professionem suscepto.

Item est præscriptio quadriennii. 16. q. 3. §. quas actiones. vbi agitur de vsucapione.

Item est præscriptio sex annorū. 7. distin. §. 1. si emeris seruum. vbi agitur de serui dimissione.

Item decem annorum. 16. q. 3. placuit. §. potest. ante medium. vbi agitur de præscriptionis dispensatione.

Itē est præscriptio duodecim annorum. 20. q. 1. puellæ. vbi agitur de voti obligatione.

Item est præscriptio quattuordecim annorū. 20. q. 2. si in qualibet. vbi agitur de masculorū ad religionem obligatione.

Item est præscriptio decem & octo annorum. 28. dist. de his. vbi agitur de subdiaconorum ordinatione.

Item est præscriptio viginti annorum. 16. quęstione 3. placuit. §. potest. vbi agitur de præscriptione.

Item est præscriptio vigintiquinque annorum. 20. q. 1. placuit. vbi agitur de diaconorum ordinatione.

Item est præscriptio quadraginta annorum. 16. quæst. 3. placuit. §. potest etiam. post medium

vbi agitur de libertate quod ei nullo tempore præscribitur.

Item est præscriptio centum annorum. 20. q. 1. iuueneulas. vbi agitur de abbatissarum velatione.

Item est præscriptio sexaginta annorum. 16. qō. 3. nemo. vbi agitur de Romanæ ecclesiæ præscriptione.

Item est præscriptio vnius mensis. 4. q. 5. quisquis.

Item est præscriptio duorum mẽsium. 5. q. 3. si ægrotans.

Item est præscriptio trium mensium. 54. dist. fraternitatem.

Item est præscriptio quattuor mẽsium. 76. dist. ieiunium. § non autem.

Item est præscriptio sex mensiũ. 3. q. 3. de inductis.

Item est præscriptio nouem mensium. 3. quæst. 3. induciæ. §. spatium.

Item est præscriptio decennalis & viceñalis, quæ ecclesiis obiici non potest. 16. q 3. placuit. §. potest etiam.

Item præscriptio communis est tricennaria, religiosorum quadragenaria. Romanæ ecclesiæ centenaria. 13. q 2 §. 1 & 16. q. 3. placuit. §. potest etiam.

Quod quælibet prædictarũ præscriptionum debet habere bonam fidem, & iustum titulum possessionis. 16. q. 3 placuit. §. potest etiam.

Quod non currit præscriptio contra res ecclesiæ precarie vel ratione hostilitatis possessas. 16. quæstio. 3. clerici. & duobus c. sequen. 12. quæstione secunda sæpe.

Item non currit præscriptio tempore prælati male alienantis. 16. q. 3. si sacerdotes.

Item non currit tempore captiuitatis & hostilitatis. 16. q. 3. cap. vlt. & c. porro.

Item non currit tempore pueritiæ, scilicet intra xiiii. annum. 16. q. 3. placuit. § si autem.

Item non currit in decimis a laicis detentis. 16. q. 3. placuit vt, post medium.

Item non currit contra libertatẽ, ibid.

Item non currit contra publicas functiones. § porro. ibid.

Quod an vna ecclesia possit iura alterius ecclesiæ tollere per p̄scriptionem, habes 16. q. 3. per totum.

Quod monasteria contra ecclesias non possunt præscribere nisi spatio xl. annorum. 16. qō. 4. per totum.

Quod præscriptio triennalis non præiudicat ecclesiis. 16. qō. 3. si sacerdotes. & q. 4. c. 1.

Quod laici non possunt præscribere decimas. 16. q. 3. placuit. § potest etiam.

Quod limites diœcesium vel parochiarum præscribi non possunt. 16. q. 3. licet. §. hoc multipliciter. & c. seq.

Quod ius diœcesium præscribi potest. 16. qō. 3. c. 1. & tribus c. sequen,

Quod in illis quæ quis sua auctoritate vsurpatiue possidet, præscribi non potest. 16. quęstione 3. dilectio. §. potest etiam aliter.

Quod ille qui asserit se præscripsisse: si dubitatur, dẽt iurato

riam præstare cautionẽ quod bona fide & conscientia bona possideat.16.q.3.dilectio.

Quod interruptio præscriptionis dat ius agendi.16.q.3.c.1. & q. 4.volumus.

Quod interruptio fit dupliciter: videlicet naturaliter: id est,cõtra ius naturæ: quando scilicet contra conscientiam possidetur.16.q.3.placuit.§. potest etiam.

Item ciuiliter fit vel per libelli oblationem:vel per litis cõtesta. 16.quæstione 3.placuit.§. potest.ante medium, & cap.quicumque.

Item fit per protestationem corã episcopis vel aliis bonis viris. 16.quæstione 3.placuit vt,post medium.

Item per synodalem proclamationem.16.q.3.c.1. & tribus c.sequen.

Itẽ fit per tabellionum vel testiũ subscriptionem.16.q.3.placuit vt.§. is autem.

Quod longæua vsurpatio non facit præscriptionem. 100.dist. contra morem.24.quæstione 1.schisma.

Præscientia. Quod præscientiaDei continentur futura quę hominibus ex libertate liberi arbitrii debent prouenire. 23. q.4.Nabuchodonosor.circa fi.

Quod præscientia solum in malis operibus est intelligẽda ibi.

Quod præscientia Dei nullã necessitatem infert libero arbitrio ibidem.

Quod secundum præscientiam Dei scribuntur in libro vitæ qui pręsciti sunt iustificati:& delentur de libro vitæ qui pręsciti sunt damnati.de pœn.distin. 4.§.finis.vsque ad fin.

Præsumptio. Quod p̃sumptio concipitur ex circunstantia facti.32.q 5.nec solo.

Quod præsumptio violenta oritur ex propinqua facti circunstantia.34. distinct quorumdam.

Quod præsumptio est multiplex, videlicet vsurpatoria,quãdo scilicet alieni termini vel officiũ vsurpantur 9.q.1.cap.1.& q.2. nullus alterius.& quæstione 3. si autem.

Item præsumptio diabolica cum bona ecclesiarum inuaduntur. 22.q.2.de viro.

Item præsumptio sacrilega quando Deo dicata humanis vsibus applicantur.12.q.2.prædia.

Item præsumptio conspiratoria quæ fit contra prælatos.11.q.1. si qui clericorum.

Item præsumptio perniciosa cũ serui fugitiui ad ordines vel ad religionem recipiuntur. 54. dist.generalis.

Item præsumptio nefanda quando ecclesiæ officia propinquis minus dignis committuntur, vel ab illegitimis personis pertractantur.89.distin.decentes. 16.q.1.placuit communi.

Item præsumptio ambitiosa est quando minor præsumit exequi quod est superioris.7.quæstione 1.pontifices.& ca. nihil contra.

Item præsumptio fastuosa est cũ prælati criminosi nolunt r-

prehendi. 2. q.7. præsumunt.
Item est præsumptio de ordinata cum vltra statutum aliquid attentatur. 10. quæ.3. inter cetera. 21.q.4. episcopi.
Item præsumptio negligentiæ quando prælatus subditos malos non coercet. 2.q.7. sicut inquit.
Item præsumptio blasphemiæ, sicut cum canones sanctorum patrum violantur. 35. quæstione 1. violatores.
Quod præsumptio crudelitatis, hoc est prælatorum desæuientium in subditos. 10. quæ.3. quia cognouimus.
Quod quantumcumque perfectus de suo statu non debet præsumere. 6.q. 1. imitare. Exemplum de apostolo Petro.
Quod Deus bonorum præsumptionem deprimit per aduersitatem. 6.q 1. oues. §. ipsa.
Quod in dubia rebaptisatione non est temeritas præsumptionis, sed diligentia pietatis. de consec. dist. 4. si nulla.
Quod præsumitur quis citius mori quanto senior est. 7. quæsti. 1. petisti. 86. distinct. tanta nequitia.
Quod præsumitur pro senectute, scilicet dignior probitas. 59. dist. si officia.
Item iniustitiæ examinatio 86. dist. si quid vero.
Item præsumitur sapientia. 84. distin. porro.
Item morum grauitas. 12. quæ. 1. cap. 1.
Item sermo veracior. 35.q. 6. consanguineos.
Item eleemosyna dignior. 86. di[illegible]n. non satis.
Quod quandoque præsumitur ex præsenti circa præteritum. 34. q.2. cum per bellicam.
Item quandoque præsumitur ex præsenti circa præsens. 6. quæ. 1. qui crimen.
Item præsumitur ex præsenti circa futurum. 47. dist. sicut hi. §. necesse, circa fin.
Quod quandoque præsumitur ex præterito circa præteritum. 28. dist. quia sunt. vbi præsumitur vxor diaconi non fuisse, quia virgo ad eum non peruenerat.
Item ex præterito circa præsens. 87. dist. quicumque.
Item ex præterito circa futurum. 23.q.5. si apud.
Item ex causa. 23.q. 8. occidit. vbi ponitur qualiter sancti patres ex causa meritorie occiderunt.
Item ex persona. 89. distin. decenter. vbi præsumitur de episcopo, quod si res ecclesiæ consanguineis committit: quòd illis non ecclesiæ lucrum quærit.
Item ex loco. 17. quæ. 4. quisquis. 1. vbi sacrilegium præsumitur ratione sacri loci.
Item ex tempore. 1. quæstione 1. constat. vbi ex breuitate temporis præsumitur color excusationis.
Item ex facti qualitate. 12. quæ. 2. bonæ rei.
Item ex dignitate. 11. quæstio. 3. absit vbi dicitur, quod de sacerdotibus est bonum præsumendum.
Item ex taciturnitate. 28. dist. diaconi. vbi dicitur quod qui diaconatum recipit, etiam tacendo se ad castitatem adstringit.

Præuaricatio. Quod præuaricatio est vera crimina abscōdere. 2 quæst. 3. si quem. §. notandum.

Item præuaricatio est votum castitatis vel religionis postponere. 20. q. 1. puellæ.

Quod non est præuaricatio incauti & temerarii iuramenti emendatio. 22. q. 4. diffinitio.

Quod præuaricator fidei ad testimonium non admittitur. 2. q. 7. non potest.

Primas. Qđ primas est maior archiepiscopo. 99. dist. c. 1. §. 1.

Quod primatus officium sumptum est à Gentilibus: ad quos oppressi q ui ad Imperatoris aulam venire non poterant, tam quam ad primam iudiciariam potestatem confugiebant. 99. dist. prouinciæ. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Patriarchis.

Princeps. Quod princeps sæcularis diuina ordinatione ad regendum populum instituitur. 7. qō. 1. si ergo.

Quod debet ecclesias & prælatos earum defendere. 63. dist. Valentinianus. in fin. 23. qō. 5. principes.

Quod de electione episcopi & aliorum Prælatorum non debet se intromittere. 63. distin. Hadrianus.

Quod princeps debet reuereri episcopos: quia principū colla debent submitti genibus sacerdotum. 63. dis. Valentinianus. 96. dist. duo, in fin.

Item de bono statu ecclesiæ debet prouidere. 96. d. stin. boni. 23 q. 5. principes. & cap. incestuosi.

Item debet intendere ad tuitionē viduarum, & pupillorum protectionem, & raptorum refrenationem. 23. qō 5. administratores.

Quod leges principum non possunt infringere statuta pontificum. 10. dist per totum.

Item iudicantur & excommunicantur ab episcopis. 96. distin. duo. & duobus c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus, & de Potestate, & de Regibus.

Principium. Quod principiū malum difficiliter bonū finē consequitur: quia difficile est vt bono peragantur exitu, quę malo inchoata sunt principio. 1. q. 1. principat⁹. & duob. c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

Priuilegium. Quod priuilegium dictū est eo quod in priuato feratur. 3. dist. priuilegia.

Quod priuilegia sunt leges priuatorum.

Quod priuilegium speciale derogat gn̄ali. 25. q. 1. c. vlt. circa fi.

Quod priuilegium quandoque conceditur vni prouinciæ. 35. q. 3. quædam lex. §. quod scripsi.

Item conceditur vni ecclesiæ. 16. q. 1. hinc est.

Item quandoque vni personæ. 7. q. 1. peristi.

Quod p[illegible] priuilegi[illegible]

alium non extenditur. 7.q.1. petisti,post med.

Quod priuilegiũ sigillatim concessum, omnibus non conuenit.16.q.1.hinc est.

Quod priuilegia paucorum non faciunt legem commuuem. 25.q.1.c.vlt.post med.

Quod semper cum pallio conceditur priuilegiũ speciale.100. dist.rationis.

Quod priuilegia cõcessa per superiores, per inferiores non possunt nec debent infringi. 9.q 3.cõquestus. 12.q.2.Vulteranæ.25.q.2.priuilegia.

Quod ecclesia Romana aliarum ecclesiarum priuilegia debet cõseruare. 25.q.5.per totum.

Quod an posteriora priuilegia derogent prioribus.25. q. vlt. priuilegia & 6.c.seq.

Quod Romana ecclesia potest aliis concessa vel commutare vel penitus reuocare.25.q.vlt. posteaquam.§. his ita.

Vtrum priuilegium valeat cõtra statuta patrum, & dicta sanctorum.25.q. 1. per totum.& q. 2.postea.§. his ita.

Quod qui allegat priuilegiũ,debet monstrare quod allegat. 100.dist. contra morem.

Quod priuilegiũ meretur amittere qui concessa abutitur potestate.11.q.3.priuilegiũ. 25. q.vlt.postea quam.§.his ita.

Quod priuatur quis priuilegio propter scandalum.3.q.6.hęc quippe.

Item propter fauorem alterius loci vel personæ. 22.distin.renouantes.

Item propter atrocitatem criminis.11.quæst.3. ita. 9.q.3.conquestus.

Item propter renunciationem expressam. 7.q.1. quam periculosum.

Quod abutitur quis priuilegii potestate multipliciter, videlicet quando quis superior inferiorẽ totaliter inuitum compellit ad dignitatem.74.dist. vbi.

Item qui eam exercent non ad subditorum vtilitatem, sed ad suam voluntatem.11.q.3. priuilegium.

Item qui eam non habet, sed assumit propria temeritate. 25. q.2.postea.§ his ita. in fi.& c. sequen.

Probatio. Quod probatio est duplex, videlicet diuina & humana.26.q.5. nec mirum,ante medium & post.

Quod Deus permittit mala vt boni qui vident probentur vtrum vere ipsum diligant.26. q.5.nec mirum ante finem.& in fin.

Quod aduersitas,quę bonis viris obiicitur, probatio virtutis est, nõ indicium reprobationis.7.q.1. aduersitas.

Quod mortem probatur infligere qui hanc cum possit non excludit. octuagesimatertia dist.§.1.

Quod in humanis iudiciis onus probationis reo non incumbit.6.q.5.quod autem.

Quod si reus laborat infamia: & si non potest probari propter scandalum tenetur se purgare.6.q.5.§.vlt.

nicandi.24.q.3 si quis Romipetas & duobus c.seq.

Prædestinatio. Quod prædestinatio Dei semper in bono est.23.q.4.Nabuchodonosor. ante medium.

Quod prædestinatio ita est a Deo disposita, vt electi meritis & precibus ad ipsam perueniāt. ibidem.

Quod nequaquam obtineri possunt quæ prædestinata non fuerunt. 23. quæstione 4. obtineri.

Quod prædestinatio propriis meritis & sanctorum precib. adimpletur.23.q.4. obtineri.

Quod prædestinatus inquantum prædestinatus non potest damnari.de pœnit.dist.4.peccatum.§.verum.post medium.

Quod licet nemo possit saluari nisi prædestinatus, omni tamē delinquenti adhibenda est correctio, sicut medicina adhibetur omni languenti, licet sciatur neminem vltra terminum a Deo præfixū victurum. 23. quæstione 4. Nabuchodonosor.

Quod prædestinatio multis est causa stādi, sed nemini est causa labendi.23.q.4.Nabuchodonosor.§.item qui.

Quod non inducit necessitatem correctiōis vel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, mali libero arbitrio pereant.23.q.4. Nabuchodonosor.§.non ergo.

Quod licet prædestinatio Dei vel præscientia falli nō potest, non ideo omnia prædestinata necessario eueniunt: sed quia bona absque eius gratia, & mala præter eius scientiam eueni re non possunt.

Quod multi videntur prædestinati merito præsentis iustitię, non autem prædestinatione claritatis æternæ.de pœn. dist. 4.§.hoc ergo.

Prædicatio. Quod prędicatio verbi Dei non est contemnenda.1.q.1.interrogo.

Quod non minus est reus qui prædicationem negligenter audierit, quā qui corpus Christi in terram cadere permiserit.

Quod ad prædicationem siue sit fidelis siue infidelis etiā est in ecclesia admittendus. de conse.distin. 1. episcopus nullum.

Quod contemptoribus ne margaritæ spargantur ante porcos est subtrahenda. 43. distin. in mandatis.

Quod prædicationi præponenda est aliquando contemplatio, & aliquando postponenda. 8. q.1.in scripturis. Exemplum ibi de Hieremia.

Quod sicut vtilius est habere prudentiores, quam formosiores amicos, sic vtilior est sermo verior quam disertior.38.distin. sedulo.

Quod prædicatio suscitat spiritualiter mortuos.8.q.1. olim.

Quod prædicator debet esse in vita & scientia irreprehensibilis.8.q.1.oportet. 26. dist. §. 1. & §.ecce.38.dist c.1.

Quod prædicator purus debet esse a peccato. 50.dis. quid

hoc.& cap. cum exaudiero. & 35.q.6.in fin.

Quod fructum Christi non suũ debet intendere.8.qõ.1. olim. & c.in scripturis.

Quod secundum capacitatẽ audientium sermonẽ debet formare. 8.q.1.oportet.

Quod nec propter Christi cultũ ampliandum, nec propter aliud vlla debet mentiri ratione. 22.q.2.primum.

Quod prædicator debet esse actiuus & contemplatiuus, & non de suo sensu, sed illa docere quę didicit in contemplatione. 36. dist. si quis vult.

Quod nec propter æmulationẽ vel detractionem aliorum a recta prædicationis intentione debet recedere. 44.distinctio. scimus.

Quod prædicator ad vtilitatem populi prædicans consequitur a Deo vberiorem gratiam. 18. q.1.reuertimini.

Quod nullus laicus vel religiosus absque papæ vel episcopi licentia, nec mulier quantumcumque docta & sancta sit, debent prædicare. 16. q. 1. adiicimus. 23.dist.mulier.

Quod qui prędicatorem veritatis contristat, in Christum peccat. 11.q.4. quicumque contristauerit.

Quod vitiosi sermo non est contemnendus: quia sicut lixiuiũ per cinerem humidum fluens lauat & non lauatur, sic bona doctrina per malum sacerdotem credẽtes a peccatis lauat. 83.dist.§.vlt.

Quod infelix est prædicator qui alios illuminando ipse tenebrosus & reprobus efficitur. de pœn.distin.2.§.opponitur.

Quod prædicator bene docendo & male viuendo Deũ instruit qualiter eum debeat condemnare. 40.dist.multi.

Quod prædicatores qui ab auditoribus non intelliguntur non audientium vtilitatem, sed suã ostentationem quærunt. 43. dist. dispensatio.

Quod inconuenienter prædicat qui pauperem Christum pingui ventre & rubentibus buccis annuntiat.35.dist. ecclesiæ.

Item qui arroganter & cum fastu annuntiat. 46. distinctio. hoc habet.

Item qui fabulas immiscet, quia in vno ore cum Iouis laudibus se Christi laudes non compatiuntur.86.distin.cum multa.

Præfatio. Quod præfatio Beatæ Virginis nouem antiquioribus præfationibus per concilium addita est.70.distin.sanctorum. in fin.

Quod excepta præfatione Beatæ Mariæ nouem sunt quæ per circulum anni decantantur. de consecrati.distinctio. 1. inuenimus.

Quod ante præfationem ideo Sursum corda dicitur, vt tunc præcipue ad Deum mentem erigere plebs moneatur. de cõsec.distinct. 1. quando autem.

Præiudicium. Quod præiudicium committitur quando lite pendente pro altero sententiatur.11.q.1.quia res.

Item non debet ex vindicta corrigere. 86. dist. si quid. & cap. sequen.

Item nec iuxta velle debet subditum punire. 45. dist. cum beatus Paulus. 11. q. 3. ipse.

Item promptior debet esse ad miserẽdum quam ad puniendũ. 45. dist. licet. quia tutius redditur ratio de misericordia, quã de crudelitate. 25. quæstio. 7. alligant.

Item seuerus debet esse contumacib. sed benignus pœnitentib. 2. q. 5. quanto.

Quod si in corrigendo excesserit, a subditis veniam petere non tenetur. 86. dist. quando.

Quod contra prælatum non de facili est præsumendum. 11. q. 3. absit.

Quod prælati plus aliis aduersitatibus sunt expositi. 3. q. 1. nulli. 7. q. 1. suggestum. & duobus c. seq.

Quod peccata subditorũ eis imputantur. 1. q. 1. quidquid. 9. q. 3. episcopo.

Quod superbia & auaritia in ipsis præ ceteris reprobantur. 93. dist. diaconi sunt. circa medium.

Quod prælatus sine temporalib. non proficit, sicut anima sine corpore non viuit. 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod nihil in hac vita laboriosius & apud Deum gratius, quã esse bonum prælatum. 40. distinct. ante omnia. 96. distin. duo.

Quod bonorum prælatorũ Deus facilius orationes exaudit. 1. q. [illegible] sacerdo[illegible]

Quod malus prælatus quandoq; datur propter peccata populi. 6. q. 1. ex merito. 8. quæstio. 1. audacter. Exemplum ibi de Saule.

Quod toleratur quãdiu per sententiam non deiicitur. 15. q. 8. c. vlt. 23. q. 4. tres.

Quod incongrue sanctorum locum tenet, si facta bonorum non sectatur. 40. dist. non est. & c. seq.

Item honor adeptus vel ei exhibitus cedit ei ad culpam & ad pœnam. 40. dist. multi. 2. q. 7. securi. in fin.

Quod suo exemplo multos trahit ad inferos. 40. dist. si papa.

Quod apud Deum nihil miserabilius, quam prælatus malus. 40. dist. ante omnia.

Quod mali prælati tot mortib. digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla trãsmittunt. 11. quæstione 3. præcipue.

Quod in eodem genere peccati grauius cadunt prælati quam subditi. 40. dist. homo.

Quod non sunt ipsorum opera, sed doctrina attendenda. 1. q. 1. non quales.

Quod licet prælati sint mali, tamen a subditis non sunt contemnendi. 1. q. 1. multi. & duobus c. seq. 6. qõ. 1. sacerdotes. & c. oues.

Quod Christus malis deferendo prælatis cum alapa daretur, Exemplum subditis humilitatis & patientiæ erga prælatos reliquit. 93. dist. dominus.

Quod illi prælati sunt mercenarii, qui honores & temporalia

quęrunt, non ea quæ sunt Iesu Christi. 8. q. 1. sunt in ecclesia.

De hac materia habes vbi agitur de episcopis, & de Abbatibus, & de Possessione, & de Electione.

Presbyter. Quod presbyter Græce, Latine senior interpretatur. 21. dist. cleros.

Quod presbyteri seniores nõ ꝑpter ætatẽ sed propter honorẽ & dignitatem nominantur.

Quod presbyteri iidem sunt qui & sacerdotes.

Quod olim episcopi dicebantur presbyteri. 93. distin. legimus. & 95. distinctio. olim. & cap. sequen.

Quod præsente episcopo presbyter nõ debet signare infantes. 95. dist. presbyter.

De differentia episcopi & presbyteri, habes 95. dist. per totum.

De presbytero habes vbi agitur de Sacerdote.

Præscriptio. Quod pręscriptio non fauore malæ fidei possessoris, sed odio rem suam prosequi negligentis introducta est. 16. q. 3. placuit. §. potest etiam.

Quod præscriptio est vnius anni. 54. dist. per totum. vbi agitur de serui (ignorante domino) ordinatione.

Item est præscriptio vnius anni & diei. 20. q. 1. puella. vbi agitur de professione.

Item est præscriptio vnius anni & dimidii. 3. q. 3. de induciis. vbi agitur de episcoporum excusatione.

Item est præscriptio biennii. 15. q. 2. monasteriis. vbi agitur de incognitorum in monasteriis susceptione.

Item est præscriptio triennii. 17. q. 2. si quis incognitus. vbi agitur de incognito ad professionem suscepto.

Item est præscriptio quadriennii. 16. q. 3. §. quas actiones. vbi agitur de vsucapione.

Item est præscriptio sex annorũ. 7. distin. §. 1. si emeris seruum. vbi agitur de serui dimissione.

Item decem annorum. 16. q. 3. placuit. §. potest ante medium. vbi agitur de præscriptionis dispensatione.

Itẽ est præscriptio duodecim annorum. 20. q. 1. puellæ. vbi agitur de voti obligatione.

Item est præscriptio quattuordecim annorũ. 20. q. 2. si in qualibet. vbi agitur de masculorũ ad religionem obligatione.

Item est præscriptio decem & octo annorum. 28. dist. de his. vbi agitur de subdiaconorum ordinatione.

Item est præscriptio viginti annorum. 16. quęstione 3. placuit. §. potest. vbi agitur de præscriptione.

Item est præscriptio vigintiquinque annorum. 20. q. 1. placuit. vbi agitur de diaconorum ordinatione.

Item est præscriptio quadraginta annorum. 16. quæst. 3. placuit. §. potest etiam. post medi—

vbi agitur de libertate quod ei nullo tempore præſcribitur.

Item eſt præſcriptio centum annorum. 10. q. 1. iuuenculas. vbi agitur de abbatiſſarum velatione.

Item eſt præſcriptio ſexaginta annorum. 16. qō. 3. nemo. vbi agitur de Romanæ eccleſiæ præſcriptione.

Item eſt præſcriptio vnius menſis. 4. q. 5. quiſquis.

Item eſt præſcriptio duorum mẽſium. 5. q. 3. ſi ægrotans.

Item eſt præſcriptio trium menſum. 54. diſt. fraternitatem.

Item eſt præſcriptio quattuor mẽſium. 76. diſt. ieiunium. § non autem.

Item eſt præſcriptio ſex menſiũ. 3. q. 3. de induciis.

Item eſt præſcriptio nouem menſium. 3. quæſ. 3. induciæ. §. ſpatium.

Item eſt præſcriptio decennalis & vicẽnalis, quæ eccleſiis obiici non poteſt. 16. q 3. placuit. §. poteſt etiam.

Item præſcriptio communis eſt tricennaria, religioſorum quadragenaria, Romanæ eccleſiæ centenaria. 13. q 2 §. 1 & 16. q. 3. placuit §. poteſt etiam.

Quod quælibet prædictarũ præſcriptionum debet habere bonam fidem, & iuſtum titulum poſſeſſionis. 16. q. 3. placuit. §. poteſt etiam.

Quod non currit præſcriptio contra res eccleſiæ precarie vel ratione hoſtilitatis poſſeſſas. 16. quæſtio. 3. clerici. & duobus c. ſequen. 12. quæſtione ſecunda ſæpe.

Item non currit præſcriptio tempore prælati male alienantis. 16. q. 3. ſi ſacerdotes.

Item non currit tempore captiuitatis & hoſtilitatis. 16. q. 3. cap. vlt. & c. porro.

Item non currit tempore pueritiæ, ſcilicet intra xiiii. annum. 16. q. 3. placuit. § ſi autem.

Item non currit in decimis a laicis detentis. 16. q. 3. placuit vt, poſt medium.

Item non currit contra libertatẽ, ibid.

Item non currit contra publicas functiones. § porro. ibid.

Quod an vna eccleſia poſſit iura alterius eccleſiæ tollere per pſcriptionem, habes 16. q. 3. per totum.

Quod monaſteria contra eccleſias non poſſunt præſcribere niſi ſpatio xl. annorum. 16. qō. 4. per totum.

Quod præſcriptio triennalis non præiudicat eccleſiis. 16. qō. 3. ſi ſacerdotes. & q. 4. c. 1.

Quod laici non poſſunt præſcribere decimas. 16. q. 3. placuit. § poteſt etiam.

Quod limites diœceſium vel parochiarum præſcribi non poſſunt. 16. q. 3. licet. §. hoc multipliciter. & c. ſeq.

Quod ius diœceſium præſcribi poteſt. 16. qō. 3. c. 1. & tribus c. ſequen,

Quod in illis quæ quis ſua auctoritate vſurpatiue poſſidet, præſcribi non poteſt. 16. quęſtione 3. dilectio. §. poteſt etiam aliter.

Quod ille qui aſſerit ſe præſcripſiſſe: ſi dubitatur, dẽt iurato

tiam præstare cautionẽ quod bona fide & conscientia bona possideat.16.q.3.dilectio.

Quod interruptio præscriptionis dat ius agendi.16.q.3.c.1. & q.4.volumus.

Quod interruptio fit dupliciter: videlicet naturaliter: id est, cõtra ius naturæ: quando scilicet contra conscientiam possidetur.16.q.3.placuit.§. potest etiam.

Item ciuiliter fit vel per libelli oblationem: vel per litis cõtesta.16.quæstione 3, placuit.§. potest.ante medium, & cap. quicumque.

Item fit per protestationem corã episcopis vel aliis bonis viris. 16.quæstione 3.placuit vt, post medium.

Item per synodalem proclamationem.16.q.3.c.1. & tribus c.sequen.

Itẽ fit per tabellionum vel testiũ subscriptionem.16.q.3.placuit vt.§. is autem.

Quod longæua vsurpatio non facit præscriptionem. 100.dist. contra morem.24.quæstione 1.schisma.

Præscientia. Quod præscientia Dei continentur futura quę hominibus ex libertate liberi arbitrii debent prouenire. 23. q.4.Nabuchodonosor.circa fi.

Quod præscientia solum in malis operibus est intelligẽda ibi.

Quod præscientia Dei nullã necessitatem infert libero arbitrio ibidem.

Quod secundum præscientiam Dei scribuntur in libro vitæ qui pręsciti sunt iustificati:& delentur de libro vitæ qui pręsciti sunt damnati.de pœn.distin. 4.§.finis.vsque ad fin.

Præsumptio. Quod psumptio concipitur ex circunstantia facti.32.q 5.nec solo.

Quod præsumptio violenta oritur ex propinqua facti circunstantia.34. distinct quorumdam.

Quod præsumptio est multiplex, videlicet vsurpatoria, quãdo scilicet alieni termini vel officiũ vsurpantur 9.q.1.cap.1.& q.2. nullus alterius.& quæstione 3. si autem.

Item præsumptio diabolica cum bona ecclesiarum inuaduntur. 22.q.2.de viro.

Item præsumptio sacrilega quando Deo dicata humanis vsibus applicantur.12.q.2.prædia.

Item præsumptio conspiratoria quæ fit contra prælatos.11.q.1. si qui clericorum.

Item præsumptio perniciosa cũ serui fugitiui ad ordines vel ad religionem recipiuntur. 54. dist.generalis.

Item præsumptio nefanda quando ecclesiæ officia propinquis minus dignis committuntur, vel ab illegitimis personis pertractantur.89.distin.decentes. 16.q.1.placuit communi.

Item præsumptio ambitiosa est quando minor præsumit exequi quod est superioris.7.quæstione 1.pontifices.& ca.nihil contra.

Item præsumptio fastuosa est cũ prælati criminosi nolunt r-

prehendi. 2 q.7. præſumunt.
Item eſt præſumptio de ordinata cum vitra ſtatutum aliquid attentatur.10.qō.3. inter cetera. 21.q.4.epiſcopi.
Item præſumptio negligentiæ qn̄ prælatus ſubditos malos non coercet.2.q.7.ſicut inquit.
Item præſumptio blaſphemiæ, ſicut cum canones ſanctorum patrum violantur.35.quæſtione 1.violatores.
Quod præſumptio crudelitatis, hoc eſt prælatorum deſæuientium in ſubditos.10.qō.3.quia cognouimus.
Quod quantumcumque perfectus de ſuo ſtatu non debet p̄ſumere.6.q.1.imitare.Exemplum de apoſtolo Petro.
Quod Deus bonorum præſumptionem deprimit per aduerſitatem.6.q.1.oues.§.ipſa.
Quod in dubia rebaptiſatiōe nō eſt temeritas præſumptionis, ſed diligentia pietatis. de conſec.diſt.4. ſi nulla.
Quod pręſumitur quis citius mori quanto ſenior eſt.7. quæſti. 1.petiſti.86. diſtinct.tanta nequitia.
Quod p̄ſumitur ꝑ ſenectute, ſcilicet dignior probitas.59.diſt. ſi officia.
Item iniuſtitię examinatio 86. diſt.ſi quid vero.
Item præſumitur ſapientia.84.diſtin.porro.
Item morum grauitas.12. qō. 1. cap.1.
Item ſermo veracior.35.q. 6.cōſanguineos.
Item eleemoſyna dignior.86.di-[illegible].non ſatis.

Quod quandoque præſumitur ex præſenti circa præteritum.34. q.2.cum per bellicam.
Item quandoque præſumitur ex præſenti circa præſens.6.qō. 1. qui crimen.
Item præſumitur ex præſenti circa futurum.47.diſt.ſicut hi.§. neceſſe,circa fin.
Quod quandoque præſumitur ex præterito circa præteritum. 28.diſt.quia ſunt.vbi præſumitur vxor diaconi non fuiſſe, quia virgo ad eum non peruenerat.
Item ex præterito circa præſens. 87.diſt.quicumque.
Item ex præterito circa futurū. 23.q.5. ſi apud.
Item ex cauſa.23.q.8.occidit. vbi ponitur qualiter ſancti patres ex cauſa meritorie occiderūt.
Item ex perſona.89. diſtin.decenter.vbi præſumitur de epiſcopo,quod ſi res eccleſiæ conſanguineis committit: quòd illis non eccleſiæ lucrum quærit.
Item ex loco.17.qō.4.quiſquis.1. vbi ſacrilegium præſumitur ratione ſacri loci.
Item ex tempore.1. quæſtione 1. conſtat. vbi ex breuitate temporis præſumitur color excuſationis.
Item ex facti qualitate.12. qō. 2. bonæ rei.
Item ex dignitate. 11. quæſtio.3. abſit vbi dicitur,quod de ſacerdotibus eſt bonum præſumēdum.
Item ex taciturnitate.28.diſt.diaconi. vbi dicitur ꝙ qui diaconatum recipit, etiam tacendo ſe ad caſtitatem adſtringit.

Præuaricatio. Quod præuaricatio est vera crimina abscōdere. 2. quæst. 3. si quem. §. notandum.

Item præuaricatio est votum castitatis vel religionis postponere. 20. q. 1. puellæ.

Quod non est præuaricatio incauti & temerarii iuramenti emendatio. 22. q. 4. diffinitio.

Quod præuaricator fidei ad testimonium non admittitur. 2. q. 7. non potest.

Primas. Qđ primas est maior archiepiscopo. 99. dist. c. 1. §. 1.

Quod primatus officium sumptum est à Gentilibus: ad quos oppressi q ii ad Imperatoris aulam venire non poterant, tam quam ad primam iudiciariam potestatem confugiebant. 99. dist. prouinciæ. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Patriarchis.

Princeps. Quod princeps sæcularis diuina ordinatione ad regendum populum instituitur. 7. qō. 1. si ergo.

Quod debet ecclesias & prælatos earum defendere. 63. dist. Valentinianus. in fin. 23. qō. 5. principes.

Quod de electione episcopi & aliorum Prælatorum non debet se intromittere. 63. distin. Hadrianus.

Quod princeps debet reuereri episcopos: quia principū colla debent submitti genibus sacerdotum. 63. dis. Valentinianus. 96. dist. duo, in fin.

Item de bono statu ecclesiæ debet prouidere. 96. distin. boni. 23 q. 5. principes. & cap. incestuosi.

Item debet intendere ad tuitionē viduarum, & pupillorum protectionem, & raptorum refrenationem. 23. qō 5. administratores.

Quod leges principum non possunt infringere statuta pontificum. 10. dist. per totum.

Item iudicantur & excommunicantur ab episcopis. 96. distin. duo. & duobus c seq.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus, & de Potestate, & de Regibus.

Principium. Quod principiū malum difficiliter bonū finē consequitur: quia difficile est vt bono peragantur exitu, quę malo inchoata sunt principio. 1. q. 1. principat⁹. & duob. c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

Priuilegium. Quod priuilegium dictū est eo quod in priuato feratur. 3. dist. priuilegia.

Quod priuilegia sunt leges priuatorum.

Quod priuilegium speciale derogat gñali. 25. q. 1. c. vlt. circa fi.

Quod priuilegium quandoque conceditur vni prouinciæ. 35. q. 3. quædam lex. §. quod scripsi.

Item conceditur vni ecclesiæ. 16. q. 1. hinc est.

Item quandoque vni personæ. 7. q. 1. peristi.

Quod p[illegible] priuilegi[illegible]

alium non extenditur. 7.q.1. periisti, post med.
Quod priuilegiũ sigillatim concessum, omnibus non conuenit. 16.q.1. hinc est.
Quod priuilegia paucorum non faciunt legem communem. 25.q.1.c.vlt. post med.
Quod semper cum pallio conceditur priuilegiũ speciale. 100. dist. rationis.
Quod priuilegia cõcessa per superiores, per inferiores non possunt nec debent infringi. 9.q.3. cõquestus. 12.q.2. Vulteranæ. 25.q.2. priuilegia.
Quod ecclesia Romana aliarum ecclesiarum priuilegia debet cõseruare. 25.q.5. per totum.
Quod an posteriora priuilegia derogent prioribus. 25.q.vlt. priuilegia & 6.c.seq.
Quod Romana ecclesia potest aliis concessa vel commutare vel penitus reuocare. 25.q vlt. posteaquàm. §. his ita.
Vtrum priuilegium valeat cõtra statuta patrum, & dicta sanctorum. 25.q.1. per totum. & q 2. postea. §. his ita.
Quod qui allegat priuilegiũ, debet monstrare quod allegat. 100. dist. contra morem.
Quod priuilegiũ meretur amittere qui concessa abutitur potestate. 11.q.3. priuilegiũ. 25. q.vlt. postea quam. §. his ita.
Quod priuatur quis priuilegio propter scandalum. 3.q.6. hęc quippe.
Item propter fauorem alterius loci vel personæ. 22. distin. renouantes.
Item propter atrocitatem criminis. 11. quæst. 3. ita. 9.q.3. conquestus.
Item propter renunciationem expressam. 7.q.1. quam periculosum.
Quod abutitur quis priuilegii potestate multipliciter, videlicet quando quis superior inferiorẽ totaliter inuitum compellit ad dignitatem. 74. dist. vbi.
Item qui eam exercent non ad subditorum vtilitatem, sed ad suam voluntatem. 11.q.3. priuilegium.
Item qui eam non habet, sed assumit propria remeritate. 25. q.2. postea. § his ita. in fi. & c. sequen.

Probatio. Quod probatio est duplex, videlicet diuina & humana. 26.q.5. nec mirum, ante medium & post.
Quod Deus permittit mala vt boni qui vident probentur vtrum vere ipsum diligant. 26. q.5. nec mirum ante finem. & in fin.
Quod aduersitas, quę bonis viris obiicitur, probatio virtutis est, nõ indicium reprobationis. 7.q.1. aduersitas.
Quod mortem probatur infligere qui hanc cum possit non excludit. octuagesimatertia dist. §. 1.
Quod in humanis iudiciis onus probationis reo non incumbit. 6.q.5. quod autem.
Quod si reus laborat infamia: & si non potest probari propter scandalum tenetur se purgare. 6.q.5.§. vlt.

Quod accusatus nõ negationem sed exceptionem probare debet. 6. q. 5. quod autẽ. §. item accusatus.

Quod probatur crimẽ siue aliud factum multipliciter, videlicet per confessionem. 15. quæst. 5. presbyter.

Item per rei euidentiam: vt cum quis in crimine deprehenditur & comprobatur, vt 50. dist. si quis diaconus. 81. dist. si quis clericus. & c. presbyter.

Item cum quid ita notorium est vt nulla possit tergiuersatione celari. 2. q. 1. de manifesta. & duobus c. seq.

Item per famam. 4. qõ. 3. placuit. §. item in criminali.

Item per præscriptionem. 18. dist. peruenit. & 44. dist. multis.

Item per iuramentum. 16. q. 3. dilectio.

Item per instrumentum. 16. q. 3. placuit. §. potest.

Quod per vnum testem nil probatur nisi cum miraculo. 4. q. 3. in fin. §. sed obiicitur. Exemplum ibi de S. Bricio.

Quod proponens calumniam & non probans punitur. 5. qõ. 6. quia iuxta. & c. seq.

Quod probationis tempus & religionis habes vbi agitur de professione, & vbi agitur de monachis.

De hac materia habes vbi agitur de Testibus.

Procuratio.

Qđ procuratio episcopi vel archidiaconi tẽpore visitationis non debet esse grauis, sed modesta. 10. q. 3. cauendum. & duobus c. seq.

Quod procuratio non debet fieri nisi vno die, & hoc cum moderata societate. 10. quæst. vlt. inter.

Quod si episcopus vel archidiaconus nõ visitat, nomine procurationis nil debet exigere. 10. q. 1. relata.

Procurator.

Quod procurator dicitur defensor ecclesię. 1. q. 3. Saluator. circa med.

Quod infamis nõ possit esse procurator. 3. q. 7. infames.

Quod in capitali siue in criminali causa nõ per procuratorem sed per se agendum est 2. q. 6. c. si quis in quacumque §. cum autem. & c. si quando.

De hac materia habes vbi agitur de Aduocatis.

Proditio.

Quod proditio ad mortẽ maius peccatũ est homicidio. de pœn. dist. 1. periculose.

Quod qui veritatem nõ defendit vel pronũciat, proditor est veritatis. 11. q. 3. nolite timere.

Quod qui nulli cognitum peccatum publicat non correptor, sed proditor est. 2. q. 1. si peccauerit.

Quod qui hominẽ prodit, ipsum interficit. de pœn. dist. 1. periculose.

Quod clericus proditionibus vacans degradatur. 46. dist. clericus.

Professio.

Qđ professio religionis facta infra annos discretionis non tenet. 20. q. 1. c. 1. & [illegible]

Quod professio regularis fit per scripturam vel per aliquod signum subscriptum. 20. q. 1. c. vlt. 27. q. 1. omnes.

Quod nemo debet recipi ante annum probationis ad professionem. 17. q. 2. Gonsaldus. 19. q. 3. monasteriis.

Quod laicus incognitus ante professionem probari debet per triennium, ne forte sit seruus, vel ratiociniis obligatus. 17. q. 2. si quis incognitus. 53. dist. legem.

Quod clericus incognitus probari debet per biennium. 19. q. 3. monasteriis.

Quod noti est tempus probationis annus, vt 17. qō. 2. Gonsaldus. & 20. q. 2. puella.

Quod regularis semper & vbiq; professionis vestibus debet vti. 20 q. 1. cap. vlt. 27. quæst. 1. omnes.

Quod religiosus si ordinatur sub titulo monasterii: etiam si aliter non est professus, hoc facto tanquam professus illi monasterio perpetuo obligatur. 70. dist. sanctorum.

Prohibitio. Quod prohibitio Dei est diligentius seruanda quam hominum. 10. dist. lege.

Quod prohibitio prælati si propter necessitatem rumpitur, non culpatur. 11. q. 3. antecessor. & c. seq.

Quod illud quod non est prohibitum, videtur esse cōcessum. 30. q. 3. post vxoris.

Quod non omne quod non prohibetur conceditur. 30. qō. 4. quod autem.

Quod illud officium non est prohibitum pro quo licet accipere salarium. 23. qō. 1. militare.

Quod prohibetur simpliciter bonum propter multa, videlicet propter lapsus cautelam. 27. q. 2. sunt qui. Nota ibi de matrimonio, & de religione.

Item propter vitandam iactantiam. 21. dist. denique, vbi ꝓhibetur sacerdos benedicere episcopo præsente.

Item propter mali occasionem, sicut frequenter iurare, quia talis peierat. 22. q. 1. non est. & c. ita ergo.

Item ꝓpter scandalum. 27. qō. 2. si quis sponsam.

Quod ꝓhibentur Christiani ne figmenta poetarum legant, quia prouocant ad luxuriam. 37. dist. ideo.

Promissio. Quod promissio est impia quæ scelere adimpletur. vnde in malis promissis fides est rescindenda. 22. quæstio. 4. in malis.

Quod inhonestum non est promittendum. 22. q. 4. vnusquisque.

Quod peius est implere illicitum promissum, quàm periurare. 22. q. 4. vnusquisque.

Exemplum ibi de Herode & saltatrice. 12. dist. duo.

Quod non est mendacium venire contra promissum. 22. q. 2. beatus Paulus.

Quod cum noxia promissa complemus, Dei iussa contemnimus. 13. dist. duo.

Quod non est transgressor promissi qui vt ne impleat neces-

ſitate prohibentur. 11.q.3.anteceſſor.& c.ſeq.

Quod in promiſſis plus eſt ſubintelligendum quam quod exprimatur. 22.q.2.beatusPaulus.& 11.q.2.anteceſſor.

Quod a Deo non ſtatim concedi tur quod a ſanctis impetrandũ promittitur. 52. diſtin. ſi quis præpoſtera. Exemplum ibi de Moyſe, qui orans pro populo non impetrauit.

Promotio. Quod promotio eſt de minoribus ad maius. 93. diſt. legimus.in fi.59. diſ.ſi officia. & c.ordinatos.

Quod in ſpirituali promotione quandoque poſſunt interuenire pacta honeſta.18. quæſt. 2.Eleutherius.10.q.vltim.ca. vlt.

Quod in promotione inhoneſta pacta prohibentur.1.qõ.2.quã pio.in fin.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſiis, & ordinibus, & de Simonia.

Propheta. Quod propheta largo nomine dicitur prædicator & doctor.43.diſt.ſit rector.

Quod propheta dicitur qui futura denunciat. 22.q.2.ſi quælibet.§.Abraham.

Quod propheta de futuris quandoque pronunciat quod igno rat. 22.quæſtio.2.ſi quælibet. §.Abraham.

Quod quantumcunque ſit verus propheta: ſi annunciat aliquid quod eſt contra Deum, non eſt ei credendum. 26. q.5.nec mirum.ante fin.

Quod mali quandoque prophetizant.1.q.1.prophetauit.Exẽplum ibi de Saul.

Quod mali prophetæ habent ſpi ritum prophetiæ,ſed non meritum.

Quod mali prophetæ donũ prophetiæ vendebant.1.q.1.iudices. & c. numquam.

Quod veri prophetæ populum propter malitiam eius nõ deſerebant,ſed ipſum de malitia arguebant. 23. q. 4.tolerandi ſunt.

Proprietas. Quod proprietas inducta eſt propter iniquitatem hominum cum prius eſſent omnia communia ſicut aer & lux.12.q.1.dilectiſſimis.

Quod proprietas perſonalis non dicitur eſſe in facultatibus eccleſiæ, quia ſunt communes. 12.q.1.expedit.& capit.res eccleſiæ.

Quod de reb. eccleſiæ nullus poteſt dicere,hæc res mea eſt.12. q.1.nulli.§.ſi ergo.

Quod an epiſcopi vel clerici dicantur proprium habere 12.q. 1.per totum.

Quod ignominia eſt epiſcopi ſtudere proprietati. 12.quæſt. 2. gloria.

Quod epiſcopi in rebus eccleſiæ ſunt pauperum diſpenſatores. 12.q.1.expedit.

Quod clerici in rebus eccleſiaſticis nil habent proprietatis. 12. q.1.duo ſunt.

Quod clerici facientes propriũ de reb.eccleſiæ delẽdi ſunt de tabula clericali.12.qõ.1.nol-

Quod regulares nil debent habere proprium. 12.q.1. nolo.

Quod qui nihil habent propriũ, non possunt facere testamentum.

Quod licet perfectis non conueniat habere proprium, possunt tamen esse rerum ecclesiasticarum dispensatores. 12. q.1. expedit.

Quod regularis habens propriũ viuens mortuus est.

Prosperitas. Quod prosperitas malorum resultat in caput eorum. de pœn. distin.3.§. quam quã & c. quid ergo turbamur.

Quod boni non debent perturbari de prosperitate malorum sicut nec de aduersitate bonorum.

Quod nihil infelicius prosperitate peccantium. 23.q.1. paratus. in fin.

Quod mali propter bona quę faciunt, præsentem prosperitatẽ in retributionem recipiunt. de pœniten. distinctio.3.§. quam quam & cap. quid ergo turbamur.

Prouincia. Quod prouincia dicitur quæ habet decem vel vndecim ciuitates, & vnum regem. 6.q.3. scitote.

Quod non licet habere iudicem alterius prouinciæ, nisi detur per superiorem. 6. quæstio.3. §.5.11.q.1. iudices.

Quod reus non debet trahi extra prouinciã nisi ratione rei quæ debet discuti vbi contingit. 3. q.6. neminem.

[illegible] ratione appellationis 3.q.6. peregrina. 6. qõ.3. scitote. 2.q. 6. qui se scit.

Item ratione mandati maioris iudicis. 3.q.6. vnaquæque.

Item ratione criminis. 17. qõ.4. si quis suadente.

Item ratione quæstionis & dubitationis circa fidem, vbi recurritur ad Papam. 24. qõ.1. quoties.

Item ratione personæ, sicut est episcopus de quo non est diffiniendum sine Papa. 2.q.6. quã uis. 11.q.1. iudices.

Proximus. Quod proximus diligitur cum a malo retrahitur, & ad Deum colendum perducitur. 23.q.4.c. vlt.

Quod prælatus non debet secretum suum præponere vtilitati proximorum. 8.q.1. in scriptu ris. & capit. qui episcopatum.

Quod nos proximos Deo loca non faciunt, sed merita. 40. distin. non loca.

De Proximo habes vbi agitur de Dilectione proximi.

Prudentia. Quod prudentia maxime debet esse in prælatis. 36. dist.§.1.

Quod prudentia prælatorũ debet esse non solum in litterarũ peritia: sed ẽt in negotiorũ sæculariũ solertia. ib. & 38. dis.§.1.

Psalmista. Quod psalmistæ a psalmis canẽdis dicti sunt. 25. dis. perlectis; 21. dist. cleros.

Quod psalmistæ officium est canere responsoria, & quidquid p-

tinet ad cantandi peritiam. 25. dist. perlectis.

Pubertas.

Quod pubertas masculi sunt xiiii. anni. & feminæ duodecim. 20. q. 1. puellæ. §. cum ergo. & q. 2. si in qualibet.

Quod infra pubertatis annos nec ad religionem nec ad matrimoniū quis obligatur. 20. qō. 1. addidistis. & qō. 2. si in qualibet, & c puella.

Quod propter publicam honestatem nemo potest sponsam alterius consanguinei ducere & ducens separatur. 35. qō. 1. §. porro.

Pudicitia.

Quod pudicitia est animæ virtus, quæ plus vult quæcunque mala tolerare, quā malo consentire. 32. qō. 5. ita ne. Exemplum ibi de Lucretia.

Quod nemo pudicitiā seruat in corpore nisi prius spiritui insita castitate. 32. q. 5. ita ne.

Quod pudicitia si mente seruatur propter corporis violentiā non violatur. 32. qō. 5. magis. & c. ille autem.

Quod animus pudicus nō habet oculum impudicum. 32. qō. 5. nec solo.

Quod pudici filii paternam verecundiam contegūt. 96. dist. in scripturis. Exemplum ibi de filiis Noe.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate.

Punitio.

Quod punitio parentum, qui deliquerunt, in quartam generationem dilata, est signum diuinæ clementiæ, dum semper expectat ad pœnitentiam. 1. q. 4. homini qui. §. econtra.

Quod Deus punit peccata per nescientes sicut per Sennacherib. vnde propheta. Virga furoris mei Assur.

Quod quia non Deo sed viribus suis attribuit, dictū est ei. Num quid gloriabitur securis, & ca. 23. q. 5. §. vlt.

Item per Nabuchodonosor. vnde dominus, quid dabo ei qui seruiuit mihi apud Tyrum? & tamen idem postea inde superbiens factus est bos.

Item per Antiochum, qui suis viribus hæc ascribēs audiuit, Effunde iram tuā in gentes quæ te non nouerunt.

Item per Romanos qui necem Christi in Iudæos vindicauerunt. quod quia sibi ascripserunt, dictum est eis, Eleua manus tuas super gentes quæ te non nouerunt.

Item punit Deus per scientes, scilicet filios Israel qui ex mandato occiderunt Amorrhæos. ibi. post med.

Item punit per quoscumque vbi iustum bellum geritur, & vires Deo ascribuntur. ibi circa finem & c. sunt quædam. 15. q. 1. non est.

Quod punitur sola attentatio. 36. q. 2. si quis virginem.

Quod punitur sola voluntas. 27. q. 1. nuptiarum.

Item punitur sola spes vel expectatio. 14. q. 3. si fœneraueris.

Item punitur sola cogitatio. 47. dist. quoniam multi.

Item punitur sola intentio. de pœni. di[?]. 1. si quis.

Itẽ punitur sola aggressio. de pœnit. dist. 1. si quis necandi.

Item punitur solus ausus. de pœn. dist. 1. si quis pulsatus.

Item punitur sola solicitatio. 36. q. 2. si quis non dicam.

Purgatio. Quod purgatio est quadruplex: videlicet spiritualis, canonica, vulgaris, & purgatorii ignis.

Quod spiritualis purgatio, quæ est a peccatis, fit per fidei feruorem. 15. q. vlt. c. vlt.

Item fit per baptismum & pœnitentiam. de consec. dist. 4. non potest.

Item fit per Eucharistiæ & aliorũ sacramentorum acceptationem.

Item fit per quælibet opera pietatis. 22. q. 2. si quælibet.

Item fit per aduersitatem & tribulationum tolerantiam. 50. dist. & purgabit.

Item in hoc quòd Esaias fuit purgatus calculo ante quàm missus. innuitur quod non nisi purgatus debet secreta cælestia aliis nunciare. 8. q̃. 1. in scripturis.

Quod canonica purgatio fit per iuramenti sacramentum. 2 q. 5. presbyter vel quilibet.

Item indicitur quando quis infamatur apud bonas & graues personas, siue per inimicos, siue per alios. 2. q̃. 5. presbyter si. & cap. omnibus. 6. q. vlt. per totum.

Quod non indicitur purgatio quando apud viles personas quacũque præsumptione infamatus fuerit. 2. quæst. 5. omnibus.

Quod cum certo numero manuum debeat fieri purgatio, iudicis tamẽ arbitrio relinquitur. 2. q. 5. presbyter si. & c. omnibus.

Item debet fieri purgatio apud quos est infamatus, vt ibi moriatur malum, vbi contingit. de consec. dist. 2. ego Berengarius, in fin.

Quod purgatio in manifestis & notoriis non requiritur. 11. q. 3. curæ sit.

Quod canonica purgatio diuersimode exercetur in clericis. 2. q. 5. per totum.

Quod summus Pontifex propter scandalum sedandum sine prę iudicio aliorum pontificum purgat quandoque semetipsum. 2. quæst. 5. auditum. & §. seq.

Quod Leo Papa purgauit se cum duodecim episcopis. 2. quæst. 5. omnibus. circa fin.

Quod Sixtus Papa purgauit seipsum in concilio. 2. q 4. mandastis.

Item Damasus Papa cum quadraginta duobus episcopis in concilio se purgauit. 2. q. 7. nos. circa fin.

Quod episcopus vel electus infamatus cum quinque vel septẽ episcopis debet se purgare. 23. dist. illud.

Quod episcopus vel presbyter potest se purgare per iuramentũ super altare vel Euangelia. 2. q. 5. habet, & c. Mennam, & omnibus cap. seq.

Quod purgatus coram superiori sine litteris expurgationis

non debet redire. 8. q. 5. quilibet.

Quod clericus infamatus si non potest conuinci, tenetur se per iuramentum purgare. 2. qõ. 5. presbyter. cap. omnibus. & ca. sequen. vsque ad finem quæstionis.

Quod clericorum purgatio debet fieri coram episcopo vel coram datis ab episcopo. 15. q. c. 2. 2. q. 5. presbyter si.

Quod sulpicio episcopi contra presbyterum vel clericum inducit purgationem. 2. qõ. 5. omnibus, post medium.

Quod presbyter cum septem sacerdotibus debet se purgare. 2. q. 5. si legitimi. & duobus c. sequen.

Quod episcopus numerum expurgantium potest minuere vel augere. 2. q. 4. presbyter si. & c. omnibus, ante fin.

Quod purgatio religiosorum super furtis, fiebat olim per Eucharistiæ receptionem. 2. q. 5. sæpe.

Quod purgatio vulgaris, quæ fit per aquam frigidam vel feruẽtem, vel ignitum ferrum, vel per duellum, firmiter prohibetur: quia ibi tentatur Deus. 2. q. 5. Mennam. & c. consuluisti. & c. monomachiam.

Quod purgatio zelotypiæ, quæ olim in lege veteri fiebat, modo non obseruatur. 2. q. 5. consuluisti.

Quod purgatorii pœna licet non æterna, excedit tamen omnẽ præsentem pœnam. 25. distin. qui in aliud. de pœnit. dist. vlt. circa finem.

Quod venialia peccata, quæ deportantur illuc, ibi purgantur. 25. dist. qualis.

Item de grauibus hic per pœnitẽtiam dimissis, sed non plene satisfactis ibi grauissime purgãtur. de pœnit. distin. vlt. circa fin. c. nullus.

Purificatio.

Quod purificatio mulieris post partum in lege descripta seruabatur. 5. distinc. §. 1.

Quod modo si mulier non completo tempore purificationis vult intrare ecclesiam, non est prohibenda. 5. dist. cum coixa. & c. si mulier.

QVadragesima.

Quod quadragesima est decima dierum totius anni. nã qui vnum diem vel plures frãgit, decimam dierum non exsoluit. de consec. distinct. 5. quadragesima.

Quod excepta causa necessitatis est ab omnibus seruanda, de conse. dist. 3. non liceat. & duobus c. seq.

Quod quadragesimam abstinentiæ bene celebramus cum bene viuimus. de conse. dist. 5. ieiunium.

Quod in quadragesima sicut a cibis, ita & ab aliis nociuis animæ est abstinendum. 4. dist. denique.

Quod clerici in obseruatione eius laicos debent præcedere. 4. dist. statuimus.

Quod non solum a carnibus, sed etiam a caseo & ouis est in e-

abstinendum. 4. dist. denique.
Quod sumptuotiora cibaria quã carnium in quadragesima nõ sunt præparanda. 4. dist. denique. in fin.
Quod in quadragesima nisi dictis vesperis non est comedendum. de consecr. dist. 1. solent.
Quod nupriæ & cõuiuia nõ sunt in ea exercenda. 33. qõ. 4. nec vxorẽ. & trib. c. præcedentib.
Quod in capite quadragesimæ pœnitentes debent se episcopo præsentare. 50. dist. in cap.
Quod quatuor tẽpora quomodo olim seruabantur, & quomodo nunc, habes vbi agitur de ieiunio & de Missa.

Quæstio. Quod quæstio criminalis præiudicat ciuili. 3. q. 9. nõ est credendum.
Item criminalis quæstio aliquando præiudicat ciuili & etiã criminali.
Item vbi est perplexa quæstio de sacra scriptura ad sanctorum scripta vel ad plurium seniorum responsum recurrẽdum est. 20. dist. de quibus.
Quod facilius inuenitur quod a pluribus senioribus quæritur.

Quæstus. Quod quæstus est duplex, vide licet honestus & turpis. de pœnit. dist. 5. qualitas.
Quod prælati quæstum pietatẽ putant, qui pro structuris ecclesiarum lucris illicitis vacant. 16 q. 7. & hoc diximus.
Quod promotio ad ordines principaliter non debet intendi propter quęstum. 74. distinct. consuluit.
Quod illi sunt sua quærentes, qui non Deum propter Deum, sed propter temporalia quærunt. 8. q. 1. sunt in ecclesia.

Quies. Quod quies, oratio & labor manuum, debet esse in monasterio. 16. q. 1. de præsentium.
Quod prælatis quies contemplationis corde est appetenda & tamen pro lucro animarum quandoque postponenda. 8. q. 1. in scripturis.

Quinquagesima.
Quod quinquagesima pars census ecclesiæ potest dari episcopo pro monasterii constructione; & centesimã pro ecclesia. 12. q. 2. bonæ.
Quod sacerdotes & clerici ante quadragesimã a quinquagesima ieiunium debent inchoare. 4. dist. denique.
Quod a quinquagesima vsque ad octauas paschæ causæ nõ sunt audiendæ. 15. quæstione 4. placita.

Ratio. Quod ratio sana exemplis est anteponenda. 9 dist. sana.
Quod rationẽ prælati tutius reddent de misericordia quam de crudelitate. 26. quæst. vlt. alligant.
Quod illud quod caret ratione, necesse est extirpare. 63. distin. chorepiscopi.
Item quod ratione constat, lex est. prima distinctione consuetudo.
Quod ea quæ carent ratione de factis suis non reddent

rationem.15.qō.1.firmissime. §.ex eo.

Quod homo qui rationalis est, de factis suis reddet Deo rationem.

Item de omni verbo otioso. 22. q.vlt.quoties.

Item de negligenter commissis. 23.q.4. quando.

Quod a principibus sæcularibus & prælatis ecclesiasticis grauis a Deo exigitur ratio. 23. q.quæst. 5.principes.

Quod inferiores superioribus de cura commissa tenentur reddere rationem.16.qō. 2. sane.

Radix. Quod radix arboris sicut vigorem dat multis ramis, sic ecclesia in beato Petro fundata ca reteris apostolis & aliis prælatis virtutem administrat spiritualem. 24.q.1.loquitur.& 23 q.5. ipsa pietas.post medium.

Quod radix omnium malorum est auaritia.47.distinct. bonorum.

Quod sicut radix omnium malorum est cupiditas: sic radix omniū bonorum est charitas: & simul ambæ esse non possunt.de pœn.dist.2.§. ex præmissis.

Quod nisi vna radix euulsa fuerit, alia plantari nō potest: quia frustra ramus inciditur, si radix non euellatur.

Rapina. Quod rapina dupliciter dicitur fieri, vel quādo res rapitur, vel quando vsus rei violenter eripitur.36.q.1.c.vlt.circa fi. §.ex hac.

Quod rapinā non permisit qui furtum prohibuit. 14.quæst. 5. pœnale.

Quod rapina prohibetur.14.q.5. pœnale.

Quod raptor proprie dicitur qui violenter & publice tulit aliena.

Quod raptor est vsuratum fœnerator.14. q.4. si quis vsuram.

Item raptor dicitur inuentarum rerum detentor.14.q.5.si quid. & c.seq.

Item raptor est prælatus rerum ecclesiasticarum dilapidator. 10.q. 2.si quis episcopus.

Quod raptor dicitur qui vltra sibi necessaria retinere probatur. 42 dist.hospitalem.47. distin.sicut hi.

Itē raptor dicitur famæ alterius deprauator.6 q.1. deteriores.

Quod raptor magis delinquit quàm fur.14.q.5.pœnale.

Quod raptores sunt infames.3.q. 4.consanguineorum.& qō. 5. constituimus.

Raptus. Quod raptus dicitur vbi puella de cuius nuptiis nil ante constiterat, violenter abducitur. 27.q.vlt.lex illa.

Item raptus est illicitus coitus a rapiendo, id est, corrumpendo dictus 27.q.vlt.raptus.& 36.q. 1.c.1.

Item raptum committit qui florem virginitatis puellæ violenter eripit.36.q.1. de raptorib. §.seq.in fin.

Quod an raptum committat qui feminam promissionibus abducit.36.q.1.per totum.

Quod an raptor raptam potest ducere vxorem.36.q.3.eos qui.

Quod si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit, ab ipsa debet tueri.36.q.1.lex.

Quod raptor publica pœnitentia punitur.27.q.2.raptor.

Quod si rapta non redditur, excommunicatur.27.q.2. Agathosa.26.quæstio.secunda.per totum.

Raritas. Quod raritas facit pretiositatem.59.dist.si officia.in fin.93. dist.legimus.

Quod ratū dicitur omne quod magnum est.2.q.7.in sanctā.

Quod omne quod est rarū plus appetitur.93. distin.legimus. post medium. exemplum ibi de pulegio, quod apud Indos carius est pipere.

Ratihabitio. Quod ratihabitio confirmat male possessa.16.q.1.quoniam quidquid.16.qō.3. placuit §.potest etiā.3 q.6.hęc quippe.

Recessus. Quod recessus bonorum a malis mente semper debet esse, licet quandoque non fiat corpore.23.q.4.tolerandi.& octo c.seq.

Quod quando prælatus debet recedere a malis subditis & quādo non, habes 7.quæsti.1. aduersitas.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

Recidiuatio. Quod recidiuatio est de bono redire ad malum. de pœn.distin.2.per totum.& dist.3.per totum.

Quod post bonum castitatis vel religionis recidiuare est sacrilegium committere.28.dist. de his.

Quod recidiuare post votum castitatis est incestum committere.27.dist.virgines.

Quod recidiuans comparatur illi qui manum mittit ad aratrum & retro aspicit.de pœ.distin.2. quærendum.

Quod an aliquis vere pœnituit & recidiuauit.de pœn.dist.2.&.3. per totum.

Quod an recidiuanti post pœnitentiam iterato sit pœnitentia iniungenda.de pœn.dist.3. sceleratior.§.his auctoritatib.

Reconciliatio. Quod reconciliatio est ad primum statum restitutio.2.q.1.notum sit.

Quod reconciliatio solennis in scriptis fieri debet.2.q.1.legū.1.q.7.si qui voluerint.

Quod episcopi officium est recōciliare pœnitentes 26.q.6.c.1.& c.qui recedunt.& cap.sequen.

Quod excepta vltima necessitate presbyter non debet reconciliare solenniter pœnitentes, sed episcopus.26.q.6.c.vlt.

Quod quem episcopus excōmunicat, presbyter sine consensu episcopi reconciliare non potest.26 q.6.ministrare.§.proxi.& omnibus cap.seq.vsque ad fin.

De forma solenniter excommunicati habes 11.q.vl.debent.& duobus c.seq

Quod perseuerans in malitia reconciliari non debet.24.q.2. legatur.& c.damnationis.

Quod in extrema necessitate nulli pœnitenti recõciliatio est deneganda. 26.q.6 his.& c.seq.

Quod ecclesiæ per sanguinẽ vel fornicationem pollutæ sunt reconciliandæ.de conse.dist.1. si motum.& c.seq.

De forma reconciliationis coniugum habes 35.q. 6.cap.vlt.

Reconuentio.

Quod reconuentio inhibetur accusato in pari crimine priusquam se de crimine quo accusatus est, exuerit.3.q.11. neganda.& c.seq.

Quod secundum canones condemnatus de crimine,amodo nõ potest conuenire nec suũ nec extraneum.6.q.1. qui crimẽ.

Quod maiori crimine potest accusatus reconuenire, puta accusatus de fornicatione potest de homicidio vel simonia reconuenire.3.qõ.11. non est.§. hoc autẽ. vbi ponitur modus reconuentionis inter ciuilem & criminalem quæstionem.

Redemptio.

Qđ Christi passio fuit redemptio viuorũ & mortuorum.de consecrat.distin.2. semel.

Quod pro opera misericordiæ peccata propria redimuntur. 86.dist.est probanda.

Quod multa sunt alia bona, quibus possunt homines peccata redimere. de pœn.dist. 1. medicina.in prin.

Quod captiuos & oppressos tenemur redimere.86.dist. non satis.in fin.

Quod etiam ornatus ecclesiarũ redemptio est captiuorum.12. q.2.aurum.

Quod vasa ecclesiæ & res propriẽ spectant ad redemptionem captiuorum.12.q.2.apostolicos. 86.dist.pulchra.

Reddere.

Quod reddenda nõ sunt mala pro bonis. 23.q.3.sex differentiæ.

Quod debemus reddere pro malis bona 23.q 3.sex differẽtiæ.

Quod reddenda est Deo ratio. 15.q.1.firmissime.§ ex eo.

Quod serui sine consensu domini clerici vel monachi facti reddẽdi sunt.54.dis.generalis.

Quod pro rebus Deo consecratis,licet fuerint alienatæ, non illæ sed aliæ redduntur. 14.q. 6.comperimus.

Quod ecclesiæ ablata reddi debent,& ipsa sine augmento debet recipere. 12.quæst.2.fraternitas.

Quod quandoque simpliciter, quandoque in quadruplum, quandoque in amplius ablata redduntur.12.q.2.in antiquis. & tribus c.seq.

Quod res ecclesiæ propter delictum episcopi ablatæ,reddendæ sunt.16.q. 6. si episcopum.

Quod ecclesia potissime debet reddere aliena, quia nihil perire credimus ecclesiasticis vtilitatibus si ea quæ sunt aliena reddantur. 54. distinct. generalis.

Quod non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Quod fingitur pœnitentia vbi cum possit non redditur alie

num.14.q.6.si res.

Quod qui rem ecclesiæ precarie possidet, si non reddit eam, repetitur, & anathema incurrit. 12.q.2.apostolicos.

Quod qui inuentam rē non reddit, fur & raptor existit.14.q.5.si quid.

Quod commune ciuitatis tenetur cogere ciuem ad reddendum aliena.23.qō.2.dominus noster.

Quod non habens vnde reddat, non tenetur.14.q.6.si res.

Quod qui non est reddendo, maior pro culpa imponēda est ei corporalis afflictio.14.q.6.c.1.

Quod particeps est criminis qui fouet aliena non reddentem. 14.q.6.c.1.

De hac materia habes vbi agitur de Restitutione.

Redire. Quod pœnitēs nō debet redire ad peccatum, sicut & canis ad vomitū, & sus ad luti volutabrū, de pœniten.distin.3.irrisor est.

An peccata dimissa redeant propter peccatum aut nō. de pœnit.dist.3.fere per totum.

Regeneratio. Quod regeneratio est duplex, videlicet carnalis, per quam peccatum originale contrahitur: & spiritualis, per quam non solum originale, verumetiā voluntarium peccatum deletur de consecr. distin.4.regenerante.

De hac materia habes vbi agitur de Generatione.

Regimen. Quod in creaturis sine regimine recta non potest consistere administratio.89.distin. ad hoc.

Quod cælestis militia, in qua angelis archangeli præsunt, nobis etiam exēplificat ꝙ nulla alia vniuersitas sine regimine potest consistere.

Quod etiam bruta animalia sub regimine viuunt.7.quæst.1.in apibus.

Quod etiam omnis ordo ecclesiasticus suis innititur rectoribus, sicut apibus & gruibus vnus rector est.7.quæstione 1. in apibus.

Quod qui non sunt alicuius regiminis, sunt acephali. 93.distin. nulla.18.q.2.abbatibus.

Quod nō solum necessarium est regimen episcopo regenti plebem suam, vel etiam pauperi regenti domum suam; sed diuiti regenti familiam suam, & regi regenti gentem suam.23. q.4.duo.

Quod episcopi maiores sunt presbyteris: tamen vtrique in cōmuni regimine ecclesiæ debēt intendere.95.distinct.olim.in fine.

Quod talis ponendus est in regimine, qui non solum de salute animarum, verum etiam de exterioribus sit solicitus. 39. dist.Petrus.

Item talis qui valetudinem habeat corporis ad exequendum quod debet.89. dist. archidiaconum Florentinum.

Quod regimini derogatur cum prælati ad subditos nimia humilitas monstratur.86.distinctio.quando.

De hac materia habes vbi agitur de Prelatis.

Regula. Quod regula dicitur eo quod recte agat vel normam recte viuendi præbeat.3.dist.regula.

Quod omnis ecclesia est regulanda secundum Romanam ecclesiam, ex qua habet principium.11.dist.consequens.& c. seq.

Quod iustum est vnusquisque sumat regulas magistri vnde honoris cōsecrationem accepit. 12.dist.de iis.

Quod ad regulam seruandam cogendi sunt subditi.12.distinct. de iis,in fin.

Quod regula apostoli,quę debet in ordinandis seruari, incipit. 25.dist.vnum oratium,§.nunc autem.

Rex. Quod prauus rex non dicitur veraciter rex. 2 q. 1.scelus.

Quod regis officium est iusta pręcipere:& illicita prohibere.23. q.4.si ecclesia,in fin.

Quod rex aliter seruit quia homo: aliter quia rex est.nam vt homo seruit fideliter viuendo, vt rex seruit leges iustas exequendo.23.quæstione 4. si ecclesia.in fin.

Quod regia potestas est instituta vt mali a malo coerceantur,& boni quiete inter malos viuāt. 23.q. 5. non frustra.& c.regū. & quæstio.4. qui peccat. aute finem.

Quod Nabuchodonosor, qui prius ad idololatriam compulit & post idololatras puniuit, duplicem statum: videlicet ecclesiæ primitiuæ & modernæ repræsentat.23.q.4. non inuenitur.& c.quando.

Quod regum est proprie facere iudicium & iustitiam.24. q.5. regum officium est.

Item debet ecclesiam defendere. 23.q.3.Maximianus, & duob. c.seq.

Item personas ecclesiasticas.11.q. 1.Christianis.

Item debet hæreses repellere. 23. q 4.quando.& cap. si ecclesia, in fine.

Item debet oppressos releuare. 23.q.5.regum.

Quod generale pactum est societatis humanæ suis regibus obtemperare.8.distinctione quæ contra.

Item regib. debetur fidelitas. 23. q.5.si apud.

Item debetur eis subiectio,& tributi solutio.11.quæsti.1. si tributum.& c.magnum. & q.3. si dominus. & c.seq.28.q.8.tributum.

Quod debent præcipue Deum blasphemantes punire.23.q.4. non inuenitur.

Quod salubre est eis episcopis & presbyteris sua colla subdere. 10. dist. certum est.63. distin. Valentinianus.

Quod reges dicuntur clerici se & alios bene regentes.12.quæst. 2.duo.

Quod peccatum dicitur regnare in homine.32.quæstione 7.nō solum.

Religio. Quod intrantes religionem diligenter sunt examinandi super cōditione generis, & super sta

tu

tu præterito. 55.dist priscis.

Quod pro ingressu religionis nō licet pecuniã exigere : sed potest recipi voluntarie oblata. 1.q.1.§.1.& c.placuit vt nullus & c.seq. & c. placuit vt.de con sec.dist.1.

Quod intrans religionē vel monasterium si habet hæredes,& est illectus, totum suum datur hæredibus. 20. quæsti. 3. constituit.

Item si habet hæredes & non est illectus, hæredes legitimã habebunt partem,& monasterio det tantum quantum vni ex filiis 19.q 3.si qua.

Item si non habet hæredes & nō est illectus totum cedit monasterio.19.q.3.perlatum.

Quod non sufficit parentum oblatio ad religionem si in adulta ætate pueri non consenserint. 20 q.1.§.1.& q.2.si in qualibet.

Quod non licet pueris resilire ab oblatione parentum ad religionem postquam in ætate legitima mutuum adhibuerunt consensum.20.qō. 1. firma.& quattuor c.seq.

Quod quilibet intrans religionē absolute intra annum & diem potest exire. 20.quæstione 2. puella.

Quod coactus quandocunq; vult potest recedere si postea suus non accesserit consensus. 20. q.1,sicut.

Quod adolescentes eam intrantes non possunt a parentibus extrahi. 20.q.2.puella.

Quod promissionibus ad religionis ingressum illecti religiosi esse tenētur, licet res propinquis sint restituendæ. 20.qō.3. præsens, in fin.

Quod ante annos xiiii. masculus, vel ante xii. puella, eã intrans potest a parentibus reuocari. 20. q. 2. si in qualibet.& c.seq.

Quod nullus tenetur ad religionem ad cuius introitum numquam consenserit. 20.q.3.pręsens.

Quod vt non sequatur contradictio, ipsam intrantes non furtiue sed sub presbyterorum testimonio sunt recipiendi. 20. q. 2.oportet.

Quod seruus sine consensu domini sui ad religionem non debet recipi.16.q 1. qui vere.

Quod coniuges ad religionē intrare volentes sunt coram episcopo separandi, & in diuersis monasteriis ponendi. 27.qō. 2.si vir.18.quæstione 2.diffinimus.

Quod religio non liberat a iugo seruitutis inuito domino. 54. dist.generalis.& c.si seruus sciēte.17.quæstio. 2. si quis incognitus.

Quod nulli licet aliam religionē vel aliud monasterium, nisi petita licentia sui prælati intrare. 20.q.4 monachum.

Quod sine licentia sui prælati canonicus regularis monachus effectus redire compellitur, & grauiter punitur.19 qō.3. nullus.& c.seq.

Quod ideo de religione ad religionem transeuntes licentiam debent petere, ne leuitas animi vel euagationis ausus eis

Imponatur. 20. quæstione 4. §.vltimo.

Quod religiosi ad austeriorē vitam primo petita a prælato licentia etiam non obtenta possunt transire. 20. q. 4. monachum.& 19.q.2.duæ.in fin.

Quod canonici siue clerici etiam episcopo contradicente possunt religionem intrare: quia vbi spiritus Dei, ibi libertas. 19. q.2.duæ.

Quod religiosi præ aliis diuinis officiis debent inuigilare. 12. q.1.quia tua.

Quod propter pecuniam receptus ad religionē tenetur quidem in ipsa remanere: res vero hęredibus sunt restituendę. 20.q.3.constituit.

Quod intra tempus probationis pōt quis probari in habitu laudabili.54.dist.multos.17.q. 2. si quis.

Quod post ingressum religionis & tempus probationis potest quis liberis suis & propinquis bona diuidere.19.q. vlt.si qua mulier.

Quod recedens a religione intra tempus probationis, omnia quę ecclesię tradidit potest deportare. 17. quæstione 2.si quis.

Quod clericus religionem intrās & intra annum exiens potest suum repetere beneficium.17. q.2.Gonsaldus.

Quod religio tollit proprietatē & propriam voluntatē. 12.q.1. non dicatis. & cap.expedit. & c.cui portio.

Item astringit ad castitatem. 27. q.1.impudicas.

Quod communem vitam debet habere: nec denarium nec aliquam rem priuatam debent possidere, si cum Anania nolunt interire. 12. quæstione 1. dilectissimis.& cap.scimus. & c.nolo.in fine.

Item non debent assumi ad officia ecclesiastica: vel ad sacros ordines promoueri sine licentia prælati. 58. dist. per totum. & 16.q.1.si quis monachus.& trib.c.seq.

Item non licet eis sine prælato vouere: & vota talia per prælatos eorum franguntur. 20.qō. 4. monacho.

Item religioso sine licentia sui p̄lati non licet aliquid accipere. 12.q.1 non dicatis.

Quod religiosi testamentum facere non possunt.12.q.1.nolo. in fin.19.q 3.quia.

Quod femina in religione caput & faciem debet velare. 7.q. 1. omnis.

Quod officia clamosa & litigiosa non conuenit eis exercere. 16.q.1.de præsentium.

Quod quantumcumque religiosa sit congregatio, inueniuntur in ea mali.47.distin.quantumlibet.

Quod qui in religione sæculariter viuit, non sæculum fugit sed imitatur. 53. distinctio. legem.

Quod detestabile est pauperem in sæculo delicatum esse in religione, & ibi mella fastidire. 12.q.2.gloria.

Quod mali religiosi quia nomen sanctitatis habent, peruerse agendo amplius nocent in ecclesia-

clesia quam alii.83. dist. nemo. q.3.monasteriis.

Quod deficientes in religionẽ sunt pessimi: & proficientes optimi.45. dist. quantumlibet.

Quod quandoque mutatio loci prodest religiosis:quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus.81.distin. valet.

Quod excessus religiosorũ propter maius scãdalum sunt occultandi.96. dist.in scripturis.

Quod religiosi vere prę aliis sunt honorandi.16.q.1.qui vere.

Quod facilius dispensatur cum religiosa persona, quam cum alia.66.dist. monachus.

Quod in fauorem religionis potest quis sine interstitio ad ordines promoueri. ibid.

Quod an alias ad ordinem indigni,propter religionẽ admittũtur. 56.dist. presbyterorum. 77. dist. c.vlt.

Quod religiosi nisi per Papã fuerint exempti, tenentur episcopo subesse. 16.q.1. qui vere.

Quod locus religiosorum sine consensu episcopi non debet mutari.19.q.7.si quis vult.

Quod episcopi & alii prælati religiosos consilio & auxilio debẽt fouere.12.q. 2.religiosam.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis & de Monasterio.

Remißio. Quod remissio peccati fit non tantum in præsenti, sed etiam in futuro.25. dist. qualis hinc. & c.seq.

Quod remissio peccati fit per auctoritatẽ:& sic fit a solo Deo.1. q.1.ita fit.& cap. euidenter.de pœn.dist.2.§.opponitur.

Item fit per officium, sic fit ab omni prælato tam bono quam malo.23.q.5. remittuntur.

Item fit per ministri meritum, sic fit tantum per bonum.1.qõ.1. remissionem. de consę.dist.4. quomodo.

De remissione iniuriarũ habes vbi agitur de Iniuria.

Remotio. Quod episcopus vel superior prælatus non remouetur de episcopatu nisi per solum Papam.7.q. 1. mutationes.

Item remouetur propter crimen. 50.dist.si episcopus.& c.seq.7. q.1.remoto.

Item remouetur propter vtilitatem.7.q.1. mutationes.

Item propter senectutem. 7.q.1. petisti.

Item propter necessitatem.7.q 1. pastoralis.

Item propter simplicitatem. 74. dist.episcoporum.

Quod remouet se quis de loco ad locum propter leuitatem. 7. quæst. 1.non oportet. & pluribus c.seq.

Item propter ambitionem. 7.q. 1.si quis de.& pluribus cap. sequen.

Remuneratio. Qđ quilibet remuneratur a Deo secũdum merita.15.qõ. 1. firmissime.§.ex eo.in fi.23.q. 5.displicet.ante finem.

Quod Deus temporaliter & æternaliter remunerat. 22.q.2.

si quælibet.

Quod nemo debet quærere pro bono quod agit, temporalem remunerationem de pœn. distin. 4 §. quamquam.

Quod qui pro bono quod agit temporaliter remunerari non quærit, illius Deus merces erit. 31. qō. 4. dicat. Exemplum ibi de Abraham. de consf. dist. 5. ieiunium.

Quod indignus æterna remuneratione pro bono quod agit, temporaliter remuneratur. de pœn distinct. 3. §. ex hoc. & §. sequen.

Quod mali qui pro paucis bonis quæ faciunt, in præsenti remunerātur, in futuro plenius punientur. de pœnit. distinct. 3 §. quamquam.

Renunciatio. Quod quilibet potest suo iuri renunciare. 7. q. 1. quam periculosum.

Quod furiosus nisi habeat lucida interualla, renunciare non potest. 7. quæstio. 1. quamuis sit triste.

Quod non tenet renunciatio nisi illi fiat cuius est institutio. 17. q. 2. Gonsaldus.

Quod prælati non possunt renūciare nisi de licētia superioris. 7. q. 1. si quis presbyter.

Quod renūciatio episcopatuum tantū debet fieri domino Papæ. 7. q. 1. quam periculosum. & c. qualiter.

Quod renunciatio prælaturæ nō debet admitti de facili. 7. q. 1. quam periculosum. & c. quamuis.

Quod quando renunciatio admittitur, debet fieri pro magna vtilitate vel infirmitate. 7. quæstio. 1. qualiter. & cap. sequen.

Quod renunciatio prælationis fienda est in scriptis. 7. q. 1. sicut. §. ecce.

Quod renuncians vlterius non potest repetere illud quod renunciauit. 7. q. 1. quam periculosum. & ca. hoc nequaquam. 21. q. 2. si quis.

Quod renuncians videtur posse reperere. 22. q. 4. magnæ.

Quod ecclesia vel superior potest repetere renunciantem. 7. q. 1. non oportet. & ca. si qui vero. & c. seq.

Repetitio. Quod debitū benigne remissum nō inique repetitur. 14. q. 1. quod debetur.

Quod cum dominus dixit, si quis abstulerit tibi tunicam, nō repetas: non præcipiēdo sed exhortando dixit. 14. q. 1. episcopus. §. is ita, in fi.

Quod episcopus vel alius prælatus res transitorias tumultuose & litigiose non debet repetere. 14. q. 1. c. 1. & c. seq. 88. dist. inutile.

Quod prælati quantumcumque perfecti tenentur res ablatas modeste repetere, quia res pauperum sunt quas possident, & episcopi tantum sunt dispensatores. 14. quæst. 1. episcopus. §. his ita.

Quod vbi non potest esse redditio, supersedenda est repetitio. 14. q. 6. c. 1.

Quod pro iudicio vel pro alio quod venale esse nō debet pecunia

pecunia iniuste repetitur.14.q.5. non sane.

Quod res ecclesiæ pro captiuis & pauperibus erogatæ & non debent ab erogatore repeti. 12. q.2.sacrorum.

Reprehensio. Quod reprehẽsio tunc est iusta quando primo fit in se, & postea exercetur. in alium.3.q.7.qui fine. & c.iudicet.& c.postulatus.

Quod est reprehensio auctoritatis,quæ solum maioribus conuenit,& hæc debet fieri cũ beneuolentia.45.dist.licet.86. distin.quando.

Item est reprehensio zeli,quæ minoribus conceditur in maiores: & hæc debet fieri cum reuerentia.21.dist.nolite. 2 q.7. si quis super his.§.proximo.

Item est reprehensio temeraria, quæ vergit ad infamiã, & hæc nec prælato ad subditum, nec subdito ad prælatum conceditur.21.dist. nolite.2.q.7.plerũque.& c.quæritur.

De hac materia habes vbi agitur de Accusatione & Correptione.

Repulsio An repellere vim sit peccatum.23. q.1.§.1.

Quod perfectus debet patienter iniuri[am] sustinere ab his quos optat bonos esse.23.q. 1.paratus. 11.q.3. ita sæpe.

Quod perfectis licet iniuriã verbis & non verberibus repellere. 23.q.1.paratus. Exemplum ibi de Christo.

Quod qualiter cuilibet licet iniuriã repellere, & qualiter nõ, habes 23.q.3. sex differẽtię.sed

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & de Tolerantia, & de Iniuria.

Rescriptum. Quod rescriptum principis quamuis præcipiat reprehensibile, dummodo nõ fiat contra fidem, est recipiendum.100.dist.contra morem. 19.dist.in memoriam.

Quod rescriptum apostolicum contra Euangelium & contra Apostolos non admittitur.25. q.1.sunt quidam.& c.seq.

Quod rescriptum contra ius cõmune factum, ab omnibus est refutandum.25.q.2.rescripta.

Quod rescriptũ posterius arctat eos quibus dirigitur.19.distin. in memoriam.

Quod in arduis non scripta, sed ipsa originalia manu principis subscripta debent monstrari.25.q.2.§.sancimus.

Quod rescripta p̃sonalia sine die & consule facta carent auctoritate.25.q.2.§. si qua.

Quod rescriptum cassatur si a curia non emanauit.19.distin.in memoriam.

Itẽ cassatur si tacita veritate fuit impetratum.25. quæstione 2. dicenti.

Item cassatur si non fuerit honestum,iustum,possibile, tempori & loco conueniens. 4. dist. erit autem lex.

Item cassatur si nõ habet subscriptionem petitionis. 81. distin. Maximianus.

Item si expresse non continet in

se, si preces veritate nitantur. 25.q.2.§.vniuersa.

Item si non expresse continet nomen eius, qui vult conuenire. 2.q.8.quisquis.& §.vlt.

Item si obscurum fuerit, ita vt plene intelligi non possit 4. dist. erit autem.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

Residentia.

Quod episcopi qui curam gregis debent gerere, pręcipue debent residere. 7.q.1.pōtifices.

Quod non licet beneficiato vltra tres hebdomadas abesse. 7.q.1.si quis in clero.

Quod propter negotia ecclesiæ vel propter ægritudinem de residentia quilibet excusatur. 7.q.1.præsentium.

Quod in ecclesia sine legitima causa non residenti, iuste alter substituitur. 7.quæstio. 1.præsentium.

Resistentia.

Quod posse resistere peruersis & nō facere, est ipsis consentire. 23. quæstio. 3. qui potest.

Quod rusticitas sancta quantum ex vitæ merito ecclesiam Dei ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistit. 2.q.7. sancta quippe.

Quod resistere malis manu armata maxime perfectis sit peccatum. 23.q.3.per totum.

Quod de prælatorum prouisione principes sæculi persecutorib. pauperum debēt resistere. 23. quæstio. 3. ab Imperatoribus. & c.Maximianus.

Quod cum dicitur resistere malo: non mali coerctio, sed propriæ vindictæ executio prohibetur. 23.q.5.de occidendis.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & vbi agitur de Iniuria, & vbi agitur de Tolerantia.

Respondere.

Quod bonū est quā documque respondere auditoribus, ne æstiment nos responsionis penuria declinare certamen. 43.distin.in mandatis. & tribus c. seq.

Quod propter hoc nemo debet respōdere, vt plus videatur scire quam sciat, quia esset iactātia. 44.distinct.dispensario.§. pariter.

Quod garrulos & procuratores prudentia est responsionibus eludere. 43. dist. in mandatis.

Restitutio.

Quod restitutio in integrum est quando quis honoribus & ordinib. & ceteris restituitur. 2.q.3.c.vlt. in fin.

Quod cum princeps in integrū restituit, infamiam tollit. 2. q. 3.c.vlt.in fin.

Quod ante litis ingressum spoliatus est in integrum restituendus. 2.q.2.per totum.

Quod etiam prædo est ante iudicium restituendus. 3. quæst. 1. Deus.

Quod antequam in causa iudicii procedatur, mulier est primo restituenda. 33.q.2.siue de coniugii.

Quod sex mensium dantur induciæ restitutis antequam respon-

ſpondeant.3.q.2.eiectis.

Quod reſtitutio rerum quandoque fit in ſimplum.14.q.5.non ſane.

Item quandoque in duplum. 89. diſtin.decenter.12.quæſt.2. in legibus.

Item quandoque in quadruplum. 12.q.2.cum diuoriſſimam.

Item quandoque in nouem partibus.17.q.4.quiſquis.

Item quandoque in decuplũ. 12. q.2.in legibus.

Quod non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.14.q. 6.ſi res.

Quod non vere pœnitet qui ablata non reſtituit cum poteſt. 14.q 6.ſi res.25.q.8. peſſimã.

Quod non eſt ſuper reſtitutione moleſtandus,cui non eſt vnde ſoluat.14.q.6.ſi res.

Quod qui rem alienam Deo conſecrat,non rem ſed æſtimationem reſtituat.14.q.vlt.comperimus.

Quod de reſtitutione lapſorum habes 50. diſ.fere per totum. Et in hoc opere vbi agitur de Lapſis.

Quod in reſtitutione lapſorum conſideranda eſt quantitas criminis vtrum ſit enorme, vel mediocre: quia quanto minus tanto facilius reſtituitur. 50. diſt.quia ſanctitas.

Item qualitas criminis, vtrũ ſcilicet ſit publicum,vel occultũ: nam publicatio multis impedit reſtitutionem.50. diſtinct. ſacerdos ſi.& c.ſeq.

Item modus redeundi, ſcilicet vtrum ſit conuictus, vel ſponte confeſſus: nam mitius agitur cum ſponte confeſſus.50. diſt. ſi quis præpoſtera.

Item modus ſatisfactionis, an ſcilicet ſit verus vel fictus:nam vere cõtritis facilius parcitur. 50.diſt.bene.

Quod reſtituitur quis vt poſſit ad omnia promoueri. 50. diſtin. conſiderandũ.vbi agitur quomodo Petrus apoſtolus poſt negationem reſtitutus fuit.

Item reſtituitur quis vt maneat tantum in ſuſceptis,vt reuertẽtes ab hæreticorum errore. 1. quæſtione ſeptima.ſaluberrimum.

Item reſtituitur quis vt tantũ miniſtret in minoribus, vt ſcienter ſimoniaci.1.q.5.c.1.

Item reſtituitur quis vt laicã tantum habeat communionem, vt doctor & auctor hæreticorum.1.q.7.c.1.

Reſurrectio. Quod eccleſia vt gaudium reſurrectionis inſinuet, a paſcha vſque ad pentecoſtẽ non ieiunat. 30.diſtinct. ſi quis preſbyter. 76. diſtinct. ſcire debet.

Quod olim baptiſmus ideo tempore reſurrectionis fiebat, vt ſicut Chriſtus reſurrexit a mortuis: ſic nos in nouitate vitæ ambulemus.de conſecra. diſt. 4 proprie.

Reuerentia. Quod reuerẽtia alicui exhibetur rõne dignitatis vel ſuperioris poteſtatis. 16.q.2.viſis.

Quod inutili prælato quamdiu ſuſtinetur reuerentia eſt exhibenda.16.q.6.ſi fortaſſis.

Quod subditi debent prælatos reuereri cum affectu dilectionis. 97. dist. esto. 2. q. 5. habet.
Item ipsis obediendo. 93. dist. §. 1. & c. seq. 2. q. 7. sacerdotes.
Item ipsis subsequendo. 95. dist. non oportet.
Item eorum officium temerarie non vsurpando. 95. distinctio. presbyter.
Item eorum statuta seruando. 7. q. 1 quia.
Item eos temerarie non arguendo vel iudicando. 21. distinct. nolite.
Item defectus eorum non reuelando: sed potius cooperiendo. 96. dist. in scipturis.

Reuelatio. Quod reuelatio diuina instruit in agẽdis. 8. q. 1. si ego.
Item reuelatio diuina dirigit in scripturis. 9. dist. noli.
Quod cõfesso peccati occulti nulli penitus est reuelanda. 2. q. 1. si peccauerit.
Quod fraudulentus est qui reuelat arcana. 5. quæstio. 5. qui ambulat.

De reuelatione diuina habes vbi agitur de Inspiratione.

Rigor. Quod ex consideratione temporum & ætatum rigor canonum quandoque temperatur. 14. dist. sicut quædam.
Item vbi strages multorum timetur, detrahendum est rigori 50. dist. vt constitueretur. 1. quõ. 7. quoties a populis.
Quod multi canones constituti sunt in rigorem disciplinæ. 50. dist. vt constitueretur.

Rogatio. Quod rogationum tres dies ieiunandi sunt & feriandi. decõ-se. dist. 3. pronunciandum. & c. rogationes.
Quod tribus diebus rogationum serui & ancillæ ab opere seruili debent esse liberi. de consec. dist. 3. rogationes.
Quod in triduo rogationum, quadragesimali cibo est vtendũ.

Roma. Quod Roma caput & principatum obtinet nationum. 2. quæstione 7. beati.
Quod iura Romanorum aliis gẽtibus non conueniunt. 1. dist. ius Quiritum.
Quod in quibus iura Romanorum consistunt habes 1. distin. ius Quiritum.
Quod qui Romanam ecclesiam annihilat, ipse se hæreticũ insinuat. 22. dist. omnes.
Quod Romana ecclesia est principium omnium ecclesiarum. 21. dist. quamuis.

De Ecclesia Romana habes vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Sedibus.

SAbbatum. Quod die sabbati non est festiuandum, ne Iudaizare videamur. de conse. dist. 3. peruenit.
Quod antichristus iõ faciet sabbatum & diem dominicũ obseruari, vt propter obseruationem sabbati Iudæos: & propter obseruationem dominicæ Christianos sibi attrahat. de consec. dist. 3. peruenit.

Quod

Quod sabbatum non vbique, sed secundum aliqua loca ieiunatur. 12. distin. illa. Exemplũ ibi de matre Augustini.

Quod die sabbati nisi propter f. stiuitatem aut propter infirmitatem carnibus est abstinendum. de consecratione distin. 5. quia.

Sacerdos. Quod sacerdos nomen habet compositum ex Græcos & Latino, quasi sacrum dans. 21. dist. cleros. ante med.

Quod sacerdotalis ordo incœpit a sancto Petro. 21. distinct. in nouo.

Quod maiores sacerdotes in apostolis, minores in septuaginta duobus discipulis sunt designati. 21. dist. §. 1. post med.

Quod sacerdotes angeli & dii nũcupantur. 11. quæst. 1. sacerdotibus.

Quod ordo sacerdotalis præeminet dignitati regali. 96. distin. duo, in prin. & in fin.

Quod ipse Christus eis reuerentiam exhibuit, dum ad eos leprosos remisit. 1. quæstione 1. nonne.

Quod etiam exempla gentilium inducunt Christianos ad reuerentiam sacerdotum. 11 qõ. 1. sacerdotibus.

Quod ministerio sacerdotis & nõ alterius Christi corpus consecratur. 95. dist. ecce ego. circa medium.

Item benedictio populis & gratia diuina datur. 1 q. 1. dictum est. 6. q. 1. sacerdotes.

Item peccata delentur. 1. q. 1. ipsi sacerdotes.

Item merito officii eorum futura reuelantur. 1. q. 1. dictum est a Domino. Exemplum ibi de Caipha.

Item sacerdotes sunt lumen mundi. 92. dist. sacerdotes.

Item sunt omnium patres & magistri. 86. dist. quis dubitet:

Quod debent esse corpore & mente mundi: quia diuino officio & sacrificio debẽt esse intenti. 1. qõ. 1. necesse. 3. qõ. 7. in grauibus, & duobus c. seq.

Item sobrii. 35. distinctio. vinolentum.

Item discreti & docti. 37. dist. per totum. 38. distinct. in pluribus capitulis.

Itẽ debent esse in officio suo cauti. 14. q. 6. c. 1. in fin.

Item in vestibus & gestu debent esse maturi. 41. distinct. clericus.

Quod sacerdotes instituuntur ad laudandum Deum, & ad exẽplum bonę actionis. 5. q. 3. quia episcopus.

Quod sacerdotes ratione oblationum tenentur orare pro populo. 1. q. 1. sacerdotes.

Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi pluribus modis, videlicet precibus & orationibus peccata consumẽdo. 1. q. 1. ipsi sacerdotes.

Item oblatis pro peccatis vtendo. 1. q. 2. pastor.

Item aliena peccata per consensum incorporando. in fin.

Quod sacerdotes horas canonicas, hospitalitatem & visitationes infirmorum solicite exercere debent. 91. distin. presbyter.

Quod non de facili est suspicandum malum de sacerdotibus ex quo corpus Christi conficiunt. 11.q.3.absit.

Quod ordo sacerdotalis non datur propter ordinatum tantũ, sed etiam propter alios quorũ minister esse debet: & ideo mundius est suscipiendus quã alii ordines. 1.q.1.si qui episcopi talem.§.proximo.

Quod sacerdos membrorum deformitatem notabilem habere non debet.49.dist.§.1.

Quod sacerdotes ꝑpter multitudinem sunt contemptibiles, 39.dist.legimus.in fin.

Quod multi sunt sacerdotes nomine, pauci opere. 40. distin. multi.

Quod non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram.

Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus quam qui peruerse agens nomen sacerdotis habet 83.dist.nemo.

Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.

Quod multi sacerdotes nomen Dei inquantum in eis est, despiciunt: & panem pollutum offerunt. 49.distinct. sacerdotes.

Quod magnum incõueniens est sacerdotem corpus Christi cõficientem immundum esse. 1. quæst.1. sacrosancta. & capit. seq.

Quod ignominiosus est sacerdos qui studet diuitiis. 12. q.2. gloria.

Quod sacerdos qui aliorum debet audire confessiones debet esse in scientia discretus, & in vita bonus. de pœniten.dist.6. §.1.

Quod malus sacerdos comparatur simiæ. 1.quæst.1.si quis inquit.

Quod mali sacerdotes sunt audiendi, non imitandi. 1.q.1. significastis. & c.seq.

Quod an promotus in sacerdotẽ in mortali peccato possit exequi officium suum. 15. q.vlt.ꝑ totum.

Quod peccatum est detrahere sacerdotibus. 6.quæstione 1. sacerdotes.

Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus. 6. q.1. sunt plurimi.§.proximo.

Quod nemo debet audire Missam a sacerdote, quem scit indubitanter habere concubinã. 32.distincti.nullus. vbi exponit glos.Ioan. quòd hoc est indubitanter scire, quod scitur scientia iuris, & non facti: & ad hoc expresse faciunt multa iura, vt 15. qõ. 8. sciscitantibus. 83. distin.nihil. §. quanquam. 1.quæstio.1. multi. 30. quæsti. 5.c.nec illud.§.is ita.& capitulo nullum. Nam ante scientiam a nullo est recedendum. 8. q. 4.nonne.

Quod autem sacramenta a malis sacerdotibus tradita quamdiu tolerantur non sunt contemnenda, plura docent capitula: quia ipsi non suis sed Christi verbis sacramenta conficiunt. de consecratione distin.2. panis est. 1.quæstione 1. significastis. & capit. Christus. & c. seq.

ſeq.

Quod ſacramenta a Iuda prodito re tradita non fuerunt reprobata.1.q.1.dedit.

Quod ſibi iudicium tantum mãducant & bibunt.1.quæſtione 1.per Eſaiam.

Quia ſacramenta ſicut nec ſol a locis immundis per quæ trãſit, ab ipſis non inquinãtur.19. diſtinctione ſecundum eccleſiæ.

Quia ipſi ſicut fax accenſa aliis lucent,quamuis ſibi noceant. 15.q.vlt.c.vlt.

Quod ipſi velut lixiuium lauant, & non lauantur. 83.diſt.nihil. §.ſeq.

Quod ſacerdos licite poteſt operas ſuas aliis locare.10.q.2.precariæ.1.

Quod ſacerdos non debet aliis irrogare ſupplicium. 22.quæſt. 5.hoc videtur.

Quod promotus in ſacerdotem tenetur vxori neceſſariis prouidere: non tamen tenetur debitum reddere. 31. diſtinct.omnino.

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ordine.

Sacramentum. Qđ Sacramentum inuiſibilis gratiæ eſt viſibilis forma. de conſecr. diſt.2. ſacrificium.

Quod ſacramenta dicũtur quia ſub tegmento corporaliũ rerum diuina virtus eorumdem ſacramentorum ſalutem operatur: vnde a ſecretis virtutibus vel ſacris ſacramenta dicuntur.1.quæſtio.1.multi.circa med.

Quod inter ſeptem ſacramenta eccleſiæ quædam dicuntur neceſſitatis, vt baptiſmus. de cõſec.diſt.4.nulla præter.

Item confirmatio.de conſecrat. diſt.4.nullus miniſtrorum.

Item Euchariſtia.de conſecra.diſtinct.1.omnis Chriſtianus.

Item extrema vnctio.26.quæſtione 7.c.1.

Item pœnitentia.de pœn. diſt. 1. non poteſt.

Quod alia duo ſacramenta ſunt voluntatis,videlicet ordo.74. diſt.vbi iſta.

Item matrimonium.30.q. 2.vbi non eſt.

Quod baptiſmus eſt ſacramentũ intrantium.de conſecrat.diſt. 4.nulla præter. §. porro. ante fin.

Quod confirmatio eſt ſacramentum pugnantium.de conſecr. diſt.5. ſpiritus ſanctus.

Quod Euchariſtia eſt ſacramentum progredientium propter quod & viaticum dicitur. 26. q.6.qui recedunt. & ca de his.

Quod pœnitentia eſt ſacramentum redeuntium.26.qõ.7.his qui.de pœn.diſt.3.c.2.

Quod extrema vnctio eſt ſacramentum exeuntium.26.q.7. c.ab infirmis.

Item ſubiecto, vt euchariſtia. 95. diſt.ecce.

Item ſignificatione,vt matrimonium.27.q.2.cum ſocietas.

Item miniſtri dignitate, vt confirmatio.de conſecra.diſt.5.de his.& duobus c.ſeq. 68. diſtin. quamuis. Vnde verſus.

Maior in effectu baptismus, corpus inesse,
Coniugium signo, maiori chrisma ministro.

Quod sacramenta a suis parochianis sunt recipienda.16.q.1. interdicimus.

Quod per presbyterum non per minorem clericum debent sacramenta exhiberi.de consec. dist.4.presbyteri qui.

Quod Spiritus sanctus dat sacramentis efficaciam per quoscunque ministrentur.1.q.1.mulrę. & c.ita fit.& quattuor cap. sequen.& c.non nocet.

Quod sacramenta ab immundis ministris coinquinari non possunt.1.q.1.remissionem.

Quod hominum malitia sacramenta non profanat.1. quæst. 1.nonne.

Quod sacramenta a malis ministris sunt accipienda quamdiu tolerantur.1.q.1.neque. & ca. omnia.& c.multi.& ca.per Esaiam.15.q vlt.c.vlt.

Quod sacramenta ab hæretico scienter non sunt recipienda. 23.q.1.c.vlt.

Quod ab ipsis in forma ecclesiæ data sacramenta virtutem habent.19.dist.secundum. 1.q.1. si autem.& tribus c.seq.& c. sicut.& c.quod pro.

Quod sacramenta ab ipsis in forma ecclesiæ non data virtute carent.1.q.1.hi qui.§.sed notãdum.

Quod virtutem amittunt si p malum ministrum in forma ecclesiæ exhibentur.32.distinct. præter hoc.§.verum.

Quod sacramenta collata in forma ecclesiæ ab hæreticis & schismaticis,simoniacis,& depositis,interdictis,excommunicatis,rata sunt quoad characterem sed non quo ad executionem.52.dist. c. præter hoc. §.porro.1.q. 1. si qui a simoniacis.

Quod sacramentum datum ab hæreticis non est iterandum, sed virtus sacramenti dabitur per manus impositionem. 32.dist.§.ad hoc vero.& §.porro.24.q.1.miramur.§.his auctoritatibus.

Quod Deus in administratione sacramentorũ non pensat merita administrantium.1.q.1.cũ scriptura.

Quod sacramenta affectũ suscipientium, & mentis deuotionem exigunt.8. qõ 1. licet post medium.

Quod sacramenta contra interdictum prælatorum suorũ accepta,damnosa sunt.32.dist.ad hoc vero.§.porro.

Quod non sunt danda impœnitentib.26. q. 7. fere per totũ.

Item non sunt danda a grauibus peccatis subito reuertentibus, de pœn.dist 1.in actionem.

Item non sunt danda illis qui non subsunt alicui.18.quæstione 2. abbatibus.

Quod non est vera conuersio ad Deum vbi sacramenta ecclesiæ contemnuntur. de consec. dist.4.baptismi vicem.

Quod sacramentum quod in se bonum est, cedit malo in malum. 1.q.1.quod quidam.§.opponitur. ante medium. vbi

exem-

exemplum de Iuda.

Quod sacramenta Christi pretiosum extrinsecum ornatum nõ requirunt.12.q.2. aurum.ante medium.

De sacramentis habes supra vbi agitur de Sacerdotibus, & de quolibet Sacramento habes specialiter positum secundum ordinem alphabeti.

Sacrificium. Quod sacrificium altaris orationum, & eleemosynarum est.13 q.2. non æstimemus.

Item est sacrificium cordis contribulati.de pœn.dist.1. in actionem.post med.

Quod magnum Deo sacrificium offertur cum mali, qui in sua & aliorum pernicie dilatãtur, compescuntur. 23. quæstione 5.quali.

Quod omnia sacrificia præcellit corpus & sanguis Christi. de consec.dist.2.nihil.

Quod non sacrificiorum magnitudinem, sed merita offerentum Deus diiudicat. 24. qõ.1. odi.

Quod illud sacrificium solũ Deus acceptat quod intra ecclesiam catholicam sibi offertur. 24. q.1.quia ex sola.

Quod mortui multiplici sacrificio iuuari possunt videlicet altaris, orationum, & eleemosynarum.13.q.2. nõ æstimemus. & c.ꝓ obeuntibus.& c.animę.

De hac materia habes vbi ponitur Oblatio.

Sacrilegium. Quod sacrilegiũ committitur auferendo sacrũ de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro. 17.q.4.quisquis.

Quod sacrilegium est iuuadere aut auferre res ecclesiæ. 12. q. 2.prędia.& c.indigne.& c.hęc. 13.q.1.qui oblationes. 16. q.1. in canonibus.17.qõ.4. qui rapit.& c.quisquis.

Quod sacrilegiũ committit qui in clericum manus violentas mittit.17.q.6. si qs cõtumax.

Quod sacrilegiũ est si quis quod venerabilibus locis datur, sibi studuit retinere. 17.q.4. sacrilegium.

Sacrilegus. Quod sacrilegus dicitur qui res ecclesiæ indebite vẽdit.50.dist.si quis presbyter.

Item qui habens sufficiens patrimonium res ecclesię ad superfluitatem recepit.16.q.1.quoniam.in fin.

Item sacrilegus dicitur qui personam ecclesiasticam lædit. 37. q.4.sicut.& c.quisquis.

Item qui fugientem violenter de ecclesia trahit.17.qõ.4.nullus. & c.si quis contumax.

Item qui constitutiones sanctorum patrum infringit.17.q.4. si quis suadente.§. qui autem.

Item qui arti magicæ intendit. 26.q.2.illud.in fin.

Item qui alios temerarie rebaptizat.23.q.5.si vos.

Item qui infringit ecclesiam. 16. q.4.quisquis.

Quod vendere & cõparare spiritualia sacrilegium est. 1. qõ.3.

audiuimus.

Quod dubitare de illo quē princeps elegit an dignus sit, sacrilegium est. 17. q. 4. si quis suadente. §. proximo.

Quod sacrilegium Christiani cōmittunt cum Iudæorum cibis vtuntur. 28. q. 1. omnes.

Quod sacrilegium cōmittit qui Iudæis publica officia committit. 17. q. 4. constituit.

Quod sacerdos sacrilegium committit qui pro matrimonio adulterium benedicit. 27. qō. vlt. de coniugali.

Quod qui cum ea quę castitatem vouit contrahit, vel coitum facit, sacrilegium incurrit. 27. q. 1. impudicas.

Quod sacrilegus in rebus ecclesiæ Iudæ proditori cōparatur. 23. q. 4. quid ergo.

Quod sacrilegi pœna est infamia. 6. q. 1. infames.

Item excommunicatio minor. 17. q. 4. quisquis.

Item anathematizatio. 12. q. 2. indigne.

Item depositio. 17. q. 4. si quis deinceps. 12. q. 2. indigne.

Item publica pœnitentia. 17. q. 4. si quis contumax.

Quod imponitur sacrilego pœna legalis, scilicet decapitatio. 17. q. 4. si quis. §. qui autem.

Quod aliquando imponitur sacrilego pœna legalis & canonica, scilicet pœna pecuniaria & infamia. 17. q. 4. attendendū. & c. si quis.

Sacrista. Quod sacrista idem est quod thesaurarius: cuius officium exprimitur 25. dist. perlectis.

Sal. Quod Christus dicens, Salem habete in vobis, sapientiam verbi designauit. 44. distinctione sit rector. post medium.

Quod prælati & sacerdotes dicū-tur sal terræ. 93. distin. sacerdotes.

Quod malus prælatus dicitur sal infatuatum. 3. q. 7. sacerdos. §. item in euangelio. 1. quæst. 7. non omne.

Quod sal infatuatum a porcis cōculcatur. 2. qō. 7. secuti. §. quia.

Quod sal sapientiæ in cunctis nostris sacrificiis offerri debet. de consec. dist. 4. sal.

Quod aqua sale aspersa, & per sacerdotem consecrata sanctificat populum. de consec. distin. 3. æqualem.

Salomon. Quod Salomō Rex templum domino construxit, & illud consecrando magnum festū fecit. de consec. dist. 1. §. 1.

Quod Salomon non diuitias, nō longa tempora vitæ, sed sapiētiam a Deo petiit. 36. dist. qui. §. ecce.

Quod regina venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. 8. q. 1. vereor.

Quod Salomon ad expellendum dæmones de corporibus, quosdam exorcismos inuenit. 21. distin. §. 1.

Quod Salomon amore mulierū Deos gentilium coluit, & idolis templa construxit. 3. q. 7. §. vlt. 32. q. 4. Salomon.

Samuel. Quod Samuel q sancte vixit, & sanctꝰ de hac vita exiuit nō sic po-

potuit esse sub diaboli potesta te vt arte diabolica per pythonissam suscitaretur. 26. quæstione 5. nec mirum. post medium.

Sanctitas. Quod est sanctitas innocentiæ quæ tantum bonis conuenit: & sanctitas sacramentalis quæ quandoque malis conuenit. 1. q. 1. dominus. post med. Exemplum ibi de Saul.

Quod non ex generis nobilitate vel dignitate sanctitas innotescit, sed ex fidei puritate, & morum honestate. 40. distin. nos qui.

Quod vbi Christus per boni operationem infunditur, & abominatio peccati aboletur, sanctitas consecratur. 14. q. 1. nec is qui.

Quod sanctum illũ credere qui non est sanctus, periculosum est. 11. quæstione 3. si quis hominem.

Quod sanctus non debet dubitari, quem apex papalis dignitatis attollit. 40. dist. non nos.

Quod omnis sanctificatio est in spiritu sancto. 75. dist. ordinationes.

Sanitas. Quod sanitatem corporis efficit moderata refectio. de consec. dist. 5. nihil

Quod excessus ciborum putrescere faciunt corpus. ibid.

Quod impossibile est illos sanos esse & diu viuere, qui carnium adipibus continue inuoluuntur. de consecratio. distin. 5. ne tales.

Quod abstinentia sanat morbos, quos superfluitas ciborũ contraxit. de consecrat. dist. 5. legimus.

Sapientia. Quod si sine vera sapientia quis æstimat se prudentem posse fieri, non prudens sed stultus est. 3 q. 7. qui sine.

Quod sapientia cum sobrietate est habenda. quia non oportet plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ. 53. d. st. sic rector. post med.

Quod tunc iustificatur sapientia a filiis hominum, quando ostẽdit nec in manducando nec in abstinendo esse iustitiam: sed in æquanimitate tolerandi inopiam. 41. dist. quod dicit.

Quod sapiens nulli nocere intendit. 6. q. 1. sapiens.

Quod sapiens sine peccato pretiosis vti cognouit. 41. disti. quisquis.

Quod sapiens prælationi & gubernationi competit. 84. dist. porro.

Quod stultus in culpa sapiens erit in pœna. 38. qui ea.

Satisfactio. Quod satisfactio pœnitentiæ est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. de pœ. dis. 3. circa principium.

Quod satisfactio est: vade, & amplius noli peccare. de pœn. distinct. 3. quamuis caute. §. hac auctoritate.

Quod peccator tũc satisfacit dũ pęnã iudicio ecclesiæ impositã factis exquirat. de pœnit. dist. 1. c. facilius §. hoc idem.

Quod tres sunt partes satisfactio

nis, eleemosyna, ieiunium, & oratio. de pœ. dist. 6. § 1. de qui bus tribus habes in suis locis.

Quod secundum quantitatē delicti satisfactio debet imponi. 12. q. 2. fraternitas. de pœn. distin. 5. falsas.

Quod publice peccantes publice satisfacere debent. 11. q. vltim. canonica.

Quod an quis possit satisfacere de vno peccato sine satisfactione aliorum. de pœn. distin. 3. scelератior. §. his. auctoritatibus.

Quod an sola contritione sine confessione quis possit Deo satisfacere. de pœn. dist. 1. sicui et iam, & multis. § seq.

De hac materia habes vbi agitur de Pœnitentia.

Saul. Quod Saul licet fuerit a Domino reprobatus, tamen Dauid sanctus reuerebatur eum. 2. q. 7. plerumque. §. de his.

Quod per Saulum intelliguntur prælati: & per Dauid subditi. 2. q. 7. cap. plerumque. §. item per Saulem.

Quod in hoc quòd Saul reprobatus populum iudicabat, innuitur quòd prælatus malus non est contemnendus quamdiu toleratur. 3. quæstione 7. capit. vlt.

Scandalum. Quod propter scandalum consuetudines terrarū (dummodo non sint contra animæ salutem) sunt seruandę. 12. dist. illa. Exemplum ibi de matre Augustini.

Quod Christus soluit tributum propter scandalum. 11. q. 3. inter verba.

Quod aliquando aliquid conceditur propter scandalum.

Quod aliquid aliquando conceditur propter scādalum, quod alias non concederetur. 95. distin. presbyteros.

Quod propter scandalum quandoque aliquid omittitur, quod de iure esset faciendū. 51. dist. aliquantos.

Quod scandalum quandoque surgit ex doctrina sana. 11. quæst. 3. inter verba.

Quod potius est a qualibet esca abstinendum, quam cum aliorum scandalo edendum, 23. q. 3 §. 2. ante fin.

Quod quandoque propter scandalum inconsueta tolerantur. 95. dist. peruenit.

Quod grauiter peccat qui proximum indebite scandalizat. 10. q. 3. cauendum.

Quod qui prælatum suum scandalizat, Deum cuius vicarius est scandalizat. 93. distinct. ille proculdubio.

Quod dantes occasionem scandali sunt rei eorum qui pereūt scandalo. 1 quæstio. 1. hi quoscumque.

Quod mystice loquendo membrum scandalizans sicut vxor vel propinquus est amputandum. 24. quęstione 3. illud. 28. q. 1. vxor.

Quod peruersus pędicator & doctor in Deum scandalizatur. 93. dist. ille proculdubio.

Quod infames prælati sunt propter populi scandalum remouen-

uendi.50.dist.de his vero.

Quod an perfectis liceat repetere sua propter scandalum. 23. q.3.§.1.ante fin.

Scientia Quod vera scientia est, per quam Christus inuenitur & noscitur. 37.dist.legimus.

Quod omnis ratio supernæ scientiæ vel terrenæ creaturæ in Deo est, qui est earum caput & auctor, qui hunc inuenit, nihil vltra quærat: quia quidqd alibi quæritur, in ipso perfecte inuenitur. 37.dist.legimus. post med.

Quod scientia pietatis est scire & intelligere nouum & vetus testamentum.37. distinctione si quis artem.

Quod quia sacerdotes sunt duces aliorum, eis scientia summe necessaria est: & quæ sunt, quæ præcipue scire debent, habes 38.dist quæ ipsis.

Quod scientiæ quæ curam animæ non habent, mittunt in errorem, & non valent ad salutem.37.dist.legimus.in fin.

Quod licet scientia triuii & quadriuii habeat in se veritatē nō tamen est scientia pietatis.27. dist.si quis artem.

Quod in vanitate sensus ambulant qui scientiis sæcularib. tātum intendunt.37.dist. c. nōne.circa med.

Quod scientia liberalium artium valet ad sacram scripturam intelligendā.37. dist. de quibusdam.& turbat.

Quod scientia philosophorum & poetarum non est legenda ꝑpter delectationem vel ornatū verborum 37.distin. turbat.§ cur ergo.

Quod illud dicitur quis vere scire quod audiuit vel vidit vel alias conscius fuit, & talis potest ferre testimoniū. 22.q.5. hoc videtur.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

Schisma. Quod schisma nomen Græcū est, & scissuram sonat.24. q.1. schisma.

Quod si quis ab apostolica sede diuisus est, schismaticus est. 23. quæstio. 5. non vos. ante medium.

Quod schismatici ecclesiam Dei lacerant.23.quæst.5. de Liguribus 24.quæstione 1.aduocauit.& c.vbi.

Quod schismaticus indiscissam domini tunicam infrusta dirūpit.23.q.1.quoniam.

Quod hæc est differentia inter schisma & hæresim, quia schisma ab ecclesia recedit, sed hæresis peruersum dogma defendit.24.q.3. inter hæresim.

Quod schismatici sunt æquales paganis & etiam peiores.7.q. 1.denique. post med. 24. q.1. non afferamus.

Item sunt in statu perditiōis. 24. q.1 quicumque.

Item sunt extra ecclesiam & corpus Christi.7 q.1.scire.

Quod schismatici nō habent sui officii executionem, quia non habent ecclesiæ vnitatem.7.q. 1.factus. & duobus c. sequen. 24.q.1.didicimus.

Quod schismatici infructuose sibi corpus Christi conficiunt.

24.qõ.1.schisma.& c.pudenda.
Quod schismatici quia Spiritum sanctum non habent, remissionem peccatorum dare non possunt. vigesimaquarta qõ. 1. dicimus.
Quod schismatici sunt damnandi & excommunicandi. 23.qõ. 5.de Liguribus.
Item vt per principes sęculares coerceri debent. 23.quæstione 5. non vos.
Item ad vnitatem ecclesiæ reuertantur sunt cogendi. 13. q.4.ipsa.in fin.
Quod de schismate reuertentes non sunt ad ordines promouēdi, sed in susceptis tolerandi. 1. q 1.omnis.
Quod schismatici dignitate & officio priuantur. 11.qõ.3. si quis presbyter. 23.q.5.non vos. circa med.
Item temporalibus spoliātur. 23. q.1.qui contra. 23.q.5. de Liguribus.
Item pœnis corporalibus puniuntur. 7.q.1.denique. circa fi. 23.q.5.de Liguribus.
Item in exilium relegātur. 23.q. 5.de Liguribus.
Item non est eis communicandum. 24.q.1.omnis.& c.seq.7. qõ.1.denique. 1.q 1. si quis inquit.
Quod vnitati non communicat qui schismaticis communicat. 24.q 1.schisma.
Quod fautores schismaticorum eadem pœna qua & ipsi sunt plectendi. 24.q.1.didicimus.

Scriptura. Quod scriptura sacra ē nouum & vetus testamentū. 9.dist. quis nesciat.
Quod in ea nil est improbandū vel respuendum. 4.distin. denique.
Quod non est trahenda ad eum sensum ad quem sibi quisque præsumit, sed ex ipsa scriptura sensum oportet capere veritatis 37.distinct.relatum. & capit.vino.
Quod scripturam sacram debet quis intelligere ex causa, ex psona, ex loco, & ex tempore, si non vult in labyrinthum impingere. 29. distin. sciendum. & c.seq.
Quod distinguenda sunt tempora vt concordetur scriptura. 2. q.1.si peccauerit.
Quod scriptura, qua quis scribitur in libro vitæ, fit secundum præsentem iustitiam vel præscientiam. de pœn. distin. 4.§. finis.
Quod secundum præsciētiam scribi est ad vitam æternā præ ordinari.ibid.
Quod secundum iustitiam scribi est ea operari, quorum merito fit dignus æterna salute. de pœnit.dist. 4.§.porro.
Quod scriptura sacra accipienda est & exponenda secundū proprietatem linguarum, in qua est edita. 38 dist.locutio.
Quod non arctatur sub regulis grammaticæ artis. 38. distin. locutio.
Quod non semper ad litteram, sed quandoque est mystice intelligenda. 23.q.1.nisi.
Quod scripturæ sensus est quadruplex, videlicet historicus, quando scriptura intelligitur sicut

ſicut litera ſonat, ſicut ſunt Iudæorum hiſtoriæ. 23. q. 1. niſi.

Item allegoricus, quando per id quod dicitur, ſignificatur quod iam factum eſt vel futurum eſt. ibid.

Item tropologicus vel moralis, quando ſcriptura ad mores conuertuntur. 37. diſt. vino.

Itẽ allegoricus, quando ſcriptura ad ſuperiora & ad cœleſtia reducitur. 76. diſt. ieiunium. circa finem.

Quod ſcriptura conciliorum & Romanorum Pontificum pro authentica eſt habẽda. 15. diſt. ſancta. 19. diſt. per totum.

Quod multa ſeruat vſus eccleſiæ licet in ſcriptura nõ inueniantur. 11. diſt. eccleſiaſticarum.

Quod Deus quandoq; reuelat aliter quam ſcriptura ſanctorũ tradidit. 9. diſt. noli. in fi.

Quod amans ſcripturas ſacras, carnis vitia nõ amabit. de cõſ. diſt. 5. numquam.

Quod omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnes modi poeticæ elocutionis, qualibet varietas decore pronunciationis ornata, a diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. 37. diſt. legimus. §. 2.

Quod an licet clericis ſtudere in ſcripturis philoſophorum & poetarum. 37. diſt. per totum.

Quod qui aliter ſacrã ſcripturam intelligit quam ſpiritus ſanctus flagitat, hæreticus eſt. 24. q. 3. hæreſis.

Item ipſam male exponentes dicuntur falſi prophetæ. 37. diſt. vino.

Quod ſecundum eam grauia vel leuia penſantur, quia eſt ſtatera. 24. q. 1. non afferamus.

Qđ ſcriptura requiritur in multis, videlicet, in hæreſis abiuratione. de conſe. diſt. 2. ego Berengarius. 2. q. 1. legum.

Item in legatione, vbi requiritur ſcriptura miſſionis. 97. diſtin. nobiliſſimus.

Item in electione quæ debet fieri in ſcriptis & proferri. 63. diſt. quanto. 2. q. 1. legum.

Item in excommunicatione, quæ debet fieri in ſcriptis. 11. qõ 3. curæ. 2. q. 1. legum

Item in ſententiæ prolatione, quia aliter ſententia non habet vigorem. 2. q. 1 in primis. §. ſi quis, in fi. & c. ſtatutis. & c. legum.

Item in publici criminis accuſatione. 2. qõ. 8. quiſquis. & q. 1. legum.

Item in ciuili conuentione. 3. q. 3. §. offeratur.

Item in appellatione. 2. q. 6. poſt appellationem.

Item in extraneorũ clericorum ſuſceptione. 98. diſt. nullus. & c. tranſmarinos.

Item in rerum eccleſiaſticarum venditione. 12. qõ. 2. ſine exceptione. 10. q. 2. caſellas.

Item in baptizandorũ ſuſceptione, vbi nomen in ſcripis dari debet. 2. q. 1. legum. de conſe. diſt. 4. baptizandi.

Item in regularis voti profeſſione. 27. q. 1. omnes feminæ. 20. q. 1. vidua.

Item in expoſitorum puerorum collectione. 87. diſtin ſi expoſitus.

Item in pœnitentiæ datione. 30.

q.5.qualis.in fin.

Item in prælatorum ad synodum non venientium excusatione. 18 dist.placuit.

Item in illorum qui impetuntur citatione.5.q.2.§.1.& c.1.

Item in prælaturæ renunciatiõe. 7.q.1.sicut vir §.ecce.

Itẽ in seruorum ordinatione. 54. dist.nulli.

Itẽ in reconciliatione.2.q.1.legũ.

Item in ordinatione, quia ordinati debent scripturam quæ formata dicitur, ab ordinatore accipere.73.dist per totum.

Item in constitutionis promulgatione. 35.qõ. 9. quod quis. 96. distinctio. bene quidem circa medium.

Item in seruorũ ab episcopo manumissione. 12.q.2.episcopus qui mancipium.

De scriptura habes vbi agitur de Sententia, & de Subscriptione.

Scrutinum. De scrutinio habes vbi agitur de examinatione.

Securitas. Quod vbi est perfecta dilectio, ibi est securitas. 24. qõ.1. non turbatur.

Quod securitas conscientiæ in tribulationibus releuat. 24.qõ.1. non turbatur.

Quod in vltimo fine pœnitentib. de consecutione æternæ felicitatis securitatem dare non possumus. de pœn.dist.7.circa prin.

Sedes. Quod sedes apostolica est prima auctoritate & dignitate, licet Antiochena sit prior tempore. 21.distinct.nunc autem.24.q.1.rogamus 9.quæstio. 3. nemo. & c.seq.

Quod ipsa est maior in iudiciis auctoritate.9.q.3.patet. & c.ipsi sunt.

Quod constitutiones huius sedis ab omnib. sunt seruandæ. 11. dist.consequens.

Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare.17.q.4. nemini.21.dist.nunc autem.

Quod Christianus peccatum infidelitatis incurrit, qui sedi apostolicæ obedire contemnit.81. dist. si qui, in fi. 93. dist. qui cathedram.

Quod in dubiis & arduis ad sedẽ apostolicam est recurrẽdum. 17.distinct.nec licuit. & duobus cap. sequ. 16.quæstione 1. frater, post med. 24.quæsti. 1. rogamus.

Quod in libris & opusculis quidquid approbauit sedes apostolica, est tenendum.19.distin. si Romanorum. vsque ad c. ita.

Quod sine auctoritate sedis ipsius generale non celebratur concilium. 17. distinctio. per totum.

Quod immediate sedi apostolicæ subiecti (maxime qui propinqui sunt) annue se debent præsentare. 93.distin.iuxta. & §.præcedenti.

Quod sine sedis huiusmodi iudicio episcopi non possunt condemnari.3 q.6.accusatus.& c. seq.9.q.3.antiquis.

Quod male damnati per ipsam restituuntur.9.quæst.3.fuit. & c.fratres.

Quod

Quod sine sedis apostolicæ auctoritate nullus episcopus sedē suam audet mutare. 7. qō. 1. mutationes.

De hac matèria habes vbi agitur de Ecclesia Romana, de Papa, & Apostolica sede.

Item hæc sunt quæ reseruātur ecclesiæ Romanæ & Apostolicæ sedi.

Iudicium episcoporum.3.q.6.dudum.

Item restitutio depositorum.2.q. 6.ideo huic.

Item congregatio conciliorum. 3.q.6.dudum.

Item restitutio clericorum.1.qō. 7.conuenientibus.

Itèm exemptio episcoporum.16. q.1.frater.18.q.2.luminoso.

Item quæstio fidei.24.qō.1.quoties.

Item abrenunciatio episcopatus. 6.q.3.denique.

Item mutatio episcoporum. 7.q. 1.mutationes.

Item episcopatuum diuisio & vnio.16.q.1.& temporis.

Item pallii datio.100.distin.quoniam.

Item absolutio excōmunicationis factæ ex sede.21.dist.inferior.16.q.1 frater.

Item antiquorum canonum & scripturarum interpretatio.17. dist.nec licuit.

Item famæ restitutio.2.q.3.Paulum.§.hinc autem colligitur.

Item cum simoniacis dispēsatio. 2.q.3 Paulum.

Item maiorū & difficiliū quęstionum discussio.17.dist. multis.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia Romana, & de Papa, & de Dispensatione.

Quod sedes quatuor patriarchalium ecclesiarū sunt istæ, Constantinopolitana, Alexādrina, Antiochena, & Hierosolymitana. 22.dist renouantes.

Quod Constātinopolitana sedes licet vltima fuerit tempore, tamen propter dignitatē trāslati imperii ex statuto concilii post Romanam sedem primū obtinet locum.22.dist.sacrosanctā §.hac.& ca.seq.§.hinc. & §.diffinimus

Quod Alexandrina sedes, quam beatus Marcus euangelista ad honorē S. Petri instituit olim post Romanam prior fuit, & post illam secunda fuit Antiochena, in qua resederat beatus Petrus antequam Romam venisset. 22.dist. sacrosancta.

Quod sedes episcopales non in villis vel castellis, sed in maioribus locis debent cōstitui.80. dist.per totum.

Quod beatus Petrus apostolus vbi pagani habebant archiflamines, fecit institui archiepiscopos.80.dist.in illis.

Quod sedes episcoporū non longo interuallo debent distare, vt ad consecrationem archiepiscopi citius possint venire. 80.distinct. non debere. § sedes.& c.seq.

Quod vbi non fuit sedes episcopalis de nouo non debet institui, nisi fidelium excreuerit multitudo.16.quæst.1.pręcipi-

mus.& c.felix.

Item nisi gens noua ad fidem cõuertatur.99.dist.nulli.

Quod episcopales sedes ex causa auctoritate apostolica mutantur de loco ad locum, videlicet propter Barbaricam incursionem.7.q.1.temporis.

Item ex causa vniuntur, videlicet propter alterius loci desolationem.16.q 1.& temporis.& c. seq.

Item ex culpa auferuntur, videlicet propter episcopi occisionẽ. 25.q.2.c.vlt.

Senes. Quod senes in scriptura sacra dicuntur sapientes.84.dist porro.

Qđ primitus Abrahã dictus est presbyter, id est, senior.

Quod non propter senectutem vel decrepitam ætatem, sed ꝓpter sapientiam presbyteri dicuntur senes.

Quod gloria senum est canities: & canities sapientiã designat.

Quod quadruplex est senium, videlicet naturæ, & hoc tendit ad defectum.86.dist.tanta.13. q.2.illud.

Item senium gratiæ.48.distinct. porro vbi dicitur, ꝙ canities senum prudentia est. & hoc senium ad perfectum ducit.20. dist.de quibus.42.qõ.2. ancillam.

Item est senium culpæ, & hoc ducit ad interitum.2.q. 7. Paulus dicit.

Item est senium æternæ gloriæ, & hoc ducit ad æternum præmium; de quo dicitur, Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.

Quod senes quanto morti viciniores, tanto debent esse puriores 86. distinctione tanta nequitia.

Quod mali senes a suis prælatis sunt durius arguendi.86. dist. tanta.

Quod præsumendum est de sene bono, bonum.18. quæstio. 2. diffinimus.

Quod senectus aufert incontinẽtiæ suspicionem. 34. dist.fraternitatis.

Quod senectus decrepita reddit ad episcopatum inhabilem. 85.distin.archidiaconum Florentinum.

De Senio & Senectute habes vbi agitur de Antiquitate.

Sententia. Quod sententiam Papa cũ magna deliberatione debet ꝓferre.35.q 9.apostolicæ.

Qđ sentẽtia aut pro consideratione temporum, vel ætatum, vel propter subreptionem, vel grauem necessitatẽ potest in melius commutari.34.q.9.sentẽtiam.& c.veniam.

Item Papa sententiam suorũ prædecessorum potest in melius commutare.35.q.9.loci.§ his ita.in fin.

Quod sententia quæ in se nõ valet, confirmata per superiorẽ valet.16.quæstione 6.si episcopum.

Quod sentẽtia debet dari in scriptis.2.q.1.in primis, in fi.& c. legum.

Quod ad sententiam dandã pro modicis causis non requiritur scriptura.11.q.1.si quis cum.

Quod non secundum propriam vo-

voluntatem, sed secundum leges est proferenda.11.q.3.summopere.

Quod etiam præsentibus partib. ante plenam negotii discussionem non est sententia ferenda.30.q.vlt.iudicantem.

Quod in re dubia non debet dari certa sententia. 11. quæstio. 3. graue.

Quod non est danda sententia nisi post plenam inuestigationẽ veritatis.11.qõ.3.summopere. & c.graue. & quattuor capitu. seq.

Quod sententia rite data ab omnibus est tenenda.6.qõ.4.si Metropolitanus.§.sed. & cap. si quis episcopus.35.q.9.c.1.11. q.3.nemo contemnat.

Quod iudex debet eam ferre cũ mentis tranquillitate, non in furore.11.qõ.3.illa. & tribus c. seq.

Quod sententia sub conditione non est proferenda.2.quæsti. 6.biduum.

Quod sententia diffinitiua obtinet auctoritatem rei iudicatæ. 2.q.6.biduum.ante fi.

Quod sententia plurium debet præualere.79.dist.si transitus.

Quod sententia quandoque est iniusta ex animo proferentis, sed iusta est ordine & causa: & aliquando iusta ex animo, sed non ordine vel causa: & aliquñ est iusta ex animo & ordine, sed non ex causa.11 q.3.episcopus presbyter.§.seq.

Quod sententia lata quandoque non tenet, videlicet quando p appellationem intra certum tempus releuatur.35.quæst.9. loci.§.seq.

Item quando in arduis causis in scriptis non datur.2.q.1.in primis.in fin.

Item quando a non suo iudice fertur.3.q.8.accusatores.9 qõ.2. c.1.& c. episcopum.11.qõ.1. in clericorum.

Item quando ab vno solo iudicũ, cum duo fuerint delegati, fertur 2.quæstio.6. si quando. §. diffinitiua.

Item si cõtra ius scriptum fertur.

Itẽ si iudices fines statuti vel mandati excedunt.

Item si contra prius iudicata lata fuerit.

Item si index pretio corruptus eã tulerit.

Item si parte non contumaciter absente lata fuerit.3. qõ.9. per totum.

Quod non debet sustinere pœnã canonicam in quem non est prolata canonica sententia.11. q.3.non debet.

Quod iniqua sententia est reuocãda. 24.q. 2.sane profertur.

Item si per falsas probationes & per surreptionem lata est, est retrahenda.35.q.9.veniam, & tribus c.seq.

Quod sententia excommunicationis, siue iusta siue iniusta, timenda est. vndecima quæstione 3.quibus. & cap. episcopus. & §.si ergo.

Quod iniusta nocet potius ferenti quam patienti.11.qõ.3.illud. 24.q. vlt. si quis non. & quattuor c.seq.

Quod non est ferenda sententia quando multitudo est in causa 23.quæst.4.cap. si quis po.

testatem.§. si mulier.

Quod est sententia suspensionis quantum ad officium & beneficium.7.q.1. si quis in.

De qua materia habes ubi agitur de Suspensione.

Quod differtur sententia & executio per triginta dies, cũ princeps vel aliquis alter aliquem ad mortem condemnant. 11. q.3.cum apud.

Item differtur per decẽ dies quoties appellatio admittitur. 2. q.6.interiorum.

Item quousque grauida ad mortem condemnata pareat, quia aliter committeretur homicidium.2.q.4.consuluisti, in fi. 32.quæstione 2. quod vero nõ formatum.

Item quousque princeps assignauerit insulam illi, qui in exiliũ debet relegari.2. quæst. 6. biduum.post med.

Item quousque condemnatus seruus reddat Domino suo de peculio rationem 54.distinct.generalis.

Quod Deus nouit mutare sentẽtiam.22.q.4.vnusquisque.

Quod Deus non mutat sententiam in homines, sed in opera, quia hominibus non irascitur, sed vitiis.de pœni. dist. 1. si agamus.

De hac sententia habes ubi agitur de Excommunicatione, & de Iudicio.

Separatio. Quod hæretici & schismatici, ab ecclesia sunt separati, & ideo non habent Spiritum sanctum. 24.q.3.de illis.

Quod mali Christiani corporaliter sunt in ecclesia, sed perpessimam vitam separantur.

Quod tuoe peccatores a Christi corpore separantur eũ per excommunicationem tradũtur Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. 11.q.3.audi.

Item aliqui separantur ab ecclesia per sententiam, qui sunt extra.24.q.vlt. cum aliquis.

Quod nil sic debent formidare Christiani quã separati a corpore Christi, qui hoc non est membrum eius. 11. quæst. 3.nihil.

Quod separati a corpore Christi sicut membrum præcisum virtutem spiritualem non habẽt. 1.q.1.corporalia. Notent hoc obstinati in malitia.

Quod nos debemus separari a malis præcepto Domini, qui dicit, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus.2.quæstione 1. si peccauerit.

Item mandato apostoli qui dixit, hæreticum post primam & secundam correctionem deuita.24.q.3 dixit.

Item consilio Moysi qui dixit: Separamini a tabernaculis impiorum, ne pereatis.1.q.1.si quis inquit, ante fin.

Item statuto concilii quod separat Iudæos a Christianis.28.q.1.Iudæi.

Item exemplo Cypriani, qui separatus fuit a Lucifero hæretico. 24.q.1.aduocauit.

Item exemplo Polycarpi martyris, qui a Cerintho & Marchione separatus fuit.24.qõ.1.omnis qui.

De

De hac materia habes vbi agitur de Excõmunicatione.

Sepultura. Quod nomine sepulturæ aliquando significatur terra ꝓ ampliatione cœmeterii & sepulturæ, & licet pro ea accipere. 12. q. 2. autum. 24 q. 8. secundum canonicam.

Item nomine sepulturæ quandoque significatur officium sepeliendi, & non licet aliquid accipere. 13 quæstio. 2. præcipiendum.

Item nomine sepulturæ quandoque significatur terra cœmeterii, & pro illo non licet aliquid accipere. 13. q. 2. questa. & tribus cap. seq. 1. qõ. 1. dictum est solere in quibusdam.

Quod ius sepulturæ est ius competens ecclesiæ ad sepeliendũ in cœmeterio suo, & prouenit ex episcopi assignatione. 13. q. 1. ecclesias.

Item hoc spectat parochialibus ecclesiis, vel quibus iure vel priuilegio est concessum. 13. qõ. 1. ecclesias.

Quod vbicumque sepeliatur, domini est terra & plenitudo eius. 13. q. vlt. vbicumque.

Quod officium deuotæ sepulturæ bonæ fidei est testimoniũ. 13 quæstio. 2. non æstimemus. ante fin.

Quod in sepulturis Christianorũ requies est defunctorum. 13. q. 2. ante fin.

Quod prodest mortuis habere signa sepulturæ suæ quæ inspicientes amici pro eis preces effundant domino. 13. q. 2. cum gratia.

Quod intra ecclesiam & maxime iuxta altare vbi corpus Christi conficitur, nullus est sepeliendus. 13. q. 2. præcipiendum.

Quod possunt in ecclesia episcopi sepeliri, vel abbates, vel eminentis vitæ presbyteri vel laici. 13. q. 2. nullus.

Quod prodest homini inter bonos & iustos defunctos sepeliri. 13. q. 2. cum gratia. & capit. animæ. & c. non æstimemus. in fin.

Quod peccatoribus plus obest se peliri in sactis locis quam prodest. 13. q. 2. quibus & capit. cũ grauia.

Quod quocumque modo seipsos occidentes non solum carent ecclesiastica sepultura, sed etiã nec in psalmis nec in aliis debet eis aliqua solẽnitas exhibe ri. 13. q. 2. placuit.

Item similiter debet pro illis fieri qui sine pœnitentia pro suis sceleribus occiduntur ea. fatendum.

Item vsurarius excommunicatus etiam minori excommunicatione, si absolutionem viuens non petiuit. 24. q. 2. sane.

Item prædones manifesti etiam si penitentes moriantur, si habent vnde satisfacere possunt, nec ipsi nec heredes satisfacere pro eis volunt. 24. q. 2. sane.

Quod quilibet in peccato mortali moriens, in cœmeterio non est sepeliendus. 13 q. 2. quibus.

Quod in patibulo mortis, si pœnituerint, non est neganda sepultura. 13. q. vlt. c. vlt.

Quod sepultura potest eligi. 12. q. 2. bonæ.

Quod ad eligendam sepulturam locus debet inducere solennior, sicut est episcopatus, vel religiosorum monasterium. 13. qō. 2. vbicumque temporum.

Quod episcopus etiam in minori & minus religiosa ecclesia potest eligere sepulturam. 12. q. 2. bonæ.

Quod nullus debet sepulturā parentum superbia vel odio deserere. 13. q. 2. placuit.

Quod filii emancipati a patribus libere eligunt sepulturam. 13. q. 2. §. econtra.

Quod an ecclesia in qua parētes sepulti sunt, possent vendicare corpora filiorū. 13. q. 2. Ebron. & c. seq.

Quod coniugati (vt videtur) in vno sepulchro debent sepeliri. 13. quæst. 2. capit. 1. §. nunc. & c. Ebron.

Quod vxor mortua si non elegerit sepulturam, cum marito debet sepeliri. 13. q. 2. capitu. 1. §. nunc autem quæritur. & cap. Ebron. & c. vnaquæque.

Quod mulier si plures viros habuit, & sepulturam non elegerit, videtur quod cum vltimo viro debeat sepeliri. 13. q. 2. vnaquæque.

Quod extraneus quilibet vbi elegerit, ibi sepelietur. 13. q. 2. vbicumque. §. quia.

Quod extraneus si non elegerit, in episcopatu vel parochia sepelietur 13. quæstione 2. vbicū que.

Quod indigena si elegit locum magis religiosum, ibi sepelietur. 13. q. 2. illud. §. quia. & cap. vbicumque.

Item si elegit minus religiosum quia videtur hoc facere ex odio vel supbia, non habebit. 13. q. 2. placuit.

Quod indigena si de corpore nō disposuit, sepelietur cum propinquis, vel vbi decimas persoluebat. 13. q. 2. Ebron. & c. vbicumque.

Quod violans sepulturam, infamis efficitur. 6. quæstione 1. infames.

Quod qui sepelit corpus alienū, non solum sepultū, sed omnia quæ consequenter habuit, tenetur restituere. 2. quæst. 2. omnes.

Quod ecclesia parochialis vbi sacramenta participauit de mortuo alibi sepulto dēt ius suum habere, id est canonicam portionem. 13. q 1. ecclesias, per totum.

Quod canonica portio est danda secundum consuetudinem terrarum, vt vitetur scandalū, arg. 12. dist. illa. 76. dist. vtinā.

Sequestratio. Quod lite pendē te fructus sequestrantur. 2. q. 6. quoties post. 11. quæstio. 1. quia res.

Quod sequestrantur res cum appellatur ab executione. 2. q. 6. quoties post.

Item cum aduersarius fructus dilapidat. 3. q. 2. quia ea.

Item legitime appellanti. 2. q. 6. biduum.

Item de adulterio accusanti. 4. q. 4. §. aliquando.

Seruitus. Quod duplex est seruitus, videlicet corporalis & spiritualis.

tualis.12.quæst. 2.cum redem
ptor.

Quod seruitus inducta est ex iure gentium. 1. dist. ius gentiũ.

Item de iure diuino 35. dist. vino lentum.

Item iure constitutionis. 7.dist.§. 1.de seruo empto agitur de quo statutum fuit quod sex annis seruire debuit, & in septimo anno liber exire.

Item iure canonico est approbata.17.q 4.id constituimus.

Quod ante diluuium inconcussa fuit libertas, nec obsequia seruitutis a consortibus exigebãtur.35.distinctione 6.post medium.

Quod seruitus non esset si ebrietas non fuisset.ibid.

Quod clericus episcopo suo insidias vel iniurias inferens, in seruitutem perpetuam curiæ est tradẽdus. 11.q.1.statuimus. 3.q.4.clericus.

Quod concubina diaconi vel sacerdotis a principe in seruitutem est redigenda. 35.dist. eos qui.

Quod meritorium est libertatẽ dare seruis.12.q. 2. cum redẽptor.

Quod serui ecclesiæ angariis sæcularium iudicum molestari non debent.12.quæst.2.ecclesiarum.

Quod ecclesiæ serui etiam benemeriti sine compensatione nõ debent dari libertati.12.q. 2.si quis.& c.episcopus qui.

Quod serui ministris eiusdem ecclesiæ gratis possunt dari. 12. q.2.ecclesiasticis.

Quod libertati dati si non fuerint grati, in seruitutem redigãtur. 12.q.2.episcopus qui.

Quod frequentius fugitiui possunt vendi.12.q 2.fugitiui.

Quod si seruus promouetur sciẽte domino & non contradicẽte, remanebit in ordine promotus, sed episcopus vel qui eũ præsentauit, duplum restituet. 54.dist.si seruus absente.

Item si præsens est Dominus & consentit, eo ipso seruus liber efficitur.4.distinctio. si seruus sciente.

Item si Dominus est absens siue præsens, & scit & tacet, videtur consentire.ibid.

Quod si Dominus nescit promotionem serui intra annum poterit reclamare & reuocare.ibidem.

Quod seruus indebite promotus si infra diaconatum fuerit degradatus, ad pristinum statũ reducitur. 54. distinct. nullus. & c.seq. & c. si quis obligatus. & c.de rebus.§.cæterum.

Quod seruus monachus factus inscio Domino, intra trienniũ nõ debet profiteri. Intra quod tempus si non requiritur, libere monachus remanebit. 54. dist.si seruus sciente.

De hac materia habes vbi agitur de Ordine, & de Clericis.

De Seruitute habes vbi agitur de Libertate, & de Libertis, & de Manumissione.

Quod spiritualis seruitus peccati relaxata est per incarnationem Christi.12. qõ.2. cum redemptor.

Quod clericus qui altari seruit, de altari viuere debet. 12. q. 1. clericus qui & c. seq.

Quod principes & prælati Deo seruiunt bene viuendo, & fideliter subditos regendo. 23. quæ. 4. si ecclesia. in fin.

Seueritas. Quod seueritas non animo sęuiendi est exercenda, sed animo medendi. 86. distin. odio. & c. seq.

Quod in delinquentes seueritas cum benignitate est temperanda. 45. dist. disciplina & c. sunt. & cap. seq. 23. q. 4. quid faciet. & c. quod Christus.

Quod sicut contumacibus seueritas est ostendenda, sic humilibus & pœnitentibus locus veniæ non debet denegari. 2. q. 5. quanto. in fin.

Quod melius est cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere. 5. q. 5. non omnis.

Quod prælatus officium seueritatis diligentissime implet, qui non ex odio, sed ex dilectione subditum corrigit. 23. quæ. 4. ita plane.

Quod propter multitudinem & plurimam stragem detrahendum est seueritati. 50. disti. vt constitueretur. 24. quæ. 4. cum quisq;. & c. ipsa pietas, ante fin.

Quod vbi schisma non timetur, non debet dormire seueritas disciplinæ. 23. q. 4. cum quisq;. & c. quidam. in fin.

Quod vbi fidei subuersio & ruina fratrum timetur, nerui seueritatis non debent dissolui. 50. dist. absit.

Quod dignum est, vt seueritatẽ ecclesiasticæ disciplinæ sentiat qui sanctorum patrum instituta seruare contemnit. 55. distin. nullus. in fin.

Quod qui Dei & sanctorum patrum contemnit mandata, iustum est, vt seruioribus corrigatur vindictis, vt ceteri sumant seueritatis & honestatis exemplum. 23. q. 3 iustum.

Quod prælati quandoque verentes peccantium linguas, seueritatis in corrigendo efficiuntur immemores. 45. dist. sed illud.

Quod quanto maius est peccatũ, tanto maiori seueritate est corrigendum. 1. quæ. 3. ex multis. circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Austeritate, & de Correctione.

Sigillum. Quod quęlibet ecclesia cathedralis vel collegiata debet habere sigillum, & hoc dicitur sigillum capituli. 73. distinct. in nomine, in fin. 19. quæstio. 3. statuimus.

Signum. Quod per facta & verba notificatur aliis dispositio cordis. de pœnit. dist. 2. quęrendum.

Quod quamuis sint vera quædã, non tamen sunt credenda iudici, nisi certis signis demonstrentur. 11. q. 3 quamuis.

Quod speciale signum filii Dei fuit, quod Spiritus sanctus descendens mansit super eum. de pœniten. dist. 2. quærendum.

Quod tunc signum est Spiritum sanctum ad tempus in sanctos ve-

venisse, cum signa miraculorum per ipsos facta patefacta sunt.

Quod aliqui dæmones videntur signa facere, & non sunt. 26. q. 5. nec mirum. circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

Silentium. Quod cult⁹ iustitiæ est silentium. 5. q 4 in loco.

Quod indiscretum silentium prę lati est dum eos qui erudiri poterant, timore derelinquit. 43. dist. sit rector.

Quod simplex conuersatio absque sermone quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. 43. dist. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Taciturnitate.

Similitudo. Quod homo ad similitudinem Dei creatus est, Angelo vero plus homine attribuitur, quia non dicitur ad similitudinem Dei conditus, sed signaculum similitudinis. de pœ. dist. 2. quod vero reprobi. post med.

Quod similes fuerunt Petrus & Paulus deuotione & merito. 2. q. 7 beati.

Simon. Quod Simon magus fuit ex Iudæa natus. 32. qō. 4. recurrat. circa med.

Quod Simoni baptismum simulatione acceptum nō profuit, quia post non pœnituit. 27. distin. quod interrogasti.

Simonia. Quod simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliqd spirituale. 50. dist. studeat.

Quod simonia committitur prece vel pretio vel obsequio. 1. q. 1. ordinationes: & capit. sunt nonnulli.

Quod nullum vitium sic respicit iniuriam Dei, & ideo inter alia illud grauius corripuit. 1. q. 1. quibusdam.

Quod simoniaca hæresis ante omnes alias hæreses pullulauit. 1. q. 1. cum liqueat.

Quod Giezi in veteri testamento, & Simon magus in nouo principium fuerunt simoniæ 1. q. 1. qui studet.

Quod in commissione simoniæ quantitas est attendenda. 1. q. 1. iudices. post med.

Quod paruæ res, sicut esculenta, non videntur inducere simoniam.

Quod vt omnis suspicio simonię vitetur, non pastillum pro aliquo spirituali detur. 1. q. 3. si qs obiecerit.

Quod sine pacto datum munus potest accipi. 1. quæst. 1. quidquid.

Quod tam dans quam accipiens aliquid pro spirituali, committit simoniam. 1. q. 1. quos constiterit.

Quod per carnales preces cōmittitur simonia. 1 q 1. sunt nonnulli. & tribus c. seq. 8. q. 2. capit. 1.

Quod pro digno preces fundere non est simoniam committere. 1. q. 1. latorem.

Quod ille prælatus simoniam cō mittit, qui non nummo pretii, sed nummo fauoris or-

dinem vel beneficium tribuit. 1.q.1.sunt nonnulli.

Quod ille simoniam fugit, qui manus suas ab omni munere excutit.1.q.1. sunt nonnulli.& c.seq.

Quod simonia licet sit execrabile vitium,tamen heu nimis est vsitatum.1.quęstione 1.reperiuntur.

Quod simoniacus sicut non habet spirituale quod pro temporali emit,sic nec temporale potest retinere quod pro spirituali dedit vel accepit. 1.qõ.1. qui studet.

Quod simoniaci si non renuntiant & pœnitent, in æternum peribunt.1.qõ.1.si quis neque.

Item adeptis priuantur.1.quæsti. 1 pesbyter si.

Item excommunicantur.1.qõ. 1. quicumque sacros.& c qui studet.

Item deponuntur.1.q.1.si quis episcopus.& quinq; c.seq. & q. 3.ea quæ.& capit.ex multis.& q.7.si quis omnem.

Item hæretici reputantur. 1. q. 1. quicumque.& duobus cap.sequen.

Item a quibuscumque personis tamquã hæretici accusantur. 6.q.1.quæro ergo,& §.porro. & §.sed cum omnes.

Quod simoniacus ipso iure videtur excommunicatus,& a participatione sacramentorum segregandus.1. quæst.1.reperiuntur.

Item quandoque corporaliter puniuntur.1.q.1.qui studet. Exemplum ibi de Giezi qui lepra percussus fuit.

Item officium suum nõ iuste exequitur.1.q.1. quicumq; sacros, & c.qui perfectionem.

Item sacramenta indigne largitur.1 q.1. quicumque sacros.

Item sacerdos non merito, sed nomine tantum dicitur. 1.q.1. cap.2.

Quod aliquod munus dare pro prębenda vel dignitate,est graue peccatum.1.qõ. 6.per totũ.

Quod emens vel vendens prælaturam, prauitatem incurrit simoniacam,& æternã damnationem.1.q.1.presbyter si.

Item tam ea quam ordine suo priuatur.cap.reperiuntur.& cap. sanctorum.

Item præbenda simoniaca cum salute animæ non potest retineri. 13.dist.nerui.§.alius.

Quod prælatura per simoniã vel multam ambitionem adepta, etiam si moribus non offendat, malo exitu terminatur, quia difficile est,vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.1.q.1. principatus.

Quod vbi prælatus per simoniã vel ambitionem intrat,ibi populi plus timenda est calamitas quam salus.1.q. 1. fertur.§. vulnerato.

Quod simoniace scienter beneficium habens, de rigore iuris priuandus est eo. 1.q.1.presbyter si.& q. 4. ea quæ. & capit. ex multis. in principio.& in fine.& cap.si quis episcopus præbendas.& cap.si quis dator. 1. quæst 3.

Quod pro omni spirituali date temporale,simoniacum est. 1. q.1.

q.1.quidquid.in prin.

Quod pro habēdo regimine quarumcumque domorum religiosarum vel hospitalium dare aliquid simonia est.1.qō.3.si quis præbendas.

Item pro œconomatu vel vicaria dare vel recipere.1.q.1. si quis episcopus.

Item pro quocunque officio ecclesiæ, vel pro administratione rerum ecclesiasticarum. 1.q.3. Saluator.post med.

Item pro iure percipiendi oblationes vel decimas.1.q.3.quia situm.& c.seq. & c.si quis obiecerit.& c.Saluator. post med.

Item pro ecclesiis dedicandis. 1. q.3.si quis præbendas. & q.4. ecclesia.

Item pro ecclesiarum primorum lapidum fundatione. 1.quæst. 1.nullus episcopus.

Item pro baptismo & consignatione.1.q.1 baptizandis.& ca. quidquid.& c.seq.

Item pro chrismate vel confirmatione.1 q. 1. placuit vt nullus. & c.dictum est.& c.seq.

Item pro Eucharistiæ datione. 1. q.1.dictum est.

Item pro sepulturæ exhibitione.

Item pro quibuscunque ecclesiæ sacramentis collatione. 1. q.1. quidquid.

Item pro interdicti officii restitutione. 1.quæstione 1.nullus episcopus.

Item pro debiti officii executione.1.q.3.non solum.

Item pro scriptura vel auxilio in alicuius ordinatione. 1. qō. 1. sicut.

Item pro sententiæ iustæ (maxime a prælato) prolatione. 1. q. 3.vendentes.

Quod simonia etiam committitur, cum prælati accusatio ex pacto suspenditur. 2.qō.3 Euphemium.

Quod collocator beneficii simoniace ab officio suspenditur. 1. q.3. si quis præbendas.

Item conferens prælaturam simoniace, si non pœnitet pergit ad gehennam.1.q.1.cito.

Item a dignitate deponitur.1.qō. 1.reperiuntur.& quæ.3. si quis præbendas.

Item sacrilegus est excommunicatus.1.q.3. audiuimus.

Quod simoniaci in ordine acrius quam alii simoniaci dānantur.1.qō.1. quisquis. & c.quos constituerit.1.quæstione 3.vendentes.

Quod quandoque simoniaci simoniace ordinantur, & cum illis non dispensatur, sed potius a proprio gradu cadunt. 1. q.1.statuimus.

Item quandoque simoniaci simoniace a non simoniacis ordinantur, & hi etiam cadunt ab ordine. 1. quæstio. prima. statuimus.

Item quandoque simoniaci non simoniace a simoniacis ordinantur,& hi misericorditer, in ordinibus tolerantur. 1.qō.1. statuimus.& c.seq.

Quod in ordine simoniaci, hæretici reputantur. 1.quæstione 1. presbyter.

Item excommunicantur. 1. qō.1. quicumque sacros.

Item deponuntur.1.q. 1. si quis episcopus per pecuniam, &

quattuor.c.seq.

Item executionem officii non recipiunt neque habent. 1.qō.1. quicumque sacros.& c.gratia. & c.ordinationes.& cap. quibusdam.

Item si celebrant,pollutum sacrificium offerunt. 49.distin.sacerdotes.

Quod simoniaci ordinationes (etiāsi fideles videantur) infideles sunt.1.q.1.cum omnis.

Quod ipsi tamquam seruum suū Spiritum sanctum vendunt:& ideo proditori Iudæ,qui Christum Iudæis vendidit, assimilātur.2.q.1.eos qui.

Item anathematizantur.1.q.1.placuit vt.

Item deponuntur.1.q. 1. si quis episcopus per pecuniā. & duobus cap.seq.& capit.quicumque sacros.

Quod mediator simoniæ infamis efficitur. 1. quæst.3.si quis præbendas.

Item si clericus est, deponitur.1. q.1.reperiuntur.

Item si laicus est,excommunicatur.1.q.reperiuntur.

Quod varia dispensatio est circa simoniacos: nam dispensatur cum eis, vt tantum laicam habeant communionem, quando scilicet a simoniacis sciēter in contemptum ecclesiæ promoti celebrauerunt. 1.quæst. 7.cap.1.

Item dispensatur, vt tantum in minoribus ministrent, quando, scilicet ad alias ecclesias transferri non possunt, sed in ea quam emerunt, canonice viuere promittunt. 1.qō. 5. c.1.

Item dispensatur, vt remaneant in susceptis quando non in ea quam emerunt,sed in alia ministrare volunt. 1. quæstio. 5. cap.1.

Item dispensatur, vt ascendant ad superiores, quando insciis ipsis, aliis pro ipsis simoniam commiserunt. 1. quæstione 5. cap.1.

Simulatio. Quod vbi ē periculū animæ, licet quandoque vtilitatis causa simulationem prætēdere.22.qō.2. vtilem. Exemplum ibi de Iehu rege Israel.

Quod ipse Deus simulauit se voluisse immolationē Isaac quā præceperat, & postea prohibuit. 22. quæstione 2. si quælibet.§.quandoque.

Item Abraham in Ægypto Sarā vxorem simulauit sororem suam esse, nec tamen peccauit.22.q.2.quæritur.& §.proximo.

Item Iacob simulauit se esse Esau primogenitum Isaac.

Item iustum bellum habentibus quandoque contra hostes expedit simulatio.23.q.2.Dominus noster.

Quod nulli præiudicat dolosa simulatio.22.q. 5.quacumque.

Quod baptismus simulatorius non cassatur.1.q.1.spiritus.§. ecce.de consecrat.distin.4.solet etiam.

Quod ad oues Christi non pertinent qui illis ficto corde miscē tur.24.q.vlt.de illis.

Quod malum est religioso cadere a proposito & postea simulare propositū.12.q.1.certe.

Quod

Quod non solum in falsis, sed et iam in simulatis operibus filii diaboli sunt. 22. quæstione 5. cauete.

Simplicitas. Quod simplicitas columbina dicitur quæ dolo caret,& hæc suadetur. 6.q.1. ex merito.16.q.1.si cupis.

Item simplicitas innata, & hæc excusat tantum in commissis. 86.distin.tanta nequitia.circa fi.& 47.dist.de Petro.

Quod tali parcitur simplicitati, & venia conceditur.de consecrat.disti.2.scriptura. 86. disti. tanta nequitia.

Quod simplicitas impedit ꝓmouendum.39.dist.Petrus.

Quod prælato promoto si hanc habuerit datur ei coadiutor. 74.distin. episcoporum. 7.q. 1.quia frater.

Item abbatibus propter simplicitatem non dantur coadiutores, sed deponuntur.18.q.2.si quis Abbas.

Quod sancta rusticitas & simplicitas soli sibi prodest: & quantum ex vitæ merito ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistat. 2.quæstio. 7.sancta quippe.

Item vbi simplicitati tantum studetur,disciplina negligitur.11. q.1.fratris.

Quod in sacramentorum collatione debet esse simplex & sine venalitate consensus.1.q.6. sicut is.

Syndicus. Quod per syndicum absentis intimatur volũtas. arg. 93. dist.c.1.65.dist.non debet.

Singularitas. Quod singularitas in monachis & contemplatiuis ap̃pbatur 16.q.1.si cupis.

Quod singularitas nisi sit Deo cõtraria communem consuetudinem non debet violare.turpis est enim omnis pars vniuerso suo non congruens. 8.distin.quæ contra mores.

Quod singularitas morum etiã bonorum inconsuetos scandalizat.12.dist. illa.

Quod qui strictius viuit quàm habent mores eorum cũ quibus viuit, singularis & superstitiosus videtur. 41.dist. quisqs.

Quod singularitas inter consuetos, flagitium reputatur. 8.distin.quæ contra.

Quod non interest quidquid alimentorum sumat, dummodo non sit singularis, sed cõgruat in omnibus generibus alimentorum his, cum quibus viuendum est.41.dist.quod dicit.

Quod exceptis religiosis nullus in decantando diuina officia aliter quam in episcopali ecclesia cantantur,debet esse singularis.12.dist.de iis.

Synodus. Q̃d synodus ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus: concilii vero nomen tractum est a Romanis,eo quod ad tractandum cõi intentione conueniebant.13.disti.§.synodus.

De hac materia habes vbi agitur de Conciliis.

Sobrietas. De sobrietate episcoporum habes 35.dist.per totum.& 41. dist.per totum.

De sobrietate habes supra vbi agitur de Abstinentia, & de Cibo, & de Ieiunio.

Societas. Quod societas requirit concordiam morum. 41. dist. quod dicit. & c. clericus.

Quod socius tenetur socium defendere ab iniuria. 23. q 3. non in inferenda.

Quod bonus qui in bonitate permanet, non polluitur si malo societur. 32. q. 1. nõ est Exẽplũ ibi de Ouee, & de meretrice.

Quod boni quandoque luunt societatem malorum. 24. quæst. 1. non turbatur.

Quod bonum est malum socium declinare: ne sicut morbida ouis inficiat congeriem societatis. 45. dist. sed illud. 14. q. 3. resecandæ. & cap. ecce autem. & c. illud sane.

Quod difficile est incorruptum permanere, qui corrupto sociatur. 23. q. 4. quisquis, vel quod potest. in fin.

Quod tripliciter associatur quis malis, aut comitando, aut fauendo, aut in non corripiendo. 23. q. 4. ita plane.

Quod non caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare. 83. dist. error. 23. q. 3 qui potest. 86. distin. facientis culpam.

Quod societas malorũ est quandoque toleranda, & quandoque fugienda. 7. q 1. suggestũ. & duobus c. seq.

Quod incantationes & artes magicæ fiunt ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum. 26. qo 2. illud. in fin.

Sodoma. Quod peccatũ sodomiæ exercetur in masculis & in fœminis. 32. q 7. vsus.

Quod in peccato sodomiæ deordinatur ordinatio Dei & naturæ. 32. q. 7. adulterii.

Quod societas quæ cum Deo esse nobis debet violatur, cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur. 32. q. 7. flagitia.

Quod peccatum sodomiæ etiam apud Gentiles est detestabile. 32. q 7. flagitia.

Quod sodomiæ peccatum grauius est adulterio. 32. quæstio. 7. vsus.

Quod peccatum sodomiæ peius est quam cum propria matre peccare 32. q. 7. adulterii.

Quod Loth obtulit suas stuprari filias, vt detestandum peccatũ sodomiæ in aliis impediret. 32. q. 7. offerebat.

Solicitudo. Quod solicitudo temporalium suffocat spiritualia. 49. dist. hinc etenim, ante med.

Quod hoc non debet esse in clericis & religiosis. 12. quę. 1. cui portio.

Quod pia solicitudo est egenorũ commodis intendere. 87. dist. diuinæ.

Quod cum honoris augmento cura quoque solicitudinis debet excrescere. 100. distinct. rationis.

Quod episcopus solicitus debet esse circa defensionem pauperum, redemptionem oppressorum, & munitionem monasteriorum

steriorum.84.dist.§.1.

Item debet esse solicitus tanquam pastor circa gregem suum.81. dist. oportet.

De hac materia habes vbi agitur de Negligentia.

Somnus. Quod negligẽs prælatus dormienti comparatur.86.distin. fratrem.

Quod aliquando somnũ vanum & deceptorium dormientibus immittunt dæmones.26.q.4. sciendum.circa medium.

Quod dæmones maxime in somnis infideles deludũt diuersas eis species & similitudines offerentes, & per deuia quæque ducendo: & hoc cum solus patiatur spiritus in corpore euenire opinantur.26.q.5.episcopi, post med.

Quod somniando illusiones contingunt hominibus multipliciter.6.dist. testamentum. & c.seq.

Sors. Quod sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem.26.q.2. sors.

Quod licet sortibus nihil mali insit, tamen prohibentur homines: nẽ sub hac specie ad antiquos idololatriæ cultus redeant ibid.§ proximo.

Quod qui sortibus vtũtur ad negotia sæcularia & ad vanitatẽ diuina oracula videntur conuertere.26.q.2. hi qui.

Quod sortes quæ dicuntur apostolorum vel aliorum sanctorũ, sunt damnatæ, & exercentes sunt excommunicati 26.q.5.si quis clericus. & qõ.7.non obseruetis,& c.seq.

Quod omne genus sortium sub anathemate prohibetur.26.q.5.sortes & c.1.q

Quod tempore necessitatis in libris diuinis præmissa oratione dominica vel alia, sortes videntur concedi.26.q.2. hi qui. & c.seq.

Sortilegium. Quod sortilegi sunt, qui per quasdam inspectiones sortium vel figurarum futura promittunt.26.q.1.sortilegi.

Quod qui obseruãt constellationes, sortilegi dicuntur. 26.q.5. non liceat.

Quod in calendis Ianuarii mensam cũ epulis ratione diuinationis parare, sortilegium est committere. 26.qõ.7.si quis.

Quod ligaturæ characterum vel aliarum rerum quas medicina non requirit, vel obseruatio sternutationis, aut liminis conculcatio, aut dierum Ægyptiorum obseruatio, & plura alia nomine sortilegii damnãtur. 26.q.2.illud quod.

Quod portare super se lapides pretiosos vel herbas non est sortilegium.26.q.vlt.c.vlt.

Quod infirmãtibus carmina sortilega nil proficiunt.26. qõ.7. admoneant.

Quod qui seruant sortilegia, sunt Christianæ fidei & baptismi violatores.26.q.7.non obseruetis.

Quod sortilegi a diabolo cui deseruiunt, sunt captiuati. 26.

Quod ad eligendam sepulturam locus debet inducere solennior, sicut est episcopatus, vel religiosorum monasterium. 13. q. 2. vbicumque temporum.

Quod episcopus etiam in minori & minus religiosa ecclesia potest eligere sepulturam. 12. q. 2. bonæ.

Quod nullus debet sepulturā parentum superbia vel odio deserere. 13. q. 2. placuit.

Quod filii emancipati a patribus libere eligunt sepulturam. 13. q. 2. §. econtra.

Quod an ecclesia in qua parētes sepulti sunt, possent vendicare corpora filiorū. 13. q. 2. Ebron. & c. seq.

Quod coniugati (vt videtur) in vno sepulchro debent sepeliri. 13 quæst. 2. capit. 1. §. nunc. & c. Ebron.

Quod vxor mortua si non elegerit sepulturam, cum marito debet sepeliri. 13. q. 2. capitu. 1. §. nunc autem quæritur. & cap. Ebron. & c. vnaquæque.

Quod mulier si plures viros habuit, & sepulturam non elegerit, videtur quod cum vltimo viro debeat sepeliri. 13. q. 2. vnaquæque.

Quod extraneus quilibet vbi elegerit, ibi sepelietur. 13. q. 2. vbicumque. §. quia.

Quod extraneus si non elegerit, in episcopatu vel parochia sepelietur 13. quæstione 2. vbicūque.

Quod indigena si elegit locum magis religiosum, ibi sepelietur. 13. q. 2. illud. §. quia. & cap. vbicumque.

Item si elegit minus religiosum quia videtur hoc facere ex odio vel supbia, non habebit. 13. q. 2. placuit.

Quod indigena si de corpore nō disposuit, sepelietur cum propinquis, vel vbi decimas persoluebat. 13. q. 2. Ebron. & c. vbicumque.

Quod violans sepulturam, infamis efficitur. 6. quæstione 1. infames.

Quod qui sepelit corpus alienū, non solum sepultū, sed omnia quæ consequenter habuit, tenetur restituere. 2. quæst. 2. omnes.

Quod ecclesia parochialis vbi sacramenta participauit de mortuo alibi sepulto dēt ius suum habere, id est canonicam portionem. 13. q 1. ecclesias, per totum.

Quod canonica portio est danda secundum consuetudinem terrarum, vt vitetur scandalū, arg. 12. dist. illa. 76. dist. vtinā.

Sequestratio. Quod lite pendēte fructus sequestrantur. 2. q. 6. quoties post. 11. quæstio. 1. quia res.

Quod sequestrantur res cum appellatur ab executione. 2. q. 6. quoties post.

Item cum aduersarius fructus dilapidat. 3. q. 2. quia ea.

Item legitime appellanti. 2. q. 6. biduum.

Item de adulterio accusanti. 4. q. 4. §. aliquando.

Seruitus. Quod duplex est seruitus, videlicet corporalis & spiritualis.

tualis.12.quæst. 2.cum redemptor.

Quod seruitus inducta est ex iure gentium. 1. dist. ius gentiũ.

Item de iure diuino 35. dist. vinolentum.

Item iure constitutionis.7.dist.§. 1.de seruo empto agitur de quo statutum fui quod sex annis seruire debuit, & in septimo anno liber exire.

Item iure canonico est approbata.17.q 4.id constituimus.

Quod ante diluuium inconcussa fuit libertas, nec obsequia seruitutis a consortibus exigebãtur.35.distinctione 6.post medium.

Quod seruitus non esset si ebrietas non fuisset.ibid.

Quod clericus episcopo suo insidias vel iniurias inferens, in seruitutem perpetuam curiæ est tradẽdus.11.q.1.statuimus. 3.q.4.clericus.

Quod concubina diaconi vel sacerdotis a principe in seruitutem est redigenda.35.dist.eos qui.

Quod meritorium est libertatẽ dare seruis.12.q. 2. cum redẽptor.

Quod serui ecclesiæ angariis sæcularium iudicum molestari non debent.12.quæst.2.ecclesiarum.

Quod ecclesiæ serui etiam benemeriti sine compensatione nõ debent dari libertati.12.q. 2.si quis.& c.episcopus qui.

Quod serui ministris eiusdem ecclesiæ gratis possunt dari. 12. q.2.ecclesiasticis.

Quod libertati dati si non fuerint grati, in seruitutem redigãtur.12.q.2.episcopus qui.

Quod si equeorius fugitiui possunt vendi.12.q 2.fugitiui.

Quod si seruus promouetur sciẽte domino & non contradicẽte, remanebit in ordine promotus, sed episcopus vel qui eũ præsentauit, duplum restituet. 54.dist.si seruus absente.

Item si præsens est Dominus & consentit, eo ipso seruus liber efficitur.4.distinctio. si seruus sciente.

Item si Dominus est absens siue præsens, & scit & tacet, videtur consentire.ibid.

Quod si Dominus nescit promotionem serui intra annum poterit reclamare & reuocare.ibidem.

Quod seruus indebite promotus si infra diaconatum fuerit degradatus, ad pristinum statũ reducitur.54. distinct. nullus. & c.seq. & c. si quis obligatus. & c.de rebus. §.cæterum.

Quod seruus monachus factus inscio Domino, intra trienniũ nõ debet profiteri. Intra quod tempus si non requiritur, libere monachus remanebit. 54. dist. si seruus sciente.

De hac materia habes vbi agitur de Ordine, & de Clericis.

De Seruitute habes vbi agitur de Libertate, & de Libertis, & de Manumissione.

Quod spiritualis seruitus peccati relaxata est per incarnationem Christi.12. qõ.2. cum redemptor.

venisse, cum signa miraculorum per ipsos facta patefacta sunt.

Quod aliqui dæmones videntur signa facere, & non sunt. 26. q. 5. nec mirum. circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

Silentium. Quod cult⁹ iustitiæ est silentium. 5. q 4. in loco.

Quod indiscretum silentium prælati est dum eos qui erudiri poterant, timore derelinquit. 43. dist. sit rector.

Quod simplex conuersatio absque sermone quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. 43. dist. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Taciturnitate.

Similitudo. Quod homo ad similitudinem Dei creatus est, Angelo vero plus homine attribuitur, quia non dicitur ad similitudinem Dei conditus, sed signaculum similitudinis. de pœ. dist. 2. quod vero reprobi. post med.

Quod similes fuerunt Petrus & Paulus deuotione & merito. 2. q. 7 beati.

Simon. Quod Simon magus fuit ex Iudæa natus. 32. q. 4. recurrat. circa med.

Quod Simoni baptismum simulatione acceptum nõ profuit, quia post non pœnituit. 27. distin. quod interrogasti.

Simonia. Quod simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliqd spirituale. 50. dist. studeat.

Quod simonia committitur prece vel pretio vel obsequio. 1. q. 1. ordinationes: & capit. sunt nonnulli.

Quod nullum vitium sic respicit iniuriam Dei, & ideo inter alia illud grauius corripuit. 1. q. 1. quibusdam.

Quod simoniaca hæresis ante omnes alias hæreses pullulauit. 1. q. 1. cum liqueat.

Quod Giezi in veteri testamento, & Simon magus in nouo principium fuerunt simoniæ 1. q. 1. qui studet.

Quod in commissione simoniæ quantitas est attendenda. 1. q. 1. iudices. post med.

Quod paruæ res, sicut esculenta, non videntur inducere simoniam.

Quod vt omnis suspicio simoniæ vitetur, non pastillum pro aliquo spirituali detur. 1. q. 3. si qs obiecerit.

Quod sine pacto datum munus potest accipi. 1. quæst. 1. quidquid.

Quod tam dans quam accipiens aliquid pro spirituali, committit simoniam. 1. q. 1. quos constiterit.

Quod per carnales preces cõmittitur simonia. 1 q 1. sunt nonnulli. & tribus c. seq. 8. q. 2. capit. 1.

Quod pro digno preces fundere non est simoniam committere. 1. q. 1. latorem.

Quod ille prælatus simoniam cõmittit, qui non nummo pretii, sed nummo fauoris or-

dinem vel beneficium tribuit. 1.q.1.sunt nonnulli.

Quod ille simoniam fugit, qui manus suas ab omni munere excutit.1.q.1. sunt nonnulli.& c.seq.

Quod simonia licet sit execrabile vitium,tamen heu nimis est vsitatum.1.quęstione 1.reperiuntur.

Quod simoniacus sicut non habet spirituale quod pro temporali emit,sic nec temporale potest retinere quod pro spirituali dedit vel accepit. 1.qō.1. qui studet.

Quod simoniaci si non renuntiant & pœnitent , in æternum peribunt. 1.qō.1.si quis neque.

Item adeptis priuantur.1.quæsti. 1 pesbyter si.

Item excommunicantur.1.qō. 1. quicumque sacros.& c.qui studet.

Item deponuntur.1.q. 1.si quis episcopus.& quinq; c.seq. & q. 3.ea quæ.& capit.ex multis. & q.7.si quis omnem.

Item hæretici reputantur. 1. q. 1. quicumque.& duobus cap.sequen.

Item a quibuscumque personis tamquā hæretici accusantur. 6.q. 1. quæro ergo,& §.porro. & §.sed cum omnes.

Quod simoniacus ipso iure videtur excommunicatus,& a participatione sacramentorum segregandus.1. quæst.1. reperiuntur.

Item quandoque corporaliter puniuntur.1.q.1.qui studet. Exemplum ibi de Giezi qui lepra percussus fuit.

Item officium suum nō iuste exequitur.1.q.1. quicumq; sacros, & c.qui perfectionem.

Item sacramenta indigne largitur.1 q.1. quicumque sacros.

Item sacerdos non merito, sed nomine tantum dicitur.1.q.1. cap.2.

Quod aliquod munus dare pro prębenda vel dignitate,est graue peccatum.1.qō. 6.per totū.

Quod emens vel vendens prælaturam, prauitatem incurrit simoniacam,& æternā damnationem.1.q.1.presbyter si.

Item tam ea quam ordine suo priuatur.cap.reperiuntur.& cap. sanctorum.

Item præbenda simoniaca cum salute animæ non potest retineri. 13.dist.nerui.§.alius.

Quod prælatura per simoniā vel multam ambitionem adepta, etiam si moribus non offendat , malo exitu terminatur, quia difficile est,vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.1.q.1. principatus.

Quod vbi prælatus per simoniā vel ambitionem intrat,ibi populi plus timenda est calamitas quam salus.1.q. 1.fertur.§. vulnerato.

Quod simoniace scienter beneficium habens, de rigore iuris priuandus est eo.1.q.1.presbyter si.& q. 4. ea quæ. & capit. ex multis. in principio.& in fine.& cap.si quis episcopus præbendas.& cap.si quis dator.1. quæst 3.

Quod pro omni spirituali dare temporale,simoniacum est. 1. q.1.

q.1.quidquid.in prin.

Quod pro habẽdo regimine quarumcumque domorum religiosarum vel hospitalium dare aliquid simonia est.1.qõ.3.si quis præbendas.

Item pro œconomatu vel vicaria dare vel recipere.1.q.1. si quis episcopus.

Item pro quocunque officio ecclesiæ,vel pro administratione rerum ecclesiasticarum. 1.q.3. Saluator.post med.

Item pro iure percipiendi oblationes vel decimas.1.q.3.quæsitum.& c.seq.& c.si quis obiecerit.& c.Saluator. post med.

Item pro ecclesiis dedicandis. 1.q.3.si quis præbendas.& q.4. ecclesia.

Item pro ecclesiarum primorum lapidum fundatione. 1.quæst. 1.nullus episcopus.

Item pro baptismo & consignatione.1.q.1 baptizandis.& ca. quidquid.& c.seq.

Item pro chrismate vel confirmatione.1 q. 1. placuit vt nullus. & c.dictum est.& c.seq.

Item pro Eucharistiæ datione. 1. q.1.dictum est.

Item pro sepulturæ exhibitione.

Item pro quibuscunque ecclesiæ sacramentis collatione. 1. q.1. quidquid.

Item pro interdicti officii restitutione. 1.quæstione 1.nullus episcopus.

Item pro debiti officii executione.1.q.3.non solum.

Item pro scriptura vel auxilio in alicuius ordinatione. 1. qõ. 1. sicut.

Item pro sententiæ iustæ (maxime a prælato) prolatione. 1. q. 3.vendentes.

Quod simonia etiam committitur, cum prælati accusatio ex pacto suspenditur. 1.qõ.3 Euphemium.

Quod collocator beneficii simoniace ab officio suspenditur. 1. q.3. si quis præbendas.

Item conferens prælaturam simoniace, si non pœnitet pergit ad gehennam. 1.q.1.cito.

Item a dignitate deponitur 1.qõ. 1.reperiuntur.& quæ.3. si quis præbendas.

Item sacrilegus est excommunicatus. 1.q.3. audiuimus.

Quod simoniaci in ordine acrius quam alii simoniaci dãnantur.1.qõ.1. quisquis. & c.quos constituerit.1.quæstione 3.vendentes.

Quod quandoque simoniaci simoniace ordinantur, & cum illis non dispensatur, sed potius a proprio gradu cadunt. 1. q.1.statuimus.

Item quandoque simoniaci simoniace a non simoniacis ordinantur,& hi etiam cadunt ab ordine. 1. quæstio. prima. statuimus.

Item quandoque simoniaci non simoniace a simoniacis ordinantur,& hi misericorditer,in ordinibus tolerantur. 1. qõ. 1. statuimus.& c.seq.

Quod in ordine simoniaci, hæretici reputantur. 1.quæstione 1. presbyter.

Item excommunicantur. 1. qõ.1. quicumque sacros.

Item deponuntur.1.q. 1. si quis episcopus per pecuniam , &

quattuor.c.seq.

Item executionem officii non recipiunt neque habent. 1.qō.1. quicumque sactos.& c.gratia. & c.ordinationes.& cap. quibusdam.

Item si celebrant, pollutum sacrificium offerunt. 49.distin.sacerdotes.

Quod simoniaci ordinationes (etiāsi fideles videantur) infideles sunt.1.q.1.cum omnis.

Quod ipsi tamquam seruum suū Spiritum sanctum vendunt:& ideo proditori Iudæ, qui Christum Iudæis vendidit, assimilātur.2.q.1.eos qui.

Item anathematizantur.1.q.1.placuit vt.

Item deponuntur.1.q. 1. si quis episcopus per pecuniā. & duobus cap.seq.& capit.quicumque sacros.

Quod mediator simoniæ infamis efficitur. 1. quæst.3.si quis præbendas.

Item si clericus est, deponitur.1. q.1.reperiuntur.

Item si laicus est, excommunicatur.1.q.reperiuntur.

Quod varia dispensatio est circa simoniacos: nam dispensatur cum eis, vt tantum laicam habeant communionem, quando scilicet a simoniacis scieter in contemptum ecclesiæ promoti celebrauerunt. 1.quæst. 7.cap.1.

Item dispensatur, vt tantum in minoribus ministrent, quando, scilicet ad alias ecclesias transferri non possunt, sed in ea quam emerunt, canonice viuere promittunt.1.qō. 5. c.1.

Item dispensatur, vt remaneant in susceptis quando non in ea quam emerunt, sed in alia ministrare volunt. 1. quæstio. 5. cap.1.

Item dispensatur, vt ascendant ad superiores, quando insciis ipsis, aliis pro ipsis simoniam commiserunt. 1. quæstione 5. cap.1.

Simulatio. Quod vbi ē periculū animæ, licet quandoque vtilitatis causa simulationem præcēdere.22.qō.2. vtilem. Exemplum ibi de Iehu rege Israel.

Quod ipse Deus simulauit se voluisse immolationē Isaac quā præceperat, & postea prohibuit. 22. quæstione 2. si quælibet.§.quandoque.

Item Abraham in Ægypto Sarā vxorem simulauit sororem suam esse, nec tamen peccauit.22.q.2.quæritur.& §.proximo.

Item Iacob simulauit se esse Esau primogenitum Isaac.

Item iustum bellum habentibus quandoque contra hostes expedit simulatio.23.q.2.Dominus noster.

Quod nulli præiudicat dolosa simulatio. 22.q. 5.quacumque.

Quod baptismus simulatorius non cassatur.1.q.1.spiritus.§. ecce.de consecrat.distin.4.solet etiam.

Quod ad oues Christi non pertinent qui illis ficto corde miscētur.24.q.vlt.de illis.

Quod malum est religioso cadere a proposito & postea simulare propositū.12.q.1.certe.

Quod

Quod non solum in falsis, sed et iam in simulatis operibus filii diaboli sunt. 22. quæstione 5. cauete.

Simplicitas. Quod simplicitas columbina dicitur quæ dolo caret, & hæc suadetur. 6.qō.1. ex merito.16.q.1.si cupis.

Item simplicitas innata, & hæc excusat tantum in commissis. 86.distin.tanta nequitia.circa fi.& 47.dist.de Petro.

Quod tali parcitur simplicitati, & venia conceditur.de consecrat.disti.2.scriptura. 86. disti. tanta nequitia.

Quod simplicitas impedit ꝓmouendum.39.dist.Petrus.

Quod prælato promoto si hanc habuerit datur ei coadiutor. 74. distin. episcoporum. 7.q. 1.quia frater.

Item abbatibus propter simplicitatem non dantur coadiutores, sed deponuntur.18.q.2.si quis Abbas.

Quod sancta rusticitas & simplicitas solū sibi prodest: & quantum ex vitæ merito ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistat. 2.quæstio. 7.sancta quippe.

Item vbi simplicitati tantum studetur, disciplina negligitur.11. q.1.fratris.

Quod in sacramentorum collatione debet esse simplex & sine venalitate consensus.1.q.6. sicut is.

Syndicus. Quod per syndicum absentis intimatur volūtas. arg. 93. dist.c.1.65.dist.non debet.

Singularitas. Quod singularitas in monachis & cōtēplatiuis ap̄probatur 16.q.1.si cupis.

Quod singularitas nisi sit Deo cōtraria communem consuetudinem non debet violare.turpis est enim omnis pars vniuerso suo non congruens. 8.distin.quæ contra mores.

Quod singularitas morum etiā bonorum inconsuetos scandalizat.12.dist. illa.

Quod qui strictius viuit quàm habent mores eorum cū quibus viuit, singularis & superstitiosus videtur. 41.dist. quisqs.

Quod singularitas inter consuetos, flagitium reputatur. 8.distin.quæ contra.

Quod non interest quidquid alimentorum sumat, dummodo non sit singularis, sed cōgruat in omnibus generibus alimentorum his, cum quibus viuendum est.41.dist.quod dicit.

Quod exceptis religiosis nullus in decantando diuina officia aliter quam in episcopali ecclesia cantantur, debet esse singularis.12.dist.de iis.

Synodus. Qꝺ synodus ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus: concilii vero nomen tractum est a Romanis, eo quod ad tractandum cōi intentione conueniebant.13.disti.§.synodus.

De hac materia habes vbi agitur de Concilijs.

Sobrietas. De sobrietate episcoporum habes 35.dist.per totum. & 41. dist.per totum.

De sobrietate habes supra vbi agitur de Abstinentia, & de Cibo, & de Ieiunio.

Societas. Quod societas requirit concordiam motum. 45. dist. quod dicit. & c. clericus.

Quod socius renetur socium defendere ab iniuria. 23. q. 3. non inferenda.

Quod bonus qui in bonitate permanet, non polluitur si malo societur. 32. q. 1. nõ est Exẽplũ ibi de Oiee, & de meretrice.

Quod boni quandoque luunt societatem malorum. 24. quæst. 1. non turbatur.

Quod bonum est malum socium declinare: ne sicut morbida ouis inficiat congeriem societatis. 45. dist. sed illud. 14. q. 3. recsecandæ. & cap. ecce autem. & c. illud sane.

Quod difficile est incorruptum permanere, qui corrupto sociatur. 23. q. 4. quisquis, vel quod potest. in fin.

Quod tripliciter associatur quis malis, aut comitando, aut fauendo, aut in non corripiendo. 23. q. 4. ita plane.

Quod non caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare. 83. dist. error. 23. q. 3 qui potest. 86. distin. facientis culpam.

Quod societas malorũ est quandoque toleranda, & quandoque fugienda. 7. q. 1. suggestũ. & duobus c. seq.

Quod incantationes & artes magicæ fiunt ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum. 26. qo 2. illud. in fin.

Sodoma. Quod peccatũ sodomiæ exercetur in masculis & in fœminis. 32. q. 7. vsus.

Quod in peccato sodomiæ deordinatur ordinatio Dei & naturæ. 32. q. 7. adulterii.

Quod societas quæ cum Deo esse nobis debet violatur, cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur. 32. q. 7. flagitia.

Quod peccatum sodomiæ etiam apud Gentiles est detestabile. 32. q. 7. flagitia.

Quod sodomiæ peccatum grauius est adulterio. 32. quæstio. 7. vsus.

Quod peccatum sodomiæ peius est quam cum propria matre peccare 32. q. 7. adulterii.

Quod Loth obtulit suas stuprari filias, vt detestandum peccatũ sodomiæ in aliis impediret. 32. q. 7. offerebat.

Solicitudo. Quod solicitudo temporalium suffocat spiritualia. 49. dist. hinc etenim, ante med.

Quod hoc non debet esse in clericis & religiosis. 12. quę. 1. cui portio.

Quod pia solicitudo est egenorũ commodis intendere. 87. dist. diuinæ.

Quod cum honoris augmento cura quoque solicitudinis debet excręscere. 100. distincti. rationis.

Quod episcopus solicitus debet esse circa defensionem pauperum, redemptionem oppressorum, & munitionem mona-

ſteriorum.84.diſt.§.1.

Item debet eſſe ſolicitus tãquam paſtor circa gregem ſuum.81. diſt. oportet.

De hac materia habes vbi agitur de Negligentia.

Somnus. Quod negligẽs prælatus dormienti comparatur.86.diſtin. fratrem.

Quod aliquando ſomnũ vanum & deceptorium dormientibus immittunt dæmones.26.q.4. ſciendum.circa medium.

Quod dæmones maxime in ſomnis infideles deludũt diuerſas eis ſpecies & ſimilitudines offerentes, & per deuia quæque ducendo: & hoc cum ſolus patiatur ſpiritus in corpore euenire opinantur.26.q.5.epiſcopi, poſt med.

Quod ſomniando illuſiones contingunt hominibus multipliciter.6. diſt. teſtamentum. & c.ſeq.

Sors. Quod ſors non eſt aliquid mali, ſed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem.26.q.2. ſors.

Quod licet ſortibus nihil mali inſit,tamen prohibentur homines:nę ſub hac ſpecie ad antiquos idololatriæ cultus redeant ibid.§ proximo.

Quod qui ſortibus vtũtur ad negotia ſæcularia & ad vanitatẽ diuina oracula videntur conuertere.26.q.2. hi qui.

Quod ſortes quæ dicuntur apoſtolorum vel aliorum ſanctorũ,ſunt damnatæ, & exercentes ſunt excommunicati 26.q. 5.ſi quis clericus. & qõ.7.non obſeruetis,& c.ſeq.

Quod omne genus ſortium ſub anathemate prohibetur.26.q. 5.ſortes & c.ſ. q

Quod tempore neceſſitatis in libris diuinis præmiſſa oratione dominica vel alia,ſortes videntur concedi.26. q.2. hi qui. & c.ſeq.

Sortilegium. Quod ſortilegi ſunt, qui per quaſdam inſpectiones ſortium vel figurarum futura promittunt.26.q. 1.ſortilegi.

Quod qui obſeruãt conſtellationes,ſortilegi dicuntur. 26.q.5. non liceat.

Quod in calendis Ianuarii menſam cũ epulis ratione diuinationis parare, ſortilegium eſt committere. 26.qõ.7.ſi quis.

Quod ligaturæ characterum vel aliarum rerum quas medicina non requirit, vel obſeruatio ſternutationis,aut liminis conculcatio,aut dierum Ægyptiorum obſeruatio, & plura alia nomine ſortilegii damnãtur. 26.q.2.illud quod.

Quod portare ſuper ſe lapides pretioſos vel herbas non eſt ſortilegium.26. q.vlt.c.vlt.

Quod infirmãtibus carmina ſortilega nil proficiunt.26. qõ.7. admoneant.

Quod qui ſeruant ſortilegia, ſunt Chriſtianæ fidei & baptiſmi violatores.26.q. 7.non obſeruetis.

Quod ſortilegi a diabolo cui deſeruiunt, ſunt captiuati. 26.

q.5.episcopi eorumque.
Quod ab episcopis de parochiis sunt expellendi.
Item sortilegi sunt excommunicandi.29.q.5.§.1.
Quod sortilegi & eis assentiẽtes ad accusationem non sunt ad mittendi.11.q.8.quisquis.
Quod serui si sint sortilegi, verberibus: si liberi, carceribus sunt castigandi. 26. quæstione 5. contra.
Quod qui credit sortilegis, quinque annis debet pœnitere, 26. q.5.non liceat.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & de Incantatione.

Spectaculum.

Quod die solẽni ecclesiam contemnẽtes, & spectacula custodiẽtes sunt ex communicandi.de conse.dist. 1.qui die.
Quod præcipue clerici curiosis spectaculis non debent interesse.de conse.dist.5.non oportet.23.dist.his igitur.
Quod clerici spectacula saltantium debent vitare.34.distin. presbyteri.
Quod pœnitens si perfecte vult pœnitere, debet se a spectaculis sæculi cohibere.de pœ.dist. 1.§.1.ante finẽ. vers. cohibere.

Spiritus sanctus.

Quod spiritus sanctus æqualis est patri & filio.de consec.dist. 5.de spiritus sancto.
Quod a patre & filio procedit.de conse.dist.5.saluator.
Quod spiritui sancto attribuitur potentia miraculorum.de conse.dist.5.de spiritu.
Quod spiritus sanctus extra ecclesiam nihil operatur.24.qõ. 1.audiuimus.
Quod non scissuras, sed vnitatem amantes, spiritum sanctum accipiunt.
Quod peccata tenere vel dimittere, vel excommunicare, opus est Spiritus sancti.ibid.
Quod in domino semper mansit spiritus sanctus, in alijs vero sanctis quandoq; manet, quãdoque recedit. de pœn. dist. 2. quærendum.
Quod nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.ibi.post med.
Quod nemo accipit spiritum sanctum nisi intra ecclesiam. 24. q.1.audiuimus.
Quod blasphemare spiritum sanctum, est contra sacros canones proterue agere.25.q.1.violatores.
Quod Apostolus absens corpore præsens spiritu Corinthiũ tradidit Satanæ.24.qõ.1. audiuimus.circa med.
Quod simoniaci non habent spiritum sanctũ veritatis, sed spiritum mendacii, & illum alijs dant.1.q.1.gratiam.
Quod septem modis in spiritum sanctum quis peccat, videlicet cum quis male sentit de persona Spiritus sancti.de consec. dist.4.hi vero.
Item cum quis obstinatur, & dicit omnia mala impunita, & bona non remuneranda. de pœ. dist.3.adhuc.in fin.
Itẽ qui penitus desperat, vt Cain qui

qui dixit: Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. de pœn. distin. 1. voluissent. §. ex his.

Item cum quis veritatem cognitam impugnat, sicut illi qui Christum dixerunt in beelzebub dæmonia eiicere. 1. qō. 1. eos qui.

Item cum quis quocumque modo mortaliter peccat, nam ex hoc Spiritum sanctum a se fugat. de pœn. distin. 3. inter hęc hircum. 2.

Item cum quis scienter in quocũque mortali peccato perseuerat. de pœniten. distinctione 3. ante finem.

Item cum quis existens in peccato habet propositum numquã pœnitere. de pœnit. dist. 1. potest fieri.

Spolatio. Quod cum spoliatur quis reb. vel beneficio ab aduersario, tunc ante litis ingressum restituitur. 2. q. 2. per totum. 3. q. 1. episcopi. §. quæsti. 1. si prima tis. 33. q. 2. historia.

Quod si abiiciatur spoliato exceptio rei iudicatæ, a qua nõ fuit appellatum, tunc non restituitur. 2. q. 6. ei qui appellat. §. diffinitiua.

Quod cum spoliatur quis a iudice non suo, hic statim restituitur, nisi propter graue scandalum dissimuletur. 3. qō. 6. hæc quippe.

Quod si spoliatur quis a iudice suo, qui propter iustã causam absens inuenitur, hic statim restituitur. 7. qō. 1. præsentium, sed absens ex contumacia si intra annum purgare voluerit innocentiam, est audiendus. 11. q. 3. rursus.

Quod si spoliatur quis præsens a suo iudice post appellationẽ, nihil agitur, & spoliatus ad omnia restituitur. 2. q. 6. c. vlt. §. appellatore.

Quod si spoliatur quis a iudice suo ante appellationẽ ordine iudiciario, non restituitur. 2. quæst. 6. cap. vlt. §. quandoq; vnam.

Quod si a iudice suo ante appellationem ordine iuris prætermisso quis spoliatur, statim restituitur. 2. q. 1 notum sit.

Quod spoliatus etiam absens per procuratorem potest restitui. 3. quæstio. 1. episcopi. §. sed notandum.

Sponsæ. Quod sponsæ promissæ non statim debent dari, ne vilescant. 27. q. 2. institutum.

Quod vno viuẽte, alteri alter nõ debet coniungi. 27. qō. 2. desponsatam.

Quod vterque ipsorum altero inuito potest religionem approbatam intrare 27. quæstio. 2. desponsatam.

Quod dos sponsæ scripto debet confirmari. 30. q. 5. nostrates.

Quod propter publicam honestatem neuter alterius consanguineam nec in vita nec post mortem potest accipere. 27. q. 2. si quis desponsauerit. & c. si quis vxorem. & c. seq.

Quod fornicatio voluntaria videtur tollere desponsationis vinculum de futuro. 27. q. 2. raptor.

Quod spõsa iubetur lugere mortem sponsi sui, quasi viri sui. 27.q.2.omne,in fin.

Quod opprimens sponsam alterius, morte punitur. 27.q.2.omne.

Quod sponsa quandoque dicitur vxor, & sponsi quandoque viri. 27.q.2.quapropter. & pluribus e.seq.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere. 23.dist.c.spõsus.

Sponsalia. Quod sponsalia sunt futurarum nuptiarũ fœdera. 30. q.5.nostrates.

Quod ante sepiennium nequeũt contrahi sponsalia. 30.q 2.§.1. & e.seq.

Quod sponsalia in cunabulis per parentes contracta nõ tenẽt, nisi pueri postquam ad annos discretionis peruenerint, consentiant. 30 q. 2.e.vbi.

Quod sponsalia quandoque contrahũtur per verba de præsenti, & hæc quia faciunt matrimonium, non soluuntur nisi per religionis ingressum. 27. q. 2.scripsit.

Item per frigiditatis perpetuum maleficium. 2.q.4. cõsuluisti. §.hoc autem.

Item verba de futuro hæc impediunt cum alio contrahendũ, sed non dirimunt iam contractum. 27.q.vlt. & § seq.

Quod parentibus non licet puerorum sponsalia frangere, quę vtrorumque cõsensu contrahunt. 31.q.3.c.si qui parentes.

Quod euidens signum sponsaliũ est annuli subarrhatio. 30. q.5. nostrates.

De hoc habes vbi agitur de Annulo.

Quod sponsalia per parentes tantũ tractari debent: non est enim virginalis pudoris eligere maritũ 32.q 2.nõ omnis § seq.

Quod viuente auo pater puellæ de sponsalibus tractandis non debet se intromittere, sed auus: quia ipse pater est in potestate aui. 32.q 3.e.1.

De desponsatione Mariæ cũ Ioseph, habes 27.q.2.§.1.

De hac materia, & de Conditionibus turpibus & honestis, quæ fiunt in sponsalib. habes vbi agitur de Matrimonio.

Stabilitas. Quod stabilitas prælatis & clericis in suis ecclesiis & locis præcipitur, & contrariũ inhibetur. 7.q. 1.non oportet. & p omnia e. vsque ad c. sancitũ.

De stabilitate habes vbi agitur de Constantia.

Statera. Quod statera dolosa quæ grauius pro se, leuius pro alio ponderat est vitanda. 24.q.1.nõ af feramus.

Quod omnis iudex Stateram gestare debet, vt in vtroque penso iustitiam & misericordiam habeat. 45.dist.omnis.

Quod quilibet quasi in Statera sermones suos debet ponderare. 50.dist.ponderet.

Statuta. Qđ statuta sanctorum patrum

inuiolabiliter sunt seruanda. 11.dist.nolite.

Quod ecclesiastica statuta quædã apostolica traditione, quædã auctoritate scripturę, quædam consuetudine confirmantur. 11. distinctione ecclesiasticarum.

Quod apostolica statuta non debent negligi, nec variari, nec per concertationem disturbari. 25.q.2.amputato.

Quod sit statutum propter honestatem tenendam. 35. quæst. 3. porro.

De hac materia habes vbi agitur de Publica honestate.

Item fit propter inhonestatẽ delendam. de conse. distin. 4. nec quemquam. vbi agitur de immunditiis corporalibus.

Item fit propter vtilitatem habendam. 1.q.7. tali. vbi constituitur propter ecclesiæ vtilitatẽ, vt cum illegitime natis dispenfetur.

Item fit propter inutilitatem euadendam. 12. qõ.2. terrulas. vbi statuitur quod inutiles res ecclesiæ alienari possunt.

Item fit statutum causa diligentiæ habendæ. 18. distinctione peruenit. vbi statuitur quòd synodi certis temporibus habeantur.

Item fit causa negligentiæ remouendæ 89. distin. volumus. vbi statuitur quòd episcopus vicarium habeat.

Item fit causa necessitatis, qua cessante debet statutum cessare. prima quæstio. 1. quod pro necessitate.

Item fit causa facilitatis. 80. disti. fraternitatem. vbi statuitur q̃ episcopales sedes debent esse propinquæ, vt facilius ad electionem archiepiscopi conueniant.

Item fit causa maioris mali vitandi. 13. dist. c. 1. & c. 2.

Item fit causa maioris boni adipiscendi. 19. q. 2. duæ. vbi dicitur, quod clericus contradicente episcopo religionem potest intrare.

Item fit causa oppressionis vitandæ 16. quæstione prima, prædicator. vbi dicitur quòd maior minorem opprimere non debet.

Item fit causa subiectionis seruandæ. 95. distin. esto. vbi dicitur qualiter episcopi ad presbyteros, & presbyteri ad episcopos se debent habere.

Quod legitime statutum potest dissolui propter peccãtis abusum. 63. distinct. quia sancta. §. proximo.

Item propter auctoris detestationem. 16. disti. canones. vbi dicitur, quòd licet bona sint quę statuerunt hæretici, tamẽ sunt detestanda.

Item propter securiorem prouisionem. de consec. distin. 1. vasa. vbi dicitur, quod pro ministerio diuino meliora sunt vasa aurea & argẽtea quam vitrea & lignea.

Item propter statuti nimium rigorem. 34. dist. fraternitatis.

Item ne præbeat malignandi occasionem. 12. dist. nos consuetudinem. vbi contra primũ statutũ de hęreticis statuitur de

Donatiſtis non promouẽdis.

Item propter maiorem honeſtatem.31.diſt.aliter.vbi ſtatuitur de Græcorum ſacerdotum vxoribus, quod apud Latinos diſſoluitur.

Itẽ propter exempli perniciem. 96.diſt.bene.vbi ſtatutum Baſilii, licet fuerit pro eccleſia, caſſatur.

Quod ſtatutũ anteceſſoris caſſatur,ſi oppreſſionem infert.31. diſt.ante triennium.

Item ſi iniuſtitiam continet. 19. diſtin.ſecundum.& 10.quæſt. 2.de precariis.100.diſtinctio. nouit.

Item ſi caſus inopinatus emergit. 12.q.1.certe.

Item ſi exemplum mali inducit. 63.diſt.quia ſancta.§.verum.

Item ſi melius alteri fuerit reuelatum.9.diſt.noli.

Item ſi cauſa vel perſona vel aliquid ſimile cauſam dederit ſtatuto.29.diſt.regulæ.

De hac materia habes vbi agitur de Conſtitutione.

Sterilitas.

Quod in lege Moyſi male dicta erat ſterilis.32.q.4.recurrat.§.his ita.

Quod nulli licet vxorem dimittere propter ſterilitatem, & aliam ducere propter fœcunditatem.32.q.7.tantum.

Quod non videtur vere eſſe vxor quæ procurat cõtra bona matrimonii venena ſterilitatis. 32.q.2.aliquando.

Quod ſancti patres propter ſterilitatem vxorũ ex ancillis pueros procreauerunt.32.q.4.§.1.

Stola.

Quod Stola dicitur orarium.23.diſti.eccleſiaſtica.

Quod ſtola epiſcopus & ſacerdos vtrumq; humerum debet ambire, pectus in modum crucis ſtringendo, ad deſignandum quòd Chriſtum crucifixum in pectore portans ſecurus ſtet inter proſpera & aduerſa. 23. diſt.eccleſiaſtica.

Quod qui ſine ſtola celebrat, vel euangelium legit, grauiter excedit, vnde & excommunicari præcipitur.33.diſtinct.eccleſiaſtica.in fin.

Quod diaconus in ſiniſtro humero ſtolam geſtare debet, vt expedite preſbytero miniſtrare valeat.25.diſtinct.vnum orarium.

Quod ſacerdos numquam debet corpus Chriſti ſumere vel pro aliis portare niſi ſtola in pectore ad modum crucis circumſeptus.22.diſtinctione eccleſiaſtica.

Studium.

Quod Studiũ apoſtolici debet eſſe circa profectum imperii.97.diſt.victor.

Quod Studium epiſcopi debet eſſe vt diuerſarum ſcientiarũ Studium procuret in eccleſiis baptiſmalibus. 37.diſtinct.de quibuſdam.

Quod Studium debet eſſe clericis diuinis officiis intendere. 23.diſt.his igitur.in fin.

Quod clerici Studium auaritiæ debent declinare.ibid.

Item deteſtabile Studium ſimoniæ debent fugere. 1.q.1.qui ſtudet.

Quod

ſeruanda ſunt diligenter Succeſſ. ri.12.q.2.hæc huius placiti.& c. non liceat. & cap.charitatem.

Succeſſor. Qd Succeſſor factum prędeceſſoris mutat propter ſub litorum oppreſſionem.31.diſtinctione,ante triennium.

Item propter manifeſtam iniquitatem.100.d.ſt.nouit.

Item propter exempli perniciē.63.diſti q ria ſancta.§.verum.

Item ob iudicis circumuentionē.35.q.9.apoſtolicæ.& duobus c.ſeq.

Item ob gratiæ diſpenſationem.35.q.9.ſententiam.

Item ob originis incertitudinē,68.diſt.chorepiſcopi.

De hac materia habes vbi agitur de Statuto, & de Conſtitutione.

Suffragiū. Quod ſuffragia eccleſiæ facta pro mortuis proſunt,13.q.2.non exiſtimemus.

Quod quattuor modis fiunt ſuffragia pro mortuis,aut miſſis, aut eleemoſynis,aut ieiuniis, aut precibus 13.q.2.animæ.

Quod cum pro centum animabus pſalterium vel miſſa dicitur,non minus quā ſi pro qualibet earū diceretur,accipitur. de conſ.diſt.5.nō mediocriter.

Quod pro ſuffragiis mortuorum alii diem tertium , alii diem ſeptimum,alii trigeſimum, alii quadrageſimum obſeruare conſueuerunt.13.quæſtione 2. quia alii.

Quod debita ſuffragia mortuorū non reddentes fures ſunt & ſacrilegi, & ſunt excommunicandi. 22.q.2.qui oblationes.

De hac materia habes vbi agitur de Mortuis, & de Eleemoſynis.

Superbia. Quod ſuperbia eſt bona, quæ non habet quis ſimulare. 11 q.3.ſi quis vero.

Item ſuperbia eſt aliis ſe præferre. 22.diſt.de Conſtantinopolitana.

Item ſuperbia eſt vanas opiniones ex ſcripturis ſacris confingere.30.diſt.hæc autem.

Item ſuperbia eſt ſubditos non cum beneuolentia, ſed cum aſperitate corrigere. 45. diſt.licet nonnunquam.

Itē ſuperbia eſt arroganter alios inſtruere.46.diſtin.hoc habet 45. diſt.recedite.

Item ſuperbia eſt occaſione habitus vel religionis ſimpliciores quoſque deſpicere.30. diſtin.ſi quis per ſuperbiam.45. diſtin, vera iuſtitia.

Item ſuperbia eſt ſine meritis pręfici vel ordinari velle. 59. diſti. officia.

Item ſuperbia eſt peccatum ſuum in confeſſione non manifeſtare. de pœn. diſt.1 §.item taciturnitas.

Item ſuperbia eſt officia aliis conuenientia ſibi vſurpare. 10.diſtinct.quoniam.93.diſtin.diaconi eccleſiæ.

Quod Nabuchodonoſor propter ſuperbiam in beſtiam eſt mutatus. 18. quæſtione 4. miror.

Su-

Superfluitas. Quod superfluitas cibi & potus nocet animę & corpori. de consec. distinct. vlt. nihil enim sic. & duobus c. sequen.

Quod superfluitas temporalium (maxime in clericis) arguatur. 47. distin. sicut. 12. quæstio. 2. aurum.

Item arguitur in vsu ciborum & potuum. 44. distinct. §. 1. & c. sequen.

Item arguitur in excessu deliciarum & lasciuiarum. 35. distin. ecclesiæ. 41. dist. quisquis.

Item arguitur in immoderata fusione verborum. 43. dist. sit rector. ante med.

Item in constructione ædificiorum. 86. dist. non satis. & cap. pulchra. 12. q. 2. gloria.

Superstitio. Quod superstitio est quidquid institutum est per homines ad facienda & colenda idola, vel ad colendam sicut Deum creaturam. 26 q. 2. illud quod.

Item superstitio est seruare tempora in agendis, in ædificiis inchoandis, in diebus Ægyptiacis custodiendis. 26. q. vlt. quis existimaret.

Item superstitio est pacta quædã & fœdera cum dæmonibus subire, qualia fiunt per magicas artes. 26. quæstio. 2. illud quod.

Item superstitio est strictius viuere quam mores eorum cũ quibus quis habitat, se extendunt. 41. distinctione, quisquis.

Suspensio Quod suspẽsio est duplex videlicet corporalis. & spiritualis.

Quod suspensio Iudæ corporalis non deleuit peccatum, sed auxit supplicium. 23. quæst. si nõ licet.

Quotquot seipsos suspendunt, vel aliter occidunt cum Iuda perpetuæ damnationis exitium incurrunt. 23. quæsti. 5. si non licet.

De suspensione Iudæ habes vbi agitur de Iuda.

Quod suspensis in patibulo (si digne pœnituerint) non est neganda eucharistia, neque sepultura, quia talibus suppliciũ cedit ad peccati remedium. 13. q vlt. c. vlt.

Quod suspensio spiritualis est canonica vel ecclesiastica, quæ contingit in officio & beneficio, vel in vtro que. 32. distinct. eos qui.

Quod a canone suspensi sunt ipso facto clerici publici fornicatores 32. distinct. nullus. & ca. seq. 15 q. 8. sciscitantibus.

Item hæretici. 24. quæst. 1. si quis dederit & c. seq.

Item schismatici. 1. q. 1. quicumq;. & c. reperiuntur.

Quod suspenduntur clerici turpibus quæstibus & lucris incumbentes. 88. distinctione consequens.

Item suspenduntur ab officio dæmoniaci & epileptici, vel consimilibus vexationibus laborantes. 33. dist. communiter. & duobus c. seq.

Item suspenduntur episcopi vel

clerici insolentiis se non corrigentes. 34. distinctio. quorundam.

Item suspenduntur clerici prælatis suis inobedientes & contumaces. 11. q. 3. si quis vero. & c. absit.

Item quando quis suspēditur ab officio, intelligitur tantum de officio in ecclesia exequendo, quia in priuato tenetur oēs horas dicere. 11. quæst. 2 si quis episcopus in concilio.

Item in officijs eis participantes excommunicantur. 11. qō. 3. si quis episcopus damnatur.

Quod nō timens Suspensionem excōmunicatur. 11. q. 3. si quis presbyter.

Item deponitur ab honore. 11. q. 3. si quis episcopus.

Suspicio. Quod omnis suspicio potius repellenda est, quam recipienda. 6. q. 1. oues.

Quod fidelis homo nō de facili debet venire in Suspicionem. 11. quæstio. 3. absit. nota glossam.

Quod est suspicio temeraria, & hæc est repellenda, quia non vult Deus hominem ab humano iudicari arbitrio. 2. quæsti. 1. multi post medium.

Item suspicio probabilis, & hæc recipit probationem in cōtrarium. 7. q. 1. præsentium.

Quod suspicio surgit ex præsumptione, vel ex testium productione. 2. quæstio. 7. accusatio quoque.

Item est suspicio violenta, & hæc sufficit ad sentētiam, vt si vxor cum adultero in vno lecto inuenitur. 32. q. 1. dixit.

Item ex signis verisimilibus, & ex infamia, & hæc inducit purgationem. 2 q. 1. Deus. & q. 5. presbyter.

Item surgit ex aduersariorum cōfictione, & hæc est contemnēda. 11. q 3. in cunctis.

De hac materia habes vbi agitur de Præsumptione.

Tabellio. Quod quælibet ciuitas debet habere tabellionem. 16. q. 3. placuit. §. his autem.

Quod vbi tabellio ad instrumentum scribendum nō habetur, sufficit trium testium subscriptio.

Taberna. Quod tabernas clerici pro aliis non debent tenere. 44. distin. nulli.

Item nisi in necessitate peregrinationis tabernas ad comedēdum vel bibendum non debent intrare. 44. dist. clerici.

Quod clericus tabernam frequētans, si admonitus non cessat, debet deponi. 44 disti. nulli.

Taciturnitas. Quod est taciturnitas bona & mala. 43. dis. sit rector. per totum.

Quod in concilio vel in capitulo bona est taciturnitas, & mala tumultuosa verbositas. 5. q. 4. in loco.

Quod tacenda sunt coram indignis fidei sacramenta. 43. dist. in mandatis.

Quod qui in obligatione tacet, ipsa taciturnitas sibi præiudicat

cat. 28. dist. diaconi.

Quod taciturnitas mala est in peccati confessione. de pœnit. dist. 2. §. item taciturnitas.

Item in veritatis defensione. 11. q. 3. quisquis, &c. nolite timere.

Item in subditorum correctione: propter quod prælatus canis mutus dicitur. 43. distinctione sit rector.

Quod taciturnitas siue bona siue mala quandoque trahitur ad consensum, videlicet propter fauorem ordinis. 54. dist. si seruus sciente. vbi dicitur quod si scit seruum ordinari & tacet, videtur consentire.

Item propter fauorē religionis. 26. q. 2. cap. 1. & 2. vbi dicitur, quod qui anno & die vno in religione steterit, etiam si voce professus non sit, videtur ex taciturnitate in professionem consensisse.

Item propter fauorem matrimonii. 29. quæstio. 2. si quis ingenuus, vbi dicitur, quod ducens ancillam in vxorem scienter, nō potest eam dimittere quia tacendo videtur in eam consensisse.

Item propter fauorem castitatis. 27. distinct. diaconus, vbi dicitur, quòd sacrum ordinem recipiens etiam tacendo de tenenda castitate, in eam consentit.

De hac materia habes vbi agitur de Silentio.

Tangere. Quod qui iustos tangit, velut pupillam oculi Domini tangit. 2. quæst. 7. accusatio quoque.

Quod tangere immundum est peccatis aliorum consentire. dist. 45. recedite.

Quod cui peccatum displicet, & illud redarguit, immundum non tangit. ibidem. & cap. tolerandi.

Quod etiam sine coitu lasciuus tactus graue est peccatū. 27. q. 1. nec aliqua. 32. qō. 5. nec solo.

Temeritas. Quod temeritas est maiorum statuta ausu proprio contemnere. 2. qō. 1. notum. quæst. 7. nihil. 10. q. 1. hanc cō suetudinem. in fin. 21. q. 4. episcopi.

Quod temeritas incurritur, cum a subditis vita & facta superiorum diiudicantur vel reprehē duntur. 21. distincti. nolite. 13. quæstio. 4. placuit. & capit. sequen.

Quod temeritas facilitatis veniā continet, & inconsultus calor calumniæ vitio caret. 2. q. 3. si quem. §. notandum.

Quod temeritas accusatorum tribus modis detegitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. 2. quæstio. 3. si quem. §. proximo.

De Temerario iudicio, & de Suspicione habes in suis locis.

Temperantia. Quod Temperantia cibi est cum nō plusquam necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercendæ

virtutis aptū hēatur.44.dist.eō uiuia.de consec.dist.5.nō dico.

Quod temperantia prodest animæ & corpori, quia nihil sic homini prodest sicut moderata refectio.de conse.dist.5. nihil enim sic.

Quod nec in manducando nec in abstinendo cōsistit iustitia, sed in vtriusque secundum naturæ capacitatem temperantia.41.distin.quod dicit. & tribus c.præcedentibus.

Quod tempore ieiuniorum maxime est seruanda de consecr. dist.5.sint tibi.

Quod temperantia attenditur in motibus.23.dist.qui eps.

Item est habenda in dandis eleemosynis.86.distin. non satis. §.item perfecta.

Item in infligendis pœnis.45.dist. disciplina.vbi dicitur, quod de lenitate & de seueritate debet fieri quoddam temperamentum.

Temporalis. Quod Deus largitur temporalia propter eleemosynæ largitionem.16.quæstio.1.reuertimini.

Item propter pietatem factam. 22.q.2.si quæl bet.Exemplum ibi de obstetricibus.

Item propter decimarum solutionem.16.q.1.decimæ.

Quod subtrahuntur temporalia cum ex ipsis non fiunt eleemosynæ.16.qō.1 reuertimini.

Item cum non soluuntur decimæ.16.q.1.decimæ.

Quod contemplatiui ab omni strepitu temporalium quiescere debent.12.q.1.duo.

Quod temporalia debent possideri, sed non nisi ad vsum.ibid. post medium.

Quod de omnibus temporalib. Deo ab hominibus reddenda est ratio.15.quæstione 1.firmissime.§.ex eo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitiis.

Tempus. Quod tempora propter diuinationem nō sunt seruanda. 26. q.vlt.non licet.

Quod tempus merendi non est nisi in præsenti.13.q.2.in præsenti.

Quod temporis qualitate res mutantur.10. q.3.priscis.& c. seq. 35.dist. ab exordio.

Quod Christus veniens in fine tēporum traxit finem ad principium.35.dist.ab exordio.

De quattuor Temporibus habes vbi agitur de Ieiunio.

Quod temporibus nostris non solum corpora, sed etiam merita in hominibus defecerunt. 34.dist.fraternitas.

Quod multi tolerantur propter temporum necessitatem vel vtilitatem vel scandalum. 1.q. 6.requiritis.& c.seq.4.q.1.pudenda.in fi.

De Temporibus habes vbi agitur de Præscriptione & in multis locis vbi agitur cū temporis adiunctione.

Tentatio. Quod tētatio est multiplex, videlicet Dei,hominis & diaboli.de pœn.dist.2.§. opponitur.& §.econtrario.

Quod

Quod tentat Deus ad instruendum.1.quæstio.1.prophetauit. §.quinque.

Item ad pugnandum. 6.q.1. sunt plurimi.de pœn.distin.2.§.opponitur. post med. vbi agitur de Tentatione tribulationis.

Quod tentatio est vita hominis super terram.de pœnit.dist.2. §.opponitur.

Quod humana tentatio est cum in animo de illicitis tentantur etiam volentes: sed diabolica, cum quod caro suggerit, animus consentit.de pœnit.dist. 2.§ econtrario.

Quod sunt quidam qui non expectant tentationem, sed præueniunt voluntate.de pœn.distin.5.§.1.circa prin.

Quod cum tentatio in corde nõ reprimitur etiã in actione dominatur. 49. distinctio. hinc etenim.

Quod nemo debet tentare Deũ dum habet quod consilio rationabili faciat. 22.q.2.quæritur.

Quod iudicium per duellum & per ferrum calidum siue per aliquam aliam probationem ꝓhibetur, quia Deus tentari videtur. 2.q.4.monomachiam. & c.consuluisti.

Quod Deum tentat qui habet ꝙ faciat vnde suam & aliorum salutem præcauere queat, & non procurat.23.quæstio. 8. si nulla.

Quod tẽtat hominem diabolus. de pœn.dist.2.§.opponitur, ante fin.

Item tẽtat bonos vt laceret & deuoret.3.q.1.nulli.

Item tentat dormientes. 6.distin. testamentum.

Qđ mille modos habet tentandi. 6.q.2.c.1.

Item tentat sub specie boni mala suggerendo.14.q.5.forte.

Quod præcipue sancti a peccato mundi sustinent tentationes diaboli.de pœn.distin.2.§.opponitur.

Quod maxime illos tentat qui Deo sunt familiariores & in eius seruitio feruentiores.3.q.1. nulli.

Tergiuersatio.

Quod tergiuersatio est verborum cauta prolatiõe peccata sua leuigare.de pœn.dist.1.§.econtra.2. in fine.

Quod tergiuersari est ab accusatione desistere.2.q.3. si quem. §.notandum.

Testamentum.

Qđ testamentum vetus differt a nouo in pluribus: quia in veteri pœna, & in nouo venia peccati ꝓmittitur.23.q.4.c.hæc autem. §.proximo.

Quod illud terrorem, istud mansuetudinem inducit.ibid.

Item in veteri pró culpa morte moriebantur, in nouo pœnitẽti misericordia promittitur. ibidem.

Item differt in matrimonii coniunctione.35.q.1.§.1.

Item in plurium vxorum & concubinarum permissione.32.q. 4.recurrat.§.his ita.

Item differt in multorum cæremonialium obseruatione. 5. dist.§.1. 6.distin.non est pec-

catum.§.his ita.

Item differt,quia vetus requirit opera,nouum autem non tantū opera,sed voluntatem. 15.q.1. si quis non.

Item testamentum vetus virginitatem non approbat,quam nouum commendat.32.q. 4. recurrat.§. his ita.

Quod concordat nouum testamentum cum veteri in moralium obseruatione,quia obseruat decalogum.32.q.4.meretrices.

Quod in testamentis decedentiū vltima voluntas testatoris est seruanda.13.quæstio.2.vltim. 16.q.1.admonere.& c. consideratio.

Quod eremitæ quia propriū habent,possunt testari.19.q.3.plalatum.§.proximo.

Quod religiosis proprium non habentibus non licet testari. 19.quæstione 3.quia.& capit. sequen.

Item seruus (quia omnia sunt Domini) testamentum condere non potest.13.q.2.illud.

Quod vtrum liceat episcopis & clericis cōdere testamentum, habes 12.q.1.episcopi.

Quod non licet eis de rebus ecclesiæ sicut agris & frugibus siue oblationibus, siue de quibuscumque aliis testari.12. q. 1.episcopi.ibid.& quæst.2.per totum.& quæstio. 4. nulli. & cap.seq.

Item bona propria decedentium ab intestato si non habent filios vel nepotes,sunt ecclesiarum in quibus ministrant.12. q.3.quicūque.& q.5.c.vlt.& q. 2.episcopus qui filios.

Quod in testamento Christus semper pro vno filiorum reputandus est.23.quæsti. 2.si quis irascitur.

Quod testamentorum non executores sunt sacrilegi fures.13. q.2.qui oblationes.17.q 4.sacrilegium.

Item sunt egenorum homicidæ. 13.q.2.clerici.

Item sunt excommunicandi.ibi.

Quod successor non seruans defuncti testamentum est exhæredandus. 11. q. 1. Siluester.

Testis. Quod triplex est testis, videlicet superior,scilicet Deus.11.qō. 3. inter verba.vbi dicitur, Ecce in cœlo testis meus.& 21.q.1.si peccatum.

Item est testis interior, videlicet conscientia. 11.q. 3. inter verba. vbi dicitur: Gloria nostra hæc est,testimonium consciētiæ nostræ.& c. custodi.

Item est testis exterior, scilicet proximus.de conse.distin.1.iubemus.11.q.3.non sunt.12.q.1. nolo vt.

Quod est testimonium non solū verbale,sed etiam reale,scilicet facti euidentia.28. dist. priusquam.82. dist.proposuisti. 33. q.2.de his vero.

Quod apostoli verbo & opere sunt testes Christi in Hierusalem & in omni Iudæa.11.qō 3. existimant.in fin.

Quod voluntas morientis etiam sine instrumento probari potest ex circumstantium testimoniis.29.quæstio. 6. his qui tempore.

Quod

Quod in testimonio est attendēda diuersitas locorum & temporum, trigesimaquinta q. 6. de parentela.

Quod ad probationem ingenuitatis soli testes non sufficiunt nisi instrumentis & argumentis adiuuentur. 4. quæstione 3. placuit. §. item in criminali. post med.

Quod nullus potest esse iudex & testis. 4. quæsti. 4. nullus vmquam.

Quod testibus non testimoniis per scripturam delatis credendum est. 3. qō. 9. testes. §. proxi. & c. hortamur.

Quod de illo est verum testimonium quod in præsentia testificantium contigisse perhibetur. 3. quæstione 9. testes. §. de his.

Quod etiam non rogati, dūmodo interfuerint, testes esse possunt. 4. qō. 3. placuit. §. item in criminali.

Quod testes super vno facto in tempore & loco discrepantes repelluntur. 3. quæst. 9. testes. §. sequen.

Quod illi testes sunt grauiter puniendi quos temporum diuersitas simul facto non interfuisse ostendit. 3. quæstione 8. nihilominus.

Quod in causa criminali testimonium debet esse de visis, notis & auditis. 3. quæstione nona. testes.

Quod in testibus attendenda est status dignitas, fidei puritas, & morum grauitas. 4. q. 3. testes, §. sequen.

Quod illi præcipue recipiendi sunt in testes, de quibus præsumitur quod veritatē facti magis sciant. 35. q. 6. c. 1.

Quod licet simplici verbo iudicis credendum sit, tamen si ab ipso appellatur, non potest esse testis in causa appellationis. 16. q. 1. statuendum.

Quod ad vnius testimonium nemo condemnatur nisi forte fama publica contra eum laboret. 3 q. 3. testes. §. seq. 35. quæ. 6. §. vlti. 33. q. 2. admonete. 2. q. 5. si mala.

Item nec ad testimonium vnius, etiamsi sit episcopus. 6. quæst. 2. per totum. 4. q. 3. testes. §. sequen. ver. vnius.

Quod ex hoc episcopo vel alteri prælato iniuria non infertur, cum sibi soli in testimonium non creditur. 6. q. 2. c. vlt.

Quod ad probandum duo testes sufficiunt, vel tres, nisi in aliquibus casibus singularibus vbi plures requiruntur. 4. qō. 3. testes. §. sequen. post med. 2. q. 4. §. 1.

Quod præsul non damnatur nisi 72. testibus: presbyter autem nisi 44. diaconus vero cardinalis nisi viginti tribus. inferioris autem gradus clerici nisi septem testibus conuicti, non debent condemnari. 2. quæst. 5. præsul.

Quod nullus est idoneus testis in causa propria. 15. qō. 3. sane, in fine.

Quod nec in re nec in causa propria quis ad testificandum admittitur. 4. q. 3. testes. §. sequē. post med.

Quod contra se quisque testari

potest, pro se vero minime. 14. q. 2. §. 1.

Quod propter inimicitias potest quis repellere testes contra se, quos admisit pro se: alias non. 4. q. 3. testes. §. seq. versiculo si quis.

Quod qui agit, non potest a reo petere testimonium. 4. quæst. 3. testes. versic. item qui intendit.

Quod testes non videntur idonei, quibus potest imperari. 4. q. 3. testes. §. sequen. ante medium.

Quod testis videtur suspectus si sit de domo iudicis. 4. quæsti. 4 contra.

Quod nullus debet cogi, vt ferat testimonium contra consanguineum vel affinem. 4. q 3. testes. §. sequen. versi. item lege Iulia.

Quod nec parentes nec liberi in uicē aduersus se testificari possunt. 4 quæst. 3. testes. ver. item codicem.

Quod pater & filius & duo fratres in eadem causa testes esse possunt. 4. q. 3. testes. §. seq.

Quod in alieno negotio plures testes produci possunt ex eadē domo. 4. q. 3. testes. §. seq. circa med.

Item testis domesticus admittitur in causa ecclesiastica. 14. q. 2. super.

Item in causa matrimoniali. 35. q. 6. de parentela.

Itē admittitur in causa ciuili, sed non in criminali. 4. quæstio. 3. testes § sequen. versicul. quos accusator. 14. quæst. 2. per totum.

Quod hæreticus pro Christiano potest testificari contra hæreticum, sed non contra Christianum, 24. quæstio. 1. miramur. §. sequen.

Quod inhabilis ad sacerdotium, contra sacerdotem non potest testificari in causa criminali. 2. q. 7. ipsi apostoli.

Quod an clericus ad testificandum possit compelli. 2. q. 6. statutum.

Quod episcopus vel presbyter nisi in causa quæ aliter sciri non possit adducatur in testē: quia ex hoc sacerdotium dehonestatur. 11. q. 1. testimonium.

Quod episcopus vel presbyter in necessitate testimonium perhibens non dēt iurare sicut alii super librum, sed tantum videre librum in fin.

Quod episcopus vel presbyter potest loco iuramenti per sanctā consecrationem dicere. 2. q. 4. si quis presbyter.

Quod omnes alii testes debent primo iurare de veritate dicenda tactis sacrosanctis Euangeliis. 3 q. 9. hortamur. 4. q. 3. testes. § proximo.

Quod iudex debet testibus prouidere de loci securitate. 3. q. 9. hortamur.

Quod testibus expensæ sunt ministrandæ. 4. qō. 3 testes. §. seq.

Quod episcopus siue presbyter pro ecclesiæ suæ negotio potest ferre testimonium. 14. q. 2. super.

Quod clericus non debet esse testis contra laicum in criminali causa, sed in ciuili. 11. quæst. 1. testimonium. 14. quæstio. 2. su-

super.
uod in conficiendis instrumē- tis sæcularium, presbyteri nō debent ferre testimonium nisi de mandato episcopi.14 qō. 2.super.in fin.ibi.
uod testi honestiori maior fides est adhibenda. 4. quæstio. 3.testes. versic. item iuiurandi.
uod vtrum hermaphroditus possit fieri testis, qualitas incalescentis sexus declarabit. 4. qō. 3. testes. ver. item hermaphroditus.
uod mulier potest esse testis pro parentibus & amicis & cōsanguineis, & pro crimine læsæ maiestatis, & contra hæresim & simoniam.15.q.3. de crimine.
uod de vnoquoque minus est dubitandū vbi prior vita quais fuerit testimonium reddit. 61.dist.miramur.
uod testes debent esse bonæ opinionis.2.q.1.in primis.circa med.3.q.5.suspectos.4.q.3. testes.§.1.
uod ad testificandum non admittuntur alias inimici.2.q.1. in primis.circa med.
m nec serui pro domino suo, nec minor viginti annis.4.qō. 3.testes.
m nec infideles.2.q.7. non potest.3.q.5.suspectos.
m nec a fide apostatātes. 2.q. 7.non potest.
m nec infames.2.q 7.testes.3. q.5.similiter.& c.seq.6.q.1.qui crimen.
m nec criminosi.2.q.7.testes. 3.q.5.constituimus.
Item nec complices in crimine quando illud de se cōfitentur. 15.q.3.c. vlt. 4.q.3.testes.§.sequen.
Item nec nimia paupertate laborantes.4.q 3.testes § seq.
Item nec consanguinei vel propinqui, nisi cum cōtra seipsos mutuo testificari voluerint.3. q.5 c.1.
Item nec familiares scilicet de ꝓpria domo prodeuntes.3. q.5. c.1.& c. accusatores.
Item nec affines.3.q. 9. absens. & q.5.similiter.
Itē nec litigiosi.3.qō.5.suspectos. & c.seq.
Item nec impuberes qui intra quartum decimum annum cō sistunt.4 quæstio.3.testes. & §. sequen.
Item nec liberti contra ecclesiam vel contra dominū, cuius fuerunt serui.12.q. 2. episcopus q mancipium.§ vlt. 4 q.3.testes. § seq. ver. item patroni.& ver. item liberti.
Item nec serui, nisi dum aliqui testes deficiunt 4.qō.3. testes.§. seq.ante fin.
Itē nec ille qui iudex vel assessor vel aduocatus fuerit in eadem causa.16.quæstione 2. statuendum.
Item quicumq; ad accusandum non admittitur, nec ad testificandum. 4.q. 4.c.1.
Quod testimonium numquam est vendendum. 14. qō.5. non sane.
Quod non testificans veritatem grauiter peccat.11.q 3.vnicuique.§ sic quoque.
Quod falsus testis est qui etiam

contra seipsum falsum dicit,& per hoc Deum qui est veritas vendit.11.q.2.abiit.

Quod presbyteri vel diaconi in falso testimonio inuenti, per tres annos ab officio suspensi in monasterio debent pœnitere.5 q.6.quia,in fin.

Quod quilibet falsus testis septẽ annorum pœnitẽtia punitur. 22.quæstione 5.si quis peierauerit.

Quod infamis fit,& a testimonio repellitur. 12.quæstio.5.si quis conuictus.

Quod inducens ad falsum testimonium grauiter peccat, & consimili pœna punitur.22.q.5. si quis peierauerit. & cap. si quis conuictus.

Timor Qd timor est multiplex,videlicet seruilis,quando quis timore pœnæ facit quod facit.23.q.4.hęc autem.§.seq.in fin.

Item est timor initialis, si qui sicut seta introducit filum, ita & ipse charitatem.de pœn. disti. 2.sicut seta.'

Item est timor filialis, qui etiam timor sanctus vel castus dicitur,& hic est perfectorum.23. qõ.6.schismatici.& §.vltim.in fin.

Item est timor naturalis, quem etiam ipse Christus habuit, & alii perfecti.7.qõ.1.c.vlti.circa finem.

Item est timor mundanus, quãdo peccatur timore temporalium.47. distinct.sicut.11.q.3. quisquis.

Item est timor mundanus quo quis peccat timore pellis propriæ.11.q.3.nolite.

Quod humanum est timere eũ qui potest opprimere vel erigere.16.quæstione 2.capit.1.post medium.

Quod timendum est de sero pœnitente.de pœni. distin.7.post medium.

Quod amor carnalis & timor atque auaritia sensum hominis hebetant.3.quæst.5. accusatores vel testes.11.quæst.4.quattuor.

Item ibi væ est vbi timoratus periit a terra.16.q.7.& hoc diximus.post med.

Titulus. Quod titulus dicitur principium possessionis,sine quo nemo vere possidet.16.qõ.3.dilectio.§. potest, ante med.& 17.qõ. 4. questi.

Item dicitur titulus vexillum vel signum pro re vendicanda positum.16.q.6.consuetudo. 12. q.2.non habenti.

Item dicitur titulus breuis adnotatio sequentis operis.15. dist. sancta.& capit. in primis.ante medium.

Item titulus dicitur beneficium ecclesiæ, sub quo quis ordinatur,& vbi tenetur seruire quãdiu viuit.70.distinctione sanctorum.

Quod nemo sine titulo ordinari debet ibid.

Tolerantia. Quod tolerãtur a bonis infirmi ipsis consueta non denegando.4.distinctione denique.

Item debilitati quantum ad labores condescendendo. 47. distin.

ſtin.omnes,in fin.

em ipſorum defectus ad infamiam nondetegendo.95.diſt. in ſcripturis.

em commiſſa eorum propter ſpem correctionis patienter ſupportando.45.diſt.licet.

emplum ibi de Petro quem dominus poſt negationem non damnauit.& c.recedite. & 50. diſt.conſiderandum. vbi dicitur quod ideo dominus Petrũ tolerauit,vt poſtea aliorum defectus toleraret.

m tolerantur a bonis mali ipſorum detractiones & falſa iudicia æquanimiter tolerando.6.q.1.deteriores.& c.ſeq.& c. ex merito.

m tolerantur a bonis ipſorum verba, & alias perſecutiones patienter ſuſtinendo. 6.qõ.1. quieſcite.

m tolerantur de omnibus ipſorum iniuriis ſe non vlciſcendo. 23.q.3.ſex differentiæ.& q. 8.conuenior.

od qui malos non tolerat ipſe ſibi per hoc teſtis eſt, quia bonus non eſt. 23. q. 4. hæc aũt.

od mali a bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non poſſunt 23.q.7.c.1.in fin.

e Tolerantia malorum ha es vbi agitur de Malis.

onſura. Quod tonſura clericalis in circuitu & in ſummitate capitis in modum ſphæræ debet radi. 23 diſt.prohibere.

od tonſura deſignat in clericis contemptum temporaliũ. 12.q.1.duo.

Quod hæc tonſura prius debet fieri ꝑ epiſcopũ, niſi ſint regulares,quibus per abbatem ſuũ, ſi eſt presbyter,poteſt dari. 69. diſt.quoniam.

Quod prima tonſura facit clericum. 23. diſt. clerici.& eſt ordo,qui dicitur pſalmiſtatus.23. diſt.pſalmiſta.

Quod non habentes tonſuram clericalem lectiones in eccleſia publice in pulpito non debent legere. 69.diſt.quoniam.

Quod tonſura clericalis ſic debet tonderi vt ſit ſuper aures.23.diſtin.non liceat cuilibet.

Quod ad eam deferendam clerici per archidiaconum ſunt cõpellendi.23.diſt.ſi quis.

Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debent tonſuram portare, ſi clericali priuilegio volunt gaudere.84. diſt.quiſquis.

Quod clericus contrahens cũm corrupta,quia videtur renuntiare priuilegio clericali,communem cum laicis tonſuram deportabit.ibid.

Tormentum. Quod tormentum quandoque verberib. infertur.12.q.2.fraternitas.

Quod quilibet iudex etiam eccleſiaſticus poteſt torquere ſuſpectos, vt veritatem facti poſſit exquirere.5.q.5.illi qui.

Quod quilibet ſuperior malefactorem ſibi ſubditum, ſecundum magis & minus excedentem poteſt tormentare. 23.q. 5.c.1.in fin.

Quod prælatus non debet per ſe, ſed per alios delinquentem

tormētare. 86.dist.non liceat.

Transactio. Qđ transactio est cū aliquo dato vel retēto vel promisso ab actione litigii recedere. 54.distin.generalis.circa finem.

Quod transactio debet fieri de scire iudicis vel superioris.23.q.4.si illic.

Quod proprie loquendo transactio non potest fieri in spiritualibus.1.q.2 quam pio.14.q.5.denique.16.q.7.decimas.13.q.2.in ecclesiastico.

Quod quando seruus diaconus effectus aliam personam pro se restituat, in tali transactione non committitur simonia: quia non pro ordine, sed pro seruitio fit restitutio. 54. dist. ex antiquis,in fi.& cap. generalis.

Transitus. Quod in successores res transit cum onere suo. 11.q.1. Siluester.

Quod spiritualis transitus est de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de terrenis ad cœlestia.de cōs dist.4. per aquam.

De Trāsitu religiosorum ad aliam religionem habes vbi agitur de Religione.

Translatio. Quod transferri possunt prælati de ecclesia ad ecclesiam propter necessitatem vel vtilitatem.7.q.1.mutationes.& tribus cap.sequen.

Quod sicut vir ducens alteram præter suam vxorem, dicitur adulter: sic prælatus qui propria temeritate se transferr ad aliam ecclesiam.7.q.1.sicut.

Quod trāslatio fit de minori ecclesia ad maiorē,& non econuerso.93.distin. legimus. circa med.7.q.1.mutationes.

Quod Petrus de Antiochia Romam tamquam ad maiorem ecclesiam est translatus.7.q.1. mutationes.

Quod ambitio præsumitur vbi de minori ecclesia ad maiorē sua temeritate quis trāsfertur. 7.q.1.si quis episcopus. & cap. sequen.

Quod translatio vtilitatis plurimorum, vnius vtilitati præferenda est.8.q.1.scias.

Quod translatus nihil iuris in priori ecclesia retinet.21.q 2. si quis.

Quod translatus non priuatur prima ecclesia nisi possessionē habeat in secunda. 92.distin. si quis episcopus.& ca.si qui episcopi.

Quod translatus causa necessitatis, cessante necessitate debet ad primum locum redire.7.q.1. pastoralis. 1. qō.1. quod pro necessitate.

Quod solius Papæ est transferre episcopos.7.q.1. mutationes. & c.sicut alterius. in fi.

Quod presbyteri siue inferiores prælati de ecclesia ad ecclesiā non debent transferri nisi auctoritate episcopi.7.qō.1.episcopus de loco.

Quod ad aliam ecclesiam sua temeritate se transferentes frustrantur habita & non habita. 7.quæst.1. si quis episcopus.& cap.

cap.sequen.

Quod in translatione clericorũ vel rerum ecclesiasticarum episcopus debet requirere consilium capituli: quia fit quædã alienatio. 12.q.2.sine exceptione.

De Translatione habes vbi agitur de Mutatione & de Permutatione.

Treuga. Quod treuga est securitas præstita rebus & personis discordia nondũ finita. 24.q.vlt.illi.

Quod archiepiscopi & alii prælati ad faciendum treugam debent intendere. 24.qõ.vlt.illi. 90.dist.per totum.

Quod frangentes treugas sunt excommunicandi. 24.q.vlt.

Tributum. Quod licite datur tributum etiã ab ecclesia, videlicet intuitu pacis. 23.q 1.quid.

Item datur intuitu subiectionis. 11.q.1.magnum. Nota exemplum de Christo, qui dedit tributum.

Item intuitu solius ꝙ quis possidet. 23.quæstione 8.tributum. & c.sequen.

Item datur intuitu impensi officii vel impendedi. 28.qn. 2. Eleutherius.

Item datur intuitu cathedratici. 10.q.3.per totum.

Item datur obtentu longæ consuetudinis. 1.q.3. quæsitum. ante finem.

Quod nulla ecclesia construẽda est sub tributaria conditione. de consecrat. distinct.1. si quis basilicam.

Tribulatio. Quod tribulatio patienter est toleranda, ne per impatientiam meritum mutetur in culpam. 7. q. 1. cum percussio.

Quod Deus sæpe suis mordacissimum genus tribulationis immittit ad animæ medicamentum. 5.q.5. non omnis. Exemplũ ibi de stimulo carnis Pauli.

Item mittit ad virtutis augmentum. 7.q.1.aduersitas. Exemplum ibi de naufragio Petri. 11.q.3.in cunctis.

Item mittit ad puniendum crimen commissum. 6.qõ.1.sunt plurimi. 7. quæst. 1. cum percussio.

Item mittit ad consequendum æternum præmium. 7. quæst. 1. suggestum.

Quod facit mundi honorem cõtemnere. 23.q.4.displicet, ante med.

Item facit ad bonum festinare. 23.q.4.c. vlt.in fin.

Item tribulatio facit peccata desistere. 23 q.4.qui peccat.in fi.

Quod quando non grex nec fides, sed pastor quæritur, tribulatio est declinanda. 7. quæst. 1.sciscitatis.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate.

Tristitia. Quod nullus ꝓ sua nec suorum morte tristari debet. 13.qõ. 2. quàm præposterum.

Quod illi qui de morte contristãtur, videntur de spe resurrectionis dubitare. 13.quæstione 2.vbicumque.§. sequen. & ca. sequen.

Tutor. Quod tutor proprie dicitur pupilli vel orphani: vel a parentibus emancipati. 87. dist. defensionis.

Quod triplex est tutela, videlicet testamentaria, quæ ex testamento constituitur: & legitima, quæ propter propinquitatem assumitur, & datiua, quæ cuicumque confertur. 16. q. 1. generaliter.

Quod tutela pupillorum in duobus consistit, videlicet vt vita a criminibus, & res ab iniuria impiorum seruetur. 12. qō. 1. c. 1.

Quod ipse Deus iussit pupillis & egenis tuitionem impēdi. 87. dist. defensionis.

Quod episcopus tamquam iudex tuitionem testamentariā non debet suscipere, & susceptam propter necessitatē, nō per se, sed per archipresbyterū debet agere. 88. dist. episcop^{9}. & duobus c. seq.

Quod licet clerici & etiam monachi non teneantur ad tutelam testamentariam vel legitimam vel datiuam, ad cautelam tamen miserabilium personarum omnes tenentur. 86. dist. peruenit. 87. dist. licet. 16. q. 1. generaliter.

Quod clerici per episcopum possunt cogi ad egenorum tutelæ susceptionem. 88. distinct. decreuit.

VAcatio. Quod ecclesia cathedralis vltra tres menses non debet vacare pastore. 50. distin. postquam. 64. distin. obeuntibus.

Quod propter gregis periculum post tres menses electionis alii tres menses dantur pro petenda consecratione. 50. disti. postquam.

Quod percipiendæ atque intuendæ veritati vacandum est. 8. q. 1. qui episcopatum.

Quod clerici qui diuinis officiis debent esse obligati, non debent terrenis actibus vacare. 21. q. 3. malitiis.

Quod vacatio contemplationis corde appetenda est, sed aliquando pro multorum salute postponenda est. 8. q. 1. in scripturis.

Quod diabolus per incuriam vacantes facilius opprimit, & in ima vitiorum posternit. de pœnit. dist. 4. quæcumque.

Vagari. Quod ep̄s vagabundus nisi resipiscat, primo excōmunicatur, postea in monasterium retruditur. 7. q. 1. peruenit. & c. seq.

Quod clerici ab ecclesia non sunt habendi qui vagando sub nullius episcopi diligentia consistunt. 93. dist. nulla.

Quod monachi vagari prohibētur. 16. q. 1. iuxta & c. seq.

Qđ religiosi vagantes vt ad monasteria sua redeant, sunt compellendi. 16. q. 1. quidam. 18. q. 2. abbates.

Quod vaganti religioso sine sui superioris licentia non licet ordines recipere, nec diuina officia celebrare. 16. q. 1. monachi. & c. seq.

Quod si quid religiosus vagando acquisierit, totum monasterii vbi professus fuerit, erit. 18 q.

18.q.2.abbates.

Quod vagabundi religiosi post contemptum admonitionis, auxilio episcopi sunt carcerib. tradendi.18.q.2 abbates.

Vanitas. Quod nomen Dei non est in vanum assumendum. 22.q.2. animaduertendum.

Quod vanitas gentilium poetarum,vel philosophorum,ipsorum auctoritatibus redarguitur.37.dist.si quid.

Quod in prædicatione postponere auctoritatem prophetarũ, & adducere auctoritatem philosophorum vanitas est & curiositas sacrilega. 37. distin. si quis autem & c.seq.

Quod omnis scientia quæ ad tropologiam, id est mores non conuertit, in vanitatem & in sensus obscuritatem deducit. 37. dist.nonne,

Vas. Quod in ecclesia ad baptizandum & ad corporalia & pallas lauandum specialia vasa debent haberi.de cõsec.disti.4.omnis.& quattuor c.seq.

Quod vasa sacrata nõ debent haberi. de consecratione dist. 4. omnis presbyter.& disti.1.nemo per ignorantiam.& quattuor c.seq.

Quod vasa sacrata nõ debent moniales nec inferioris gradus clerici tractare.23. dist. sacratas.& c.non oportet.

Quod vasa sacra & ecclesiastica inueterata debent comburi: & cineres vbi conculcari non possint, reponi. de consecrati. dist. 1.altaris.

Quod vasa ecclesiæ pro liberatione captiuorum & egestate miserorum sunt exponenda:quia melius est vasa viuentium seruare,quam metallorum.12.q. 2.aurum.

Quod Paulus dicitur vas electionis. 22.q.5.si Paulus.

Quod vasis iræ Deus numquam redderet interitum si non inuenitur homo spontaneũ habere peccatũ. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Vates. Quod vates a vi mẽtis appellatur : qui modo sacerdotẽ: modo prophetam: modo poetam significat.21.dist.cleros.

Quod illud quod vates gentiliũ de Christo prædixerunt, valet ad cõuincendam paganorũ vanitatem:sed non dat auctoritatem.37. dist.si quid.

Velum. Quod est velum professionis,quod datur feminis anno duodecimo.20.q.2.puella.

Item est velum consecrationis,quod datur anno vigesimo quinto. 20.q.1.placuit.

Item est velum prælationis,quod datur anno sexagesimo.20.q. 1.iuuenculas.

Item est velum ordinationis: & quod datur anno quadragesimo.27.q.1.diaconissam.

Item est velum continentiæ obseruationis: & hoc est viduarum.27.q.1.viduas.

Quod ad episcopos spectat virgines velare.20.q.1.deuotis.

Quod excepta ægritudine episcopus virgini velum non debet imponere,nisi in festo epi-

phanię,& per totas octauas Pascha: & in festis apostolorum.

Quod nec abbatissæ nec alteri moniali aliquam velare licet. 20.q.2.statuimus.

Quod viduam nullus pōtifex velare debet. 20.q.1.deuotis.

Quod vidua ab altari velamen continentiæ potest suscipere. 27.q 1.viduas.

Quod velatæ voto professionis, siue virgines siue viduæ matrimonium non possunt contrahere,& cōtractum dirimitur. 27.quæstione 1. si quis sacro. & c. hæ vero.

Venatio. Quod aliqua venatio prohibetur,& aliqua permittitur & aliqua conceditur.

Quod venatio arenaria,qua quis pugnat cum bestia detenta in arena, prohibetur non solum facientibus,sed etiam aspicientibus.86.dist.qui venatoribus. & c.seq.

Item hanc venationem exercens non solum infamis efficitur, sed ēt ab actione in iudicio repellitur.3.qō.7.c. 1. §.tria.post princip.

Quod venatio saltuosa,quæ fit in saltibus,vel syluis: si fit tempore debito,nō prohibetur: si fit propter vtilitatem nō delectationem laicis nō clericis permittitur. 68.dist.quid prodest. 24.dist.quorumdam.

Quod maxime Germaniæ atque Galliæ prælati venationi saltuosæ implicantur,ibid.

Quod venatio quæ fit sine strepitu, sicut ponere rete vel laqueum, nō solum laicis sed etiam clericis conceditur: quod simi lis est piscationi.76 distinctione Etau.de conse.dist. 5. nūnquam.

Quod venator inquantum venator non legitur sanctus 34. distin. quorumdam. 86. distin. Etau.

Quod qui videt venationem ad delectationem, videbit Christum ad contristandum.86.distin.vident.

Quod parum prodest ieiunare in cibis,& delectari in venationibus. 86. distinctione quid prodest.

Quod vouere venatorē propter artem suam,est peccatum.86. distinctione, qui venatoribus.

Venditio. Quod emendi vilius & vendēdi carius studium maxime clericis prohibetur.14.q.4.canonum.

Quod clericis permittitur vt pro mutuatis ab ipsis denariis res alias statuto tempore prout venduntur,recipiant. 14.quæ. 4. si quis clericus.

Quod turpe lucrum sequitur qui ex cupiditate tempore messis vilius emit vt carius vendat. 14. quæstione 4. quicumque tempore.

Quod qui falsum iurando pro pecunia veritatem vendit, Christum,qui veritas est, sicut Iudas vendit. 1. quæstione 3. abiit.

Quod sicut iudex non debet vēdere verum iudicium, sic nec testis verum testimonium.14. quæ-

quæstione 5. non sane.11. q. 3. non licet.

Quod sicut iurisperius potest vẽdere iustum consilium, sic aduocatus iustum patrocinium. ibidem.

Quod nullum diabolus tamquã seruum possidet, nisi qui se sibi peccatorum ære vendiderit. 15.q.1.non est.

De venditione spiritualium habes vbi agitur de Simonia.

Quod Christus eiecit de templo vendentes & ementes.16.qõ. 7. & hoc diximus.

Venia. Quod apud Deum nullus patitur moras veniæ conuersio. de pœni: dist.1. serpens.in fin.

Quod Deus non dat veniam in errore durantibus, sed se corrigentibus. 24.q.2.legatur.

Quod cum in confessione peccari erubescentiam vincit timor Dei,fit venia criminis. de pœnit.dist.1.quem pœnitet.

Quod fit dignus venia ex desiderio sacerdotis, quem habere non valens socio cõfitetur turpitudinem criminis. de pœn. dist.6.§.1.

Quod facilitas veniæ incentiuũ tribuit delinquendi.23.q.4.est iniusta.in fin. & capit.si ea. & cap.sequen.36.q.9.loci.86.distin.interiorum.

Quod non oportet prælatum, si excidit in correctione a subdito veniam quærere.86.distin. quando.

Veniale. Quod venialia peccata dicuntur quotidiana,quia quotidie subrepunt. de pœn.dist.1.medicina.§ tres sunt actiones.

Quod fit veniale in confessione quod fuit criminale in operatione.de pœni. distin.1. quem pœnitet.

Quod quæ sunt venialia peccata habes.25.distin.vnum orariũ. §. alias autem.

Verbera. Quod fides verberibus nõ est exigenda.45. distinctione capit.1.

Quod ecclesia quosdam damnis, quosdam verberibus castigat. 12.q.2.fraternitas.

Quod ad correctionem subditorum virgarum verbera meritorie infliguntur.23.q. 5.cap. 1.in fin.

Quod siue monachi, siue alii clerici de suis excessibus possunt verberibus coerceri.20.q.vlt. monachum.

Quod episcopus nullum suis manibus debet verberare. 86. dist. non liceat.

Quod miseri sunt prælati, qui verberibus tantum volũt timeri. 45.dist.c.1.

De hac materia habes vbi agitur de Tormentis & de Correctione.

Verba. Quod omnium rerum creatio & hominum recreatio fuit in verbo.1.quæstione 1. intra catholicam.

Quod in verbis sacramenta Christi conficiuntur.ibid. & capit. detrahe.

Quod accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. 1.q.1.dettahe.

Quod an non minus est reus qui negligenter verbum Dei audit, quam qui corpus Christi in terram cadere permittit. 1. q 1.interrogo.

Quod qui exit dum verbum Dei proponitur, excõmunicetur. de consecrat.distin.1.sacerdotes.

Quod verba ideo sunt instituta vt homines cogitatione in notitiam aliorum proferant.22. q.2.his autem.

Quod verba non semper sunt accipienda sicut sonant. 23. q. 1. paratus,ante med.

Quod Deus verba secundum proferentium intentionem accipit.22.q.5.humanæ.

Verecundia. Quod ẽ verecundia virginalis, quæ est naturaliter in virginibus.30.q. 5.nec illud.Exemplum ibi de Rebecca.

Item est verecundia vidualis,quæ verecundiam promittunt antequam iterato nubant.33. qõ. 2 non omnis.

Item est verecundia semiconfitentis dum quis erubescit aliqua peccata confiteri.de pœn. dist.3.siue autem.ver.inter hęc prima.

Item est verecundia plene confitentis, & hæc est magna pars satisfactionis,quia de mortali facit veniale. de pœn.distinct. 1.quem pœnitet. & cap.quam uis.

Quod propter verecundiam bonum nõ est dimittendum. de pœn.dist.1.in actionem. in fi.

Veritas. Quod veritas est cum illud asseritur quod est.22.q.2. cum humilitatis.

Quod tunc exit aliquis a veritate Dei, cum a fide & charitate exit.25. q.3.cum aliquis.

Quod veritas sacramẽtorum in sola ecclesia habetur Catholica.24.q.1.quia.

Quod in quib. nil interest ad habendum regnum Dei, vtrum vera putentur vel falsa,non refert.22.q.2.in quibus.

Quod veritas præfertur etiam consuetudini: quia Christus non dixit, Ego sum consuetudo,sed veritas.58.distinct.veritate.& quattuor c.seq.

Quod ille nõ solum proditor est veritatis qui mẽdacium dicit, sed etiam qui veritatem libere non pronunciat.11.quæstio.3. nolite timere.

Quod veritatem pro pecunia negantes Deum negant.11.qõ.3. nolite timere.

Quod veritatem pro pecunia negantes Deum negant.11.qõ.3. abiit.

Quod qui veritatem non defendit quam defendere conuenit proditor est veritatis.11.qõ. 3. nolite timere.

Quod veritas non est in homine cum quis dicit se peccatorem esse cum non est. 21. quæstio. 3. cum humilitatis & duob. c. seq.

Quod non est sic vitanda arrogantia, vt veritas relinquatur.22.quæstione secũnda.nõ ita

ta.
od non poteſt veritas occulta
i.22.q.2.ſi quis.
od vbi de fide vel ſalute agi-
ur, qui veritatem occultat, irã
Dei ſuper ſe prouocat. 11. quæ-
tio. 3. quiſquis. & ca. nolite ti-
mere.
od melius eſt pro veritate pa
i ſupplicium, quam pro adula
ione conſequi beneficium. 11.
quæſtione 3. nemo perito
um.
od veritas cum non defendi-
ur, opprimitur. 84. diſtin. er-
or.
od tria ſolent impedire veri-
atẽ videlicet carnalis amor,
imor atque auaritia. 3. qõ. 6.
piſcopus.
od a ſacerdotibus & a prædi-
atoribus veritas libere eſt prę
dicanda. 11. q. 3. nolite timere
irca med.
od veritas bonæ vitæ ꝓpter
ullum eſt dimittenda. 32. qõ.
. ita ne. & c ſeq.

Veſtis. Quod veſtes ſunt multiplices, videlicet
piſcoporum, quæ tam in ve-
eri lege quam in noua variæ
unt, & ex multis virtutibus de
et reſplendere vita pontificis.
o. diſt. §. 1. 43. diſt. ſit rector.
oſt medium.
a ſunt veſtes miniſtrorum ec-
leſiaſticorum & hæ ſunt va-
iæ, deſignantes varias virtu-
es quas debent habere. 40. di
inct. §. 1.
od cultui veſtium miniſtro-
um eccleſię primo ornatus a-
tione debet conuenire. 100.
iſt. rationis.

Item ſunt veſtes clericorum, quæ nec ſordidæ nec fulgidæ debẽt eſſe. 41. diſtin. § 1. & cap. parſimoniam. & cap. clericus. & §. ſeq. 21. q. 4. per totum.

Quod clerici ſiue intra ſiue extra non laicalibus, ſed clericalibus debent vti, & non ſeruantes grauiter debent puniri. 21. qõ. 4. nullus eorum. & tribus c. ſeq.

Item ſunt veſtes religioſorũ, quæ debent eſſe humiles & deſpectæ, non diuerſi & nobilis coloris. 20. q. 1. cap. vltim. 22. q. 4. c. 1.

Quod religioſi veſtem profeſſionis ſuæ numquam debent deponere. 21. q. 1. vidua.

Item nec exiſtens in ſcholis veſtẽ debet mutare religionis 21. q. 4. nullus eorum.

Item ſunt veſtes laicorum, quæ cum ſecundum conſuetudinẽ terræ deferunt, a ſuperſtitioſis non ſunt iudicandi. 30. diſtin. ſi quis virorum.

Item ſunt veſtes pœnitentium, ſicut cilicium & ſimilia. diſtin. 50. pœnitentes.

Item ſunt veſtes ſacræ eccleſiarũ, quæ debent honeſte ſeruari, & alteri vſui non ſunt applicãdæ. de conſecrat. diſt. 1. veſtimenta.

Quod veſtibus ſacris non debẽt alii homines vti quam ſacrati ibidem.

Quod nullus ꝑtextu pietatis inuoluat mortuum veſtibus ſacris. de conſec. diſtin. 1. nemo ignorantiam.

Quod vetera veſtimenta eccleſię debent comburi, & cine-

tes pariete vel alias vbi concul cari non possunt, debent poni.de conse.dist.1.altaris.

Via. Quod via excellentior est charitas, quia sine ea ambulare non possunt homines, sed errare de pœnit.dist. c.si quis semel.§. hæc est charitas.

Quod viam absque ductore non ingrediaris, quam numquam ingressus es. 16. quæstione 1. si clericatus.

Quod Deus docet mansuctos vias suas.16.q.1.vos autem.

Viaticum. Quod viaticum dicitur eucharistia.50.distinct. de his vero.

Quod viaticum nulli pœnitenti in morte est denegandum.50. dist.pœnitentes.27.q.1. virginibus.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia.

Vicarius. Quod vicarius cuiuscũque prę lati in loco capituli tamquam eius vices gerens debet honorari.94. distinctione capitulo vltimo.

Quod subdiacono vices prælati possunt committi. 94. distin. cap.1.

Quod non debet esse laicus vicarius: quia indecorũ est laicos viros ecclesiasticos iudicare. 16.q.7. in nona.

Quod omnes episcopi sunt vicarii apostolorum.73. dist.quorum vices.

Quod qui contemnit vicarium, contemnit & illum qui posuit eum.21.dist.in nouo.

Vicedominus. Quod in quo libet episcopatu debet esse vicedominus, qui & hospitibus & casibus superuenientibus loco casibus loco episcopi, possit satisfacere. 89.distinctione volumus.

Quod episcopi interest vicedominum constituere.ibid.

Quod officium vicedomini debet esse de episcopatu dispone re.89.dist.diaconum.

Vitium. Quod multiplex est vitium:videlicet morum, verborum,& corporum.

Quod vitia morum, quia obsunt animæ, sunt euitanda.38. dist. quamuis errare. §.sed licet & c.sedulo.

Quod vitia non morum dependent a volũtate.56.dist. nasci. in fine.

Quod vitia sæpe se virtutes esse mentiuntur.41.dist.sæpe.

Quod vitia verborum sunt toleranda, sicut in sanctis hominibus corruptio grammaticalis: quia non sunt voces ad aures Dei, sed animi affectus. 38.distinctione sedulo. & capitulo seq.

Quod vitia corporum sunt discutienda, nec debent esse in sacerdote, & maxime in prælato. 49.dist.hinc.

Quod quidam vitiati corpore nõ dẽnt promoueri ad sacros. 55. dist. per totum.

Item vitiati corpore qui remouentur ab ordine, intelligantur proprie abscissi, non casu

d propria voluntate. 55.di-
. si quis absciderit.
itiati corpore ꝓpria absci
e homicidæ sui iudicātur,
æ conditionis inimici. ibi.
seipsos in corpore vitiātes,
promouentur, sed etiam
mori deiiciuntur. 55.d.st.si
s pro ægritudine. & c. seq.
carens quocunq; casu o
o, quia est membrum nota
, nō debet promoueri. 55.
. si Euangelica.
eunuchus per insidias fa-
s, vel ita natus, potest pro-
ueri vitio corporis non ob
te. 55. dist. eunuchus.
cum propter ægritudinē,
violentiam, vel casu, quis
pore vitiatur dūmodo non
um magna de formitate,
priuatur ordine habito
habendo. 55. distinctione
partem. & c. si quis pro æ-
udine & c. seq.

*ac materia habes vbi a-
ur de Mutilatione.*

ctus. Quod viriliter vin-
citur cui licentia
candi tollitur. 23. q. 1. para
in fin.

victo debetur misericor-
, dummodo non timeatur
batio futura. 23. q. 1. noli.

*ac materia habes vbi a-
de Bello, de Patientia,
& de Hoste.*

dua. Qd vidua est quæ
post solēne fœdus
otiarum morte interueniē-
viro suo diuisa fuerit. 34.
t. presbyteri.

Quod debent viduæ assidue ec-
clesiam Dei bonis operibus &
orationib. adiuuare. 81. distin.
c. vlt.

Item debent stipendiis ecclesiæ
sustentari. 81. dist. viduæ.

Quod clericis & religiosis nō de-
bent esse multum familiares.
88 dist. clericus & c. seq.

Quod episcopi & aliarum eccle-
siarum prælati, præcipue vidu
arum sustentationi & protecti
oni debent intendere. 87. dist.
per totum.

Item debent viduis Imperatores
& reges idem facere. 23. q. 3. ab
imperatoribus. & q. 5. regum.

*De viduis habes vbi agitur
de Bigamia, & in mul-
tis aliis locis.*

Vigilia. Quod vespera san
ctorum vigilia di-
citur: quia olim pro reueren-
tia solennitatis in orationib.
pernoctabant. 76. distinctio.
nosse.

Quod in seruitio etiam diuino
vigiliæ immoderatæ quæ sen-
sus integritatem diminuunt,
non laudantur. de consec. dist.
5. non mediocriter.

Quod vigilia natalis domini cū
ieiunio quattuor temporum
ante celebrari debet. 76. disti.
de ieiunio. in fin.

Quod vigilia Pentecostes sicut
vigilia Paschæ in ieiunio est
obseruanda. 76. dist. nosse.

Vinculum. Quod est
vinculū cu-
ræ pastoralis, quod non solui-
tur nisi per superiorem. 7. q. 1.
sicut alterius. ibid.

Item est vinculum status matri-

monialis, quod non soluitur, nisi per mortem alterius.

Item est vinculum sententiæ excommunicationis, quod solui tur ab alligante. 11. qō. 3. nemo contemnat vincula. & pluribus c. seq. & c. cœpisti.

Vindicta. Quod triplex est vindicta, videlicet spiritualis, vt est excommunicatio, degradatio, suspensio, depositio, in monasterium & in carcerem detrusio, & a publicis actibus repulsio: hæc locum habent in ecclesia. 23. q. 4. forte.

De hac vindicta habes vbi agitur de Pœna.

Item est vindicta pecuniariæ actionis: hæc etiam habet in ecclesia locum vbi bannum præcessit. 16. quæstio. 1. statuimus. vbi secundum æstimationem iniuriæ pecunia recipitur. 17. q. 4. quisquis. & c. si quis contumax.

Item est corporalis vindicta punitionis: hæc conuenit iudicib. ecclesiæ & sæculi: sed non æqualiter. 23. q. 5. c. 1. q. 5. illi.

Quod vindicta corporalis detrūcationis & occisionis est tantum sæcularium. 23. q. 5. reos. & c. seq. & q. 8. præterea & duobus c. seq.

Quod vindicta non est inferenda. 23. q. 4. §. 1.

Quod omnis militia, vel propter propulsandam iniuriam, vel ꝓpter vindictam inferendam, instituta est. 23. quæstione 1. §. primo.

Quod vindicta aut fertur animo corrigendi, aut animo vlciscēdi: si animo corrigendi, licite infertur malis, nisi sociam habeant multitudinem: quia tūc non potest salubris esse vindicta. 23. q. 4. nō potest. 50. dist. vt constitueretur. in fin.

Item si timeatur obstinatio. 7. qō. prima. aduersitas. §. cum autem.

Item si timeatur schismaticū periculum. 23. qō. 4. quisquis, vel quod.

Item si timeatur maius malum ex vindicta. 50. dist. vt constitueretur.

Item si reatus occultus non est manifestatus per iudiciū. 23. q. 4. forte.

Item si crimen soli iudici sit notum: quia tunc ex vindicta fit proditor. 2. quæstio. 1. si peccauerit.

Quod vindicta animo vlciscendi omnibus prohibetur. 23. q. 4. ita plane. 46. dist. seditionarios. 24. q. 1. quod debetur.

Quod vindicta priuata Deo est seruanda, qui dicit, Mihi vindictam, & ego retribuam. 23. q. 1. § 1. post med.

Quod vindicta propria prohibetur, quæ est ad vltionem. 23. q. 1. nisi. & c. paratus. & qō 4. hæc autem §. ex his.

Quod illa quæ est ad correctionē, iudicibus exequenda præcipitur. 23. q. 4. est iniusta. & ca. sequen. vsque ad capit. ea vindicta.

Item exequenda est ab eis vindicta non zelo propriæ iniuriæ, sed zelo iustitiæ. 23. qō. 4. & ita plane. & q 5. prodest.

m non exequentes vindictam correctionis grauiter offendunt.23.q.4.si is qui.& c.si ecclesia.& c.est iniusta.
m non vindicando dant aliis incentiuum delinquendi. 23. q 4.dist.iniusta,in fin.
m prouocant non solum contra se, sed contra populum flagellum.45.dist.sed illud.23.q.4.si quos.& c.si ea.
uod quandoque in paucos vindicta exercetur, vt multitudo timeat.23.q.4.quid faciet.in fin.& c.seq.
uod episcopi & prælati non de facili debent ad vindictam accendi.86.dist.si quid.
uod non debet nos delectare vindicta quæ animum pascit alieno malo. 23 quæstio.5.de occidendis.
uod in eo quod Christus compescuit discipulos a vindicta Samaritanorum : innuitur quod non semper procedendum est ad vindictam peccatorum.23.q.4.si Christus.

e hac materia habes vbi agitur de pœna & de Punitione.

Vinum. Qd vinũ est luxuriæ incentiuum. 5.di.luxuriosa.& per totã dist.

e vino habes vbi agitur de Ebrietate.

Violentia. Qd violentia est legib.inimica.11. q. 1. Christianis,in fi.
od clerici a laicis per violentiam opprimi non debent.ibi.
od ecclesiæ res non violentia sed ratione debent exquiri.16. q 6.c.1. & c.placuit.
Quod violenta confessio vel promissio non obligat.16.q.1.c.1. & 2.
Quod violentias præcipue personales in eodem instanti licet repellere & clerico non euadẽdo sed defendendo. 23.q.1. quid.
Quod violentia absoluta excusat a toto.34.q.2. non satis.32. q. 5 §.1.& c. seq.
Quod violentia conditionalis excusat a tanto,sed non a toto.2. q.1.in primis.ante med. versi. gloriosus.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione & de Repulsione.

Vir. Quod vir aliqñ ponitur pro sexu.32.q.7.vxor.
Item vir aliquando ponitur pro virtute.30.dist.si quis virorũ.
Item aliquando ponitur pro ætate.76.dist.episcopus.
Vnde versus.

Vir notat ætatem, vir sexũ, vir probitatem.

Quod quia caput mulieris est vir, melius debet viuere vir,& præcedere in omnibus factis bonis vxorem.32.q.6.c.vlt.

Virga. Quod Christus sine pecunia & sine virga misit apostolos, vt incẽtiua litis, & vt instrumenta eriperet vltionis.11.quæst.3.ira.in fine.
Quod ideo dominus virgam nõ ferendam apostolis in via præcepit,vt nulli violentia inferatur.20.quæst. 3.præsens, post

medium.

Quod disciplina patris vel magistri non debet esse in aliis tormentis, quam in virgarũ verberibus. 23. quæst. 5. cap. 1. ante fi. & quæstio. 4. displicet. circa medium.

Quod Assur fuit Virga furoris domini: quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellauit. 13. quæst. 5. remittuntur. §. proximo. circa prin.

Virginitas. Quod est virginitas corporis & non mentis, quando casti corpore fornicantur vel adulterantur mente. 32. q. 5. sicut enim. & c. si Paulus.

Item est virginitas mentis & nõ corporis, quando sine consensu quis tolerat quod alius operatur. 32. q. 5. magis. & c. seq. & c. tolerabilius.

Item est virginitas corporis & mentis quam complectitur voluntas. & hæc dicitur gloriosa virginitas. 32. quæst. 5. sicut enim.

Quod virginitas non est in præcepto, sed in consilio suaderi potest, non imperari. 32. qõ. 1. integritas.

Quod virginitas cum humilitate est admirabilis, & Deo acceptabilis. 30. distin. hæc autem scripsimus.

Quod virginitas antefertur nuptiis. trigesimasecunda, quæst. 1. nuptiæ.

Quod virginitas non debet voueri matrimonium detestando. 30. distinct. si quis propter Deum. & c. seq.

Quod sicut nuptiæ terram, sic virginitas implet paradisum. trigesimasecunda quæstio. 1. nuptiæ.

Quod prodest parentibus ad salutem si eorum proles in virginitate perseueret. 33. quæsti. 5. tunc saluabitur.

Quod virginitas sine bonis operibus non saluat. ibid.

Quod cum virginitas sine consensu corrumpitur, merita castitatis duplicantur. 32. quæst. 5. §. 1.

Quod virgo sic corrupta inter alias virgines non consecratur. 15. q. 1. c. vlt.

Quod cum Deus omnia possit, virginem corruptam non potest facere incorruptam. 32. q. 5. si Paulus.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate, & de Continentia.

Virtus. Quod Deus est virtus & sapientia quæ in vtero virginis ædificauit sibi domum. 65. dist. nasci.

Quod tres sunt virtutes theologicæ: fides, spes, & charitas. de consec. dist. 2. quia passus.

Quod de virtute in virtutem sunt gradus: quia vnaquæque virtus quasi quibusdam gradibus augetur. de pœniten. distinct. 2. §. cum sanctam. vsque ad §. sequen.

Quod virtutes sunt animæ ornamentum. de pœniten. dist. 2. §. Romanos. in fi.

Quod hoc ornamento virtutum maxime clerici & prælati debent vti. 40. dist. §. 1.

Quod

sunt quasi picturæ ad animæ ornamentum: quia illa anima a Deo depingitur quæ habet in se virtutum gratiam renitē tem. de pœniten. distin. 2. Romanos. post med. & capit. illa anima.
Quod non ex parentibus sed ex voluntate tua nascentis causa est vitiorum, atque virtutū. 56. dist. nasci.
Quod ille est virtute Dei mirabilis, qui ex parentibus prorsus a virtute alienis natus virtute resplendet. 56. dis. numquam. in fine.
Quod qui propria virtute decoratur, parentum suorum non dedecoratur opprobriis. 56. distin. numquam.
Quod non vitia, sed virtutes parentum debent filii amplecti.
Quod virtute non generis nobilitate gratia comparatur. 40. dist. illud.
Quod nec ad virtutem nec ad vitia necessitate quis trahitur, sed libero arbitrio. de pœn. distin. 2. §. item opponitur, post medium.
Non est virtus quod fit ex necessitate.
Quod virtus simul cum vitiis haberi non potest. de pœn. distin. 2. §. ex præmissis.
Quod virtus per vitia & peccata priuatur. de pœn. distin. 2. considerer. §. dolendum.
Quod virtus adipiscitur cum vitio renuntiatur: egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum. 32. q. 1. cum renunciatur.
Quod virtus in aduersitate probatur. 7. quæst. 1. aduersitas, & c. seq.
Quod virtutes negantur esse vere apud infideles, quia non promerentur gratiam. 28. q. 1. oēs. §. ex his. circa fin.
Quod vbi deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falsa virtus est etiam in optimis moribus. ibidem. §. proximo.

Visio. Quod visio est duplex, videlicet spiritualis, qua per fidem Deus aspicitur. 24. q. 1. quia.
Quod visio spiritualis obscuratur per malam, & maxime per carnalem operationem 49. distinctio. hinc circa medium. versi. lippus.
Item per arrogantiam & scientię præsumptionem, quia talis a charitate veræ visionis se excludit. 49. distinct. hinc. ver. albuginem.
Quod exacuitur tāquam collyrio per bonam operationem. ibid. ver. collyrio.
Item exacuitur per sui despectionem & humilitatem. ibid. ver. albuginem.
Item exacuitur per temporalium postpositionem. 7. q. 1. in scripturis. & 7. quæstio. 1. aduersitas. post med.
Item exacuitur per superiorē iugem contemplationem. 88. dist. decreuit. exemplum ibi de scala Iacob.
Quod est visio corporalis, qua videntur temporalia. 47. distin. sicut 2.
Quod visione corporali prohibemur videre lasciua. 32. quæs. 5.

nec solo.

Item prohibemur videre iocos & ludos indebitos. 86. dist. cap. vident homines.

Quod peccatores in futuro videbunt Christum corporaliter, & contristabuntur. 86. distin. vident.

Quod boni videbunt gloriã magni Dei, & beatificabuntur. de conse. dist. 5. ieiunium.

Visitatio. Quod episcop' per se vel per alios honestos si sit impeditus debet diœcesim suam visitare. 10. quæst. 1. decernimus, & ca. seq.

Quod visitando inquirere debet de vita clericorum & ornatu ecclesiarum, & de reparationibus, si fractæ sunt. 10. q. 1. episcopum.

Item debet visitando statum laicorum videre, si in fide sint stabiles, si diuersa crimina, sicut homicidium, adulterium, periurium, & consimilia fugiãt, & Resurrectionem credant. 10. q. 1. placuit. & quæstione 3. cauendum.

Item visitando non debet expensas cum grauamine sed cũ moderatione exquirere. 17. quæst. 3. cauendum. & capitulo relatum.

Quod episcopus visitando quinquagenarium numerũ equorum non debet excedere, nec plus quàm vna die in parochia stare. 10. quæstione 3. inter cetera.

Quod omni anno tenetur semel episcopus diœcesim suam visitare. 10. quæst. 1. relata. & c. decernimus.

Quod visitando temporale pro suo obsequio potest recipere stipendium. 12. quæstio. 2. charitatem.

Quod episcopus si non visitat, loco visitationis procurationes non exigat. 10. quæstione prima relata.

Quod episcopi visitandi & hortãdi & exhortandi gratia, vel quoties necessitas exigit, possunt monasteria religiosorum non exempta visitare. 18. quæst. secunda. visitandi. & cap. non semel.

Quod in visitatione lucrum animarum non temporalium rerum debet quærere. 10. quæst. 3. cauendum.

Item visitando non debet in visitãdos crudeliter desæuire. 10. q. 3. cauendum.

Item in visitatione in dubiis corã senioribus canonicus veritatẽ debet perquirere. 86. distin. si quid.

Quod per superiorem prouideatur de visitatione ecclesiæ viduatæ. 61. distin. obitum. & tribus c. seq.

Quod ecclesiæ vacanti de anno in annum visitatio variatur. 7. q. 1. constitutum.

Quod vni visitatori plures ecclesiæ visitãdæ committi possunt. 12. q. 1. quoniam.

Quod episcopi Italici immediate ad curiam Romanam spectantes, de anno in annum limina Apostolorum & Romanam curiam visitare tenentur per se vel per litteras, & se de impotentia debent excusare. 93. dist.

;.dist.iuxta sanctorum.
od vltramontanis,quia de lõnquo sunt,conceditur, vt de sitatione litteris se excusent. ;.dist.iuxta.

visitatione habes vbi agitur de Inquisitione.

ita. Quod vita præsens quæ inter cœlum & infernum sita est, vtrorumq; ciues cipit.23.q.4.hæc autem.32. .4.recurrat.
od in hac vita non est retribu o malitiæ vel virtutis: & si ali ua sit,non fit secundum con ignum, sed est quidã gustus. e pœn.d ft.3.cap.si quando. .quamquam.
n in hac vita boni (vt frequẽ us) affliguntur, & mali pro erantur.ibid.
od sancti quando commoda el auxilia temporalia quærũt, on transitorie vitæ,sed ecclesæ cuius vtilitati intendunt,cõ ulunt. 23.quæstione3. Maxi ianus. Exemplum ibi de aulo.
od vita communis debet esse leticis (& maxime religios) qui vitam apostolorum imi ari volunt.12.quæstione 1. ilectissimis.
od vita apostolorũ erat vna, uia erat multitudinis creden ium cor vnum & anima vna n Deo.
od vita animæ est Deus, ani na vero vita est corporis,quia icut corpus sine anima viue e non potest, ita nec anima ine Deo.de pœnit.dist.1.rescitatur.
Quod corpus Christi vita est mũdi.de conse.dist.2. Christus.& c.in Christo.
Quod vita actiua & contemplatiua commendatur.8.quæst.1. olim.& c.in scripturis.

Vnctio. Quod vnctio interior (videlicet inuisibilis, quæ est per Spiritũ sanctum) numquam arescit. de pœniten.distin.2. quærendũ circa prin.ver.vnctio.
Quod est vnctio exterior multiplex,videlicet baptismalis.11. dist.ecclesiasticarum.
Item est vnctio baptizandorum, quæ fit in pectore & in scapulis.11.distin.ecclesiasticarum. ibi.de conse.dist.4.deinde a sacerdote.
Item est vnctio baptizatorum, quæ fit per sacerdotem cum chrismate in summitate capitis. de conse.distinctione 4. postquam ascendit. & capitu. sequen.
Item est vnctio confirmationis, quæ fit in fronte, ministetio tantum pontificis. 95. distin. presbyteros.
Item est vnctio extremæ vnctionis,quam potest episcopus & sacerdos cuilibet conferre per oleum infirmorum.ibi.& cillud superfluum.
Item est vnctio regalis,quæ fit in brachio.2.q.7.plerumque.§. item in libro.
Item est vnctio sacerdotalis cuius manus tantum oleo cum chrismate inunguntur. 23.distinctio.præterea.16.quæstio. prima.generaliter.§. ecce suf-

ficienter.

Item est vnctio pontificalis super manus & caput.23.distin. episcopus.

Quod episcopus & sacerdos semper in corde debet cogitare & aduertere quid sua vnctio repræsentet.8.quæstione 1.licet, in fine.

Vnitas. Quod nihil contrarium infert diuersitas, vbi est fidei vnitas. 7. q.1.nihil.

Quod vnitas repræsentat in nobis Dei similitudinem, vt sicut a Deo vno omnes per creationem, sic ab homine vno per propagationem.33 q. vlt. hæc imago.

Item repræsentat naturæ nostræ imaginem & originem: quia omnes ab vno. ibi.

Item repræsentat nascentis ecclesiæ institutionem : quia licet Christus omnibus apostolis dedit auctoritatem, tamen vni Petro commisit ecclesiã, ad manifestandũ ecclesiæ vnitatem.24.q.1. loquitur. circa princ.

Quod consistit vnitas ecclesiæ in sacramentorum Christi communione.de consec.dist.4.est vnitas. & distinct. 2. quia passus.

Item consistit vnitas ecclesiæ in multorum filiorum suorum per dilectionem connexione. 24. quæstione 1. loquitur.pro quo dicitur ibi, vna columba, vnum corpus,&c.

Item consistit in membrorũ ad caput coniunctione: quia non se vnitati capitis communicat qui se partem faciens, a capite se separat.24.q.1.schisma.

Quod extra vnitatem ecclesiæ non possumus habere gratiã Dei, quæ proprie donũ est catholicæ vnitatis.1.quęstione 1. multæ.

Item nec peccatorum remissionem.1.q.1.remissionem.

Item nec vitam spiritualem.11.q. 3.nihil.24.q.1 loquitur.

Quod extra vnitatẽ ecclesiæ non valet spiritualis iurisdictio. 7. qõ.1. factus. cap. Nouatianus. in fine.

Item non prodest sacramentorũ perceptio.7.q.1.scire. 24. q.1. pudenda.

Item nihil est miraculorum operatio.1.q.1.teneamus.

Item inutilis est pro fide martyrii susceptio.90.distinct.neque ad Cain.

Item non est peccatorum remissio.24.1.quicumque.

Quod conuiuium est Christi vnitas fidelium in vinculo pacis. 23.q.4. ipsa pietas.

Quod non possunt duo vel tres in nomine Christi in vnum colligi, qui a Christo sunt separati.24.quæstione 1. alienus, in fine.

Quod non multitudinem deprecantium, sed vnitatem audit Deus.24.q.1.alienus.

Quod profanus & hostes est qui ecclesiæ non tenet vnitatem. 7.quæ.1.Nouatianus. 24.q.1. alienus.

Quod Christiani scindentes vnitatem ecclesiæ, infideles reputantur. 7.q. 1. denique. 24.q. 1.quoniã.in fi. vbi antichristus dici-

dicitur quisquis est talis.
Item temporaliter & æternaliter puniuntur. 24. quæstio. 1. non afferamus.

Voluntas. Quod voluntas est animi motus ad aliquid imitandum vel non imitandum vel adipiscendum. 15. q. 1. §. 1.

Quod voluntas hominis est causa vitii vel virtutis. 56. dist. nasci. 7. quæst. 1 sciendum. 15. q. 1. §. ex voluntate, in principio quæstionis.

Quod vsque adeo peccatum voluntarium malum est, quod nullo modo sit peccatum, nisi sit voluntarium. 15. quæstione 1. §. 3. ibidem. & c. merito. & c. illa.

Quod nemo tenetur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit. 15. q. 1. non est.

Quod Deus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. 24. q. 1. odio. in fine.

Quod sicut voluntarium seruitium elegit sibi Christus: sic & diabolus. 15. q. 1. non est.

Quod voluntatem alteri subiicere propter Deum, præcipuum sacrificium est. 8. quæstione 1. sciendum.

Quod bonum opus non valet nisi ex bona voluntate proficiscatur. 86. dist. non satis. 20. q. 1. per totum.

Quod lex humana opus non voluntatem requirit. 15. q̃o. 1. si quis non.

Quod voluntas pro opere reputatur cum deest facultas. de pœn. dist. 5. §. si mulier.

Quod iustitia ex opere non consumatur, nisi affuerit & voluntas. 32. q. 5. sicut enim.

Quod mala voluntas pro facto reputatur. 22. q. 5. qui peierare. 27. q. 1. nuptiarum. 32. q. 5. si Paulus. vbi dicitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.

Quod quæ inferuntur reluctantibus, crimen non habent. 15. q. 1. non est.

Quod quãdo ea quæ propter bonum & licitum fiunt: si præter voluntatem in eis malum contigerit non imputatur. 23. q. 5. de occidendis.

Quod licet voluntas sit liberi arbitrii, tamen mala voluntas non est libertati dimittenda. 23. q. 4. displicet.

Quod malorum voluntas meritorie impeditur. ibidem, ante medium.

Quod mala voluntas meritorie ad bonum cogitur. ibi. per totum. & q. 5. ad fidem.

Quod nemo damnatur nisi merito malæ voluntatis, nec liberatur nisi bonam habuerit volũtatem. 23. quæst. 4. displicet. ante medium.

Quod homo debet seipsum propria voluntate iudicare dum potest: ne cum iam non possit, præter voluntatem a domino iudicetur. de pœniten. dist. 1. in actione.

Votum. Quod duplex est votum, videlicet de malo. & illud est rescindendum. 22. q. 4. in malis. 33. q. 5. vna sola.

Item est votum de bono, & illud est generale sine quo non est salus, sicut illud quod vouemus in baptismo, scilicet renũtiare diabolo.17. quæstione 1. sunt quædam. de consecra.distin.4.prima.

Item est votum speciale, sine quo habetur salus Dei, ad quod nullus tenetur nisi volendo se obligare. sicut est votum de castitate, de abstinentia, de peregrinatione, & huiusmodi.17.q.1. sunt quædam.

Quod votum speciale per verba de præsenti emissum præcise obligat, nisi minor ætas impediat. 20.qõ.2. puella.22.qõ.5. pueri.34.q.5.mulier.

Item nisi impediat publica vtilitas, sicut cõtingit in translationibus religiosorum per superiores ad ecclesias regendas. 7. q.1.qualiter.

Item nisi impediat matrimoniũ: quia vnus sine altero castitatẽ vouere non potest.27.q.2. Agathosa.

Item nisi impediat maioris voti susceptio.19 q.2.duæ.

Item nisi impediat seruilis conditio.54.dist.generalis.

Item nisi impediat superioris contraria inhibitio.33. quæstione 5.manifestum.vbi dicitur, Mulier sine consensu viri vouere non potest, nec monachus sine consensu abbatis.20.q.4. monacho.

Item nisi impediat feruens infirmitatis passio.17.quęstione 2. Gonsaldus.

Quod votum licitum Deo promissum semper est implendũ. 33.q.5.quod Deo.

Quod votum debet fieri cum deliberatione. 27. quæstione 1. de viduis.

Quod votum cum deliberatione factum, siue voce exprimatur siue non, apud Deum obligat. 17.q.1 qui bona.

Quod incautum votum non est seruandum.22. quæstione 4. per totum.

Quod quæ in facie ecclesiæ in manu episcopi castitatem vouerunt, & vestem decentem castitatis assumpserunt, si spõtanea voluntate postea dimiserunt, damnationem perpetuam incurrunt.27.q.1.c.1.

Quod videtur si in occulto fiat ꝓfessio religionis vel castitatis in manu episcopi, quasi votum non potest violari.27.q.1.viduitatis.

Quod vouentibus non solum nubere, sed etiã velle nubere damnabile est.17.quæstio.1. vouentibus.

Quod simplex votũ impedit matrimonium contrahendũ, sed non soluit iam contractũ.27. dist.quidam.& c. si vir. ibi.17. q.2.nos.

Quod feminę propria voluntate castitatem vouentes si nupserint, sunt in matrimonio permittendæ.27. quæstione 1. de viduis.

Quod post solenne votum soluitur matrimonium contractũ. 17.distinct.vouentibus. & tribus cap.sequen.27.quæst.1.viduas.

Quod votum religionis solennizatur quando persona ad votum

tum apta per professionem se obligat.27.quæst.1. vidua qui dem.

Quod clericus sine consensu episcopi potest religionem vouere.19.q.2.duæ.

Quod simulatio siue fictio voti ex inhonesta causa sicut spes prælaturæ vel consimile semper obligat ad religionem siue castitatem.27. distin. quod interrogasti.27.quæstione 1. viduas a proposito.

Quod vtroque coniugum cōsentiente votum castitatis emissum est seruandum. 33. quæst. 5.quod Deo.

Quod coniuges castitatem vouere non debent,nec se separare sine conscientia episcopi.27.q. 2.si vir.

Quod beata virgo nouerat se virginem perseueraturam nisi Deus ei aliter reuelaret.37.distin.sed quæritur.

Quod melius est nubere quā periculose vri.32.quæst.5.si Paulus.

Quod causa aliquem conuertendi non licet votum castitatis infringere.32.quæstio.8.non solum.

Quod votum castitatis impediens grauiter peccat & est ex cōmunicatus. 32.qō.2. hoc sanctum.

Quod melius est non vouere quā votum non perficere.12.qō.1. scimus.

Quod votum velle retractare damnabile est.27.distin.vouentibus.17.quæsti.1.vouentibus. & c.seq.vbi dicitur quod Ananias post votum pecunias defraudauit.

Vsura. Quod vsura est vbi amplius requiritur quam datur. 14. quæstione 3. vsura.

Quod non solum in pecunia,sed in acceptione cuiuslibet rei vltra sortem committitur vsura. 14.q 3.putant.

Quod accipere aliquod emolumentum de mercibus mercatorū ratione mutui, vsura est. 14.q.3.plerique.

Quod qui emit vilius vt vendat carius,maxime clericus, vsurarius est.14.q.3 canonum.

Quod mutuum siue in grano,siue in vino,vel in simili,cum repetitur secundum commune forum est, etiam si plus accipit,vsura nō committitur.14. q.4.si quis clericus.

Quod videtur quod ab hoste quē licet impugnare,liceat vsuram accipere,sicut & licet animalia sua tollere.14.quæstione 4. ab illo.

Quod clericus, nec suo, nec alieno nomine vsuras debet accipere.46 dist.sicut non.

Quod publice conuictus de vsura.vlterius ad ordines non est promouendus.33.dist. maritū & 46.dist.seditionarios.47.distin.per totum.

Quod clericus de vsura publice conuictus, est de ordine & dignitate deponendus. 47.dist. episcopus & quatuor c. seq.

Quod monasterium recipiens vsuras,tenetur ad vsuras persoluendas.54.dist.generalis.14. q 4 quid dicam.

Quod nulli licet accipere vsu-

ras.14.quæstio. 4. per totum.
Quod videtur quòd ad vsurã accipere sit peccatum. 83. distinct. erret. 24.quæstione3. non inferenda.
Quod tempore necessitatis ad vsuram potest accipi. 26. qõ. 1. qui.
Quod de Vsura nõ potest fieri eleemosyna. 14.quæstio. 5.immolans.
Quod felix est Vsura, vbi ꝓ paruo denario pauperi dato, centuplum accipimus a domino. 46.distinctione, sicut non.
Quod Vsurarius non vere pœnitet, nisi vsuras restituit. 15. qõ. 5.quid dicam. & quæstione 7. si res.

Vsucapio. Quod vsucapio est acquisitio dominii per continuationem temporis. 16.quæst. 2.placuit. §. potest. in fin. & §.quas actiones.
Qđ plura exiguntur in vsucapione, videlicet bona fides circa initium: iustus titulus qui varia nomina sortitur, sicut titulus emptionis, titulus donationis, titulus dotis, titulus pro legato, & consimilia.
Item exigitur continua possessio, & quod sit res mobilis. de quibus omnibus habes 16.quæst. 2.placuit. §.potest, per totum.

Vsus. Quod illud quod in communi vsu est, consuetudo vocatur. 1. distinctin. consuetudo.
Quod vsum paruum lex & ratio vincere debet. 12.distinctione cap.1.
Quod vsus auctoritati cedere debet. 11.dist. vsus.
Quod male possidet, qui male vtitur. 14.quæstione 3. quid dicã. in fin.
Quod vtendum est temporalib. secundum vsum eorum cum quibus conuersamur. 41. dist. deliciæ. & capitu. primo, quod dicit.

De vsu habes vbi agitur de Consuetudine.

Vsurpatio. Quod vsurpatio est ordo illegitimus. 2.q 1. quod pro necessitate.
Quod vsurpatio est non concessa præsumere. 83. distinctione illud.
Quod vsurpatiue dicuntur ordines recepisse vel dignitates, qui non iuxta sanctorum statuta suscipiunt. 63. distin. non sancta.
Qđ vsurpatio furtiua præiudiciũ non generat. 93. distinctione illud.

Vtilitas. Quod plurimorum vtilitas prę ponenda est vtilitati paucorũ. 7.q. 1.scias.
Quod mutationes prælatorum non debent fieri nisi causa vtilitatis, vel necessitatis. 7. qõ.1. mutationes. vbi ponitur exemplum, quomodo Petrus dimissa ecclesia Antiochena iuit ad Romanam propter maiorem vtilitatem.
Quod nec nobis, nec aliis vtiles esse debemus cum damno alterius. 7.quæst.1. mutationes. in fi. & quattuor cap. seq. 13. q. 5.de-

5.denique.

Vxor. Quod vxor subdita esse debet viro.30.q, 5.feminæ.33.qō.5. est ordo.& cap.seq.

Quod vxor non est dimittenda, nec propter sterilitatem, nec propter deformitatē, nec propter cæcitatem, nec propter le pram, nec propter aliquid simile, nisi excepta causa fornicationis.32.quæstione quinta, si vxorem.

Quod maritus debet habere vxorem suam in dilectione,& debita disciplina.§.Salomon.33.q.5.c.vlt.

Quod qualiter quisque vxorem suam vult inuenire, talis debet inueniri ab illa.32.q.7.si ducturi estis.

Quod vbi melius viuit vxor quā vir qui caput est, capite deorsum pendet domus.32.q.4.c.vlt.

Quod vxorem solus maritus habet iudicare, id est, corrigere. 7.q.1.sicut alterius.

Quod sunt tamquam vxores nō habentes, vbi salua est charitas connubiorum, & cessant opera nuptiarum.31.dist.continentiæ.

Quod vxoris & viri in matrimonialibus eadem conditio censetur. 32. quæstione 5. præcipit.

Quod eadem castimonia debetur a viro, quæ ab vxore. 32. q. 4.nemo.

Quod vxori reddere debitum quando exigitur a viro, vel econuerso. est meritorium. 32. q.6.c.1.

Quod vxorem cognoscere debito & moderato affectu, siue causa reddendi debitum, siue causa prolis, nō est peccatum. 33.quæstione 6. cap.1.14.distin.c.2.

Quod cognoscere moderate causa vitandæ fornicationis hoc secundum veniam cōcedit apostolus, & creditur esse venia le.32. quæstio. secunda. quidquid.

Quod cognoscere immoderatę affectu causa satiandæ libidinis, est mortale peccatum. 32. quæstione 4. origo.& c.liberorum.

Quod cognoscere contra naturam, hoc grauius est quam cū matre propria.32.quæst.7.adulterii.

Quod vxor non debet cognosci tempore mēstrui, vel ante purificationem primam pueri, quæ est quando mater nimis abundat lacte.5.distinctin. ad eius.

Quod iniquus est qui castam & bonam dimittit vxorem.34.q.1.c.1.

Quod fatuus est qui in adulterio perseuerantem retinet vxorem.

Quod meritum est adulteram pœnitētem recipere vxorem. 32.quæstione 1. quod autem. & capit.non erit.& capitulo apud.

Vxoricida. Quod verū in adulterio deprehensam liceat occidere vxorem, habes 33.quæst. 2.interfectores.& seq. & c. inter hæc.

principium per propagationem.33.quæstio.vlt.hæc imago.

Quod dicitur factus ad imaginẽ & similitudinem Dei,quia anima eius pudicitia, & aliis virtutibus fuit picta. de pœniten. distinctione 2.§. Romanos.& c.illa anima.

Quod imago virtutum dedit & dat animæ pulchritudinem & pretiositatem.

Quod tunc homo ab imagine cecidit quando virtutes amisit. Quod imagines sanctorũ non sunt contemnendæ,sed venerandæ.de consecrat. dist. 3. venerabiles.

Quod imagines & picturæ sanctorum sunt libri & scripturæ laicorum.de consecrat. dist. 3. perlatum.

Quod nõ imaginum pictura est adoranda vel veneranda, sed res per ipsam repręsentatę. de conse.distin.3. perlarum.& capit.venerabiles.

Quod Christus sub imagine crucifixi cum imaginatur vel depingitur, gratia nobis præteriti beneficii representatur. de conse.dist.3.sextam.

Ymnus. Quod Saluator & Apostoli nobis dederunt exemplũ Hymnos decantandi.de conse. distin.1.de Hymnis.

Quod Maria soror Aaron post transitum maris rubri Hymnum Deo cantauit. 2.quæst. 7.plerumque. §. item obiicitur.

Quod hi duo hymni Alleluia, & Gloria in excelsis Deo,ab angelis decantati sunt. de conse. dist.1.hi duo.

Ypocrisis. Quod hypocrisis prouenit ex imperitia dum quis simulat habere quod non habet. 11. q. 3 si quis vero.

Quod religiosus qui cadit a proposito, & simulat propositum, est hypocrita, & peior apostata.12.q.1. certe.

Quod ad hypocrisim tendit qui pluribus confitendo peccata diuidit confessionem.de pœn. dist.5.§.dolendum ante fin.

Quod hypocrita licet viuat corporaliter: mortuus est tamen spiritualiter.12.q. 1. nolo ante finem.

Quod nemo amplius ecclesiæ nocet quam qui peruerse agẽs nomen vel ordinem sanctitatis gerit. 83. distinctione nemo.

Quod hypocritæ in ecclesia bonis corporaliter sunt misti, sed per pessimam vitam separantur.24.q.3.de illis.

Quod hypocrita dicitur qui festucam in oculo fratris videt & trabem in suo non considerat. 32.q 6 § 1.

Quod vbi hypocrisis regnat humilitas locum non habet. de pœn.distinctione 1. item taciturnitas.

De hac materia habes vbi agitur de Simulatione.

Ysaac. Quod Isaac fuit filius liberę & hęres.32. q.2.non omnes.

Quod Isaac fuit vnus ex tribus

In hac vita bonis mali cōmisti sunt, nec cōgrue separari possunt. 11. qō. 3. nolite recedere. Exemplum ibi. de Iebusæo quem filii Israel euellere non potuerunt.

Quod cauendum est ne vitando zizaniam, dominica perdamus frumenta. 15. quæst. 2. ita nos. in fin.

Quod toleranda est zizania, id est, mali, si fides non impeditur & charitas nostra. 23. qō. 4. quidam.

Quod in hac vita non possit plene discerni a frumento zizania. vigesimatertia quæstio. 4. quantus.

Quod sinenda sunt vtraque crescere vsque ad messem iudicii, & tunc angeli colligent zizaniam in fasciculos ad comburendum. 23. q. 1. ante fin.

Mendas dextra viri lauit huius fida probrosas:
Hac non credentis lectio nota dabit.
Margarita stylo decreti pressa fideli,
Innumeros fructus absq; labore feret.

F I N I S.

L*



INDEX
DICTIONVM
QVÆ IN MARGARITA
Decreti continentur.

Ana-

Ætas

Priui-

Via

Deo gratias.



CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM,

De hoc titulo dictū est in præfatione.

AC PRIMVM DE IVRE DIVINÆ & humanæ constitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

1 ps  VMANVM *genus duob. regitur, naturali videlicet iure, & moribus. Ius naturale est, quod in lege & Euangelio continetur, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri: & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri. Vnde Christus in Euāgelio:* [*Omnia quæcumq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ.* *Matth. 7.*

Hinc Isidorus in quinto lib. etymologiarum, c. 2. ait.

Not. *a* ¶ Ac primum] *Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim vero legitur*, De iure scripto, & non scripto, & quod cui præponatur, & legum auctoribus, & duorum malorum electione, siue dispensatione. *Aut*, Ac primum de iure constitutionis naturæ diuinæ, & humanæ. *Aut*, De iure naturæ, & humanæ constitutionis, *quā Dominicus de Geminiano agnoscit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut*, De iure naturæ & constitutionis, *quæ inscriptio maxime videtur conuenire tractationi Gratiani, qui sæpe ad hæc capita reuertitur, vt initio distinct. 5. 7. 8. 15. & 11. q. 1. c. si qua causa. hunc totum locum indicans scribit:* Require in principio, vbi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. *Verumtamen in hac tanta varietate, quæ, vt alia coniecturæ mittantur, argumento esse potest, nullam hic a Gratiano ipso positam esse rubricam, satis visum est retenta vulgata lectione ceteras indicare.*

¶ Diuinæ leges natura, humanæ moribus constant. C. I.

OMnes leges aut diuinæ sunt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ moribus constant: ideoque hæ discrepant; quoniam aliæ aliis gentibus placent. ¶ Fas lex diuina est. ius lex humana. ¶ Transire † per agrum alienum fas est, ius non est.

† *per alienum.*] in Isidor. manusc.

Ex verbis huius auctoritatis euidēter datur intelligi, in quo differant inter se lex diuina & humana; cum omne quod fas est nomine diuinæ vel naturalis legis accipiatur; nomine vero legis hu-

mana, mores iure conscriptis & traditis intelligantur. Est autem ius generale nomen, multas sub se continens species. Vnde in eod. lib. Etymolog. c. 3. Isidorus ait.

Isid. eod. c.3.
Isidor. ibid.
Iuo p.4.c. 200.

¶ Ius genus, lex autem species est. C. II.

IVs generale nomen est, lex autem iuris est species. Ius autem est dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus, & moribus cōstat.

† *tantūdē.*] in orig. manuscri. & aliquot Gratiani.

¶ Quid sit lex. C. III.

LEx est constitutio scripta.

Isido. ibid.
Iuo ibid.
Pann. l. 2. c. 161.

¶ Quid sit mos. C. IIII.

MOs est longa consuetudo de moribus tantummodo tracta.

¶ *Apud Isidorum hæc antecedunt,* Mos est vetustate probata consuetudo, siue lex non scripta. Nam lex a legendo vocata est, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est, &c.

Tertullianus in l. de corona militis.

¶ Quid sit consuetudo. C. V.

COnsuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. ¶ Nec differt, an scriptura, an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. ¶ Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione cōstiterit; duntaxat, quod religioni conueniat, quod disciplinæ congruat, quod saluti proficiat. Vocatur autem consuetudo, quia in communi est vsu.

Cum itaque dicitur; non differt vtrum consuetudo scriptura, vel ratione cōsistat; apparet, quod consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantum vtentium est reseruata. Quæ in scriptis redacta est; constitutio, siue ius vocatur, † quæ vero in scriptis redacta non est, generali nomine, consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia diuisio iuris, vt in eod. lib. 5. c. 4. testatur Isidorus ita dicens.

† *Quando ita simpliciter, vt ex nūc statuitur, sed si consuetudo publica auctoritate in scriptis redigitur, & auctoratur an dubitetur, & alia probatione opus sit nihilominus consuetudo est.*

¶ Quæ sint species iuris. C. VI.

IVs † autem aut naturale est, aut ciuile, aut gentium.

† *Ius aut naturale.*] orig. & aliquot Gratiani codices.
Isid. eo. c. 4.

¶ Quid sit ius naturale. C. VII.

IVs naturale est commune omnium nationum, eo quod vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur, vt viri, & feminæ coniunctio, liberorum successio, & educatio [a], communis omnium possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quæ cœlo, terra, marique capiuntur, item depositæ rei, vel commendatæ † pecuniæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. ¶ Nam hoc, aut si quid huic simile est, numquam iniustum, sed naturale, æquumque habetur.

† *al. cōmodatæ restō.*

a ¶ Successio] *In tribus codicibus manuscriptis Isidori, & aliquot Gratiani, legitur.*

tur, liberorum susceptio, et educatio; *qua lectio conuenit cum l. 1. ff. de instit. & iure. versi. hinc descendit.*

¶ Quid sit ius ciuile. C. VIII.

IVs ciuile est, quod quisque populus, vel quæque ciuitas sibi proprium diuina, humanaque causa constituit. Isidor. eod. lib. c. 5.

¶ Quid sit ius gentium. C. IX.

IVs gentium est sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera, paces, induciæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde † ius gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes vtuntur. Isid. eo. l. c. 6.

† *Et inde ius gentiū, quia eo*] ori.

¶ Quid sit ius militare. C. X.

IVs militare est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnæ commissio; item signo dato receptio: item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur, item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor; veluti cum corona, vel torques donantur, item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus † iusta diuisio, ac principis portio. Isido. eod. l. c. 7.

† *laborū*] orig.

¶ Quid sit ius publicum. C. XI.

IVs publicum, est in sacris, & in sacerdotibus, & in magistratibus. Isid. eod. l. c. 8. l. 1. §. Ius publicū. ff. de iust. & iu.

¶ Quid sit ius Quiritum. C. XII.

IVs Quiritum, est proprie Romanorum, quod nulli tenent, nisi Quirites, id est Romani. ¶ In quo agitur de legitimis hæreditatibus, de cretionibus [a], de tutelis, de vsucapionibus, quæ iura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum, & in eosdem solos constituta. Isid. ibid. c. 9.

a ¶ Cretionibus] *Antea legebatur,* vel curationibus, vel de contractibus. *Emendatum est ex codicibus Isidori tam impressis, quam manuscriptis. Quid autem sit cretio declarat Vlpianus in suis titulis, c. 22. & ipsemet Isidorus eodem libro 5. Etymolog. cap. 24.* *Alciatus 3. dispūct. c. 7.*

DISTINCTIO II.

1 *CONstat autem ius Quiritum ex legibus, & plebiscitis, & senatusconsultis, & constitutionibus principum, & edictis †, sine responsis prudentum.* Ex Isid. ibid.

ps † antea legebatur] *ex edictis senatorum.*

¶ Quid sit lex. C. I.

LEx est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. Isid. eod. l. c. 10.

Isido. eadem le. c. 11.
† Vocata scita] origi.

¶ Quid sit plebiscitum. C. II.

PLebiscita sunt, quæ plebes tantum constituunt: & vocantur † plebiscita, quod ea plebs sciat; vel quod sciscitatur, & rogat, vt fiant.

Isid. eod. l. c. 12.

¶ Quid sit senatusconsultum. C. III.

SEnatusconsultum est, quod tantum senatores populis consulendo decernunt.

Isido. eod. l. c. 13.
† antea legebatur] edidit.

¶ Quid sit constitutio, vel edictum. C. IIII.

COnstitutio, vel edictum est, quod Rex, vel Imperator constituit vel edicit †.

Isido. eod. l. cap. 14.
† al. constitutiones.

¶ Quæ sint responsa prudentum. C. V.

REsponsa prudentum sunt, quæ iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitatis, qui institutiones † ciuilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites, contentionesque sopirent.

Isido. ibid. c. 15.

¶ Quæ sint tribunitiæ, vel consulares leges. C. VI

2 ps QVædam etiam leges dicuntur ab iis, qui condiderunt, vt consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam & sub Octauiano Cæsare suffecti consules Papius [a], & Poppæus legem tulerunt; quæ a nominibus eorum appellatur Papia Poppæa, continens patrum præmia pro suscipiendis liberis. sub eodem quoque Imperatore Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis [b] in testamento legaret, quam vt quarta pars superesset hæredibus, ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

a ¶ Papius] *Antea legebatur*. Papius, & Pompeius. *& paulo post*. Papia, & Pompeia. *Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notauerat errorem Alciatus libro 3. disp. cap. 3. In tabulis autem Capitolinis anno Urbis DCCLXI. ex Kal. Iul. suffecti consules numerantur M. Papius, Q. Poppæus.*

b ¶ Extraneis] *Hæc dictio non est in Chronico Eusebij a D. Hieronymo latinitate donato, ac locupletato (vnde hæc videtur sumpsisse Isidorus) neque in leg. 1. §. 2. ff. ad leg. Fal. vbi referuntur propria verba ipsius legis. Est tamen apud Isidorum etiam in codicibus manuscriptis.*

Isidor. ibid. c. 16.
† al. Satura.

¶ Quæ sit lex Satyra. C. VII.

SAtyra † [c] vero lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta a copia rerum, & quasi a saturitate: vnde & satyram scribere est poemata varia condere; vt Horatii, Iuuenalis, & Persii.

c ¶ Satyra] *In aliquot Gratiani manuscriptis codicibus, & vno Isidori legitur*, Satura, *de qua ita Festus:* Satura est cibi genus ex variis rebus conditum; & est lex multis aliis conferta legibus. Itaque in sanctione legum adscribitur; neve per saturam abrogato, aut derogato. *& alia quædam in hanc sententiam.*

¶ Quæ

¶ Quæ sint Rhodiæ leges. C. VIII.

RHodiæ leges naualium commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vsus fuit. Isido. ibid. cap. 17.

DISTINCTIO III.

1 pˢ *OMnes hæ species, sæcularium legum partes sunt. Sed quia constitutio alia est ciuilis, alia ecclesiastica; ciuilis vero forense, vel ciuile ius appellatur; quo nomine ecclesiastica constitutio appelletur, videamus. Ecclesiastica constitutio, canonis nomine censetur. Quid autem sit canon, Isidorus in libro 6. Etymolog. c. 16. declarat dicens.*

¶ Quid sit canon. C. I.

CAnon Græce, Latine regula nuncupatur.

¶ Vnde dicatur regula. C. II.

REgula dicta est, eo quod recte ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normã recte viuendi præbeat, vel quod distortum, prauumque † corrigat. Isido. ibid. † *prauum quid*] orig.

2 pˢ. *Porro canonum alij sunt decreta Pontificum; alij statuta conciliorũ. Conciliorũ vero alia sunt vniuersalia, alia prouincialia. Prouincialium alia celebrantur auctoritate Pontificis Romani, præsente videlicet legato sanctæ Romanæ ecclesiæ: alia vero auctoritate patriarcharum, vel primatum, vel metropolitanorum eiusdem prouinciæ. Hac quidem de generalibus regulis intelligenda sunt. ¶ Sunt autem quædam priuatæ leges tam ecclesiasticæ, quam sæculares, quæ priuilegia appellantur. De quibus 5. libr. Etymolog. capite 18. Isidorus ait.*

¶ Quid sit priuilegium. C. III.

PRiuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatæ leges. Nam priuilegium [a] inde dictum est quod in priuato feratur.

a ¶ Priuilegium] *Cicero 3. l. de legib. habet:* Maiores nostri in priuatos homines leges ferri noluerunt; id est enim priuilegium. *Verum non semper eadem notione hanc vocem vsurpari solitam fuisse, Budæus, & alij notarunt.*

3 pˢ. *Officium vero sæcularium, siue ecclesiasticarum legum est præcipere quod necesse est fieri [b], aut prohibere quod malum est fieri, vel permittere licita, vt præmium petere, vel etiam quædam illicita, vt dare libellum repudij, ne fiant grauiora. Vnde in eodem lib. cap. 19. Isidorus scribit dicens.*

b ¶ Fieri] *Quæ sequuntur, in aliquot vetustis codicibus sic habent;* prohibere, quod malum est fieri, permittere vel licita, vt prẽmiũ petere, vel etiã quędam, &c.

¶ Quod sit officium legis. C. IIII.

OMnis autem lex aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium; aut vetat, vt sacratarum virginum nuptias nulli petere liceat,

aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur: eius enim præmio, aut pœna vita moderatur humana, diuina [c] præcipit, vt [Diliges Dominum Deum tuum.

Deut. 6.

c ¶ Diuina] *Hinc vsque ad finem non sunt in codicibus Isidori: neque in aliquot exemplaribus Vaticanis Gratiani. In alijs vero, omissa voce* diuina, *legitur* aut præcipit, vt diliges Dominum Deum tuum.

DISTINCTIO IIII.

1 ps *CAusa vero constitutionis legum est, humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrænare, sicut in eod. lib. c.20. Isidorus testatur dicens.*

¶ Quare leges factæ sint. C. I.

FActæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas.

2 ps. *Præterea in ipsa constitutione legum, maxime qualitas constituendarum est observanda; vt contineant in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, conuenientiam, & cetera, quæ in eod. lib. Isidorus enumerat dicens.*

c.11. & l.2. c.10.

¶ Qualis debeat esse lex. C. II.

Iuo par. 4. cap. 168. Pann. l.2. c. cap. 142.

ERit autem lex honesta, iusta, possibilis, secũdum naturam, secundũ patriæ consuetudinem, loco temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem [a] contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

a ¶ In captionem] *Antea legebatur,* incautum captione. *Restituta est vera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis lib.5. cap.21. & ex impressis etiam libro 2. cap.10. vbi eadem scribuntur; partimque ex antiquis Gratiani exemplaribus, a quibus abest dictio,* cautum. *Simili vero locutione vtitur Paulus libro quinto senten. titu. 33. c.2.* Ne quis, inquit, in captionem verborum in cauendo incidat.

3 ps. *Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsa.*

Vnde Augustinus ait in lib. de vera religione, c.31.

¶ De legibus tunc est iudicandum cum instituuntur, non cum institutæ sunt. C. III.

Iuo par. 4. cap. 169. Pann. l.2. c.143.

IN istis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

Leges instituuntur, cum promulgantur: firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Sicut enim morib. vtentium in contrarium nonnulla leges hodie abrogatæ sunt; ita moribus vtentium ipsæ leges confirmantur. Vnde illud Telesphori Papæ, (qui decreuit, vt generaliter

taliter clerici a quinquagesima[b] a carnibus, & delicijs ieiunent) quia moribus Vrentium approbatum non est, aliter agentes, transgressionis reos non arguit.

Telesphorus Vrbis Romæ episcopus omnibus episcopis, epist. 1.

b ¶ Quinquagesima] *Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur.* ieiunandi propositum susciperent, & a carnibus, & deliciis abstinerent: *sed omnes fere manuscripti habent eo modo, quo restitutum est.*

¶ Septem hebdomadibus a carne, & deliciis ante Pascha clerici abstineant. C. III.

STatuimus, vt septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici in sortem Domini vocati a carne † ieiunent, quia sic vt discreta debet esse vita clericorum a laicorum conuersatione, ita & in ieiunio debet esse discretio. *& infra.* ¶ Has ergo septem hebdomadas omnes clerici a carne & deliciis ieiunent, & hymnis, & vigiliis, atque orationibus Domino inhærere die noctuque studeant. Iuo p. 4. c. 25 Pann. l. 2. cap. 174. †*al. carne & delitijs.*

Item Ambrosius in lib. sermonum[a].

a Sermonum] *Inuenti sunt Romæ in bibliotheca Vaticana, & Mediolani in bibliotheca Monasterij S. Ambrosij sermones aliquot manuscripti, Ambrosij nomen præferentes, inter quos est sermo de sexagesima, cuius initium est:* Adest tempus. *vnde hoc caput sumptum est.*

¶ Septimam hebdomadam Telesphorus quadragesimæ addidit. C. V.

QVadragesima sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus quinquagesima.

Quod similiter de eo capitulo est intelligendum, quod B. Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribit dicens.

¶ A quinquagesima ieiunandi propositum sumant, quos ecclesiastici gradus dignitas exornat. C. VI.

DEnique sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, a quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant, quo & aliquid ad pensum sanctæ institutionis adiiciant, & eorum, qui in laicali ordine consistunt, obseruantiam, sicut loco, ita religione præcellant. De ipsa vero die dominica hæsitamus, quid nam dicendum sit, cum omnes laici, sæculares illa die plus solito ceteris diebus accuratius cibos carnium appetant, & nisi noua quadam auiditate vsque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se huius sacri temporis obseruationem suscipere putant, quod vtique non rationi, sed voluptati, immo cuidam mentis cæcitati adscribendum est, vnde nec a tali consuetudine auerti possunt, Iuo p. 4. c. 29.

& ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt; ne forte peiores eri-
stant †, si a tali consuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon.
Prouerb.30. [Qui multum emungit, elicit sanguinem.] *& post pauca.* ¶ Par au-
tem est, vt quibus diebus a carne animalium abstinemus, ab omnibus
† al. sementinam. quoque, quæ sementinam † carnis trahunt originem, ieiunemus: a la-
cte videlicet, caseo, & ouis. *& post pauca.* ¶ Cæterū piscium esus ita
Christiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriæ pa-
riat incendium. Denique qui a carne abstinet, nequaquam sumptuo-
siora marinarum beluarum conuiuia præparet. Vinum quoq; ita bi-
† al. permittitur. bere permittitur †, vt ebrietatem omnino fugiamus: alioqui restat, vt
omnia quæ corpori libent, similiter faciamus.

4 ps. *Hæc etsi legibus constituta sunt, tamen quia communi vsu ap-
probata non sunt, se non obseruantes transgressionis reos nō arguunt,
Ex Greg. infra 25. q. 1. hac cōsona.* alioquin hi non obedientes proprio priuarentur honore; cum illi, qui
sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere
suscepto: nisi forte quis dicat hæc non decernendo esse statuta, sed ex-
hortando conscripta. Decretum vero necessitatem facit: exhortatio
autem liberam voluntatem excitat.*

DISTINCTIO V.

ps *HÆc, quæ de priuilegijs, & ceteris infra positis scripta sunt,
tam sæcularib. quam ecclesiasticis legibus conueniūt. Nunc
a ad differentiam naturalis iuris, & ceterorum reuertamur. Natu-
rale ius inter omnia primatum obtinet tempore, & dignitate. Cœpit
enim ab exordio rationalis creaturæ; nec variatur tempore, sed im-
mutabile permanet. ¶ Sed cum naturale ius in lege & Euangelio
Leuit. 12.* supra dicatur esse comprehensum; quædam autem contraria his, quæ
in lege statuta sunt, nunc inueniantur concessa, non videtur ius na-
turale immutabile permanere. In lege namq; præcipiebatur, vt mu-
lier, si masculum pareret, quadraginta: si vero fœminam, octuagin-
ta diebus a templi cessaret ingressu, nunc autē statim post partum ec-
Ibid. 15.* clesiam ingredi non prohibetur. Item mulier, quæ mēstrua patitur,
ex lege immunda esse reputabatur, nunc autē nec statim intrare ec-
clesiam, nec sacra cōmunionis mysteria percipere: sicut nec illa, quæ
parit; vel illud, quod gignitur, statim post partū baptizari prohibe-
tur. Vnde eidē Augustino Anglorū episcopo Gregorius scribit dicēs.*

a ¶ Nunc ad differentiam] *In vulgatis legebatur,* Nunc autem ad doctrinam. *Emendatum est ex vetustis codicibus, & ex principio dist. 15. vbi hoc repetitur.*

c. 10. ad interrogata Aug. Anglorū episcopi.

PALEA b C. 1.

CVm enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiam debe-
at, testamenti veteris præceptione didicisti: quia pro masculo

xxxiij. pro fœmina vero lxvj. diebus debet abstinere: quod tamen sciendum, quia in mysterio accipitur.

b ¶ Palea] *De Paleis vniuerse in præfatione dictum est. Hæc vero, cui primum præponitur nomen Palea: habetur etiam in manuscriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis:) & in quatuor coniunctum est cum sequenti capite* Si mulier. *addita ad illius initium voce,* Nam; *quemadmodum apud Gregorium.*

¶ Mulier enixa gratias actura ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur. C. II.

Gregorius ibid. continenter. Beda l. 1. de hist. Angl. c. 27. Nicolaus ad cōsulta Bulgarorū c. 68.

SI mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat ecclesiā, nullo pondere peccati grauatur: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commistione voluptas est: in † prolis vero partu dolor & gemitus. Vnde & ipsi primæ matri omnium dicitur [In doloribus paries.] Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam ei pœnam suam, in culpam deputamus.

Gen. 3.

† n. ā in prolis prolatione gemit⁹.] orig.

Idem ad eumdem.

¶ Mulierem enixam, vel quod ab ea genitum fuerit, eadem hora nihil prohibet baptizari. C. III.

Greg. ibid. cōtinenter. Burch. l. 4. c. 32. Ino p. 1. c. 62.

BAptizari autem vel enixam mulierē, vel hoc quod genuerit, si periculo mortis vrgetur, vel ipsa hora eadē qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem qua natum est, nullo modo prohibetur: quia *a* sicut sancti mysterii gratia viuentibus, atque discernentibus cum magna discretione prouidenda est, ita quibus mors imminet, sine vlla dilatione offerenda est: ne, dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis mysterium quæritur, interueniente paululum mora inueniri non valeat qui redimatur.

a ¶ Quia sicut] *Hinc vsque ad ver.* Ne dum *addita sunt ex B. Gregorio.*

Item.

¶ Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur, ad eius concubinatum vir non accedat. C. IIII.

Greg. ibid. cōtinenter. Nicolaus ad cōsulta Bulgar. c. 68. Beda lib. 1. de hist. Angl. cap. 27. Iuo p. 8. c. 88.

AD eius vero concubitum vir suus accedere non debet, quousque qui gignitur, ablactetur. Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant: quod videlicet ex sola causa † incontinentiæ videtur inuētum, quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque quæ filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus prius transierit †, viris suis non debent admisceri, quippe cum & sine partus causa, cum in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur: ita vt morte lex sacra feriat, si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi ecclesiam intrare non debet, quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari, & per hoc, quod inuita patitur, iustum non est, vt ecclesiæ ingressu priuetur. No

† al. carnis incontinentia.

† transierint.] orig.

Leuit. 15.

Matth. 9. uimus namque, quod mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, post
† *al. humiliter veniens.* tergum Domini veniens †, vestimenti eius fimbriam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere, cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei nō liceat Domini ecclesiam intrare? *& infra.* ¶ Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita, tetigit; quod vni personæ infirmanti conceditur, cur non conceedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? ¶ Sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est; sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est ibi etiam [aliquo † modo] culpas suas agnoscere, vbi culpa non est; quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus.

† *addita sunt istæ duæ voces ex B. Gregor. & Beda.*

DISTINCTIO VI.

ex 11. interrogat. Aug. Anglorū episcopi.

QUia vero de naturæ superfluitate sermo cœpit haberi, quæritur, an post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus Domini quislibet accipere valeat; vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.

De his ita scribit B. Gregorius Augustino Anglorū episcopo resp. 11.

Beda l. 1. hist. Anglo. c. 27. Burc. l. 5. c. 43. Iuo p. 2. c. 52. Pann. l. 1. cap. 160. Poly. l. 3. t. 16.

¶ De multiplici genere illusionis. C. I.

TEstamentum veteris legis hunc pollutum Domino dicit, & nisi lotum aqua, etiam vsque ad vesperam † intrare ecclesiam non concedit. ¶ Quod † tamen aliter intelligens populus spiritalis, quasi per somnium eum illudi reputat, qui tentatus immunditia, veris imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua, vt culpam cogitationis lacrymis abluat, & nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsque ad vesperam cognoscat. ¶ Sed est in eadem illusione valde necessaria discretio, qua † subtiliter pensari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ superfluitate, vel infirmitate euenerit, omni modo hæc illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quam fecisse. Cum vero vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterii, vel missarum solennia celebrandi, cum fortasse aut dies exigit, aut exhibere † mysterium pro eo, quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii, qui implere mysterium valeant, illusio

† *al. vesperum.*
† paulo aliter in origi. & apud ceteros collectores.
† *al. quia.*
Iuo p. 9. cap. 111.
† *al. exhiberi.*

illusio per crapulam facta, a perceptione sacri mysterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii abstinere †, vt arbitror, humiliter debet, si [b] tamen dormientem turpi imaginatione illusio non concusserit. Nam sunt, quibus ita plerumque illusio nascitur, vt eorum animus etiam in somno corporis positus, non fœdetur turpibus imaginationibus. ¶ Qua in re vnum ibi ostenditur, quod ipsa mens rea non sit tunc [c], sed suo iudicio penitus libera, cum se, etsi dormienti nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidisse. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus: Videt enim a qua radice inquinatio illa processerit, quia † quod cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens, & [d] propter talem pollutionem a sacro mysterio ea die abstinere oportet.

† *al. abstinere.*
† *al. qui.*

a ¶ Vetis] *In plerisque codicibus B. Gregorij, & apud Bedam, & in collectione conciliorum Coloniæ 1530. impressa, legitur* vanis. *in aliquib. vero B. Gregorij codicibus,* variis: *sed ob glossam non est mutatum.*

b ¶ Si tamen] *In codicibus B. Gregorij, & apud Bedam est,* si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit. *In collectione vero Isidori etiam manuscripta,* si tamen animum dormientis turpes imaginationes concusserunt; *quem sensum retinet etiam lectio Pannormia: nam Burchardus, & Iuo parum ab originali discrepant.*

c ¶ Non sit tunc, sed suo] *Omnia fere Gratiani manuscripta exemplaria habent,* vel suo. *Ceterum magna hoc loco est inter ceteros collectores, & Bedam, & B. Gregorij codices varietas: In collectione Isidori etiam manuscripta est,* qua in re vnum ibi ostenditur, ipsa mens non rea, nec tamen suo iudicio libera. *Verum ob codicum varietatem nihil est in contextu mutatum.*

d ¶ Et propter] *Hæc vsque ad finem, neque in codicibus B. Gregorij, neque apud Bedam, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum, & Iuonem, & Pannormiam, & Polycarpum.*

¶ Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione solum, sed delectatione, & consensu. PALEA [a]. C. II.

SEd pensandum est, ipsa cogitatio vtrum in suggestione, an delectatione, vel (quod maius est) peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, consensu. suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum, quia & † primo culpam serpens suggessit, Eua velut caro delectata est, Adam velut spiritus consensit. Et necessaria est magna discretio, vt inter suggestionem [b], delectationem, & consensum iudex sui animus præsideat. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente: si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodo perpetratum non est: cum vero caro delectari cœperit, tunc peccatũ incipit nasci: si autem etiã ad consensionem ex deliberatione descẽdit, tũc peccatũ cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati semen est; in delectatione fit nutrimentum, in consen-

Beda ibid.
Burc. l. 5. c. 43.
Iuo p. 2. c. 52.
† *al. cum primam.*

ſu perfectio. Et ſæpe contingit, vt hoc, quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi conſentiat. Et cum caro ſine anima delectari nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat, nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Vnde & ille cœleſtis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: [Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege † peccati, quæ eſt in membris meis.] Si autem [c] captiuus erat, minime repugnabat: quapropter & captiuus erat, & repugnabat. Igitur legi mentis eius lex, quæ in membris eſt, repugnabat: ſi autem repugnabat, captiuus non erat. Ecce itaque homo eſt (vt ita dixerim) captiuus, & liber, liber ex iuſtitia, quā diligit: captiuus ex delectatione, quam portat inuitus.

Rom. 7.

† al. legem.

a ¶ Palea] *Abeſt hac palea non ſolum a primo, & decimo Vaticanis, verum & ab aliis, quæ aliquot paleas habent. Rubrica autem abeſt ab omnibus. In quibus enim caput hoc reperitur, coniunctè ponitur cum ſuperiore, quemadmodum etiam apud Burchardum, & Iuonem.*

b ¶ Suggeſtionem] *Sic emendatum eſt ex originali, a quo parum diſcrepat Iuo: antea legebatur,* & neceſſaria eſt magna diſcretio inter ſuggeſtionem, & inter delectationem, atque conſenſum, iudicem ſui faciat animũ præſidem. *Burchardus,* iudicem ſui præſidere animum. *Reliqua fere vt Gratianus. Apud Bedam vero.* & inter ſuggeſtionem, atque delectationem, inter delectationem, & conſenſum iudex ſui animus præſideat. *In collectione Iſidori,* & neceſſarium eſt magna diſcretione inter ſuggeſtionem, & delectationem, atque conſenſum iudicem ſui prodere animum.

c Si autem] *Magna etiam hoc loco codicum varietas eſt, breuiſſima, & ſatis integra lectio eſt in codice epiſtolarum B. Gregorij olim Lutetiæ impreſſo.* Si autem captiuus erat, minime pugnabat, ſed pugnabat, quapropter captiuus non erat. Ecce itaque, &c.

Item Iſidorus lib. 3. ſententiarum de ſummo bono, cap. 6.

¶Quando ſit peccatum nocturnis imaginibus illudi. C. III.

Iuo par. 9. cap. 112.

NOn eſt peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur, ſed tunc eſt peccatum, ſi, antequam illudamur, cogitationis affectibus præuenimur. Luxuriæ quippe imagines, quas in veritate geſſimus, ſæpe dormientibus in animo apparent, ſed innoxiæ, ſi non concupiſcendo occurrunt. Qui nocturna illuſione polluitur, quamuis extra memoriam turpium cogitationum ſeſe præſentiat inquinatum, tamen hoc vt tentaretur, culpæ ſuæ tribuat, ſuamque immunditiam ſtatim fletibus tergat.

† al. ita.

His itaque † reſpondetur. In lege, & in Euangelio naturale ius continetur, non tamen quæcumque in lege & Euangelio inueniuntur, naturali iuri cohærere probantur. Sunt enim in lege quædam moralia præcepta, vt, non occides, quædam myſtica, vtpote ſacrificiorũ præcepta, vt de agno, & alia ſimilia his. Moralia mãdata ad naturale ius ſpectant, atque ideo nullam mutabilitatẽ recepiſſe monſtrantur.

strãtur. Mystica vero, quantum ad superficiem a naturali iure pro-
bãtur aliena, quantũ ad moralẽ intelligentiã, inueniuntur sibi an-
nexa, ac per hoc; etsi secundum superficiẽ videantur esse mutata, ta-
men secundũ moralẽ intelligentiã mutabilitatẽ nescire probantur.
Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens, vt supra Gen. 4.
dictũ est, manet immobile. Ius vero consuetudinis post naturalẽ le-
gẽ exordiũ habuit, ex quo homines conuenientes in vnũ cœperunt si-
mul habitare, quod ex eo tẽpore factũ creditur, ex quo Cain ciuitatẽ Gen. 7.
ædificasse legitur, quod cũ diluuio propter hominũ raritatẽ fere vi-
deatur extinctũ, postea a tẽpore Nemroth reparatũ, siue potius im-
mutatũ existimatur, cũ ipse simul cũ alijs alios, cœpit opprimere, alij
sua imbecillitate eius ditioni cœperũt esse subiecti, vnde in Genesi le-
gitur de eo [Cœpit Nemroth robustus venator esse coram Domino.] Gen. 10.
id est [a] *hominum oppressor, & extinctor, quos etiam ad turrim ædi-*
ficandam allexit.

a ¶ Id est] *Glossa ordinaria ad istum locum ex Alcuino ita habet.* id est hominum oppressor, & extinctor: quos allexit, vt turrim contra Deum construerent.

DISTINCTIO. VII.

1 I*Vs autem constitutionis cœpit a iustificationibus, quas Domi-*
ps *nus tradidit Moysi dicens: [Si emeris seruum Hebræum, &c.]* Exod. 12.
Vnde Isidorus lib. 5. Etymol. c. 1. ait.

¶ De conditoribus legum. C. I.

MOyses gentis Hebrææ primus omnium diuinas leges sacris li-
teris explicauit. Phoronæus Rex Græcis primus leges, iudiciaq;
cõstituit. Mercurius Trismegistus primus leges Ægyptiis tradidit. So-
lon primus leges Atheniensib. dedit. Lycurgus primus Lacedęmoniis
iura ex Apollinis auctoritate cõfinxit. Numa Pompilius qui Romulo
successit in regno, primus leges Romanis edidit. Deinde, cũ populus
seditiosos † magistratus ferre nõ posset, Decemuiros legibus scriben- † *al. seditio-*
dis creauit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem trãslatas *sus.*
xij tabulis exposuerunt.

¶ Nomina eorum, qui leges xij tabularum exposuerunt. C. II.

FVerunt autem hi, App. Claudius, T. Genutius, P. Sestius, Sp. Vetu- Isidorus ibi.
rius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpitius, P. Curatius, T. Romi- contin̄eter.
lius, Sp. Postumius. Hi decemuiri legum conscribendarum electi † *al. libros.*
sunt. Leges autem redigere in libris † primus consul Pompeius insti- † *exolene-*
tuere voluit, sed non perseuerauit obtrectatorum metu. Deinde Cæ- *runt.*] origi.
sar cœpit id facere, sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquæ luo p.c. 170.
leges vetustate, atque incuria obsoluerunt †, quarum etsi nullus iam Pann. l. 2.
vsus est, notitia tamen necessaria videtur. Nouæ leges a Constantino cap. 144.
Cæsare cœperunt, & reliquis succedentibus: erantque permistæ, & in- † *al. iunior.*
ordinatæ. Postea Theodosius minor † Augustus ad similitudinẽ Gre-

goriani, & Hermogeniani codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocauit.

DISTINCTIO VIII.

† al. natura.

I Differt autem ius naturale † a consuetudine, & constitutione. Nam iure naturali omnia sunt cōmunia omnibus, quod non solum inter eos seruatum creditur, de quibus legitur. [Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna,] &c. Verum etiam praecedenti tempore a philosophis traditum inuenitur. Vnde apud Platonē illa ciuitas iustißime ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit affectus. Iure vero consuetudinis, vel constitutionis hoc meum est, illud alterius. *(Actor. 4.)*

Vnde Augustinus ait tract. 6. ad c. 1. Ioannis.

¶ Iure diuino omnia sunt communia omnibus, iure vero constitutionis hoc meum, illud alterius est. C. I.

Ansl. 12. c. 62. Iuo par. 3. c. 194. Pann. l. 2. 63. *Psal. 23. Genes. 2.* † *dicis*] orig. † *Iure ergo humano, iure Imperatorum: quare?*] origin. Cod. l. 1. ti. 5. c. 4. & Cod. Theod. l. 16. t. 5. cap. 43. 52. 54. † *al. vt.* *2. Pet. 2.* † *ad ipsa*] origin. & Iuo.

QVo iure defendis villas ecclesiae [a]? diuino, an humano? Diuinum ius in scripturis habemus, humanū ius in legibus Regum. Vnde quisque possidet, quod possidet? nonne iure humano? Nam iure diuino [Domini est terra, & plenitudo eius.] Pauperes, & diuites Deus de vno limo fecit: & pauperes, & diuites vna terra supportat. Iure tamen humano dicitur, † haec villa mea est, haec domus mea, hic seruus meus est. Iura † autem humana, iura imperatorum sunt: quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores, & Reges saeculi Deus distribuit generi humano. *Item ibidem paulo inferius.* ¶ Tolle iura Imperatorum, & quis audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus haec mea est? si autem, vt teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt, vultis, vt reticeamus leges, vt gaudeatis? *Item ibid. paucis interiectis.* ¶ Legantur [b] leges, vbi manifeste praeceperunt Imperatores, eos †, qui praeter ecclesiae catholicae communionem vsurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesiae audeant possidere. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur, & tamen Apostolus voluit seruiri Regibus, voluit honorari Reges, & dixit [Reges reueremini.] Nolite dicere, quid mihi, & Regi? Quid tibi ergo, & possessioni? Per iura Regum possidentur possessiones. Dixisti, quid mihi & Regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ipsa † iura humana renunciasti, quibus possidentur possessiones.

a ¶ Ecclesiae] *Hac dictio non est apud B. Augustinum. Nam ibi agit contra Donatistas, qui legibus Imperatorum villas sibi ademptas, & ecclesiae catholicae attributas esse querebantur. Quare, cum Donatista dicerent,* villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerunt, *vt eos ipse conuincat, nullum ius in illis habuisse, aut habere: quibusdam*

bustlam prapositis addit ista. Quo iure defendis villas? diuino, &c. *Et infra 11. quast. 1. c. si qua causa. vbi Gratianus citat initium huius capitu. ista dictio, Ecclesiæ, non habetur. Est tamen apud Anselmum, Iuonem, & in Pannormia locu indicatu.*

b ¶ Tolle] *Quoniam glossa obstitit, ne omnia emendarentur, aut adderentur, quacumque addenda videbantur, placuit integrum apponere locum B. Augustini. Apud ipsum igitur post ver.* humano, *antecedentis paragraphi, hac sequuntur:* Vultis legamus leges iurisperitorum? et secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere; recitemus leges Imperatorum: videamus, si aliquid voluerint ab hæreticis possideri. Sed quid mihi est Imperator? secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorum, et quis audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus hæc mea est? Si autem vt teneantur ista ab hominibus, iura acceperunt Regum, vultis recitemus leges, vt gaudeatis, quia vel vnum hortum habeatis, et non imputetis nisi mansuetudini columbæ, quia vel ibi vobis permittitur permanere, leguntur enim leges manifestæ, vbi præceperunt Imperatores, &c.

2 *Dignitate vero ius naturale similiter præualet consuetudini, & constitutioni. Quacumque enim vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa, si naturali iuri fuerint aduersa, vana, & irrita habenda sunt.*

Vnde Augustinus ait lib. 3. confess. c. 8.

¶ Aduersus naturale ius nulli quidquam agere licet. C. II.

QVæ contra mores hominū sunt flagitia, pro morū diuersitate vitanda sunt, vt pactū inter se ciuitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nulla ciuis, aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuerso non congruens. Cum autē Deus aliquid contra morē, aut pactum quorumlibet iubet, etsi nunquā ibi factum est faciendum est; & si omissum, instaurandū est; & si institutum non erat, instituendum est: si enim Regi licet in ciuitate, cui † regnat, iubere aliquid, quod neq; ante illum quisque, nec ipse vnquā iusserat, & non contra societatē ciuitatis eius obtemperatur, immo contra societatem non obtemperatur (Generale quippe pactum est societatis humanę obedire Regib. suis) quanto magis Deo regnatori vniuersę creaturę suę, ad ea quę iusserit, sine dubitatione seruiendum est? sicut enim in potestatibus societatis humanæ maior potestas minori ad obediendum prępositur, ita Deus omnibus.

Iuo p. 4. c. 178.

† al. in qua.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo.

¶ *Caput hoc est ex epistola Nicolai, qua incipit.* Epistolam Beatitudinis tuæ, *extatque vna cum alijs eiusdem, & aliorum Pontificum epistolis manuscriptis Romæ, in Bibliotheca monasterij Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum est.*

¶ Radicitus est euellenda perniciosa consuetudo. C. III.

MAla consuetudo, quæ non minus quam perniciosa corruptela vitanda est, nisi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab improbis assumitur, & incipiunt præuaricationes, & variæ pręsumptiones celerrime non compressæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari.

Iuo par. 4. c. 203. Pan. l. 2. 28. † al. vana. Sub persona Liboli Vagensis.

Item Augustinus lib. 3. de baptismo contra Donatistas, c. 6.

Iuo par. 4. cap. 208. Pann.l.2. cap. 165. infra ea. qui contempta. Ibid.c.8. sub persona Felicis a Buslacenis.

¶ Veritati & rationi consuetudo est postponenda. C. IIII.

VEritate manifestata cedat consuetudo veritati, plane respondeo, quis dubitet veritati manifestatæ debere consuetudinem cedere? *Item.* Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

Item Gregorius [a] *Wimundo* † *Auersano Episcopo.*

[a] ¶ Gregorius] *In aliquot manuscriptis, & apud Iuonem est,* Gregorius vij. *Et in huius Pontificatu Guitmundus Auersanus Episcopus scripsit de corpore & sanguine Domini contra Berengarium, qui liber extat.*

† *al. Guitmundo.* Iuo p.4.c.213 Pann.l.2.c. 166. *Ioan.*14. Cyprianus in toto illo suo concilio. Sub persona Casti Siccensis: Iuo par. 4. c.234.

¶ Quælibet consuetudo veritati est postponenda. C. V.

SI consuetudinem fortassis opponas, aduertendum quod Dominus dicit, [Ego sum veritas, & vita.] Non dixit, Ego sum consuetudo, sed, veritas. Et certe (vt B. Cypriani vtamur sententia) quælibet consuetudo, quantumuis vetusta, quantumuis vulgata, veritati omnino est postponenda, & vsus qui veritati est contrarius, abolendus.

Item Augustinus lib. 3. *de baptismo contra Donatistas, c.* 5.

¶ Veritate reuelata, consuetudinem sibi cedere oportet. C. VI.

Ibid.c.6.sub persona Libosii Vagensis. *Io.*14. sup.ead.c. veritate. Ibid.c.7. sub persona Zozimi a Tharassa. *Galat.*2. Ibid.c.9.sub persona Honorati a Tucca. sup. ead. c. veritate.

QVi contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est, & malignus, quibus veritas reuelatur aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione ecclesia eius instruitur, *& infra.* In Euangelio Dominus, Ego sum, inquit, veritas: non dixit, ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata cedat consuetudo veritati, *& infra.* Reuelatione facta veritatis, cedat consuetudo [b] veritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti. *& infra.* Cum Christus veritas sit, magis veritatem, quam consuetudinem sequi debemus, quia [c] consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

Idem in libro 4. *de baptismo contra Donatistas, c.* 5.

[b] ¶ Cedat consuetudo] *Apud B. Augustinum, & Iuonem, & in Pannormia legitur,* cedat error. *Sed vere B. Augustinus ex ipsiusmet Zozimi verbis colligit, quod ille errorem appellabat, fuisse consuetudinem. Ita enim respondet.* Noluit quidem iste dicere, consuetudinem, sed, errorem. Verumtamen, cum dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti, satis indicat, quod aliud etiam de baptismo fieri solebat.

[c] ¶ Supra consuetudinem] *Verba hæc vsque ad finem, apud Iuonem, & Gratianum satis commode hic adnectuntur, repetita ex verbis Felicis, quæ referuntur supra cap. veritate.*

Hic refert B. Augustinus verba B. Cypriani in epi. ad Iubaia.

¶ Consuetudo rationi opponitur. C. VII.

FRustra, inquit, quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a spiritu sancto reuelatum. ¶ Hoc plane verum est, quia ratio, & veritas consuetudini præpo-

Iuo p. 2.c.94.& p.4.c.235. Hic B.Augustinus respondet.

ni præponenda est. Sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.

Item Cyprianus in epistola ad Pōpeium contra epistolā Stephani.

¶ Rationem consuetudo impedire non debet. C. VIII.

CONsuetudo, quæ apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quominus veritas præualeat, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est, propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes, quia & apud Esdram veritas vicit, sicut scriptum est: [Veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum.] *Idem in epist. ad Iubaianum, circa med.* *Esdra 3. & 4.*

Ignosci[a] potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus [Qui primo, *inquit*, fuit blasphemus, & persecutor, & iniuriosus: sed misericordiam merui, quia ignorans feci.] Post inspirationem vero, & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perseuerat; prudens & sciens sine venia ignorantiæ peccat: præsumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur. *1. Tim. 1.*

a ¶Ignosci.] *Apud B. Cyprianum legitur,* Ignosci enim potest, *& his antecedunt ea, quæ leguntur* supra c. frustra. *usque ad ver.* reuelatum.

Idem libr. 2. epist. 3. ad Cæcilium.

¶ Dei veritatem, non hominū consuetudinem sequi oportet. C. IX.

SI solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem, cum per Esaiam prophetam Deus loquatur, & dicat [Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.] *Ans. l. 9. c. 6. Matt. 17. Hic est filius meus, &c. Esa. 29. Matt. 15.*

Liquido igitur apparet, quod cōsuetudo naturali iuri postponitur.

DISTINCTIO IX.

1 ps QVod autem & constitutio naturali iuri cedat, multiplici authoritate probatur.

Ait enim Augustinus ad Bonifacium Comitem, epist. 50.

¶ Leges principum naturali iuri præualere non debent.

PALEA.[b] C. I.

IMperatores, quando pro falsitate contra veritatem cōstituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes: quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur sæuientes, & corriguntur intelligentes.

Quicumq;[c] ergo legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicunq; vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium. *Iuo p. 4. c. 148. Pan. l. 2. c. 145.*

Nam & temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ cōtra præcepta fuerant insti-

tuta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonosor, cum seruus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, vt simulacrum adoraretur, seu eius impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterq; fecerunt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo piam, & laudabilem legem pro veritate constituit, vt quicumq diceret blasphemiam in Deum † Sidrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret.

Dan. 3.
Ibid.
† *Deum verum*] orig.

b ¶Palea.] *In exẽplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nulla, aut pauca sunt palea, hoc loco habetur tantum a vers.* Quicumque *vsq; ad vers.* Nam & temporibus. *In aliis autem in quibus sunt, habetur integrum hoc caput, & sine nota Palea. Est autem totum in eodem B. Augustini loco.*

c ¶Quicumque.] *Commutatus etiam apud Iuonem, & in Pannormia, est ordo verborum. B. Augustini, apud quem qui meretur præmium, priore, qui supplicium, posteriore loco ponitur.*

Bur. l. 15. c. 42
Iuo p. 16. c. 43
† *conuenit frustrare iura*] orig.
Iuo p. 4. c. 71
Pann. l. 2. c. 120.

Item ex verbis Isidori, lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 53.

¶Principes tenentur & ipsi viuere legibus suis. C. II.

IVstum est principem legibus obtẽperare suis. Tunc enim iura sua ab omnib. custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se conuenit † posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.

¶*In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc non habetur: in aliis vero coniunctum est superiori, & non habet rubricam.*

† *al. certum habebas*] exempp.
† *al. firmiter retinere.*] orig.
Iuo p. 4. c. 73.

Idem Augustinus in prologo lib. 3. de Trinitate.

¶Scripturis canonicis tractatorum litteræ deseruiunt. C. II.

2 NOli meis literis quasi canonicis scripturis inseruire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in istis autem quod certum † non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum † tenere.

† *morib.*] orig. & Iuo.
Iuo p. 4. c. 74
Pan. l. 2. c. 119
† *scripturarum libris*] ori. & Pan.

Idem ad Vincentium Victorẽ lib. 4. de anima, & eius origine, c. 1.

¶In tractatorum opusculis multa corrigenda inueniuntur. C. IIII.

NEgare non possum, nec debeo, sicut in ipsis maiorib. † ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio, & nulla temeritate damnari.

Idem ad Hieronymum, epist. 19.

¶In scriptis canonicis mendacia non admittuntur. C. V.

† *eorum auctorẽ in scribendo aliquid errasse firmissime credam*] orig. Iuo. & Pan.
† *polleat.*] orig.

EGo solis eis scriptorũ, † qui iam canonici appellantur, didici hunc timorẽ, honorẽq; deferre, vt nullũ eorũ † scribẽdo errasse audeam credere: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrariũ veritati, nihil aliud q̃ vel mendosum esse codicẽ, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quãtalibet sanctitate, doctrinaq; polleant, † nõ ideo verũ putẽ, quia ipsi ita senserũt, sed quia mihi[a] per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

a ¶Mihi per alios.] *Sic etiã in manuscriptis, & in glossa. Apud B. Augustinum est,* mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione. *nec multo secus apud Iuonem. Alias vero nonnullas varietates satis visum est in margine indicare.*

Idem

Idem[b].

b ¶ Idem.] *Verba huius capitis sunt Beati Hieronymi ad Lucinium Baticum epist. 28. sed mutata non est inscriptio ob glossam ut ver. Graci.*

¶ Libris veterum Hebræa volumina, nouis Græca auctoritatem impendunt. C. VI.

VT veterum librorum fides de Hebræis voluminib. examinanda est, ita nouorum, Græci sermonis normam desiderat.

Item Augustinus ad Hieronymum, epist. 9.

¶ Nihil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eas mēdacia fuerint admissa. C. VII.

SI ad scripturas sanctas admissa fuerint vel † officiosa mēdacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiosæ falsitatis obteratur † improbitas?

Iuo p. 4. c. 215.
† *al. Velut officiosa*] orig. *al. fuerint officiosa.*

Idem de baptismo contra Donatistas lib. 2. c. 3.

¶ Litteris omniū episcoporū sacra præponitur scriptura. C. VIII.

QVis nesciat sanctā scripturam canonicam tam veteris, q̄ noui testamenti certis terminis contineri, eamq; omnib. posterioribus episcoporum literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, vtrum verum, vel vtrū rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorū episcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremq; † prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a veritate deuiatum est?

† *al. subruatur.*
Iuo p. 4. c. 227.
Pol. l. 3. t. 21.
† *al. doctiorum que.*

Idem ad Vincentium epist. 48. contra Donatistas.

¶ Ex dictis quorumlibet episcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. C. IX.

NOli frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex episcoporum scriptis, siue nostrorum, sicut Hilarij, siue[a] (antequam pars Donati separaretur,) ipsius vnitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus literarum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim sic leguntur tamquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint, quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere. [Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit[b].

Deusd. p. 1.
Ansl. l. 4. c. 58.
Iuo p. 4. c. 236.
Phil. 3.

a ¶ Siue antequam.] *Antea legebatur,* siue Cypriani, & Agrippini. antequam pars Donati separaretur. *Restituta est vera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplaribus Grat. & Iuone. Cyprianus enim, & Agrippinus multo ante Donati schisma in ecclesia vnitate decesserant: qua in re errauit auctor glossa.*

b. ¶ Reuelauit.] *Ita etiam originale, & Iuo. & aliquot editiones noui testamenti. Sed idem B. Augustinus in Ioannem tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi fere semper legit, reuelabit. & explanat. Græce est* ἀποκαλύψει.

B

Item ad Fortunatianum, epist. III.

¶ Non debetur par auctoritas canonicis scripturis, & expositionibus earum. C. X.

Iuo p. 4. c. 237.

NEque quorumlibet disputationes, quamuis catholicorũ, & laudatorum hominũ, velut scripturas canonicas habere debemus: vt nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si forte inuenire- mus, quod aliter senserit, quam veritas habet, diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis † ego sum in scriptis aliorum, quales † volo esse intellectores meorum.

† *al. Qualis*] orig. Antu. † *al. tales*] Pol. l. 1. t. 26.

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei, lib. 1. c. 23.

¶ Exemplis ratio sana præfertur. C. XI.

SAna quippe ratio etiam exemplis anteponenda est: cui quidem & exempla concordant; sed illa, quæ tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora pietate.

Cum ergo in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quam quod Deus vult fieri, nihilq; vetetur, quam quod Deus prohibet fieri, denique cum in canonica scriptura nihil aliud, quam in diuinis legibus inueniatur, diuinæ vero leges natura consistant, patet, quod quæcunque diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ contraria probantur, eadem & naturali iuri inueniuntur aduersa. Vnde quæcumq; diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ, seu diuinis legibus postponenda censentur, eisdem naturale ius præferri oportet. Constitutiones ergo vel ecclesiasticæ, vel sæculares, si naturali iuri contrariæ probantur, penitus sunt excludendæ.

DISTINCTIO X.

I ps CONstitutiones vero principum ecclesiasticis constitutionibus non præeminent, sed obsequuntur.

Vnde Nicolaus Papa scribit episcopis concilio apud Conuiscinum congregatis.

Iuo p. 4. c. 87. Pã. l. 2. c. 138. Ans. l. 1. c. 97. Pol. l. 1. t. 27. † *al. Idem.* In c. adiectis. c. 17. † *herenm*] orig. Bur. l. 15. c. 10. Iuo p. 16. c. 11. Pã. l. 2. c. 139. Inn. 1. epist. 18. c. 2. † *Vere visum*] orig.

¶ Lex imperatorum ecclesiastica iura dissoluere non potest. C. I.

LEge [a] Imperatorum non in omnibus ecclesiasticis controuersiis vtendum est, præsertim cum inueniantur euangelicæ, ac canonicæ sanctioni aliquoties obuiare. *Item.* † Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ad quod ostendendũ, duorũ horum, † scilicet Innocentij, & Gregorij satis sufficiunt testimonia. Sanctus quidẽ Innocentius in decretali epistola sua ad Alex. Antiochenũ episcopũ ait: Nam quod sciscitaris, vtrum diuisis imperiali iudicio prouinciis, vt duæ metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeãt nominari, nõ visum † est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam cõmutari, honoresq;, aut diuisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator.] Beatus autẽ Gregorius scribens ad Theoctistam

ftam patriciã,inter cetera: [Si,inquit, religionis causa coniugia debere dissolui dicantur;sciendũ est,quia etsi hoc lex humana concessit; lex tamen diuina prohibuit.] Ecce quemadmodum imperiali iudicio nõ possunt ecclesiastica iura dissolui. Ecce qualiter,quod lex humana concessit,diuina lex prohibuit. ¶ Non quod Imperatorum leges(quibus ecclesia vtitur contra hæreticos, sæpe contra tyrannos, atque contra prauos quosq; defenditur) dicamus penitus renuendas, sed quod eas euangelicis,apostolicis, atque canonicis decretis(quibus postponenda sunt)nullum posse inferre præiudicium asseramus.

a ¶ Lege.] *Caput hoc sumptum est ex epistola Nicolai,quæ extat in codice Bibliotheca Dominicana,de quo dictum est supra distinct.8.c.mala. Titulus autem epistolæ hic est.* Nicolaus seruus seruorum Dei, Reuerendissimis, ac sanctissimis confratribus nostris metropolitanis episcopis, & ceteris diuersarum prouinciarum, ac vrbium præsulibus, qui in Conuicinum villam publicã,secus ciuitatem Siluanectis conuenistis. *Eadem epistola nuper impressa est in appendice bibliotheca sanctorum Patrum.*

b ¶ Obuiare.] *Apud Nicolaum sequitur continenter.* ad quod ostendẽdum, &c. *Quæ autem apud Gratianum sunt interiecta, non sunt hoc loco in epistola, neque in Polycarpo,neque apud Anselmum,sed verba illa.* Lex Imperatorum non est supra legem Dei,sed subtus. *a Burchardo & Iuone citantur ex decretis Pij Papæ c.3. habentur autem in capitularibus adiectis c.17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite. §.ecce quemadmodum.*

Item Symmachus † Papa in sexta synodo Romana tempore Theodorici Regis.

¶ Nihil qđ euangelicis regulis obuiet Imperatori agere licet. C. II.

NOn licet Imperatori,vel cuiquam pietatem custodiendi aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quidquam quod euangelicis,prophericis,aut apostolicis regulis obuiet,agere.

Item Felix Papa.

¶ In ecclesiasticis causis regis voluntas sacerdotibus est postponenda. C. III.

CErtum est hoc reb.vestris esse salutare, vt cũ de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionẽ,regiã voluntatẽ sacerdotib. Christi studeatis subdere,non præferre,& sacrosancta p eorũ præsules potius discere,quã docere, ecclesiasticã † formã sequi non huic humanitus sequẽda iura præfigere; neq; eius sanctionib. velle dominari, cuius clemẽtiæ Deus voluit tuæ piæ deuotionis colla submittere: ne, dũ mensura cælestis dispõnis † exceditur,eatur in contumeliam disponentis.

Item †.

¶ Bonis moribus, & decretis Romanorum Pontificum, constitutiones contraire non possunt. C. IIII.

COnstitutiones contra canones, & decreta præsulum Romanorum,vel bonos mores,nullius sint momenti.

Li.9. re. epi. 39.
Iu.p.4.c.187
Pã.l.2.c.140.
ex cap. adiectis.c. 17.
† & Calixt.epis.1.& Marcellin.in extrema epist. 2. & in capitul. Hadriani.c.76.ex quo citant Bur.& Iuo p. 16.c.9.
Deusd.p.1. & 3.
Bur.l.15.c.8.
Iu.p.4.c.231 & p.16.c.9.
Pã.l.2.c.141.
Pol.l.6.t.1.
In exẽplari Veronẽs.est]
Felix iij.
Ansl.l.4.c.11.
Pol.l.1.c.18.
† *al.ecclesia.*
† *al.dispẽsationis.*
† antea legebatur] *Idem.*
Habetur in c. Hadriani nu. 39.
Deusd. p.1. & 3.
† *sint*] orig.
Ansl.l.3.c.88.
Bur.l.15.c.9.
Iuo p.5.c.38.
& p.26.c.10.
Pol.l.1.c.6.

Item Nicolaus Papa I. in epist. ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est,[*Proposueramus.*]

¶ Quæ sacerdotum sunt, regibus vsurpare non licet. C. V.

IMperium vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus debet esse contentum, non vsurpare quæ sacerdotibus Domini solum conueniunt.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos, & Magistratum iratum.

¶ Tribunalia Regum sacerdotali sunt potestati subiecta. C. VI.

SVscipitisne libertatem verbi? libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subiicit potestati, atque istis tribunalib. subdit? Dedit.n. & nobis potestatem: dedit & principatũ multo perfectiorẽ principatib. vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni; si terrenis cælestia superentur, si diuinis præferantur humana?

2 *Ecce quod constitutiones Principum ecclesiasticis legibus postponenda sunt. Vbi autẽ euangelicis, atque canonicis decretis non obuiauerint, omni reuerentia digna habeantur. Vnde Augustinus ait in dialogo, id est lib. 2. contra literas Petiliani, c. 58.*

† al. assumi. ¶ Leges Imperatorum in adiutorium ecclesiæ [a] licet assumere †.

Iuo p. 4 c. C. VII.

183. SI in adiutorium vestrum etiam terreni imperij leges assumendas

Pan. l 2. c. 153 putatis, non reprehendimus. ¶ Fecit hoc Paulus, cum aduersus in-

Act. 22. iuriosos ciuem Romanum se esse testatus est.

a ¶ Ecclesiæ.]. *Auctor huius rubricæ caput hoc ita accepit, quasi hic agatur de legibus Imperatorum in fauorem ecclesiæ latis, cum ibi B. Augustinus Petiliano, & Donatistis hæreticis concedat, legibus Imperatorum ipsos in adiutorium suum vti posse, modo id fallaciter non fecerent, quod eos fecisse conuincit.*

Item Nicolaus Papa I. in epistola 7. ad Michaelem Imperatorem.

a ¶ *Huic capiti in codicibus impressis erat præpositus hic titulus,* Cyprianus Iuliano Imperatori: *quod est contra omnem temporum rationem. In manuscriptis omnibus, excepto vndecimo Vaticano, abest dictio* Imperatori, *quemadmodum & apud Iuonẽ. Nonum ante habet,* Iuliano episcopo. *aliud peruetustum,* Iubiano. *Ceterum integrum hoc caput est in epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit,* Proposueramus, *ex quo refertur inf. dist. 96. c. cũ ad verum. vna cum aliis verbis eiusdem epistolæ, ex quibus hæc pendent. Et sumptum est ex Gelasio in tomo de Anathematis vinculo.*

Iuo p. 4. c. 188 ¶ Reges Pontificibus pro æternis, & pontifices Regibus pro

Inf. di. 96. c. temporalibus indigent. C. VIII.

cum ad ve- QVoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus

rum. sic actib. propriis & dignitatib. distinctis officia potestatis vtrius-

1. *Tim. 2.* que discreuit propria [c], volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi: vt & Christiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, &

† *al. & militans.* pontifices pro cursu temporalium tantum modo rerum imperialibus legibus vterentur; quatenus spiritalis actio a carnalibus distaret incursibus, & ideo militans Deo minime negotiis secularibus impli-

implicaret;ac vicissim non †ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus. †*al. ne.*

e ¶ Propria.] *In originali est,* propriam volens medicinali humilitate sursum efferri. *Iuo habet vt Gratianus hic in plerisque codicibus. In nonnullis tamen est,* propria volens medicinali humilitate sursum efferri. *quemadmodum etiam infra dist. 96. c. cum ad verum. Apud Gelasium loco indicato legitur,* sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi. vt & Christiani, &c.

Item Leo iiij. Lothario Augusto.

¶Leges Imperatorum custodiri oportet. C. IX.

DE capitulis, vel præceptis imperialibus vestris, vestroque d pontificum prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conseruandis, quantum valuimus, & valemus Christo propitio, & nunc & in æuum † nos conseruaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem. Iuo p. 4. c. 176. Pan. l. 2. c. 149. † *al. aeternũ.*

d ¶ Vestrorumque.] *Epistola hac non est inuenta: & in istis verbis videtur subesse mendum, ex quo auctor glossæ errandi occasionem sumpserit, qui Christianis Imperatoribus, cuiusmodi fuerant prædecessores Lotharij, attribuat illud, quod Isidorus de ethnicis dicit, nimirum Imperatores solitos fuisse appellari Pontifices. de qua re optime Gelasius in tomo de Anathematis vinculo, & infra dist. 21. c. cleros. Apud Iuonem legitur,* vestris, nostrorumque etiam Pontificum prædecessorum, *in Pannormia.* nostris nostrorumque Pontificũ & prædecessorum. *Sed fortasse cetera quidem recta apud Gratianum habent: tantummodo ante dictionem,* prædecessorum, *est addenda coniunctio, &, quemadmodum est in Pannormia. Nam hoc significabitur, Imperatores illos solitos fuisse edere capitula adhibitis in conciliũ Pontificibus regni, quod verissimum est. Omnino hac, quæ a Leone scribuntur, spectare videntur ad Capitula Caroli, & Ludouici, quæ Lotharius in vniuersa Italia seruari mandauerat. Nam in legibus Longobardicis, lib. 3. tit. 35. Lotharius ita constituisse traditur.* Placuit nobis, vt capitula, quæ excerpsimus de capitulari bon. mem. gloriosissimi Domini nostri Caroli, & genitoris nostri Ludouici Imper. inuict. his omnibus, & fidelibus nostris, & sanctæ ecclesiæ in regno Italiæ consistentibus per legem teneantur, & seruentur: & quicumq; horum capitulorum contemptor extiterit, sexaginta solidis componatur. *Id populo Romano, qui iure antiquo Romanorũ vti prohiberetur, valde displicuit: sicut ex capite fi. infra ea. dist. colligi potest, disseminatusque etiam rumor fuit eamdem esse Pontificu ac populi sententiam. De qua re Leo hac se epistola videtur purgare voluisse, & tamen postea pro conseruado iure ciuili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligentius egit: quod apparet ex dicto c. finali.*

Item Ioannes viij. Ludouico Imperatori. Iuo. p. 4. inf. dist. 54. c. quis aut.

¶ Legis auctoritate dissoluitur, quod contra eam fit. C. X.

VIdes fili charissime, quia quod contra leges accipitur, per leges dissolui meretur. Iuo p. 4. c. 179.

Item Gelasius Rufino, & Aprili episcopis. Pan. l. 2. c. 15

¶ Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet. C. XI. † *al. aut.*

QVis autem † leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas † dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum? † *al. moderatur.*

Item Theodorico Regi.

Iuo p. 4. c. 180. Pan. l. 2. c. 151. † *al. propter* ¶ Leges Romanorum Principum seruādæ sunt ab omnib. C. XII.

CErtum est magnificentiam vestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominū custodiendas esse præcepit, multo magis circa † reuerentiam beati Petri apostoli pro suæ felicitatis augmento velle seruari.

Item Leo iiij. Lothario Augusto.

¶ Romana lex nullius temeritate debet corrumpi. C. XIIII.

Iuo p. 4. c. 181. Pan. l. 2. c. 152. VEstram[a] flagitamus clementiam, vt sicut hactenus Romana lex viguit absq; vniuersis procellis, & pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita nunc suum robur, propriumque vigorem obtineat.

a ¶ Vestram.] *Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petiit, concessisse. Nam in legibus Longobardicis lib. xi. tit. 57. sic habetur,* vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult viuere, *& sequitur constitutio.*

Lotharius Imperator.

¶ Volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere, vt tali lege, quali lege viuere professi sunt, viuant: illisque denuntietur, vt hoc vnusquisque tam iudices, quā duces, vel reliquus populus sciat: quod si offensionem contra eandem legem fecerint, eidem legi, qua profitentur viuere per dispensationem Pontificis, & nostram subiacebunt.

DISTINCTIO. XL.

In Synonymis c. 16. ꝙ pś malis iussionib. non sit obtemperandum. I QVod vero legibus consuetudo cedat, Isidorus testatur dicens in synonymis lib. 2.

¶ Prauus vsus ratione superatur, & lege. C. I.

VSus auctoritati cedat, prauum vsum lex, & ratio vincat.

Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori.

Iuo p. 4. c. 307. Pā. l. 2. c. 165 Sententia elicitur ex epist. cuius initium, *Proposueramus.* ¶ Non potest statutis Pontificū consuetudo cuiusquā refragari. C. II.

COnsequens est, vt quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritas sancitur, nullius consuetudinis præpediente occasione, proprias tantum sequendo voluntates, remoueatur: sed firmiter, atq; inconcusse teneatur.

Item Iulius Papa ad episcopos orientales, epist. I.

¶ A consuetudine Romanæ ecclesiæ membris dissentire non licet. C. III.

Iuo p. 4. c. 211 Ansl. l. 1. c. 8. Pol. l. 1. c. 17. *Heb.* 13. Ansl. l. 5. c. 4. Pol. l. 8. c. 3. NOlite errare fratres mei charissimi: doctrinis variis, & extraneis nolite abduci. En instituta Apostolorum, & Apostolicorum virorum, canonesque habetis: his fruimini, his circumdamini, [a] his delectamini, his armamini; vt his freti, circundati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula persistere valeatis. Satis enim indignum est, quemquam vel Pontificum, vel ordinum subsequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere.

cere. Multum enim conuenit, vt totum corpus ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, vbi Dominus ecclesiæ totius posuit principatum.

a ¶ His circumdamini.] *Locupletatus est hic locus ex originali, & Anselmo.*

Item Imperator Constantin. Augu. ad Proculum, lib. 8. Cod. titu. Quæ sit longa consuetudo. tit. 53. l. 2.

¶ Non potest vsus, & consuetudo legem, & rationem vincere. C. IIII.

Consuetudinis, vsusque longæui non vilis auctoritas est, verum non vsque adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem. Iuo p. 4. cap. 202. Pann. l. 2. c. 163.

1 *Cum vero nec sacris canonibus, nec humanis legibus consuetudo obuiare monstratur, inconcussa seruanda est.*

Vnde ex dictis a Basilij.

¶ Inuiolabilis est consuetudo, quæ nec humanis legibus, nec sacris canonibus obuiare monstratur. C. V. Basilius in l. de spiritu sancto. c. 27.

Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis, quasdam vero Apostolica traditione per successiones in ministerio cōfirmatas accepimus; quasdam vero consuetudine roboratas approbauit vsus, quibus par ritus, & idem vtrisque pietatis debetur affectus, vnde quis vel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum hæsitauerit? Si enim attentauerimus consuetudines ecclesiæ non per scripturas a Patribus traditas nihil æstimare, quantum religio detrimenti sit latura, intente inspicientibus liquido constabit. ¶ Quæ enim (vt inde ordiamur) scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? vel quæ trifariam digesta super panem & calicem prolixæ orationis, vel consecrationis verba commendauit? Nam non modo, quod in Euangelio cōtinetur, vel ab Apostolo insertum est, in secretis dicimus, sed & alia plura adiicimus magnam quasi vim commendantia † mysteriis. Quæ orientem versus non orare literarum forma docuit? Benedicimus fontem baptismatis oleo vnctionis. Huc accedit, quod ter oleo inungimus, quos baptizamus, verbis abrenuntiare Satanæ, & Angelis eius informamus. Vnde hæc, & alia in hunc modum nō pauca, nisi quia tacita, & mystica traditione à Patribus ecclesiastico more, reuerentiori diligentia sunt in mysteriis obseruata silentio, quam publicata scripto?

Burc. l. 3. ca. 127. Iuo p. 4. ca. 69. Pann. l. 2. ca. 159.

† *al. consummandis accommodantia.*] Burc.

a ¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur* ex Augustino in lib. ex dictis Basilij. *In codice Vercellensi est:* vnde Augustinus ait, vel ex dictis Basilij, *& retenta est posterior pars huius distinctionis, quoniam ita citant Burchar. & auctor Pannormia. Iuo autem citat ex lib. Basilij de spiritu sancto. 27. quomodo in margine est indicatum. Ceterum, quoniam multis locis glossa obstitit, ne emendaretur, necessarium visum est integrum B. Basilij locum & Græce, & Latine afferre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τοῦ ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα. ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιιστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχὴν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου, τῆς εὐχαριστίας δὲ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη; ἀλλὰ δὲ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. εὐλογοῦμεν δὲ τό ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς. οὐκ ἐκ τοῦ ἀδημοσιεύτου, ταύτης δὲ ἀπορρήτου, διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ, καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν, καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι.

.i. Dogmatum, et institutorum, quæ in ecclesia seruata sunt, alia quidem habemus ex doctrina, quæ literis consignata est, alia vero ex Apostolorum traditione ad nos transmissa in mysterio recepimus. Quæ vtraque eandem vim ad pietatem habent: atque his nemo sane contradixerit, qui vel exigua legum ecclesiasticarum peritia sit præditus. Nam si aggrediamur ea, quæ nõ scripto, sed tantum consuetudine constant, repudiare imprudentes Euangelio, et quidem in præcipuis ipsius partibus officiemus: vel potius ipsamet instituta ad inane quoddam nomé redigemus. Exempli causa (vt quod primum, maximeque commune est, primo loco commemoré) eos, qui in Domini nostri Iesu Christi nomine spem posuerũt, figura crucis signari, ecquis scripto docuit? dum oramus, ad orientem solé conuerti, ecquæ nos literæ docuerunt? Verba inuocationis, cum panis Eucharistiæ, et calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus, scripta nobis reliquit? Non. n. iis contenti sumus, quorum Apostolus, & Euangelium mentionem fecerunt; sed alia quoque cum antea, tum post, dicimus, vtpote quæ magnum momentum ad ipsum mysterium habeant, doctrina non scripta, sed tradita erudiri. Benedicimus aquam baptismatis, & oleum vnctionis, atque illum ipsum præterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? nonne ex occulta, & mystica traditione? Quid? ipsam olei vnctionem quis sermo scriptus docuit? Quod homo ter mergendus sit, vnde accepimus? Abrenuntiare Satanæ, atque Angelis eius, & reliqua omnia, quæcũque in baptismo obseruamus, quæ scriptura iussit? An non hæc ipsa minime vulgata, sed secreta doctrina, quam quieto, minimeque curioso silentio Patres nostri custodierunt? probe quidem illi intelligentes, mysteriorum maiestatem taciturnitate seruari.

Item

Item pius Papa I. in decretis, decreto septimo.

¶ Laudabilis est consuetudo, quæ nihil fidei contrarium vsurpat. C. VI.

CONsuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dinoscitur. Burc.l. 3. ca. 124.

¶ *Verba huius capitis, quod antea tribuebatur B. August. leguntur in editione conciliorum Coloniensi tribus tomis inter decreta Pij I. decreto septimo; & in epistola eiusdem Pij ex codice sexdecim librorum, lib. 3. c. 19. quam etiam citant Burchardus, Iuo, & auctor Pannormiæ: cuius tamen epistolæ omnia fere verba habentur I. lib. registi B. Gregorij (qui citatur in Polycarpo) epist. 75. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infra dist. 12. c. nos consuetudinem.* Ans.l.4.c.42. Iuo p. 4. cap. 66. Pann.l.2.ca. 156.

Item B. Augustinus ad Casulanum, epist. 86.

¶ Vbi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum instituta pro lege seruantur. C. VII. Poly. l.3.tit. 23.

IN his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut [a] præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Ans.l.4.c.43. Burc.l.3. c. 126. Iuo p.4.c.68. Pann.l. 2. c. 158.

a ¶ Et sicut.] *Hinc vsque ad finem sunt in epistola indicata: sed à Burchardo etiam, & Iuone, & in Pannormia referuntur.*

Idem in libro de fide Christiana. Poly.l.3.tit. 23.c.fi.

¶ *Hodie inter opera B. August. nullum extat hoc titulo. In epistola vero ad Ianuariũ, quæ est. 118. c. 1. & 2. hac eadem sententia copiose exponitur.*

¶ Auctoritate, & traditione generali, vel speciali, ecclesia regitur. C. VIII.

CAtholica ecclesia per orbem terrarum diffusa tribus modis probatur existere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut traditio vniuersalis, aut certe propria, & particularis institutio. Sed auctoritate tota constringitur, vniuersali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis vero constitutionibus, & propriis informationibus vnaquæque pro locorum varietate, prout cuique visum est, subsistit, & regitur.

Idem in libro contra Manichæos.

¶ Valet ad fidem, catholicæ auctoritas ecclesiæ. C. IX.

PAlam est, quod in re dubia, ad fidem valeat auctoritas ecclesiæ catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur.

¶ *Apud B. August. lib. XI. contra Faustum Manichæum c. 2. legitur.* Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid ecclesiæ catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipsis &c. *Hanc vero episcoporum successionem potissimum in sede Petri, & in libro contra epistolam Fundamenti, & in epist. 165. de schismate Donatistarũ merito certissimum putauit ecclesia catholica iudicium.*

Item Leo Papa ad episcopos per Siciliam constitutos, epist. 4. c. 6. Ans.l.1.c.4[illegible]

¶ Ab Apostolicis institutis non licet recedere. C. X. Polyc.l. 1.t[illegible] 17.

HOc vestræ indicimus charitati, vt ab Apostolicis institutis nullo vlterius recedatur excessu, quia inultum post hoc esse non

Burc.l.3.ca. 125. poterit, si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Ansl.l.1.c.41. *Item Innocentius I. ad Decentium episcopum Eugubinum, epi.1.*

Iuo p.4.cap. 67. Poly.l.1.tit. 17.&l.3.tit. 24.

¶ Ab omnibus seruari debet, quod Romana seruat ecclesia. C. XI.

QVis nesciat, aut non aduertat, id quod a principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari? nec super induci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatem non habeat; aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes: aut legant, si in istis prouinciis alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse. Quòd si nõ legunt, quia nusquam inuenitur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit; a qua eos principium accepisse non dubium est; ne dum peregrinis sermonibus† student, caput institutionum videãtur omittere. † Sæpe dilectionem tuam ad vrbem venisse, ac nobiscũ in ecclesia conuenisse, & quem morem vel in consecrandis mysteriis, vel in ceteris agendis arcanis teneat, cognouisse. ᵃ Quod sufficere arbitraremur ad informationem ecclesiæ tuæ, vel reformationem; si prædecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & satis certum haberemus; nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset: quibus idcirco respondemus; non quod te aliqua ignorare credamus; sed vt maiori auctoritate tuos instituas, vel si qui à Romanæ ecclesiæ institutionibus errant, aut cõmoneas, aut nobis indicare non differas, vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates inducunt, aut alterius ecclesiæ, quam Romanæ, existimant consuetudinem esse seruandam.

† *al. auctoritatẽ debeat aliunde accipere vel exemplum?*

† *al. assertionibus.*

† *al. amittere.*

a ¶ Cognouisse.] *Locus hic in originali conciliis quatuor tomorum inserto sic habet.* cognouisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem ecclesiæ tuæ, vel reformationem. (si prædecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. *Sed ob glossam præcipue in ver. morem. non est mutatum.*

DISTINCTIO XII.

1. ps. *QVod absque discretione iustitiæ nulli agere licet. Vnde Calixtus Papa primus omnibus Episcopis ait in epistola prima ad Benedictum episcopum.*

Ansl.1.c.14. Polyc.l.1.c. 17.

¶ Nulli agere licet sine discretione iustitiæ contra disciplinam Romanæ ecclesiæ. C. I.

NOn decet à capite membra discedere; sed iuxta sacræ scripturæ testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium

biũ est, quod Apostolica ecclesia mater est omnium ecclesiarũ, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem patris; sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est ecclesia; cuius caput, vt prædictum est, Romana existit ecclesia. Quidquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

Item Gregorius[b] *Papa quartus.*

b ¶ Gregorius.] *Integrum hoc caput inuenitur in epistola Gregorij quarti vniuersis episcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & vniuersas prouincias constitutis: quæ est in codice supra citato Bibliotheca monasterij Dominicanorum. Initium vero est etiã in epistola Anastasij. II. ad Anastasium Augustum. c. 6.*

¶ Apostolicis præceptis nullus superbe resistat. C. II.

PRæceptis Apostolicis non dura superbia resistatur; sed per obedientiam, quæ à sancta Romana ecclesia, † & Apostolica auctoritate iussa sunt, salutifere impleantur; si eiusdem sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. *& post multa.* ¶ Non nouum aliquid præsenti iussione præcipimus; sed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus; cum nulli dubium sit, quod nõ solum Pontificalis causatio, † sed omnis sanctæ[a] religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum debeat referri, & inde normam sumere, vnde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ, super quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate diuelli. Si quis hæc † Apostolicæ sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.

Ans. l. t. c. 20. Polyc. l. 1. tit. 17.
† abest ab orig. & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus.
† *al. accusatio.*
† *al. hoc præcepto sedis Apostolicæ præcepta.*] orig.

a ¶ Sanctæ religionis.] *Sic emendatum est ex ipsa epistola, & aliquot manuscriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus,* spei Romanæ ecclesiæ.

Item Leo ix. Michaeli episcopo Constantinopolitano epist. 1. c. 29. & Nicolaus 1. epist. 2. ad Photium.

¶ Non est resistendum consuetudini, cui canonica non obstat auctoritas. C. III.

SCit sancta Romana ecclesia; quod nihil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco, & tempore consuetudines; si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel posse resistere. †

Iuo p. 4. cap. 223. & p. 5. c. 4. Panor. l. 2. ca. 155.
† *al. resista*

¶ *Caput hoc confectum est ex duobus longe diuersis locis. Nam vsque ad versi.* si illis, *sumptum est ex prima epistola, seu libello Leonis ix. aduersus inauditas, præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana ecclesia ait:* Scit namque, quia nihil obsunt saluti credentium di-

uersæ pro loco & tempore consuetudines, quando vna fides per dilectionem operans bona, quæ potest, vni Deo commendat omnes: *& hæc fere ab Iuone, & in Pannormia referuntur. Altera vero pars accepta est ex epistola secunda Nicolai ad Photium, quæ incipit,* Postquam beato Petro. *Ibi enim habentur hæc:* De consuetudinibus, quas nobis opponere visi estis, scribentes per diuersas ecclesias diuersas esse consuetudines: si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua obuiare debeamus, nihil iudicamus, vel ei resistimus.

Item Hieronymus ad Lucinium epist. 28.

¶ Consuetudines, quæ fidei non officium, vt a maioribus traditæ sunt, obseruentur. C. IIII.

Illud breuiter te admonendum peto, traditiones ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subuerti.

Item Nicolaus Hincmaro archiepiscopo.

¶ Traditiones a Patribus institutæ, non sunt infringendæ. C. V.

Iuo p. 4. ca. 212. Pann. l. 2. ca. 156.

Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris vel falso insimulari sanctam Dei ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus; pro libitu semper errantium infringi patiamur.

¶ Habetur in epistola scripta Hincmaro, & ceteris archiepiscopis, & episcopis in regno Caroli ecclesias regentibus, quæ extat in codice iam memorato Bibliotheca Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum est. Nam antea breuius erat, vt etiam apud Iuonem, & in Pannormia.

Item Iustinianus Institutionum lib. 1. tit. 2.

¶ Diuturni mores pro lege sunt habendi. C. VI.

Iuo p. 4. cap. 194. Pann. l. 2. c. 160.

Diuturni mores consensu vtentium approbati legem imitantur.

Item Cod. lib. 8. tit. quæ sit longa consuetudo. l. 1.

¶ Quidquid contra longam consuetudinem fit; reuocari oportet. C. VII.

Iuo p. 4. cap. c. 201. Pann. l. 2. ca. 162.

Consuetudo præcedens, & ratio, quæ consuetudinem suasit, tenenda est. Et quidquid[a] contra longam consuetudinem fiet; ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ.

a ¶ Quidquid.] *In originali est.* & ne quid cõtra longam consuetudinem fiat. *sed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani, quæ est etiam apud Iuonem, & in Pannormia, non est mutatum.*

Item Gregorius vniuersis episcopis Numidiæ lib. 1. epist. 75.

¶ Immota permaneat consuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur. C. VIII.

sup. dist. 11. consuetudinem.

Nos consuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dinoscitur, immotam permanere concedimus; siue de prima-

primatibus constituendis, siue de ceteris capitulis; exceptis iis qui ex Donatistis ad episcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum ordo clericorum [b] eos ad locum eundem deferat) modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis† curam gerere; non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in ecclesiæ sinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire. † *tantummodo.*] orig.

[b] ¶ Ordo clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquot vetustis Gratiani. & in aliquibus B. Gregorij codicibus: sed auctor glossæ non videtur habuisse verbum* clericorum: *quemadmodum neque Iuo neque pleraque Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliquæ etiam B. Gregorij operum editiones.*

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum episcopum libr. 7. reg. epist. 81.

¶ Non negantur, quæ consuetudinis sunt. C. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur; sic quæ sunt consuetudinis non negamus.

Idem Gregorius ad Augustinum Anglorum episcopum, resp. 3.

¶ Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat. C. X.

NOuit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua Iuo p. 2. c. 80.
se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue † *Gallicano*
in Gallicorum, † siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus *rum.*] orig.
omnipotenti Deo possit placere, solicite eligas; & in Anglorum eccle- *Gallicana.*]
sia, quæ adhuc in fide noua est, institutione præcipua, quæ de multis Iuo
ecclesiis colligere poteris, † infundas. Non enim pro locis res, sed pro † *potuisti.*]
rebus † loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis, quæ orig.
pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculum col- † *bonis re-*
lecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone. *bus.*] orig.

Vem Augustinus ad Ianuarium, epist. 118. c. 2.

¶ Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum. C. XI.

ILla autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, atque statuta retineri: sicuti quod Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cœlum, & aduentus de cœlo spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacumque se diffundit, ecclesia. ¶ Alia vero, quæ per loca terrarum, regionesque variantur, sicuti est, quod alij ieiunant sabbato, alij vero non, alij quotidie communicant cor- Ibid. c. 2.
pori, & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo nõ offeratur; alibi sabbato tantũ & Dominico,

alibi tantum dominico; & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest; totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes. Nec disciplina vlla est in his melior graui, prudentique Christiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam, ad quamcumque forte deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, † indifferenter est habendum; & pro eorum inter quos viuitur, societate seruandum est Mater mea [a] Mediolanum me consecuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem: cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ virũ Ambrosium. At ille ait; cum Romam venio, ieiuno sabbato: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte ecclesiam veneris, eius morem serua; si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renunciassem, libenter amplexa est.

fere idem epist. 119. c. 18.
† *al. esse conuincitur.*

a ¶ Mater mea.] *In hoc capite, quemadmodum & in sequenti, multa sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco vsque in finem, quoniam verba B. Augustini apte erant in epitomen redacta, nihil additum est.*

2 *Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est, quæ vel vniuersalis ecclesiæ vsu, vel temporis prolixitate roboratur. Ceterum si pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum variæ consuetudines introducantur; inuenta opportunitate resecandæ sunt potius quam obseruandæ.*

Vnde August. scribit ad inquisitiones Ianuarij, *epist.* 119. *c.* 19.

¶ Resecanda sunt quæ neque auctoritate, neque moribus vniuersitatis comprobantur. C. XII.

Iuo p. 4. ca. 206.
Pann. l. 2. ca. 168.
† *al. vniuersa.*] orig. Iuo, Pan.

OMnia talia, quæ neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum statuta inueniũtur, nec consuetudine vniuersalis † ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix, aut omnino nunquam inueniri possint causæ, quas in eis instituendis homines secuti sunt, vbi facultas tribuitur, sine vlla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint; ipsam tamen religionem, quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramẽtis misericordia Dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus † premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sacramentis, † non humanis præsumptionibus subiiciuntur.

† *al. adeo seruilibus operibus.*
† *sarcinis.*] orig.

Item ex concilio Toletano II. *c.* 3.

¶ Omnes prouinciæ † eundem in psallendo modum teneant, quem metropolitanam sedem † habere cognouerint. C. XIII.

† *al. prouinciales.*
† *al. ecclesiam.*
Ephes. 4.

3 DE iis, qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio, vt metropolita-

næ sedis auctoritate coacti vniuscuiusque prouinciæ [a] ciues rectoresque ecclesiarum, vnum, eumdemque in psallendo teneant modum, quem in † metropolitana sede cognouerint institutum; nec aliqua diuersitate cuiusque ordinis, vel officii a metropolitana se patiantur sede disiungi. Sic enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterii, vnde honoris consecrationem accipit, vt iuxta maiorum decreta, sedes quæ vnicuique sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane; indultis officiis, quę iuxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est, vesperas, matutinum, siue missam, aliter quam in principali ecclesia, celebrare non liceat. ¶ Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione priuatus, apud metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus; quatenus apud illum & præteritæ transgressionis culpam lacrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. ¶ Sub ista ergo regula disciplinæ, non solum metropolitanus totius suæ prouinciæ pontifices, vel sacerdotes adstringat; sed etiam ceteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant.

a ¶ Prouinciæ ciues] *In codice Lucensi peruetusto bibliotheca Regis Catholici, & in concilijs impressis, in margine legitur,* prouinciæ pontifices: *quæ dictio in fine huius capitis repetita ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur,* ciues.

Item ex concilio Bracharensi 1. c. 19.

Sententia habetur etiã in Toletano 4. c. 2.

¶ Ordo seruetur in matutinis, & vespertinis officiis vnus, & idem. C. XIIII.

PLacuit omnibus communi consensu, vt vnus atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officiis teneatur, & non diuersæ, ac priuatæ, neque [b] monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permistæ.

b ¶ Neque monasteriũ] *In concilio ipso postremo Coloniæ excuso, abest vox,* neque. *In ceteris autem editionibus sic legitur,* priuatæ monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permistæ.

DISTINCTIO XIII.

1 ps ITem *aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur; nisi forte duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum necesse sit eligi. Vnde in concilio Toletano* 8. *c.* 2. *legitur.*

Iuo par. 12. c. 10. Pann. l. 8. cap. 119.

¶ Minus malum de duobus eligendum est. C. I.

DVo mala, licet sint omnino cautissime præcauenda, tamen si periculi necessitas ex his vnum perpetrare † compulerit; id de-

† *al. tẽtare*] *al. tẽperare*

†obligari.] bemus resoluere, quod minori nexu noscitur obligare †. ¶ Quid au-
origin. Iuo, tem ex his leuius, quidve sit grauius, puræ † rationis acumine inuesti-
Pan. & Gra. gemus. Etenim dum pietate compellimur, creatorem quidem offen-
† *al. pia*] *al.* dimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa
pio] *al. pie-* complemus, & Dei iussu superbe contemnimus, & proximis impia
tatis acu- crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. ¶ Illic
mine. † enim dupli culpatū telo perimimur †, hic † tripliciter iugulamur.
† *al. illinc*] ¶ *In ipso concilij capite multa antecedunt, & sequuntur, quæ perlegenda sunt.*
Gratia. *Item Gregorius in moralibus in c. 40. Iob, lib. 32. c. 18. 19. & 20.*

† *percuti-*
mur.] origi.
† *al. hinc.*]

¶ De eodem. C. II.

Grati. NErui testiculorum Leuiathan perplexi sunt, quia suggestionum
Iob. 40. † illius argumenta implicatis inuentis † illigantur, vt plerosque
† *al. per sug* ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc
gestionum. siue aliquo peccati laqueo non euadant, & culpam faciant, dum vi-
† *al. inuen* tant, ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia consentiant
tionibus] se ligari. ¶ Quod melius ostendimus, si qua ex conuersatione ho-
orig. minum illigationis huius exempla proferamus †. *& nonnullis inter-*
Ibid. c. 19. *sectis.* ¶ Ecce quidam, dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet
† *al. confe* alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta illius omni silentio con
ramus] ori. tegat, se iureiurando constringit. Sed is, cui iuratum est, adulterium
perpetrare cognoscitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere cone-
tur. Is autem, qui iusiurandum præbuit, ad mentem reuertitur, &
diuersis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formi-
† *al. silendo.* dat, ne silentio † adulterii, simul & homicidii particeps fiat, & prode-
re trepidat, ne reatu se periurii obstringat. Perplexis ergo testiculo-
rum neruis ligatus est, quia in quamlibet partem decliner, metuit, ne
a transgressionis contagione liber non sit. ¶ Alius cuncta, quæ mun-
di sunt, deserens, atque per omnia frangere proprias voluntates quæ-
rens, alieno se subdere regimini appetit: sed eum, qui sibi apud Deum
præesse debeat, minus cauta inquisitione discernit: cui fortasse is, qui
† *agi*] origi. sine iudicio eligitur, cum præesse iam cœperit, agere † quæ Dei sunt,
prohibet; quæ mundi sunt, iubet. Pensans itaque subditus, vel quæ sit
culpa inobedientię, vel quod contagium sęcularis vitę, & obedire tre-
pidat, & non obedire formidat, ne aut obediens, Deum in suis præce-
ptis deserat; aut rursus non obediens, Deum in electo priore contē-
mnat. *& infra.* ¶ Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negli-
gens, ad locum regiminis præmiis ascendit. Sed quia omne quod hic
eminet, plus mœroribus afficitur, quam honoribus gaudet, dum cor
tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur, doletque,
se ad laborem cum culpa peruenisse, & quam sit iniquum quod admi-
† *fructus*] or. serit, ex ipsa fractus † difficultate cognoscit. Reum igitur se cum im-
pensis pręmiis agnoscens, vult adeptę sublimitatis locum deserere, sed
timet,

timet, ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse: vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gratiæ † empta possidere. Per honoris ergo ambi- † *al. gregis.*
tum, ligatum culpa hinc inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel grex relinquatur, aut rursum sacra actio sæculariter empta teneatur. Vndique metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine non digne, lugeat, quod non etiam deserens [a] emendat; aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat. *& infra.*

Ibidē c. 20.

2 ¶ Est tamen quod ad destruendas Beemoth versutias subtiliter † fiat, vt dum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Hinc Paulus, cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, vt maiora declinarent, dicens, [Propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat.] Et quia tunc solum coniuges in admistione sine culpa sunt, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, vt hoc etiam, quod concesserat, sine culpa (quamuis minima) non esse monstraret, illico adiunxit, [Hoc autem dico secundum indulgentiam, nō secundum imperium.] Non enim est sine vitio: quod ignoscitur, non præcipitur. Peccatum profecto vidit, quod posse indulgeri præuidit. Sed cum in dubiis constringimur, vtiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Itaque plerumque neruorum Beemoth istius perplexitas soluitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

† *vtiliter*] origi. vt inf.
1. Cor. 7.
Ibidem 6.

a ¶ Emendat] *Hoc loco in originali videtur constructio verborum perturbata, & restituenda ex Gratiano.*

DISTINCTIO. XIIII.

1 ps VErum hoc in vna eademque persona intelligitur. Ceterum an in diuersis eadem dispensatio locum habeat, videlicet, vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quaritur.

De his ita scribit Augustin. lib. Quæst. super Genes. cap. 42.

¶ Non sunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alii grauiora committant. C. I.

QVod ait Sodomitis Loth [Sunt mihi duę filię, quę nondum nouerunt viros; producam illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros istos ne faciatis iniquum: quoniam prostituere volebat filias suas hac compensatione, vt viri hospites eius nihil a Sodomitis tale paterentur; vtrum admittenda sit compensatio

Iuo par. 9. c. 117.
Gen. 19.

flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malũ faciat; an potius perturbationi Loth, nõ consilio tribuendum sit, quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculosissime admittitur hæc compensatio. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ nullo modo imitanda est.

2 *Consuetudinis autem, vel constitutionis rigor nonnumquam relaxatur. Vnde Leo Papa ait ad Rusticũ Narbonensem episcopum. epist. 90. ante cap. 1.*

¶ Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non. C. II.

Pannor. in prolo. c. 12. Sicut quędam sunt, quę nulla possunt ratione cõuelli; ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporũ, aut pro consideratione ætatum oporteat temperari: illa consideratione † semper seruata, vt in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendũ, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum.

Ordo verborum non restitutus ob glossam. † *conditione*] origin.

DISTINCTIO XV.

1 Quoniam de iure naturali, & constitutione, vel consuetudine hactenus disseruimus, differentiam, qua inuicem discernuntur, assignãtes, nunc ad ecclesiasticas constitutinoes stylum vertamus, earum originem, & auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus, breuiter assignantes.

ps

¶ Quo tempore cœperint canones generaliũ conciliorum. C. I.

Pannor. l. 2. cap. 104. Canones generalium conciliorum (vt Isidorus ait libr. 6. etymol. cap. 16.) a temporibus Constantini cœperunt. In pręcedentibus namque annis persecutione feruente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat licentia episcopis in vnum conueniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apostolicam, secundum post Apostolos symbolum tradiderunt. ¶ Inter cetera autem concilia, quattuor esse scimus venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quattuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna synodus cccxviii. episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est: in qua Arianæ perfidiæ condemnata blasphemia, quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat, consubstantialem Deo patri Deum filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit. ¶ Secunda synodus c L. Patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata est, quæ Macedonium spiritum sanctum Deum esse negantem condemnans, consubstantialem patri & filio spiritũ sanctum demonstrauit,

strauit, dans symboli formam, quam tota Græcorum, & Latinorum confessio in ecclesiis prædicat. Tertia synodus Ephesina prima cc. episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita est, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem, iusto anathemate condemnauit, ostendens manere [b] in duabus naturis vnam Domini nostri Iesu Christi personam. ¶ Quarta synodus Chalcedonensis, DCXXX. sacerdotum sub Martiano principe habita est; in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem verbi Dei, & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eius defensorem Dioscorum, quondam Alexandrinum episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis vna patrum sententia damnauit, prædicans eadem synodus Christum Dominum de virgine sic natum, vt in eo substantiam diuinæ, & humanæ confiteamur naturæ. ¶ Hæ sunt quattuor synodi principales, fidei doctrinam plenissime prædicantes. Sed & si qua sunt concilia, quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quattuor auctoritatem, omni manent stabilita vigore: quorum gesta in hoc opere condita continentur. ¶ Synodus autem ex Græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilii [b] vero nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant. Vnde concilium a communi intentione dictum quasi consilium; consilium, quasi considium: *d* in *l* litteram transeunte, vel concilium dictum est a communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt: vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non consentiunt in vnum. Cœtus vero conuentus est, vel congregatio, a coeundo, id est, a conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus est nuncupatus, eo quod ibi homines conueniunt in vnum: sicut a conuentu cœtus dicitur, sic & concilium a societate multorum in vnum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in collectione conciliorum Isidori ante ipsius præfationem, non autem in codice bibliotheca Dominicana: in quo tamen vsque ad versiculum.* Inter cetera, *ponitur etiam (quemadmodum & in alijs) ante initium concilij Nicæni.*

a ¶ Manere] *In plerisque antiquis Gratiani exemplaribus, & Isidori codice impresso legitur, vt est emendatum. Sed in alijs eorumdem manuscriptis, & impressis Gratiani legitur,* manere in Christo duas naturas, & vnam Domini nostri Iesu Christi personam.
b ¶ Concilii vero] *Apud Isidorum in libro Etymolo. locus hic mendose legitur. Verum in præfatione eiusdem Isidori, editioni Parisiensi conciliorum præposita, quæ cum aliquot codicibus collata est, sic legitur.* Concilii vero nomen tractum ex communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt, vnde & qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium', quia non sentiunt vnum. Cœtus vero conuentus est, vel congregatio a coeundo, id est conueniendo in vnum. vnde & conuentus est nuncupatus, quod ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, vel concilium a societate dicitur multorum in vnum. *In Gratiani codicibus sunt mul-*

Burc.l.3.ca. 125. poterit, si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Ansl.l.1.c.41. Iuo p.4.cap. 67. Poly.l.1.tit. 17.& l.3.tit. 24. *Item Innocentius I. ad Decentium episcopum Eugubinum, epi.1.*

¶ Ab omnibus seruari debet, quod Romana seruat ecclesia. C. XI.

QVis nesciat, aut non aduertat, id quod a principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari? nec super induci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatem non habeat; aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes: aut legant, si in istis prouinciis alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse. Quòd si nō legunt, quia nusquam inuenitur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit; a qua eos principium accepisse non dubium est; ne dum peregrinis sermonibus † student; caput institutionum videātur omittere. † Sæpe dilectionem tuam ad vrbem venisse, ac nobiscū in ecclesia conuenisse, & quem morem vel in consecrandis mysteriis, vel in ceteris agendis arcanis teneat, cognouisse. [a] Quod sufficere arbitraremur ad informationem ecclesiæ tuæ, vel reformationem; si prædecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & satis certum haberemus; nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset: quibus idcirco respondemus; non quod te aliqua ignorare credamus; sed vt maiori auctoritate tuos instituas, vel si qui à Romanæ ecclesiæ institutionibus errant, aut cōmoneas, aut nobis indicare non differas, vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates inducunt, aut alterius ecclesiæ, quam Romanæ, existimant consuetudinem esse seruandam.

† *al. auctoritatē debeat aliunde accipere vel exemplum?*

† *al. assertionibus.*

† *al. amittere.*

a ¶ Cognouisse.] *Locus hic in originali conciliis quatuor tomorum insertus sic habet,* cognouisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem ecclesiæ tuæ, vel reformationem, (si prædecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. *Sed ob glossam præcipue in ver. morem. non est mutatum.*

DISTINCTIO XII.

I. pa. QVod absque discretione iustitiæ nulli agere licet. *Vnde Calixtus Papa primus omnibus Episcopis ait in epistola prima ad Benedictum episcopum.*

Ansl. 1.c.24. Polyc.l.1.c. 17. ¶ Nulli agere licet sine discretione iustitiæ contra disciplinam Romanæ ecclesiæ. C. I.

NOn decet à capite membra discedere; sed iuxta sacræ scripturæ testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium

biũ est, quod Apostolica ecclesia mater est omnium ecclesiarũ, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem patris; sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est ecclesia; cuius caput, vt prædictum est, Romana existit ecclesia. Quidquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

Item Gregorius[b] *Papa quartus.*

b ¶ Gregorius.] *Integrum hoc caput inuenitur in epistola Gregorij quarti vniuersis episcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & vniuersas prouincias constitutis: quæ est in codice supra citato Bibliotheca monasterij Dominicanorum. Initium vero est etiã in epistola Anasta: ij. II. ad Anastasium Augustum. c. 6.*

¶ Apostolicis præceptis nullus superbe resistat. C. II.

PRæceptis Apostolicis non dura superbia resistatur; sed per obedientiam, quæ à sancta Romana ecclesia, † & Apostolica auctoritate iussa sunt, salutifere impleantur; si eiusdem sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. *& post multa.* ¶ Non nouum aliquid præsenti iussione præcipimus; sed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus; cum nulli dubium sit, quod nõ solum Pontificalis causatio, † sed omnis sanctæ[a] religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum debeat referri, & inde normam sumere, vnde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ, super quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate diuelli. Si quis hæc † Apostolicæ sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.

Ans. l. 1. c. 20. Polyc. l. 1. tit. 17.
† abest ab orig. & aliquot vetustis Gratiani exẽplaribus.
† *al. accusatio.*
† *al. hoc præcepto sedis Apostolicæ præcepta.*] orig.

a ¶ Sanctæ religionis.] *Sic emendatum est ex ipsa epistola, & aliquot manuscriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus,* spei Romanæ ecclesiæ.

Item Leo ix. Michaeli episcopo Constantinopolitano epist. I. c. 29. & Nicolaus I. epist. 2. ad Photium.

¶ Non est resistendum consuetudini, cui canonica non obstat auctoritas. C. III.

SCit sancta Romana ecclesia; quod nihil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco, & tempore consuetudines; si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel posse resistere. †

Iuo p. 4. cap. 223. & p. 5. c. 44. Pann. l. 2. ca. 155.
† *al. resista*

¶ *Caput hoc confectum est ex duobus longe diuersis locis. Nam vsque ad versi.* si illis, *sumptum est ex prima epistola, seu libello Leonis ix. aduersus inauditas, præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana ecclesia ait:* Scit namque, quia nihil obsint saluti credentium di-

primatibus constituendis, siue de ceteris capitulis; exceptis iis qui ex Donatistis ad episcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum ordo clericorum [b] eos ad locum eundem desferat) modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis † curam gerere; non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in ecclesiæ sinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire. † *tantummodo.*] orig.

[b] ¶ Ordo clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquot vetustis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorij codicibus: sed auctor glossæ non videtur habuisse verbum* clericorum: *quemadmodum neque Iuo neque pleraque Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliqua etiam B. Gregorij operum editiones.*

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum episcopum libr. 7. reg epist. 31.

¶ Non negantur, quæ consuetudinis sunt. C. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur; sic quæ sunt consuetudinis non negamus.

Idem Gregorius ad Augustinum Anglorum episcopum, resp. 3.

¶ Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat. C. X.

NOuit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Gallicorum, † siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, solicite eligas; & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc in fide noua est, institutione præcipua, quæ de multis ecclesiis colligere poteris, † infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus † loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone. Iuo p. 2. c. 80. † *Gallicanorum.*] orig. *Gallicana.*] Iuo † *potuisti.*] orig. † *bonis rebus.*] orig.

Item Augustinus ad Ianuarium, epist. 118 c. 2.

¶ Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum. C. XI.

ILla autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, atque statuta retineri: sicuti quod Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cœlum, & aduentus de cœlo spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacumque se diffundit, ecclesia. ¶ Alia vero, quæ per loca terrarum, regionesque variantur, sicuti est, quod alij ieiunant sabbato, alij vero non, alij quotidie communicant corpori, & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo nõ offeratur; alibi sabbato tantũ & Dominico, Ibid. c. 2.

alibi tantum dominico; & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest; totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes. Nec disciplina vlla est in his melior graui, prudentique Christiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam, ad quamcumque forte deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, † indifferenter est habendum; & pro eorum inter quos viuitur, societate seruandum est. Mater mea [a] Mediolanum me consecuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem: cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ virũ Ambrosium. At ille ait; cum Romam venio, ieiuno sabbato: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte ecclesiam veneris, eius morem serua; si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renunciassem, libenter amplexa est.

fere idem epist. 119. c. 18.
† al. esse conuincitur.

a ¶ Mater mea.] *In hoc capite, quemadmodum & in sequenti, multa sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco vsque in finem, quoniam verba B. Augustini apti erant in epitomen redacta, nihil additum est.*

2 *Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est, qua vel vniuersalis ecclesiæ vsu, vel temporis prolixitate roboratur. Ceterum si pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum varia consuetudines introducantur; inuenta opportunitate resecandæ sunt potius quam obseruandæ.*

Vnde August. scribit ad inquisitiones Ianuarij, *epist.* 119. *c.* 19.

¶ Resecanda sunt quæ neque auctoritate, neque moribus vniuersitatis comprobantur. C. XII.

Iuo p. 4. ca. 206. Pann. l. 2. ca. 168.

OMnia talia, quæ neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum statuta inueniũtur, nec consuetudine vniuersalis † ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix, aut omnino nunquam inueniri possint causæ, quas in eis instituendis homines secuti sunt, vbi facultas tribuitur, sine vlla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint; ipsam tamen religionem, quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramẽtis misericordia Dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus † premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sacramentis, † non humanis præsumptionibus subiiciuntur.

† al. vniuersa.] orig. Iuo, Pan.
† al. adeo seruilibus operibus.
† sarcinis.] orig.

Item ex concilio Toletano 11. *c.* 3.

¶ Omnes prouinciæ † eundem in psallendo modum teneant, quem metropolitanam sedem † habere cognouerint. C. XIII.

3 DE iis, qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio, vt metropolita-

† al. prouinciales.
† al. ecclesiam.
Ephes. 4.

næ sedis auctoritate coacti vniuscuiusque prouinciæ [a] ciues rectoresque ecclesiarum, vnum, eumdemque in psallendo teneant modum, quem in † metropolitana sede cognouerint institutum; nec aliqua diuersitate cuiusque ordinis, vel officii a metropolitana se patiantur sede disiungi. Sic enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterii, vnde honoris consecrationem accipit, vt iuxta maiorum decreta, sedes quæ vnicuique sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane; indultis officiis, quę iuxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est, vespetas, matutinum, siue missam, aliter quam in principali ecclesia, celebrare non liceat. ¶ Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione priuatus, apud metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus; quatenus apud illum & præteritæ transgressionis culpam lacrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. ¶ Sub ista ergo regula disciplinæ, non solum metropolitanus totius suæ prouinciæ pontifices, vel sacerdotes adstringat; sed etiam ceteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant.

a ¶ Prouinciæ ciues] *In codice Lucensi peruetusto bibliotheca Regis Catholici, & in concilijs impressis, in margine legitur,* prouinciæ pontifices: *quæ dictio in fine huius capitis repetita ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur,* ciues.

Item ex concilio Bracharensi 1. c. 19.

Sententia habetur etiã in Toletano 4.c.2.

¶ Ordo seruetur in matutinis, & vespertinis officiis vnus, & idem. C. XIIII.

PLacuit omnibus communi consensu, vt vnus atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officiis teneatur, & non diuersæ, ac priuatæ, neque [b] monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permistæ.

b ¶ Neque monasteriũ] *In concilio ipso postremo Coloniæ excuso, abest vox,* neque. *In ceteris autem editionibus sic legitur,* priuatæ monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permistæ.

DISTINCTIO XIII.

1 ps *ITem aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur; nisi forte duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum necesse sit eligi. Vnde in concilio Toletano 8. c. 2. legitur.*

Iuo par. 12. c. 10. Pann. l. 8. cap. 119.

¶ Minus malum de duobus eligendum est. C. I.

DVo mala, licet sint omnino cautissime præcauenda, tamen si periculi necessitas ex his vnum perpetrare † compulerit; id de-

† *al. tẽtare*] *al. tẽperare*

†*obligari.*] origin. Iuo, Pan. & Gra. † *al. pia*] *al. pio*] *al. pietatis acumine.* † *al. illinc*] Gratia. † *percutimur.*] origi. † *al. hinc.*] Grati.

bemus resoluere, quod minori nexu noscitur obligare †. ¶ Quid autem ex his leuius, quidve sit grauius, puræ † rationis acumine inuestigemus. Etenim dum pietate compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, & Dei iussu superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. ¶ Illic † enim duplici culparũ telo perimimur †, hic † tripliciter iugulamur.

¶ *In ipso concilij capite multa antecedunt, & sequuntur, quæ perlegenda sunt.*

Item Gregorius in moralibus in c. 40. *Iob, lib.* 32. *c.* 18. 19. & 20.

¶ De eodem. C. II.

Iob. 40. † *al. per suggestionum.* † *al. inuentionibus*] orig. *Ibid. c.* 19. † *al. conferamus*] ori.

NErui testiculorum Leuiathan perplexi sunt, quia suggestionum † illius argumenta implicatis inuentis † illigantur, vt plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine aliquo peccati laqueo non euadant, & culpam faciant, dum vitant, ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia consentiant se ligari. ¶ Quod melius ostendimus, si qua ex conuersatione hominum illigationis huius exempla proferamus †. *& nonnullis interiectis.* ¶ Ecce quidam, dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit. Sed is, cui iuratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autem, qui iusiurandum præbuit, ad mentem reuertitur, & diuersis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silentio † adulterii, simul & homicidii particeps fiat, & prodere trepidat, ne reatu se periurii obstringat. Perplexis ergo testiculorum neruis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit, ne a transgressionis contagione liber non sit. ¶ Alius cuncta, quæ mundi sunt, deserens, atque per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno se subdere regimini appetit: sed eum, qui sibi apud Deum præesse debeat, minus cauta inquisitione discernit: cui fortasse is, qui sine iudicio eligitur, cum præesse iam cœperit, agere † quæ Dei sunt, prohibet; quæ mundi sunt, iubet. Pensans itaque subditus, vel quæ sit culpa inobedientię, vel quod contagium sęcularis vitę, & obedire trepidat, & non obedire formidat, ne aut obediens, Deum in suis præceptis deserat; aut rursus non obediens, Deum in electo priore contemnat. & *infra.* ¶ Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negligens, ad locum regiminis præmiis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quam honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur, doletque, se ad laborem cum culpa peruenisse, & quam sit iniquum quod admiserit, ex ipsa fractus † difficultate cognoscit. Reum igitur se cum impensis prẹmiis agnoscens, vult adeptę sublimitatis locum deserere, sed timet,

† *al. silendo.* † *agi*] origi. † *fractus*] or.

timet, ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse: vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gratiæ † empta possidere. Per honoris ergo ambi- † *al. gregis.* tum, ligatum culpa hinc inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel grex relinquatur, aut rursum sacra actio sæculariter empta teneatur. Vndique metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine non digne, lugeat, quod non etiam deserens [a] emendat; aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat. *& infra.* *Ibidē c. 20.*

2 ¶ Est tamen quod ad destruendas Beemoth versutias subtiliter † fiat, vt dum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Hinc Paulus, cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, vt maiora declinarent, dicens, [Propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat.] Et quia tunc solum coniuges in admistione sine culpa sunt, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, vt hoc etiam, quod concesserat, sine culpa (quamuis minima) non esse monstraret, illico adiunxit, [Hoc autem dico secundum indulgentiam, nō secundum imperium.] Non enim est sine vitio: quod ignoscitur, non præcipitur. Peccatum profecto vidit, quod posse indulgeri præuidit. Sed cum in dubiis constringimur, vtiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Itaque plerumque neruorum Beemoth istius perplexitas soluitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

† *Vtiliter*] origi. vt inf.

1. Cor. 7.

Ibidem 6.

a ¶ Emendat] *Hoc loco in originali videtur constructio verborum perturbata, & restituenda ex Gratiano.*

DISTINCTIO. XIIII.

1 pς **V***Erum hoc in vna eademque persona intelligitur. Ceterum an in diuersis eadem dispensatio locum habeat, videlicet, vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quæritur.*

De his ita scribit Augustin. lib. Quæst. super Genes. cap. 42.

¶ Non sunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alii grauiora committant. C. 1.

QVod ait Sodomitis Loth [Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum nouerunt viros; producam illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros istos ne faciatis iniquum: quoniam prostituere volebat filias suas hac compensatione, vt viri hospites eius nihil a Sodomitis tale paterentur; vtrum admittenda sit compensatio Iuo par. 9. c. 117. *Gen. 19.*

flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malũ faciat; an potius perturbationi Loth, nõ consilio tribuendum sit, quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculosissime admittitur hæc compensatio. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ nullo modo imitanda est.

2 *Consuetudinis autem, vel constitutionis rigor nonnumquam relaxatur. Vnde Leo Papa ait ad Rusticũ Narbonensem episcopum, epist. 90. ante cap. 1.*

¶ Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non. C. II.

Pannor. in prolo. c. 12. Ordo verborum non restitutus ob glossam. † *conditione*] origin.

Sicut quędam sunt, quę nulla possunt ratione cõuelli; ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporũ, aut pro consideratione ætatum oporteat temperari: illa consideratione † semper seruata, vt in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendũ, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum.

DISTINCTIO XV.

1 ps *Qvoniam de iure naturali, & constitutione, vel consuetudine hactenus disseruimus, differentiam, qua inuicem discernuntur, assignãtes, nunc ad ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem, & auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus, breuiter assignantes.*

¶ Quo tempore cœperint canones generaliũ conciliorum. C. I.

Pannor. l. 2. cap. 104.

Canones generalium conciliorum (vt Isidorus ait libr. 6. etymol. cap. 16.) a temporibus Constantini cœperunt. In prȩcedentibus namque annis persecutione feruente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat licentia episcopis in vnum cõueniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in cõcilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apostolicam, secundum post Apostolos symbolum tradiderunt. ¶ Inter cetera autem concilia, quattuor esse scimus venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quattuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna synodus cccxviii. episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est: in qua Arianæ perfidiæ condemnata blasphemia, quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat, consubstantialem Deo patri Deum filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit. ¶ Secunda synodus c l. Patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata est, quæ Macedonium spiritum sanctum Deum esse negantem condemnans, consubstantialem patri & filio spiritũ sanctum demonstrauit,

ſtrauit, dans ſymboli formam, quam tota Græcorum, & Latinorum confeſſio in eccleſiis prædicat. Tertia ſynodus Epheſina prima cc. epiſcoporum ſub iuniore Theodoſio Auguſto edita eſt, quæ Neſtorium duas perſonas in Chriſto aſſerentem, iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere[a] in duabus naturis vnam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam. ¶ Quarta ſynodus Chalcedonenſis, DCXXX. ſacerdotum ſub Martiano principe habita eſt; in qua Eutychem Conſtantinopolitanum abbatem verbi Dei, & carnis vnam naturam pronunciantem, & eius defenſorem Dioſcorum, quondam Alexandrinum epiſcopum, & ipſum rurſus Neſtorium cum reliquis hæreticis vna patrum ſententia damnauit, prædicans eadem ſynodus Chriſtum Dominum de virgine ſic natum, vt in eo ſubſtantiam diuinæ, & humanæ confiteamur naturæ. ¶ Hæ ſunt quattuor ſynodi principales, fidei doctrinam pleniſſime prædicantes. Sed & ſi qua ſunt concilia, quæ ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quattuor auctoritatem, omni manent ſtabilita vigore: quorum geſta in hoc opere condita continentur. ¶ Synodus autem ex Græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilii[b] vero nomen tractum eſt ex more Romano. Tempore enim quo cauſæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant. Vnde concilium a communi intentione dictum quaſi conſilium; conſilium, quaſi conſidium: *d* in *l* litteram tranſeunte, vel concilium dictum eſt a communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum ſunt: vnde qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium, quia non conſentiunt in vnum. Cœtus vero conuentus eſt, vel congregatio, a coeundo, id eſt, a conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus eſt nuncupatus, eo quod ibi homines conueniunt in vnum: ſicut a conuentu cœtus dicitur, ſic & concilium a ſocietate multorum in vnum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in collectione conciliorum Iſidori ante ipſius præfationem, non autem in codice bibliothecæ Dominicanæ: in quo tamen vſque ad verſiculum,* Inter cetera, *ponitur etiam (quemadmodum & in alijs) ante initium concilij Nicæni.*

a ¶ Manere] *In pleriſque antiquis Gratiani exemplaribus, & Iſidori codice impreſſo legitur, vt eſt emendatum. Sed in alijs eorundem manuſcriptis, & impreſſis Gratiani legitur,* manere in Chriſto duas naturas, & vnam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

b ¶ Concilii vero] *Apud Iſidorum in libro Etymolo. locus hic mendoſe legitur. Verum in præfatione eiuſdem Iſidori, editioni Pariſienſi conciliorum præpoſita, quæ cum aliquot codicibus collata eſt, ſic legitur.* Concilii vero nomen tractum ex communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum ſunt, vnde & qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium, quia non ſentiunt vnum. Cœtus vero conuentus eſt, vel congregatio a coeundo, id eſt conueniendo in vnum. vnde & conuentus eſt nuncupatus, quod ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, vel concilium a ſocietate dicitur multorum in vnum. *In Gratiani codicibus ſunt mul-*

ta varietates, ex quibus ea lectio retenta est, qua visa est melior, quamuis adhuc aliquid fortasse desideretur.

†al. quoq;. *De quattuor vero † concilijs scribit B. Gregorius ita dicens, lib. 1. Regest, Epist. 24.*

¶ De auctoritate quattuor conciliorum. C. II.

SIcut sancti Euangelii quattuor libros, sic quattuor concilia suscipere, & venerari me fateor; Nicænum scilicet, in quo peruersum Arii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii, & Macedonii error conuincitur; Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; Chalcedonense vero, in quo Eutychis, Dioscorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio: quia in his, velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura cōsurgit, & cuiuslibet vitæ, atq; actionis norma consistit. ¶ Quintū quoque consiliū pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam Mediatoris Dei, & hominum in duabus substantiis separās, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur; & in quo scripta quoq; Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia, dum vniuersali sunt consensu constituta; se, & non illa destruit quisquis præsumit aut soluere, quos religant †; aut ligare, quos soluunt.

†al. ligant. † al. religare. a ¶ Cuiuslibet] *Apud B. Gregorium legitur:* Et cuiuslibet vitæ, atque actionis exsistat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum, &c. *& in sequentibus significantur tria illa capitula, quorum occasione nonnulli quintam synodum non recipiebant.*

De ijsdem etiam Gelasius in concilio habito Romæ cum 70. episcopis scribit, dicens.

¶ Quæ concilia sancta Romana ecclesia suscipiat. C. III.

† al. quas scripturas.

SAncta Romana ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam synodum Nicænā CCCXVIII. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cælestini, mediante Cyrillo Alexādrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediāte Martiano Augusto & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatæ sunt: sed & si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta, post † istorum

Burch. l. 3. cap. 220. Iuo p. 4. cap. 64. Pan. l. 2. c. 92. Pol. l. 3. t. 20.

qua-

quatuor auctoritatem, & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus. ¶ Iam nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorii Nazianzeni episcopi. ¶ Item opuscula beati Basilii Cappadociæ episcopi. ¶ Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. ¶ Item opuscula Theophili Alexādrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarii Pictauiensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi. ¶ Item epistolam B. Leonis Papæ ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit, & nō eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. ¶ Item opuscula, atq; tractatus omniū patrum orthodoxorū, qui in nullo a sanctæ Romanæ ecclesiæ cōsortio deuiauerunt, nec ab eius fide† prædicatione seiuncti sunt, sed cōmunionis ipsius, gratia Dei, vsque ad vltimū diem vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporib. ab vrbe Romana pro diuersorū patrū cōsultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. ¶ Item gesta sanctorū martyrū, qui multiplicib. tormentorū cruciatibus, & mirabilib. confessionū triumphis irradiant. Quis ita† esse catholicorū dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundū antiquā consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia & eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis† superflua, aut minus apta, quā rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici,† & Iulitæ: sicut Gregorii, aliorumque huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur. ¶ Item vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilationis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶ Item Actus beati Siluestri Apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui conscripsit nomen ignoremus, a multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ. ¶ Item scripta de inuentione S. Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptistæ, nouellæ quidem† reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum hæc ad catholicorum manus peruenerint,

Ans. l. 6. c. 193.

† *fide*, vel *prædicatione*] orig. & Burc. Nicolaus in epistola impressa ad episcopos Galliæ, cuius initium [*Quamuis*]

† *al. ista.*

† *al. dictis.*]

† *al. Cyrici.*

† *quadam relationes*] orig.

1. Thess. 5. beati Pauli Apostoli sententia præcedat, [Omnia probate, quod bonum est, tenete.] ¶ Item Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Ruffino, sed etiam de vniuersis †, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. ¶ Item Chronicon † Eusebii Cæsariensis, atque eiusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici vnum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem quæ ad instructionem pertinent, vsquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam; miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus †. ¶ Item Iuuenci [c] nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Ceterum, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. In primis Ariminensem synodum a Constantio Cæsare Constantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vsque in æternum, confitemur esse damnatam. Item itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis lib. 8. † apocryphum:

Actus nomine Andreæ Apostoli, apocryphi.
Actus nomine Philippi Apostoli, apocryphi.
Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi.
Actus nomine Thomæ Apostoli, apocryphi. Euangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ Apostoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphum. Euangeliũ nomine Bartholomæi Apostoli, apocryphum. Euangeliũ nomine Andreæ Apostoli, apocryphum. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falsauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta [d] Maria & de obstetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Leuticius † discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ, vel † Geneseos, apocryphus. Centimetrum de Christo Virgilianis compaginatũ versibus, apocry-

† al. diuersis.] orig.
† al. religiose.
† al. Chronica.] orig.
† al. praferimus.] orig.
Burch. l. 3. c. 221.
Iuo p. 4. c. 65.
Pann. l. 2. ca. 123.
† decem.]
† al. Esitius.]
al. Hesychius.
† al. Lentinum.]
al. Leutius.
† abest ab orig.

apocryphum. Liber, qui appellatur, Actus Teclæ, & Pauli Apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & sancti Xysti † nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus † sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluuium pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iamnis, & Mambræ, apocryphus. Liber, qui appellatur sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Lusanæ †, apocryphus. Liber canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologos, qui ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambrosii nomine præsignatus, apocryphus. Historia Eusebii Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani †, siue Africani, apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocrypha †. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuscula Victorini Pictauiensis †, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiẽsis Galliarũ, apocrypha. Opuscula Frumentii †, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarum regem, apocrypha. Passio Georgii, apocrypha. Passio Cyrici, & Iulitæ, apocrypha. Scriptura, quæ appellatur, contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi confingunt, sed dæmonum magis artis conscripta sunt, apocrypha. ¶ Hæc, & omnia his similia, quę Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus, & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoq; cũ suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valẽtinus, siue Manichæus, Faustus, †Sabellius, Arius, Macedonius, Nouatus, Sabbatius, Cælestius †, Donatus, Eustathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus, &† Latiensis, Cælestinus, Maximinus, Priscianus † ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, e quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, nec non & omnes hæreses †, quas ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici docuerũt, vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur non solum repudiata, verum et-

† *al. Sixti.* † *transitus, id est, sumptio*] orig. † *al. Iob*] origin. † *qui appellatur, laus Apostolorũ*] origin. † *Tertuliani apocrypha. Opuscula Lactantij apocrypha. Opuscula Africani apocrypha*] orig. † *Opuscula Commodiani apocrypha*] orig. † *Opuscula Tatij, Cypriani apocrypha. Opuscula Arnobij apocrypha. Opuscula Tyconij apocrypha*] orig. † *al. Pitabianensis.* † *al. Frumẽti caci*] orig.

† *Africanus*] orig. † *Calistus.* † *Iulianus Celanensis, Calestinus, &c.*]orig. ori] *Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus, Lampetius.* † *haretici, eorumq; discipuli*]orig.

iam ab omni Romana, & Apostolica ecclesia eliminata, atque cum
suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis indissolu-
bili vinculo in æternum confitemur esse damnata. ¶ Ceterum [e], qui
libri in ecclesiasticis officiis per anni circulum a nonnullis legantur
Burch.l.3. (quod ritum illum Apostolica non reprobat, sed sequitur ecclesia)
cap. 221. pro fidelium ædificatione adnotandum censuimus. Quidam, quod
Iuo p.4.c.63. in Septuagesima ponunt Pentateuchum [f] vsque in decimum quintum
Pan.l.2.c.90 diem ante Pascha, decimo quinto die ponunt Hieremiam vsque in
Tren. 1. cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamenta-
tione Hieremiæ. [Quomodo sedet sola ciuitas, &c.] & tres de tra-
ctatu sancti Augustini in psalmum 54 [g]. [Exaudi Deus orationem
meam, & ne despexeris.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad
1.Cor. 11. Corinthios, [Conuenientibus vobis in vnum.] Secunda lectio sic in-
1.Cor.10. cipit, [Similiter & calicem postquam cœnauit.] Tertia, [De spiri-
talibus autem nolumus vos ignorare fratres.] In Parasceue tres lecti-
ones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu sancti Augustini
in psalmum sexagesimum tertium. [Exaudi Deus orationem meam,
cum deprecor.] & tres de Apostolo; vbi ait in epistola ad Hebræos,
Heb.4. [Festinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis
Heb.5. namque Pontifex.] Tertia, [De quo grandis nobis sermo.] In sab-
bato sancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, &
tres de tractatu sancti Augustini in eumdem psalmum sexagesimum
tertium. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres
Hebr. 9. de Apostolo, vbi ait in epistola ad Hebræos, [Christus assistens ponti-
Hebr. 10. fex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim testamentum
est.] Tertia, [Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.] In
†*al. octaua.* Pascha Domini homilias ad ipsum diem pertinentes, infra hebdo-
†*al. octauã.* madam homilias. In octauis [h] † Paschæ ponunt Actus Apostolo-
†*Iudith, He-* rum, & epistolas canonicas, & Apocalypsim vsque in octauas † Pente-
ster.] Iuo. costes. In octauis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipo-
†*libros*] Iuo. menon, vsque in Kalendas Augusti. In Dominica prima mensis Au-
†*al. in na-* gusti ponunt Salomonem, vsque in Kalendas Septembris. In Domi-
turalem. nica prima Septembris, ponunt Iob, Tobiam †, Hester, Esdram,
†*al. in Vigi-* vsque in Kalendas Octobris. In Dominica prima mensis Octobris,
lia natalis ponunt librum † Macchabæorum, vsque in Kalendas Nouembris.
Domini] In Dominica prima mensis Nouembris, ponunt Ezechielem, & Da-
Burc. Iuo, & nielem, & minores prophetas, vsque in Kalendas Decembris. In
ordo Ro- Dominica prima mensis Decembris, ponunt Esaiam prophetam, vs-
manus. que ad † Natiuitatem Domini. In Natali [i] Domini legunt primum
Esa. 9. de Esaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata est
Esa. 40. terra Zabulon, &c.] Secunda, [Consolamini, consolamini.] Ter-
Esa. 52. tia, [Consurge, consurge.] Deinde leguntur sermones, vel homi-
liæ ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani homilia de
ipso

ipso die. In natali sancti Ioannis similiter. In natali Innocentium similiter. In natali sancti Siluestri similiter. In octaua natalis Domini homilia de ipso die. Dominica prima post natiuitatem Domini ponunt epistolas Pauli vsque in Septuagesimam. In Epiphania lectiones tres de Esaia Prima lectio incipit, [Omnes sitientes.] Secunda, [Surge, illuminare Hierusalem.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino,] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes. *Esa. 55.* *Esa. 60.* *Esa. 61.*

a ¶ Mandamus] *Post hoc verbum in Decreto Gelasij sequitur continentur.* Item opuscula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Ivo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, vt satis certo statui non possit, quæ vera, & pura sit Gelasij lectio; nec magnopere sit mirandum, si nonnulla sint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emendari poterant, ea sunt emendata: ceteris locis partim indicatæ varietates; partim, quoniam omnes indicare infinitum fuisset, labor hic ad libros adeundi accurato lectori est relictus.*

b ¶ Item gesta] *Hinc vsque ad finem capitis omnia absunt a plerisque vetustis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiusdem Gelasij vsque ad versi.* Ceterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proxime post superiora.*

c ¶ Iuuenci] *Antea legebatur,* Item Vincentii. *restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hieronymus in Catalago.*

d ¶ De sancta Maria] *In collectione Isidori legitur,* & de Maria & obstetrice: *Apud Burchardum,* & de Maria vel obstetrice. *Apud Iuonem vero,* & de sancta Maria, vel de obstetrice Saluatoris.

e ¶ Ceterum] *Hinc vsque ad finem neque in collectione Isidori, neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quæ collata sunt, inueniuntur. A verbo tamen,* in Septuagesima ponunt, *referuntur a Burchardo, & Iuone sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelasio cum lxx. episcopo. Fere autem omnia habentur sparsim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

f ¶ Pentateuchum] *Apud Iuonem legitur,* Heptateuchum, *vt vltra quinque libros comprehendat librum Iosue, & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione Beatus Hieronymus ad Lucinium scribens vtitur. Alij vero Heptaticum appellant, vt sanctus Gregorius libro 7. indict. 2. epist. 45. & libro 10. epist. 22. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, capite de Septuagesima.*

a ¶ In Psalmum 54.] *Sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, capite de officijs diuinis a cœna Domini vsque in octauas Pentecostes, & apud Burchardum legitur,* in Psalmum 63. *id est,* Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in capite de ordine in nocte Parasceues,* Tres de tractatu sancti Augustini de Psalmo 63.

b ¶ In octauis] *Ipsam diem octauam solitam fuisse proferri nomine multitudinis, id est octauas, notabitur infra de consecratione dist: nctione 3. c.* pronunciandum.

i ¶ In natali Domini] *Burchardus, & Ivo habent,* In vigilia natalis Domini. *& ita in ordine Romano, capite, quod inscribitur,* In Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in ecclesia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet vt Gratianus.*

DISTINCTIO. XVI.

1 ps *APostolorum vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati[a], sunt quinquaginta*

a ¶ Translati] *In titulo qui præponitur canonibus Apostolorum in collectione Isidori, & in concilio Stephani Papæ IIII. (cuius magnam partem Deusdedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce,* translati *habetur*, prolati. *Dionysius certe Exiguus nullum huius versionis mentionem facit, & aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare,* ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolatis: *ut auctor Polycarpi, & alij.*

Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit dicens.

¶ Apostolorum canones Apostolica reiiciuntur auctoritate. C. I.

CAnones[a] qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum præbuerũt, pro eo quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dinoscuntur, quamuis in eis vtilia inueniantur, tamen ab auctoritate canonica, atque Apostolica eorum gesta cõstat esse remota, atque inter apocrypha deputata.

¶ *Caput hoc est in præfatione Isidori ad collectionem conciliorum, quæ ex bibliotheca ecclesiæ Toletanæ descripta Romam missa est. Nam in illa, quæ vulgatæ Isidori collectioni, de qua initio dictum est, præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra* c. Placuit. *hac ead. dist. si modo idem est Isidorus.*

Zepherinus autem econtra scribit episcopis per Siciliam constitutis, epist. 1.

¶ Apostolorum canones sunt recipiendi. C. II.

Iuo par. 4. cap. 107. Pann. l. 2. cap. 105. Poly. l. 3. tit. 20.

SExaginta[a] sententias Apostoli præscripserunt † cum aliis plurimis episcopis, & seruandas censuerunt.

† *al. præfixerunt*] orig.

a ¶ Sexaginta] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent,* Sexaginta. *Itemque originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

Item Leo[b] Papa nonus contra epistolam Nicetæ abbatis.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apostolorum inter apocrypha deputantur. C. III.

Iuo par. 4. cap. 105. Pann. l. 2. cap. 124.

CLementis librum, id est Petri Apostoli itinerarium & Apostolorum canones numerant Patres inter Apocrypha, exceptis quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † fidei adiungenda.

† *al. regulis orthodoxis*] *al. regulis orthodoxæ.*]

b ¶ Item Leo] *Hoc caput sumptum est ex responsione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi contra Latinos editum, quæ Romæ in monasterio sanctæ Mariæ noua, & in multis bibliothecis extat manuscripta. Merito autem potuit citari Leo ix. quod eius auctoritate, & iussione Humbertus legatus sedis Apostolicæ ea scripserit.*

Item

Item VI. synodus, cap. 2.

C. IIII.

PLacuit huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula. Iuo par. 4. c. 106. Pannor. l. 2. cap. 125.

Epistola [a] Isidori in capite canonum.

Isidorus [b] seruus Christi lectori suo conseruo. ¶ Propter eorum auctoritatem ceteris conciliis præponimus canones, qui dicuntur Apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas posuerunt constitutiones. *Item infra.* Iuo par. 4. cap. 107. Pannor. l. 2. cap. 125.

¶ Primo quidem ordo, vt prædictum est, de celebrando concilio insertus habetur, & postmodum canonum Apostolorum, ac primorum apostolicorum (id est a sancto Clemente vsque ad sanctũ Siluestrum) decretorum, atque diuersorum conciliorum breuiarium interpolatur sequens ordinem suum.

a ¶ Epistola] *Hæc epistola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum, & est ea, quæ Isidori nomine est præposita tomis conciliorum, licet in vetustiore editione, in qua purior est Isidori collectio, nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam illa verba,* propter eorum auctoritatem,. &c. *vsque ad vers.* constitutiones, *non longe absunt ab initio. Reliqua vero sunt in extremo.*

b ¶ Isidorus seruus] *In Pannormia est eodem modo, atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuscriptis collectionis illius codicibus est,* Isidorus Mercator seruus Christi conseruo suo, & parenti fidei * in Domino salutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Isidorus peccator, seruus, &c. * al. fideli.

Item cum Hadrianus Papa sextam synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta octo vniuersalia concilia professione Romani Pontificis sint roborata; in sexta † autem synodo, siue in septimo concilio, Apostolorum canones sint recepti, & approbati: patet, quod non sunt inter apocrypha deputandi. Vnde scribit Hadrianus Papa Tharasio Patriarcha. † al. septima synodo, siue cõcilio.] al. sexta synodo. siue in sexto concilio.

¶ Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur.

C. V.

SExtam [a] synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis. Iuo par. 4.] c. 122.

a ¶ Sextam] *Hoc habetur in secunda actione septimæ synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodicæ epistolæ a Tharasio ad se missæ. Et hic Gratianus non refert propria eius epistolæ verba. In versione enim Anastasij bibliothecarij legitur,* Inuenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, et confessionem sacri symboli, et omnium sanctarum sex synodorum, et de sacris et venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare et easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatæ sunt. *Et hæc quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasij epistola, quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clare apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sextæ [b] synodi facile absoluitur.

e ¶ Sextæ] *In secundo iij. & Vaticanis est, sextæ, alias septimæ. & vero septima est, sed ob glossam nihil est mutatum.*

Ait enim Petrus episcopus Nicomediæ.

¶ Sexta synodus canones conscripsit.

C. VI.

Ex actione quarta septimæ synodi. Iuo par. 4. c. 121.

HAbeo^a librum continentem canones sanctæ sextæ synodi. Patriarcha dixit. ¶ Quidam scandalizantur per ignorantiam pro canonibus istis, dicentes, numquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant vnam operationem, & vnam voluntatem esse in Christo: in qua sancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt.

2 ¶ Et soluta synodus est Constantini xiiii. anno. Post quattuor vero, aut quinque annos iidem sancti Patres congregati sunt sub Iustiniano filio Constantini, & prædictos canones promulgauerunt, de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, iidem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim vt synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. *Item.* ¶ Sancta sexta synodus post promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadem sancta synodus diuinitus inspirata, iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero c i i. ad correctionem ecclesiæ promulgauit.

Ex sexta actione septimæ synodi.

a Habeo librum] *Verba sunt Petri episcopi Nicomediæ, ac Tharasij patriarchæ Constantinopolitani actione quarta septimæ synodi: quod quidem ipsi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmeti secundo anno suæ reuocationis ad Imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasij apparet, eos canones non esse proprios sextæ synodi; quia fatetur post annos quattuor, aut quinque, quam ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos, quo tempore certissimum est neque eundem Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quamquam in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimo chronologo, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco, quod in bibliotheca Vaticana extat, satis fideliter translata leguntur apud Franciscum Turrianum libro de vi. vij. & octaua synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quam Tharasio. Illi enim nō quattuor, aut quinque, vt Tharasius, sed viginti septem annos a fine sextæ synodi tempore Agathonis habitæ, vsque ad huiusmodi Decretorum editionem asserunt intercessisse. Episcopos vero, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tamquam canones sextæ synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque noua dicenda est hæc episcoporum coitio, ideoque Græci illam, vt scribit Balsamon πενθέκτην, id est quintam sextam synodum appellant. Ceterum non fuisse omnes illos canones a Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte testantur. Humbertus his verbis.* Non autem

tem miror, si Agathoni Papæ, & sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputetis deliramenta, & quæ aut corrupistis, aut finxistis capitula: cum & ipsi Domino Iesu, et Apostolis eius imputetis figmenta. Vnde nos facientes sextam synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas constitutiones congregatam, capitula, quæ nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima et Apostolica sedes nec aliquando ea accepit, nec obseruat hactenus. *Anastasius vero in præfatione in septimam synodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita scripsit:* Ergo regulas, quas Græci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principalis sedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduersæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in ceterarum Patriarchalium sedium, licet Græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis: nimirum, quia nulla earum, cum ederetur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est. Quamquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeat, qui in sexta synodo sunt inuenti: sed nullis certe probare possunt indiciis.

Ex his ergo colligitur, quod sexta synodus bis congregata est: primo sub Constantino, & nullos canones constituit: secundo sub Iustiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

Vnde sancti Patres in eadem synodo secundo congregati dixerunt.

¶ Constitutiones synodi sextæ.

C. VII.

Quoniam [a] sanctæ, & vniuersales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo Augusto [b], de mysterio fidei plenissime disputantes, canones non fecerunt, sicut ceteræ quatuor vniuersales synodi; propterea nos conuenientes in hanc Imperialem vrbem sacros canones conscripsimus. *Item.* ¶ Placuit huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula. *Item.* ¶ Confirmamus [c] & ceteros sanctorum canones & synodos, id est Nicænam, Ancyranam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, Sardicensem, & Carthaginensem [d], & opuscula Theophili Alexandrini episcopi, & Dionysii [e] Alexandrini episcopi, & Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorii Thaumaturgi Neocæsariensis episcopi, Athanasii episcopi Alexandrini, Basilii Cæsareæ Cappadociæ episcopi, Gregorii Nysseni episcopi, Gregorii Theologi, Amphilochi Iconiensis episcopi, Timothei Alexandrini episcopi, Gennadii † Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi, & synodum [f] suam.

Iuo septimā vocat. Iuo p. 4. c. 123. In oratione allocutoria Patrum, qui in Trullo conuenerant, ad Iustinianum Imperatorē. c. 2. eius synodi. sup. ea. c. placuit. Iuo p. 4. c. 106. Iuo p. 4. c. 134. Pann. l. 2. c. 117. † *al. Germani.*

a ¶ Quoniam] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sextæ synodo tribuuntur, in quo induciantur concilia, & auctores canonum: quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in summam redacta.*

b ¶ De mysterio] *Græce est*, τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσασαν μυστήριον, id est fidei mysterium paterne declarantes.

c ¶ Confirmamus] *Iuo habet*, confirmamus sanctorum Patrum canones, & synodos, &c. *Græce est*. ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντα, τοῦτ' ἔστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. id est, obsignando autem confirmamus & ceteros omnes sacros canones, qui a sanctis, & beatis Patribus nostris sunt editi, id est ab iis, qui Nicææ conuenerunt, &c.

d ¶ Carthaginensem] *Apud Iuonem sequitur*, Constantinopolitanam sub Nectario, & opuscula Theodosii, al. Theophili, &c. *Græce autem est*, καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τοῦ θεοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, *id est*, & eorum, qui rursus in hac a Deo custodita, & imperiali vrbe conuenerunt sub Nectario imperialis huius ciuitatis præside & Theophilo, qui Alexãdriæ fuit archiepiscopus.

e ¶ Et Dionysii] *In canone Græco vulgato fere est, quemadmodum antea apud Gratianum*, Dionysii Alexandrini episcopi, & martyris. *Sed apud Balsamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum restitutum est*, Dionysii archiepiscopi Alexandrinorum Megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiscopi, & martyris. *Reliquas varietates per se accuratus lector notabit.*

f ¶ Et synodum] *In isto canonis loco est error: quia illa synodus Cypriani probatur, in qua ipse cum multis aliis Africæ episcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptisma non recepisse: cum tamen B. Augustinus asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse testetur.*

Item ex diurno g libro professio Romani Pontificis.

¶ Auctoritate Romani Pontificis sancta octo concilia roborantur. C. VIII.

Iuo par. 4. c. 132. Pann. l. 2. c. 103.

SAncta octo vniuersalia concilia, id est, primum Nicænum, secundum Constantinopolitanum, tertium Ephesinum, quartum Chalcedonense, item V. Constantinopolitanum, & VI. Item Nicænũ VII. Octauum quoque Constantinopolitanum vsque ad vnum apicem immutilata seruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & statuerunt modis † omnibus sequi, & prædicare; quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

† *al. omni modis.*] Iuo.

g ¶ Item ex diurno] *Integram professionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autẽ tempore sexta synodus, & prima, secunda, tertia, quarta, & quinta congregata sint, Beda in libro de temporibus, c. 65. scripsit dicens.

¶ De

¶ De temporibus conciliorum. C. IX.

SExta synodus vniuersalis Constantinopoli celebrata est, & Græco sermone conscripta temporibus Papæ Agathonis, exequente, ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simul quę legatis Apostolicę sedis,& episcopis CL. residentibus. ¶ Prima.n. vniuersalis synodus in Nicęa cōgregata est cōtra Ariū CCCXVIII. Patrum, temporibus Iulii [a] Papæ sub Constantino principe. ¶ Secunda in Constantinopoli CL. Patrum contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damasi Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidem vrbi est ordinatus episcopus. ¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestoriū Augustæ vrbis episcopum sub Theodosio magno principe,& Papa Cęlestino. ¶ Quarta in Chalcedonen. DCXXX. Patrum sub Leone Papa,temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandissimorum præsulem monachorum. ¶ Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilii Papæ sub Iustiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos.

Iuo par. 4. c. 123. Pann.l.2.c. 113.

Pann.l.2.c. 111.

a ¶ Iulii] *Certum est synodum Nicænam primam celebratam esse tempore Siluestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est Bedam & alios errasse.*

C. X.

PRima [b] autem synodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat, patrem scilicet maiorem,filium minorem,spiritum sanctum creatum, temporibus Constantini principis,& Siluestri Papæ Romani, Macharii Hierosolymitani, Alexandri [c] Alexandrini; qui condemnata eadem hæresi statuerunt canones viginti, quorum auctor maxime præfatus † Alexander episcopus fuit. ¶ Secunda in Constantinopoli contra Macedonium, Constantinopolitanum episcopum, qui negabat spiritum sanctum Deum esse temporibus Gratiani, & Theodosii principum, Damasi Papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarii [d] † Constantinopolitani; qui condemnata præfata hæresi statuerūt canones tres: quorum maxime auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit. ¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrū contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat beatā virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genitricem, vt aliam personam carnis,aliam faceret deitatis,temporibus Theodosii principis † iunioris, Cælestini Papæ Romani,Iuuenalis Constantinopolitani episcopi,Cyrilli episcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Nestorii blasphemiarum totidem capitula,auctore eodem sancto Cyrillo anathematizando conscripserunt.¶ Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanum

Ansel. in prolegum. in principio collectionis concil orū.

† *Sanctus Alexander*] orig.

† *deest in*] orig.

† *magni principis*] orig.

abbatem, qui asserebat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere temporibus Marciani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hierosolymitani, Anatolii Constantinopolitani, qui condemnata præscripta hæresi statuerunt canones viginti septem: quorum auctor maxime idē sanctus Anatolius Constantinopolitanus episcopus fuit. ¶ Quinta in Constantinopoli contra Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † esse Dei verbum, & aliud Christum, & sacrā Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilii Papę Romani, Domni † Antiocheni, Eutychii Constantinopolitani; qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias. ¶ Sexta in Constantinopoli, CL. Patrum contra Macharium Antiochenumq; episcopum, & socios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspicione asserebant, temporibus Constātini principis, Agathonis Papę Romani, Georgii Constantinopolitani: qui condemnata hæresi præfata, anathematizando scripserunt nouem [e] capitula inferius annexa.

† al. alium Deum esse Verbum, & alium Christum.
† al. Domni.

b ¶ Prima] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetustiore Coloniensi Anni* M·D X X X. *& in manuscripta collectione, quam dictum est asseruari in bibliotheca Vaticana: sed non in collectione, quæ est in bibliotheca monasterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Isidori, mercatoris quidem in manuscriptis, peccatoris autem in impressis præfert. Et sane in illa præfatione tantum quattuor generalium synodorum mentio fit; sexta vero post Isidori Hispalensis ætatem est habita.*

c ¶ Alexandri] *Apud Anselmum est vt apud Gratianum. In originali,* Alexandri Constantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, si vtraque coniungatur. Nam & episcopus Constantinopolis, & episcopus Alexandriæ, tempore illius synodi, Alexandri nomine vocabantur.*

d ¶ Nectarii] *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anselmum.* Nectarii Alexandrini. *Emendatum est ex originali. Sed fortasse & hoc loco integra lectio hæc est,* Nectarii Constantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

e ¶ Nouem] *In loco citato ex collectione Isidori legitur,* scripserunt octo capitula, *& verba illa,* inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Coloniæ impressis post actionem sextæ synodi ex vetusto codice monasterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum sunt hæc verba,* scripserunt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anselmum quoq; habentur.*

Deusdedit Cardinalis. Anselmus in proleg. Ante eandē Isidori collectionem.

C. XI.

PRima [a] adnotatio Ancyranæ synodi, quæ ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem postponitur; in qua Patres xviij. statuerunt canones xxiiij. † quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus episcopus extitit. ¶ Secunda Neocæsariensis, quæ post Ancyranam, & ante Nicænam legitur fuisse, in qua Patres sexdecim statuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis episcopus

† in Græco vulgato, & apud Balsamonem sunt xxv.
† ibidem sunt xv.

piscopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres xvij. statuerunt canones xx. pro pter quasdam necessitates ecclesiasticas; maxime contra Eustathium: qui dicebat, quod nullus in coniugali ordine positus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quæ possideret, spem apud Dominum haberet, & multa alia venenosa quæ enumerare longũ est. ¶ Quarta Sardicensis, in qua Patres sexaginta [c] statuerunt canones xxi. quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, & Vincentius Capuanus episcopus, & Iannarius [d] Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus sanctæ Romanæ ecclesiæ legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † statuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Eusebius Palæstinensis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis, in qua Patres xxij. statuerunt canones lxi. quorũ auctor maxime Theodosius episcop⁹ extitit. Septima [e] Carthaginẽsis, in qua Patres ccxvij. † statuerũt canones xxxxiij. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Hyponensis episcopus in eadem synodo legitur fuisse, temporibus Honorii Augusti. ¶ Octaua Africana, sub Theodosio minore Augusto: in qua Patres ccxvij. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuersa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi leguntur esse conscripti. ¶ Nona Arelatensis, in qua Patres cc. † statuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Siluester vrbis Romæ episcopus, & S. Marinus Arelatensis episcopus extiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt. ¶ Decima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum maxime S. Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Vndecima item Arelatensis, in qua Patres xvi. statuerunt canones. ¶ Duodecima item Arelatensis in Vico Hortensii †, in qua Patres xi. statuerunt canones: quorum maxime auctor sanctus Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatensis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arausicensis, in qua Patres xvi. † statuerũt canones: quorum auctor maxime Hilarius episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunensis [f], in qua Patres xxvi. statuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæsarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathensis, in qua Patres xxix. † statuerunt canones: quorum auctor maxime [e] Cæsarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima [g] Aurelianensis, in qua Patres lxx. statuerunt canones. quorum auctor maxime Aurelius Arelatensis episcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶ Octauadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedonensis episcopus extitit. ¶ Nonadecima itẽ Aurelianẽsis, in qua Patres xxx. statuerũt canones, quorũ auctor maxime S. Albinus Andegauẽsis episcopus extitit. ¶ Vigesima Aruernensis, in qua Patres xv. statuerunt canones: quorũ auctor ma-

† *al. Zelamitanus.*

† *al. xxx.*

† *al. ccxviij.*

† *abest numerus a collectione etiam Vaticana.*

† *Hortensico.*

† *al. Sapardus*] *al. Sapidius.*

† *al. xxvi.*

† *al. xxxiiij.*

Hactenus in collectione Isidori impressa.

ximе honoratus Breutensis † episcopus extitit. ¶ Vigesima prima Maticensis †, in qua Patres xxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesimasecunda item Maticensis, in qua Patres lxxxvi. statuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesimatertia Lugdunensis, in qua Patres xviij. statuerunt canones: quorum auctor maxime Philippus Viennensis episcopus extitit. ¶ Vigesimaquarta item Lugdunensis, in qua Patres xx. constituerunt canones, quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

† *al. Brinatanẽsis*] *al. Boturicensis.* † *al. Matiscensis.* Hactenus in collectione Isidori Vaticana.

a ¶ Prima] *Maior pars huius capitis, id est usque ad finem versiculi*, Nonadecima. *habetur in collectione Isidori impressa, ante præfationem ipsius Isidori: in Vaticana autem usque ad finem versi.* Vigesimaptima. *Deusdedit & Anselmus integrum ante suas collectiones habent. Neque vero summula hæc eiusdem Isidori esse potest: nam neque præfationi ipsius, neque collectioni respondet: in qua, ut cetera mittantur varietates, multa referuntur concilia Hispaniæ, quorum hic nulla mentio.*

b ¶ Ante Nicænam] *Sic est emendatum ex Anselmo, & Deusdedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur*, Antiochenam. *In collectione autem Isidori impressa legitur quidem*, Nicænam, *sed deest vox*, ante. *Sic autem legendum esse, quemadmodum est emendatum, ostendunt verba, quæ ipsum Neocæsariense concilium antecedunt*, οἵ τινες δεύτεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρωτογενέστεροι, *id est*, qui canones posteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis sunt, *quo loco in collectione Isidori impressa mendose est*, Et hi quidem canones secundi sunt eorum, qui in Ancyra, & Cæsarea expositi sunt, *redundat enim illud*, & Cæsarea, *quare in recentioribus editionibus conciliorum omissum est. Similis error est in codice canonum Moguntino.*

c ¶ Sexaginta] *In codice canonum lx. episcopi reperiuntur subscripsisse: sed postea additur*, & ceteri & subscripserunt omnes episcopi diuersarum prouinciarum, vel ciuitatum, nu. cxxi. *Socrates lib. 2. c. 16. in eo concilio ex occidentis partibus episcopos circiter ccc. conuenisse dicit, ex orientis vero lxxvi. qui etiam secessionem fecerũt. Idem Nicephorus lib. 9. c. 12. & Tripertita. Theodoritus autem lib. 2. cap. 7. docet ex antiquis narrationibus, episcopos ccl. conuenisse. Omnino & in his, & Patrum & canonum numeris multa sunt emendata. Sed in multis etiam satis visum est indicare varietates: nonnulla lectoris diligentiæ sunt reseruata.*

d ¶ Et Ianuarius] *Anselmus habet ut Gratianus. In collectione indicata est*, et Vincentius Capuanus episcopus, et S.R.E. Legatus extiterunt. *In concilio ipso cap. 18. nominatur Ianuarius episcopus. In subscriptione vero in codice canonum, non nominatur, sed tantum Vincentius Capuanus S.R.E. Legatus, & Calipodius Depolitanus legatus S.R.E.*

e ¶ Septima] *Hic numeratur tantummodo unica synodus Carthaginensis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx. dist. c. de libellis. dicetur.*

f ¶ Epaunensis] *Ita emendatum est ex aliquot manuscriptis, & collectione Isidori Vaticana. Nam antea legebatur*, Empanensis. *Verumtamen in concilio Epaunensi impresso nullus Cesarius nominatur: sed Auiti primum est mentio.*

g ¶ Septimadecima] *Hic numerantur tria concilia Aurelianensia, quorum hæc in concilijs impressis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianensi, subscribit primo loco Aurelius Arelatensis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonensis. In tertio subscribit quarto loco Albinus episcopus Andegauensis.*

Sed quod Nicæna synodus xx. canones supra statuisse dicitur, con-

trarium

trarium videtur ei, quod in epistola Athanasii inuenitur. Scribit enim Athanasius Alexandrinus episcopus Marco Papa ita dicens.

In epistola Athanasii, & vniuersorũ Ægypti episcoporũ ad Marcum Papã sed copiosius, quam hic.

¶ Epistola Athanasii postulantis capitula Nicæni concilii.
C. XII.

Septuaginta [b] Nicæni concilii capitula, quæ de præfata synodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, quæ sunt igne combusta, optamus, vt a vestræ sanctæ sedis auctoritate percipere per præsentes legatos mereamur. *Item.* ¶ Præsentib. nobis octoginta capitula in memorata synodo tractata sunt, quadraginta a Græcis, Græca edita lingua; & quadraginta a Latinis similiter Latina edita lingua. Sed visum est cccxviij. episcopis † spiritu S. repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apostolicæ sedis Apocrysariis, vt decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis insererentur, & ad formam lxx. discipulorũ, vel totius orbis terræ linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem.

Iuo par. 4. cap. 108.
Pannor. l. 2. c. 106.
Ansl. l. 1. c. 56.
Poly. l. 3. t. 20
Ididẽ paulo superius.
† *Patribus*] origin.

b ¶ Septuaginta] *Ex his Athanasii verbis constat, non omnes Nicænæ synodi canones aut Græce, aut Latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant, qui non sunt in his viginti, qui in manibus omnium versantur. De qua re scribit Isidorus in præfatione conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorij decimi ad Regem Armeniorum, cum conciliũ Lugdunense indixisset (quam manuscriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitisse. Sic enim scribit:* Quia vero multipliciter expedit, vt in eiusdem celebratione concilii, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica littera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate transmittas. *Tuneti quoque, & Alexandriæ inuenti sunt octoginta canones Arabice scripti sub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica, & Armenia lingua scripti penes eumdem Cardinalem Sirletum sunt, & nuper etiam in Latinam linguam conuersi sunt, & impressi.*

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (vt Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? ¶ His ita respondetur: Capitulorum Nicænæ synodi quædam in desuetudinẽ abierunt: viginti tantum in Romana ecclesia habentur.

Vnde Stephanus Papa scribit dicẽs Luythobio episc. Moguntino.

¶ Nicæni concilii viginti tantum capitula habentur. C. XIII.

Viginti tantum capitula Nicænę synodi in sancta Romana ecclesia habentur, sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio esse inserta.

Iuo par. 4. cap. 232.
Pann. l. 2. c. 107.

¶ *Apud Iuonem parte quarta, c. 232. habetur magis integrum hoc caput.* Capitula Niceni cōcilii testimonio Athanasii septuaginta in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus, a quibus viginti tantum in ecclesia sancta Romana, & quæ sequuntur.

Sardicense quoque cōcilium auctoritate Nicolai Papa recipitur.

† *al. electo.* *Vnde idem scribit Clero † Constantinopolitano.*

Habetur in epist. 6. quæ prima ad Photiū est. Iuo p. 4. c. 135 Panor. l. 2. cap. 117. ver. Quod dicitis.

¶ Auctoritate Apostolica Sardicense concilium recipitur. C. XIIII.

QVod dicitis neque Sardicense concilium, neque decreta † alia vos habere sanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicense concilium, quod penes vos in vestris regionibus actum est, & omnis ecclesia recipit, qua ratione conuenerit †, vt hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abiiceret, & vt dignum est, non retineret?

† *al. decreta alia Vos.*

† *al. conuenerat.*

DISTINCTIO XVII.

1 GEneralia concilia quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas ceteris praemineat, sanctorum auctoritatibus supra monstratum est. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apostolicam sedem est.

ps

Vnde Marcellus Papa scribit Maxentio [a].

a ¶ Maxentio] *Antea legebatur*, Maxentio episcopo. *In tomis autem conciliorum in epistola inscriptione est*, ad Maxentium tyrannum, *sed in principio Epistolæ est*, Marcellus Maxentio, *quæ lectio visa est retinenda.*

¶ Absque Romani Pontificis auctoritate synodus congregari non debet. C. I.

Ansl. l. 2. c. 60 Iuo par. 4. cap. 140. Poly. l. 1. c. al. titu. 13.

SYnodum episcoporum absq; huius sanctę sedis auctoritate (quamquam quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere. Neque [b] vllum episcopum, qui hanc appellauerit Apostolicam sedem, damnare; antequam hinc sententia definitiua procedat. Nam si sæculares in publicis iudiciis, libellis vtuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est [Ego dixi, Dii estis.] *Psal. 81.*

b ¶ Neque vllum episcopum] *Hinc vsq; ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in scripto contra orientales pro Athanasio cap. 29.

¶ Non est ratum concilium, quod auctoritate Romanæ ecclesiæ fultum non fuerit. C. II.

Ansl. 2. c. 47 Poly. l. 1. c. 13. † *al. legatio.*

REgula vestra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ Legatus † interfuit; canonibus præcipientibus sine eius auctoritate

ctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est, aut erit vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

Item Damasus Papa I. ad Stephanum, epist. 3.

¶ Nullus vsurpet concessa Romanæ ecclesiæ. C. III.

HVic soli † sedi concessa nullus vsurpare sine eius consultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indiguus vt contemptor, iudicari.

† *sancta* Ansl. l. 1. c. 55. Poly. l. 1. c. 17

Item Gregorius †.[a]

† *al. Pelagius Papa Valeriano Patritio.*

¶ Absque Apostolicæ sedis auctoritate synodum particularem contra vniuersalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem synodum[b] congregare: sed quoties aliqua de vniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte iji qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam † sedem pro recipienda † ratione conueniant, aut si fortè (sicut de talibus † scriptum est [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ira obstinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint; eos ab eisdem Apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per sæculares comprimi potestates.

Iuo p. 4. c. 139 Ansel. l. 12. cap 43. Pol. l. 1. c. 14. † *Apostolicas sedes*] Iuo. † *al. percipienda.* †. *al: quibusdam.* *Prou.* 18. † *al. opprimi*

a ¶ Gregorius.] *Hoc proculdubio est Pelagij, sicut ab Anselmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti ad Apostolicas sedes recurrendum esse, cum inferiores episcopi, aut quiuis alij cognoscere desiderarent quid in aliqua vniuersali synodo esset constitutum, & valde illos condemnandos, qui Apostolicis sedibus non communicant, vt 23. quæst. 5. c. non vos. & c. de Liguribus. Ex hoc autem capite, nec licuit. & capite, illud. 11. q. 1. habetur integra epistola Pelagij, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio. & in margine est additum*, ad episcopos Mauritaniæ. *Atque in summariis capitum dictatus ipsius Papæ, qui habetur lib. 2. Registi Gregorij septimi inter cetera hoc est*, quod nulla synodus absque præcepto summi Pontificis debet generalis vocari.

b ¶ Synodum] *Apud Anselmum, Iuonem, & in Polycarpo adduntur hæc*, ad iudicandum vniuersalem synodum. *Hoc enim est quod prohibebatur hic a Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruersitate adducti nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re beatus Gregorius, lib. 6. epist. 53. & alibi sæpe) & particularem synodum vniuersali, ac sedium Apostolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, siue Gregorius, ne episcopi possint diœcesanas, & Metropolitæ prouinciales synodos conuocare, sed ne ipsas ad iudicandum vniuersalem synodum congregent, atque ita est in rubrica emendatum.*

Itē Pelagius Papa II. episcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani, epist. 1. c. 1.

¶ Non est concilium, sed conuenticulum, quod sine sedis Apostolicæ auctoritate celebratur. C. V.

MVltis denuo Apostolicis, & canonicis, atque ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absq; sententia Romani Pōtificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum est, rectè non conci

A. l. 1. c. 36. Poly l. 1. c. 14

lium, sed vestrum conuenticulum, vel conciliabulum cassatur, & quidquid in eo actum est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoq; deinceps videre, vt nullius hortatu talia præsumatis, si Apostolicę sedis communione carere non vultis. *& infra.* ¶ Si vero in qualibet prouincia ortę fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ episcopos discrepare cœperit ratio, atq; inter ipsos dissidẽtes non conueniat: ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illic facile, & iuste non discernuntur; vbi fuerit synodus regulariter congregata, canonice, & iuste iudicentur. Maiores vero, & difficiliores † quæstiones (vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit,) ad sedem Apostolicam semper referantur.

Cap 3. † *al. difficiles.*

Item Symmachus Papa.

In lib. Enno. pro defensione 4. & 5 syno. sub Sym. Papa. Iuo par. 4. cap 142. Ans. l. 2. c. 56. Poly. l. 1. ti. 7. † *al. legite.* † *collatione.* orig.

¶ Prouincialia concilia sine Romani Pontificis præsentia pondere carent. C. VI.

CONcilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præsentiam Papę non habent, valetudinem perdiderunt [a]. Legistis † insanissimi, aliquando in illis præter Apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, & non de maioribus negotiis ad consultationem †, si quid occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse seruatum?

Verba omnia sumta sunt ex quarta synodo Romana sub Symmacho.

a ¶ Perdiderunt] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus est nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tamquam absurdum quidpiam obycientium. Quibus Ennodius in sequentibus verbis respondet,* Legite, &c.

2 [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici Regis ex diuersis prouinciis ad Vrbem Romam sacerdotes conuenire præcepisset, vt sanctum concilium indicaret de ijs, quæ venerabili Papa Symmacho præsuli Apostolicæ sedis ab aduersarijs ipsius dicebantur impingi; Liguriæ, & Æmiliæ, seu Venetiarum episcopi suggesserunt ipsum, qui diceba tur, impetitus, debere synodum conuocare, scientes, quia eius sedi, primum Petri apostoli meritum, deinde secuta iussione † Domini, conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio.*] *& infra* [¶ *Ad hæc serenissimus Rex, Deo adspirante respondit synodalis esse arbitrij in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam de ecclesiasticis negotijs pertinere; committẽs etiã potestati Pontificum, vt siue propositum vellent audire negotium, siue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent, dummodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana † daretur; episcopi vero in synodo residentes cõgregata auctoritate eisdem Symmachi dixerunt: Symmachus Papa sedis Apostolicæ præsul, ab huiusmodi oppositionibus † impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis, & liber, cuius causam totam Dei iudicio reseruamus.*] *& infra.* ¶ † *De clericis vero memorati Papæ, qui ab episcopo suo ante tempus cõtra regulas discesserũt, & schisma fecerunt; hoc fieri decernimus, vt † illi satisfacientes episcopo suo misericordiam*

† *iussione.*] Vatic. cod. & Nicolaus ad Michaelem imp. pag. 501. † *Christianis omnibus redderetur*] orig. Ibid inf. † *al. propositionibus*] ori. † *vt eos satisfacientes episcopo suo misericordia subsequatur.* or.

cordiam consequantur & officijs ecclesiasticis se gaudeant restitui:] ibidem infra. ¶ *[Laurentius ecclesiæ Mediolanensis episcopus huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. Petrus ecclesiæ Rauennatis episcopus sub eisdem verbis subscripsit, & post eum septuaginta quinque episcopi.] Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda misericorditer & dispensatiue factum dinoscitur.* ¶ *Hoc quoque notandum est, quod in hoc concilio, & in alia synodo Symmachi Papæ, ante Rauennatem episcopum Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur: ex quo & sedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

Ait enim Gregorius primus lib. 7. reg. epist. 112. Syagrio episcopo Augustodunensi.

C. VII.

EPiscopos secundum ordinationis suæ tempus, siue ad considendum in concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare. Ans.l.6.c.134

Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur, sicut ex consuetudine Cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ, & episcoporum vniuscuiusque prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

1 *EPiscoporum igitur concilia, vt ex præmissis apparet, sunt in-*
ps *ualida ad definiendum, & constituendum, non autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcoporum concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etsi non habent vim constitutionis†, habent tamē auctoritatem imponendi, & indicendi, quod aliàs statutum est, & generaliter, seu specialiter obseruari præceptum.* †al. constituendi.

[Ex Cabilonensi concilio, c. 6.]

¶ *In peruetusto Gratiani codice Palea hæc est in extremo præcedentis distinctionis, conuenitque cum vltimo illius capite,* episcopos. *Ex Cabilonensi autem citant etiam ceteri collectores: extat vero in Bracarensi primo, c. 24. & concordat cum c. 13. concilij Milenitani, & c. 53. concilij Africani.*

PALEA[b] C. I.

PLacuit, vt conseruato Metropolitani primatu ceteri episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alii deferat † locum. Bur.l.1.c.55. Iuo p.5 c.165 Pan.l.4.c.20 †al. sedendi deferat.

Vnde Leo primus, epist. 82. cap. 7. Anastasio Thessalonicensi episcopo.

¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur. C. II. Burc.l.1.c.43 Iuo par. 4. c.141.

DE conciliis autem episcopalilibus non aliud indicimus, quā sancti Patres salubriter ordinarunt, vt scilicet bini conuentus per an

nos fingulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines nasci assolent, iudicetur. At si forte inter ipsos,
Pan.l.4.c.13. qui præsunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur; quæ
Poly.l.3.t.19 prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius
Pol.l.1.t.15. negotij qualitate Metropolitanus curabit instruere, & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est transferatur.

Item ex Niceno concilio, c 5.

¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda. C. III.

Pol.l.3.t.19. HAbeatur semel concilium ante dies quadragesimæ, vt omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundum [a] ieiunium, & solenne Deo possit offerri: secundum vero agatur circa tempora autumni.

a ¶ Mundum.] *Caput hoc est ex versione, qua vsus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est*, mundum solenne Deo munus; *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est*, mundum, & solenne Deo munus. *Græce est*, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ θεῷ, id est, vt omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c.20.

¶ Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat. C. IIII.

Bur.l.1.c.44 PRopter ecclesiasticas causas, & quæ existunt, controuersias dissol-
Iuo p.5.c. 145. uendas, sufficere visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam
Pan.l.4.c.15. Paschalis festiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ consequitur, id
Pol.l.3.c.19. est [a] media Pentecoste, concilium compleatur.[b] Admoneant autem comprouinciales episcopos ij, qui in amplioribus, id est in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum vero concilium Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi mensis, decimus [c] inuenitur. in ipsis autem conciliis, & presbyteros, & diaconos præsentes esse oportet, & omnes quotquot se læsos existimant, & synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia sine Metropolitanorum episcoporum conscientia facere, quibus de omnibus causis constat permissum esse iudicium.

a ¶ Id est media.] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Pascha & Pentecostem, *nec multo aliter apud Iuonem*. id est medio temporis, &c. *Sed reposita est hæc lectio ex plerisque Gratiani exemplaribus, & collectione Isidori, in qua est hæc eadem versio. Nam ceteri collectores secuti potius videntur versionem Dionysij, quæ est in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habeant*, id est medio Pentecostes, *vel* in medio Pentecoste. *vbi in versione Dionysij est*, ita vt quarta septimana Pentecostes, *verbum plane e verbo. Græce enim est*; ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς.

b ¶ Compleatur.] *Vocem* ἐπιτελεῖσθαι, *Dionysius vertit*, conueniat.

c ¶ Decimus.] *Prorsus ex Græco. Dionysius autem, quem Burchardus, & Iuo sequuntur,*

guuntur, habet, Idibus Octobris, id est, quintodecimo die mensis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apostolorum 37. legitur secundā anni synodū celebrādā esse*, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ. *id est*, duodecimo die hyperberetæi. *Non conuenire autem omnino Latinorum menses cum Græcorum satis constat. Suidas quidem scribit apud Macedonas hyperberetæum eundem esse qui October, Galenus autem Pergami eundem qui September.*

Item ex concilio Laodicen. c. 40.

¶ Semetipsos accusant, qui vocati ad synodum venire contemnunt. C. V.

NOn oportet vocatos episcopos ad synodū, contemnere: sed adire debere, & aut docere, aut doceri quæ sunt ad ecclesiæ ceterorumque correctionem vtilia: quod si contempserint, seipsos videntur accusare, nisi forte pro infirmitate ire† non possint.

Bur. l. 1. c. 47. Iuo par. 5. c. 157.
† *al. abire.*

Item ex concilio Chalcedonensi 3. c. 19.

¶ Corripiantur episcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. C. VI.

PEruenit ad nostras aures, quod in prouinciis constituta episcoporum concilia minime celebrentur. Hoc [d] ex eo probatur, quod multæ, quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta synodus, secundum regulas Patrum bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula, [e] quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus, & hoc maxime, cum sui corporis sanitate consistentes, etiam ab omnibus aliis vrgentibus necessitatibus, † & inexcusabilibus negotiis liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

Ans. l. 6. c. 199. Iuo p. 4. c. 243.
† *abest a collectione Isidori & Iuone.*

d ¶ Hoc ex eo] *In collectione Isidori, vbi alioquin eadem videtur esse versio, legitur*, ex hoc probatur, quod multæ, & c. *itemque apud Iuonem, addita tamen particula*, &. *Græce est:*
δὲ ἐκ τούτου πολλὰ παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. *id est*:
& propterea multæ ex reb. ecclesiasticis, quæ correctionis egēt, negligūtur.
e ¶ Vbi singula] *Ita in collectione Isidori, & apud Iuonem, & Anselmum. Græce est:*
ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. *quæ Dionysius sic vertit:*
Quo Metropolitanus Antistes probauerit, & corrigere singula, si qua forsallis emerserint.

Ex versione Anastasii.

Item ex septima synodo, c. 6.

¶ Canonicis subiaceat pœnis metropolitanus, qui saltem semel in anno celebrare concilium negligit. C. VII.

2 QVoniam quidem regula est, quæ dicit, bis in anno per singulas prouincias oportere fieri per conuentum episcoporum regulares inquisitiones; propter fatigationem, & vt opportune habeantur ad iter agendum hi, qui congregandi sunt, definierunt sextæ syno

In concilio Nicæno. c. 5. & Antiocheno. c. 20. Iuo par. 5. c. 373. supra ea. c. habeatur. & c propter.

odi sancti Patres, omni excusatione remota, omnibus modis semel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus: & si quisquam Princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione priuetur. Si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere absque necessitate, vel vi, seu aliqua rationabili occasione; canonicis pœnis subiaceat. Dum autem synodus agitur super canonicis, & Euangelicis negotiis; oportet congregatos episcopos in meditatione, & solicitudine fieri custodiendorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum. *Et post pauca.* ¶ Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert episcopus secum, siue iumentum, siue aliam speciem expetendi. Quod si hoc egisse conuictus fuerit, soluat quadruplum.

f ¶ Et vt opportune] *Græce est.*
καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν. *id est*,
Et quod non bene parati sunt ad iter faciendum.

Item Leo IIII. ad episcopos Britanniæ, c. 3.

¶ Non cogatur presbyter ad sacra concilia eulogia deferre. C. VIII.

DE eulogiis ad sacra concilia deferendis nihil inuenimus a maioribus terminatum: sed sicut vnicuiq; presbytero placuerit. Nam si constitutum fuerit illo in tempore benedictiones afferri, forsitan minus libenter ad synodos occurrent: & magis venire obtrectabunt. Quæ, vt arbitror, non sunt rationabiliter quærendæ; nec vltro delatæ, respuendæ.

¶ *Habetur hæc epistola Romæ manuscripta, vt in indice dictum est.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 21.

¶ Sine graui necessitate episcopus ad synodum ire non tardet. C. IX.

Ansel. l. 7. cap. 191. EPiscopus ad synodum ire non tardet, nisi satis graui necessitate inhibeatur: sic tamen vt in persona sua legatum mittat, suscepturus salua fidei veritate, quidquid synodus statuerit.

¶ *Similem sententiam, & pene eadem verba referunt Burchardus l. 1. c. 51. & Polycarpus l. 2. tit. 16. ex Felice.*

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 10.

¶ Excusatorias litteras dirigant, qui grauati ad synodum ire non possunt. C. X.

Ansel. l. 7. c. 188 PLacuit, vt quotiescumq; congregandum est concilium, episcopi, qui neque ætate, neq; ægritudine, neque alia grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant. *& infra.* ¶ Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas litteratorie [a] conscribant: nisi autem [b] rationem impedimenti sui apud Primatem suum reddiderint, ecclesiæ suæ communione debent esse contenti.

a ¶ Littera-

a ¶ Litteratorie] *In concilijs impressis legitur,* In tractoria. *Dubitatum fuit, an legendum esset,* in tractatoria. *Nam epistolæ, quibus Imperatores, vel Reges suos præsides vocabant, vel euectionem aliquam concedebant, tractoriæ dicebantur. Sic in codice Theodosiano lib. 8. titulus sextus est,* de tractoriis, & statiuis. *& sic videtur emendandum in lib. Cod. 12. quamuis in impressis legatur,* de tractorlis. *quam vocem tractoriam, eadem significatione Carolus Magnus in suis capitularibus vsurpauit libro 4. cap. 30. & 69. & eadem notione est in concilio Meldensi cap. 71. Sanctus quoque Augustinus in libro post collationem contra Donatistas c. 24. tractoriam pro epistola vocatoria vsurpat, his verbis:* Sic autem a Primate suo per tractoriam fuerunt euocati. *Atque in hoc canone, vbi de vocandis episcopis ad concilium agitur, vox ista esset aptissima. Nam in concilio Africano inserto in codice canonum, c. 43. vbi hoc idem reperitur, &c. cap. 57. §. Alypius in vetustis codicibus semper legitur,* tractoria. *vbi in impressis est,* tractoria. *& in Carthaginensi Græco capite 91. est* ἡ συνοδική. *Verum idem B. August. vtitur dictione,* tractoria *in eam, quæ nūc subijcietur sententiam. Loquens enim de episcopis, si vocati noluissent venire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epist. 162. ait.* Quod si non fecerint, ibi etiam eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumque iam Christi ecclesia dilatata est, ab omnibus ecclesiis, eorum communio præcidetur. *In concione quoque secunda in psal 36. eadem vox quater inuenitur: & epistola Syricij, quæ recitatur in concilio Teleptensi, ibi vocatur tractatoria. Cuius mentionem faciens Innocentius in epistola ad Exuperium Tolosanum, c. 1 ait:* De his, & beatæ recordationis viri Syricii episcopi monita euidentia comearunt: *quibus verbis videtur indicare non ad solos Africæ episcopos, sed ad omnes prouincias missam fuisse illam Syricij tractatoriam. Ita Leo Papa secundus, postquam sextum vniuersale concilium finem habuerat, breuem eius concilij summam ad Hispaniæ episcopos, vt ei subscriberent, misit; quam tractatoriam vocat, quæ Leonis epistola manuscripta ex Hispania Romam sunt missæ.*

b ¶ Nisi autem] *In originali est,* vel si post aduentum tractatoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum Primatem reddiderint, ab ecclesiæ communione debere esse conteptos. *In Africano c. 43. reliqua eodem modo. Sed in extremo est fere vt apud Gratianū.* ecclesiæ suæ cōione debere esse contentos. *Itemq; in Carthaginensi Græco:* ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας. *Similis quadam pœna imponitur in eodem concilio, infra dist. 58. c. fina.*

Item ex concilio Turonensi, c. 2.

PALEA C. CXI.

EPiscopus non debet abbatem cogere ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Bur. l. 8. c. 73. Iuo p. 7. c. 91.

¶ *Hæc Palea abest ab illis tantum exemplaribus, in quibus paucissima reperiuntur, & refertur infra 18. q. 2. post c. fi. a Gratiano ex eodem Turonico: quemadmodum & a Burchardo, & Inone.*

Item ex concilio Arelatensi, c. 19.

¶ A communione sit alienus, qui synodo adesse contempserit.
C. XII.

SI quis autem synodo adesse neglexerit, vel cœtum fratrum, antequam dissoluatur concilium, crediderit deserendum; alienum se a Bur. l. 1. c. 50. Poly. l. 2. t. 15.

Iuo p. 5. cap. 160. ex concilio Spalẽsi, vt Burch.

fratrum cõmunione cognoſcat: nec eum recipi liceat, niſi in ſequentĩ ſynodo fuerit abſolutus.

Item ex concilio Agathenſi, c. 35.

¶ Vſque ad proximam ſynodum a communione abſtineat, qui a metropolitano vocatus abſque graui neceſſitate ſynodo adeſſe neglexerit. C. XIII.

Burch. l. 1. c. 49. Iuo p. 5. cap. 159. Pan. l. 4. c. 17

SI epiſcopus metropolitanus ad comprouinciales epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem ſummi Pontificis, aut ad ſynodum inuitet; poſtpoſitis omnibus (excepta graui infirmitate corporis, aut præceptione regia) ad conſtitutum diem adeſſe non differant. Quod ſi defuerint (ſicut priſca canonum præcepit auctoritas) vſque ad proximã ſynodum a charitate fratrum, & eccleſiæ communione priuentur.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 6.

¶ A cõmunione priuetur epiſcopus, qui a metropolitano vocatus ad ſynodum venire contemnit. C. XIIII.

Simile in Pannormia l. 4. c. 18. ex Auernenſi. † *al. cenſuerunt.*

SI quis epiſcoporum commonitus a metropolitano ad ſynodũ nulla graui intercedente neceſſitate corporali venire contempſerit; ſicut ſtatuta Patrum ſanxerunt †; vſque ad futurum concilium cunctorum epiſcoporum charitatis communione priuetur.

Item ex concilio Martini [a] *Papæ.*

Apud Martinum Bracarenſem epiſcopum in cap. ſynod. Græc. c. 18. Poly. l. 3. tit. 17. † *procedãt* orig.

¶ Preſbyteri, & diaconi, & cuncti, qui ſe læſos exiſtimant, ad metropolitanam ſynodum conueniant. C. XV.

PRopter eccleſiaſticas cauſas, & altercationum ſolutiones, bene placuit per ſingulas prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante metropolitano epiſcopo omnes prouinciales epiſcopos, ita vt ad concilium veniant † omnes preſbyteri, & diaconi, vel [b] hi qui ſe læſos exiſtimant; vt in concilio cauſæ examinatæ ad iuſtum iudicium perducantur. Et ſi qui manifeſte epiſcopi, vel preſbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offenſa, ſecundum rationem excommunicentur: quamdiu cõmuni cõſenſu de his placuerit dare ſententiam. Nulli autem epiſcopo liceat propria apud ſemetipſum concilia facere, præter eos, quibus metropoles ſunt creditæ.

a ¶ Martini.] *Gratianus hoc primum citat nomine Martini Papæ, deinceps eodem nomine multa citaturus: quæ omnia ſumpta ſunt ex libro capitulorum Græcarũ ſynodorum Martini Epiſcopi Bracarenſis. (antiquitus enim Epiſcopi Papæ dicebantur.) Hic enim, cum eſſet Græcus, ad vtilitatẽ eccleſiarum Hiſpaniæ, vbi Epiſcopatum obtinebat, ea capitula Latina fecit: & in nonnullis quædam addidit: in aliis vero aliqua detraxit, quemadmodum in hoc capite, quod ſumpſit ex concilio Antiocheno, c. 20. ſupra ead. & propter. Aliqua etiam ex Toletanis conciliis in eum libellum retulit.*

b ¶ Vel hi.] *In aliquot conciliorum editionib.* legitur, vt eorum, qui ſe læſos exiſtimant. in concilio cauſæ, &c.

[*Item ex concilio Bylon.*]

PALEA

PALEA[e] C. XVI.

ANnis singulis episcopus in sua diœcesi synodum faciat de suis clericis, necnon abbatibus: & discutiat alteros clericos, & monachos.

Singuli vero episcoporum suis ecclesiis notificare studeant, quæ in concilijs statuuntur.

e ¶ Palea] *In nullo collatorum exemplarium habetur. sed versiculus.* Singuli. *coniunctus est præcedenti capiti:* Propter ecclesiasticas. *suntque verba Gratiani.*

Vnde in concilio Toletano 16. c. 6.

¶ Quæ in conciliis statuuntur singuli episcoporum suis ecclesiis notificent. C. XVII.

DEcernimus, vt dum in qualibet prouincia concilium agitatur, vnusquisque episcoporum admonitionibus suis intra sex mensium spatia omnes abbates, presbyteros, diaconos, atque clericos, seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius, vbi præesse dignoscitur, necnon & cunctam diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus[d] coram eis plenissime omnia referet, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita esse noscuntur. *Et infra.* ¶ Quod si quispiam hæc paruipendenda crediderit, sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistat vsquequaque multatus.

d ¶ Quatenus] *In duobus exemplaribus huius decimisexti concilij Toletani, locus hic ita legitur:* quatenus coram eis publice omnia reserata, de his, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, plenissime notiores efficiātur.

DISTINCTIO XIIII.

I ps DE *epistolis vero decretalibus quæritur, an vim auctoritatis obtineant, cum in corpore canonum non inueniantur. De his ita scribit Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis.*

¶ Decretales epistolæ vim auctoritatis habent. C. I.

SI Romanorum Pontificum decreto, ceterorum opuscula tractatorū approbātur, vel reprobātur: ita vt, quod sedes Apostolica probauit hodie teneatur acceptū, & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur, quanto potius, quę ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro variis, & multifarus ecclesiæ necessitatib. & fidelium moribus diuerso tempore scripsit; omni debent honore præferri, & ab Iuo par. 4. cap. 33.

omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus, discretione, vel dispensatione magistra reuerenter assumi? Quamquam quidam vestrum scripserint, haud illa decretalia priscorum Pontificum in toto canonum codicis corpore contineri descripta; cum * ipsi, vbi hæc suæ intentioni suffragari conspiciunt, illis indifferenter vtantur; & solum nunc ad imminutionem sedis Apostolicæ potestatis; & ad suorum augmentum priuilegiorum minus accepta esse perhibeant. *Item infra.* ¶ Si ideo non esse decretales epistolas priscorum † Pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur adscriptæ, ergo nec sancti Gregorii, nec vllius alterius, qui ante, vel post ipsum fuit, est aliquod institutum, vel scriptum recipiendum, eo quod in codice canonum non habeatur adscriptum. Ergo doctrinam eorum, & sanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, quia in codice canonum non habentur adscriptæ, de codicibus suis eradant. Vt quid vel membranas occupant, postquam non habentur acceptæ? Sed quare multum immoramur, cum nec ipsas diuinas scripturas veteris, & noui testamenti iam recipiemus, si istos duxerimus audiendos? Etenim † neutrum horum in codice canonum ecclesiasticorum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui non ad obediendum potius, quam ad resistendum semper sunt parati, dicentes †, quod inter canones inueniatur capitulum sancti Papæ Innocentii, cuius auctoritate doceatur a nobis vtrumque testamentum esse recipiendum, quamquam in ipsis paternis canonibus nullum eorum ex toto contineatur insertum. Quibus ad hæc asserendum † est, quoniam si vetus, nouumque testamentum recipienda sunt, non quod codici canonum ex toto habeatur annexa, sed quod de his recipiendis sancti Papæ Innocentii prolata videatur esse sententia; restat nimirũ quod decretales epistolę Romanorum Pontificũ sunt recipiendæ: etiãsi non sint codici canonũ compaginatæ: quoniam inter ipsos canones vnum B. Leonis capitulum constat esse permistum; quo ita omnia decretalia constituta sedis Apostolicæ custodiri mandantur, vt si quis in illa commiserit, nouerit sibi veniã denegari. Ait enim c. 10. † suarum decretalium. [Ne quid vero sit, quod prætermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam B. recordationis Innocentii, quam omniũ decessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinib. & canonum promulgata † sunt disciplinis, ita a vestra dilectione custodiri mandamus; vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.] Dicendo vero [omnia decretalia cõstituta,] nullũ de decretalib. constitutis prætermisit, quod nõ mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo [omnium decessorũ nostrorũ,] nullum Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit; cuius ita non prçcepit decretalia constituta ab omnibus custodiri; vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Itaque nihil refert, vtrum sint omnia, nec ne decretalia sedis Apostolicæ constituta inter

ter

Marginal notes: † *al. sanctorum.* — † *al. etiam.* — † *al. aientes.* — Innocen. PP. I. ad Exuperium epist. 3. c. vlt. — † *al. referendum.* — Leo PP. I. epist. 1. in fine. — † *al. quinto suorum decre.* — † *al. ordinata.*

ter canones conciliorum immista; cum omnia in vno corpore compaginari non possint; & illa eis intersint, quæ firmitatem his, quæ desunt, & vigorem suum assignent; præsertim cum synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti sunt, in codice canonum non habeantur; sed a nobis omni cultu debito venerentur. Consonat autem huic beatissimo Papæ Leoni sanctus & facundissimus in decretis suis Papa Gelasius, ita inquiens: [Decretales epistolas; quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus.] In quo notandum est: quia non dixit [decretales epistolas quæ inter canones habentur] nec tantum [quas moderni Pontifices ediderunt;] sed [quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt.] Dictis autem [diuersis temporibus] etiam illa tempora vir sanctus comprehendit, quæ crebrescentibus paganorum persecutionibus, ad sedem Apostolicam deferri causas episcoporum difficillime permittebant. His ita diuina fauente gratia prælibatis, ostendimus nullam differentiam esse inter illa decreta, quæ in codice canonum habentur, sedis Apostolicæ præsulum, & ea, quæ præ multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur: cum omnia, & omnium decessorum suorum decretalia constituta, atque decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt: venerabiliter fore suscipiendas, & custodiendas, eximios præsules, Leonem scilicet, & Gelasium mandasse probauimus.

Gelasius Papa 1. cũ 70. episcopis. Habetur supra 15. dist. c. sancta Romana. §. Itẽ decretales.

† al. corpore.

a ¶ Cum ipsi] *Locus fuit emendatus ex ipsa epistola Nicolai, quæ Romæ manuscripta habetur: & nuper impressa est in appendice bibliothecæ sanctorum Patrum: vt dictum est, vt supra dist. 10. c. leges. in qua epistola multa alia habentur ad epistolas decretales etiam antiquissimas pertinentia.*

Item Agatho Papa omnibus episcopis.

¶ Omnes sanctiones Apostolicæ sedis irrefragabiliter sunt obseruandæ. C. II.

Sic omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuini Petri voce firmatæ sint.

Deusde. p. 3. Poly. l. 1. tit. 17. Iuo par. 4. cap. 238.

Item ex capitulis b Caroli Imperatoris.

¶ Tolerandum est iugum, quod a sancta sede imponitur, licet importabile videatur. C. III.

In memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctã Romanam & Apostolicam sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticæ magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas: vt licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet, siue sit presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab Apostolica † sede detulisse epistolam, vel

Extat in concilio Triburiensi, c. 30. Burch. l. 1. c. 220. Iuo p. 5. c. 50.

† al. Apostolico detulisse.

† al. conuenerit. aliud quid, quod inde non venerit †, salua fide [c], & integra circa Apostolicum humilitate, penes episcopum sit potestas, vtrum eum in carcerem, aut aliam detrudat custodiam, vsquequo per epistolam, aut per idoneos suæ partis legatos Apostolicam interpellet sublimitatem, vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat definire, vt & is corrigatur, & ceteris modus imponatur.

b ¶ Capitulis] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Inone. Ac Nauclerus vol. 2. gen. 28. narrat hoc esse vnum ex viginti tribus legum capitulis, quæ Carolus Magnus ad omnes suas prouincias misit. Burchardus autem citat ex concilio Triburiensi, cap. 30. vbi etiam extat.*

c ¶ Salua fide] *Apud Burchardum est,* falsa fide, & non integra.

† al. Stephanus V. *Item Stephanus † Papa.*

¶ Quidquid Romana ecclesia statuit, vel ordinat, ab omnibus obseruandum est. C. IIII.

† al. posita est omnibus, quidquid. ENimuero, quia in speculum, & exemplum sancta Romana ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, proposita † est; ab omnibus, quidquid statuit, quidquid ordinat, perpetuo, & irrefragabiliter obseruandum est.

Item Gregorius iiij.

¶ A Pontificalibus sit alienus officiis, qui Apostolicis non vult obedire præceptis. C. V.

Pol. l. 1. t. 17. Ans. l. 2. c. 21. Iuo p. 5. c. 11. & 149. NVlli fas est vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium; quod vestram sequi oportet charitatem. 2 ¶ Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto ministerio fiat; nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus a sancta & Apostolica ecclesia, ac auctoritate, sua de inobedientia atq; præsumptione a quoquam esse non dubitatur: quia maioris excommunicationis deiectione est abiiciendus †, cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, qui non solum præfatæ sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam aliis, ne præterirent, insinuare. Sitque alienus a diuinis, & Pontificalibus officiis, qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare †.

† al. exigendus.

† al. obedire.

¶ *Caput hoc est in eadem epistola Gregorij IIII. ex qua sumptum est c. Decreto nostro. infra 2. q. 6. Extat autem in codice sæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ.*

Item Augustinus de doctrina Christiana, lib. 2. c. 8.

¶ Inter canonicas scripturas Decretales epistolę connumerantur. C. VI.

Pol. l. 1. t. 25. Ans. l. 3. c. vlt. & l. 6. c. 212. IN canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimũ diuinarum scripturarũ solertissimus indagator auctoritatẽ sequatur, inter quas sane illę sunt, quas Apostolica sedes habere, & ab ea alii meruerunt accipere epistolas. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canoni-

canonicis, vt eas, quæ ab omnibus recipiuntur eccleſiis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioreſque accipiunt, eis, quas pauciores, minoriſq; auctoritatis eccleſię tenent. Si autem alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi (quamquã hoc inueniri vix poſſit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶ *Caput hoc apud B. Auguſtinum loco indicato ſic habet:* In canonicis autem ſcripturis eccleſiarum catholicarum quamplurium auctoritatem ſequatur: inter quas ſane illę ſunt, quę Apoſtolicas ſedes habere, & epiſtolas accipere meruerũt. Tenebit igitur hunc modũ in ſcripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur eccleſiis, præponat eis, quas quædam non accipiũt. In eis vero, quę nõ accipiũtur ab omnib. pręponat eas, quas plures grauioreſq; accipiunt, eis, quas pauciores, minoriſq; auctoritatis eccleſię tenẽt. Si autem alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi (quamquã hoc * inuenire non poſſit) æqualis tamẽ auctoritatis eas habendas puto. *Quæ quidem B. Auguſtini ſententia non ad decretales Romanorum Pontificum, ſed ad canonicas, & ſacras ſcripturas referenda eſt.* *facile] *orig. Antuerp.*

Item Leo Papa I. ad epiſcopos Viennenſes, epiſt. 87.

¶ Miniſterii † diuini ſe exortem intelligat, qui a ſoliditate Petri recedit. C. VII. † *Myſterij.*

ITa Dominus noſter Ieſus Chriſtus humani generis ſaluator inſtituit, vt veritas, quæ antea legis, & prophetarum pręconio continebatur, per Apoſtolicam tubam in ſalutẽ vniuerſitatis exiret: ſicut ſcriptum eſt [In omnem terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eorum.] Sed huius muneris ſacramentũ ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officiũ pertinere voluit; vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorũ omniũ ſummo principaliter collocaret: vt ab ipſo quaſi quodã capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet, vt exortẽ ſe myſterii† intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet a Petri ſoliditate recedere. Hũc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat, voluit nominari dicendo, [Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiã meam:] vt ęterni ędificatio templi mirabili munere gratię Dei in Petri ſoliditate conſiſteret, hac eccleſiam ſuã firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas poſſet appetere, nec portę contra illam inferi præualerent. Verum hanc petrę iſtius ſacratiſſimam firmitatem Domino, vt diximus ędificãte conſtructam, nimis impia vult pręſumptione violare; quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus ſuis, & id quod accepit a veteribus, non ſequendo. Iuo p. 5. c. 6. *Pſalm. 18.* †*al. miniſterij.* *Matth. 16.*

Hoc autem intelligendum eſt de illis ſanctionibus, vel decretalibus epiſtolis, in quibus nec præcedentium Patrum decretis, nec Euangelicis præceptis aliquid contrariũ inuenitur. Anaſtaſius ª enim ſecundus fauore Anaſtaſii Imperatoris, quos Acacius poſt ſententiam in ſe prolatam ſacerdotes, vel leuitas ordinauerat, rite fungi acceptis officiis debere decreuit, ita inquiens.

a ¶ Anastasius] *Minime verum est sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, rite fungi acceptu officys potuisse. Hoc enim dumtaxat m- quit in capite sequenti, firmam esse sacramenti gratiam ab Acacio traditam: quod ve- rissimum est, sicut & alia omnes sententia, quas in ea epistola ex B. August. Anasta- sius accepit, vera sunt. Habetur autem hac eadem Anastasy Papa I I. epistola in cor- pore canonum, quod Romana ecclesia semper approbauit, vt infra dist. 20. c. de libellis. est adnotatum. Itaq; sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius a Gratiano.*

Anastasius II. ad Anastasium Augustum, epist. 1. c. 7. & 8.

¶ Nulla læsionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur. C. VIII.

In codi. canonum fol. 156. B. Poly.l.3.t.10. Ansl.l.9.c.62. Iuo par. 1. cap. 151. Nicolaus ad cõsulta Bulg. cap. 15. *Ioan. 1.* *Ioan. 12.*

SEcundum ecclesiæ catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his, quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes, siue leuitas secundum canones ordinauit, vlla ex nomine Acacii portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptisma (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adultero, vel a fure datum fuerit, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ sonuit, per columbã, omnem maculam humanæ pollutionis exclusit: qua declaratur, ac dicitur. [Hic est, qui baptizat in spiritu sancto, & igne.] Nam si visibilis solis istius radii, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce [scribe, inquit, & Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quę autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt.] Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totũ contineri implente † diuinitatis effectu, ita ille, per quem loquitur Christus, Paulus affirmat, [Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus.] Adeo autem non quæritur, quis, vel qualis prædicet, sed quid † prædicet, vt inuidos etiam bene Christum prædicare affirmet: quo malo ipse diabolus deiectus est, & hoc ipse † prædicare non desinit. Ideo ergo & hic, cuius nomẽ dicimus reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem suæ virtutis obtinuit. Quod † quidem generaliter verum est, nisi aliquorum in tantum se extenderet curiosa suspicio, vt imaginentur prolato a Felice Papa iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius vsurpauit, egisse; ac proinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria † tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur.

Matth. 23. *† al. implendo diuinitatis effectum.* *1. Cor. 3.* *† al. quem* *Philip. 1.* *† al. ipso.* *cap. 8.* *† Quod cum ita sit aliquorum in tantum se extendit cu riosa] orig.* *† al. ministeria.*

Quia

Quia ergo illicite, & non canonice, sed contra decreta prædecessorum, & successorũ suorũ hæc rescripta dedit (vt probat Felix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerunt, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eumdem Acacium postea damnauit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & à Deo percussus legitur fuisse hoc modo.

¶ Anastasius a Deo reprobatus, nutu diuino percussus est. C. IX.

ANastasius[a] secundus, natione Romanus, fuit tẽporibus Theodorici Regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri se a communione ipsius abegerunt, eo quod communicasset sine concilio episcoporum, vel presbyterorum, & cleri cunctæ ecclesiæ catholicæ, diacono Thessalonicensi, nomine Photino, qui communicauerat Acacio: & quia voluit occulte reuocare Acacium, & nõ potuit, nutu diuino percussus est.

Ex libro (vt in corpore conciliorũ citatur) Põtificali. Iuo par. 14. cap. 40.

a ¶ Anastasius] *Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliorum in vita Anastasij: sed esse omnino confictum, cum ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius (sicut Nicephorus libr. 16. c. 12. & Euagrius lib. 3. c. 18. & sequentibus, & clarissime Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur) tempore Felicis III. obiit, cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolæ suæ, & c. 1. ad Anastasium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicem Christum vnà cum Felice adstare scripsit, vt Gelasius quoque ante ipsum scripserat, & habetur infra 24. q. 2. c.* nec quisquam. *quomodo ergo potuit Anastasius de eo reuocando tractare, qui iam obierat?*

Hinc etiam de Maximo[b] episcopo in Constantinopolitana synodo statutum est sub Damaso Papa, c. 6.

¶ Quæ circa indisciplinatos prælatos, vel ab eis geruntur in irritum reuocentur. C. X.

PRopter totius indisciplinationis eius doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutum est, ne Maximus fuisse, aut esse iam putetur episcopus, neque hi, qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant, omnibus scilicet, quæ circa eum, vel ab eo gesta sunt, irritum reuocatis.

b ¶ De Maximo] *Ex verbis huius canonis, præsertim Græcis, & interpretatione Balsamonis, ac vita Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum numquam fuisse episcopum, ac propterea recte statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba Græca huius canonis hæc sunt:*

περὶ μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. ὥστε μήτε μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι, ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳ δή ποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων. *id est,*

De Maximo Cynico, deque iis rebus, quæ nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gestæ sunt. Neque Maximum aut fuisse, aut esse episcopum,

neque eos, qui ab ipso... sunt ordinati, in vllo cleri gradu censendos: omnibus, quæ & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quod nunquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papæ scripta Basilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ synodi manuscripta, quæ est penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait:* Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicæ Papa Leo, cuius sententiam, quidquid vbique catholicum est, velut cæleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum. Cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum cynicum a synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse conuicimus.

DISTINCTIO XX.

† *al. expositoribus.*

1 ps *Decretales itaque epistolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantur. Nunc autem quæritur de expositionib. † sacræ scripturæ, an exæquentur, an subijciantur eis. Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia sancti spiritus, ita ampliori scientia alijs præcellentes, rationi magis adhæsisse probantur. Vnde nonnullorum Pontificum constitutis, Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur esse præferenda.*

2 ¶ *Sed aliud est causis terminum imponere: aliud sacras scripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas. Vnde Christus dicturus Petro* [*Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c.*] *prius dedit sibi claues regni cœlorum: in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram & lepram, in altera dans sibi potestatem eijciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quælibet negotia finem accipiant vel in absolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, absolutio vero vel condemnatio non scientiam tantum, sed etiam potestatem præsidentium desideret; apparet quod diuinarum tractatores scripturarum, etsi scientia Pontificibus præmineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionibus eis præponuntur, in causis vero definiendis secundum post eos locum merentur.*

Matth.16.

In suo regesto.
Deusde. p.2.
Poly.l.3.t.20.
Ansl.l.3.c.vlt.
Iuo par. 4 cap.72.
Pannor.l.2, cap.118.
† *al. cunctis in canone.*
† *al. qui dicuntur Apostolorum.*

Vnde Leo Papa IIII. scribit episcopis Britanniæ.

¶ Aliorum scripturæ, Romanorum Pontificum decretis non sunt præponendæ. C. I.

De libellis & commentariis aliorum non conuenit aliquem iudicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum † canonibus. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis vtimur iudiciis, sunt canones

nes [a] Apostolorum, † Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium, [b] & cum illis regulæ præsulum Romanorum, Siluestri, Syricii, Innocentii, Zozimi, Cælestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii iunioris. Isti omnino sunt & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur, & clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos definiri; tunc si illorum, quorum meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cæterorum similiter sanctorum doctorum similium reperta fuerint; magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius, & magna voce pronuntiare non timeo, quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (siue sit ille episcopus siue clericus, siue laicus)non [c] indifferenter recipere conuincitur; nec catholicam, & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † suum retinere, vel credere probatur.

Apud Anselmum, & Polycarpū desunt omnia Pontificum nomina.

† *al. profectum.*

a ¶ Sunt canones] *Indicat canones, & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in iudicijs vtebantur, in quo codice sunt canones tantum, non synodalia gesta; vt superius Nicolaus, in c. Romanorum, 19. dist. scripsit.*

b ¶ Carthaginensium] *In codice canonum vnica est synodus Carthaginensis, continens canones trigintatres; qui ex varijs concilijs Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & vsa eis esse, quando in codicem canonum referendos curauit. Eosdem etiam Græci, quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum synodorum coniunctos in linguam suam verterunt, & hi ipsi sunt, quos ijsdem numeris Anselmus, Burchardus, & Iuo citat: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero ex singulis Carthaginensibus concilijs canones accipiat; quod suis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginensi synodo intelligendum est, quod habetur supra dist. 16. c. prima adnotatio. versi. septima, quod hic declarandum dilatum fuit.*

c ¶ Non indifferenter] *Anselmus, Deusdedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent,* qui eadem indifferenter non recipit, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suæ retinere salutis.

Item Nicolaus I. Photio, in epistola, cuius initium est [Postquam beato Petro.]

Est eadem epistola 6. ex qua sumptum, est c. quod dicitis. sup. dist. 16. Ansl. l. 3. c. 33.

¶ Corripiendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obseruant. C. II.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis; de neglectu atque incuria estis arguendi. Si vero habetis, & non obseruatis; de temeritate estis corripiendi, & increpandi.

Item Innocentius [d] Papa.

¶ Ad quos ſit recurrendum, cum ſacræ ſcripturæ auctoritas non occurrit? C. III.

Poly.l.7.t.3. Burch.l.3. c.127. Iuo par.4. ca.70. † al. Græce. Matt.18.

DE quibus cauſis nulla ſoluendi, ligandique auctoritas in libris veteris teſtamenti, quatuor Euangeliorum cum totis ſcriptis Apoſtolorum appareat; ad diuina recurre ſcripta Græca †. Si neque in illis; canones Apoſtolicæ ſedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ eccleſię hiſtorias catholicas a doctoribus catholicis ſcriptas manum mitte. Si nec in illis; ſanctorum exempla perſpicaciter recordare. Quod ſi omnibus his inſpectis, huius quæſtionis qualitas non lucide inueſtigatur; ſeniores prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur, quod a pluribus ſenioribus quæritur. Verus enim repromiſſor Dominus ait: [Si duo ex vobis, vel tres conuenerint ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo.]

d ¶ Innocentius] *Caput hoc non eſt inter epiſtolas Innocentij primi, quæ multæ extant, neque vero Innocentij ſecundi eſſe poteſt; cum ante ipſum ſcripſerint Burchardus, Iuo, a quibus hoc ipſum citatur.*

e Canones] *Verba hæc, quæ apud Gratianum deerant, ſunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum, in quo Polycarpo habentur hoc ipſo loco, in quem ſunt reſtituta.*

DISTINCTIO XXI.

I ps *DEcretũ ergo Romanorum Pontificum, & ſacris canonibus conciliorum eccleſiaſtica negotia, vt ſupra monſtratum eſt terminantur. Miniſtri vero ſacrorum canonum, & decretorũ Pontificum ſunt ſummi Pontifices, & infra præſules, ac reliqui ſacerdotes, quorum inſtitutio in veteri teſtamento eſt inchoata, & in nouo plenius conſumata.¶ Summi enim Pontifices, & minores ſacerdotes a Deo ſunt inſtituti per Moyſem, qui ex præcepto Domini, Aaron in ſummum Pontificẽ, filios vero eius vnxit in minores ſacerdotes: Poſtea vero Dauid, cum miniſteria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores inſtituit. Porro Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obſeſſis corporibus pellebãtur. huic officio mancipati, exorciſtæ vocati ſunt, de quibus Dominus in Euangelio, [Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filii veſtri (videlicet exorciſtæ) in quo eijciunt?] Hæc omnia in nouo teſtamento eccleſia imitata, habet ianitores ſuos, quos oſtiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & ſimul cantores inſtituit. Exorciſtas autem nomine antiquo, & officio permanente recepit. Pro filijs vero Aaron, omnes infra ſummum Pontificem ſacerdotium adminiſtrantes ſunt conſecrati.¶ Inter eos quædam diſcretio ſeruata eſt, vt alij appellentur ſimpliciter ſacerdotes, alij archipreſbyteri, alij chorepiſcopi, alij epiſcopi, alij archiepiſcopi, ſeu metropolitæ, alij primates, alij patriarchæ, alij ſummi Pontifices. Horum diſcretio a gentilibus maxime introducta eſt, qui ſuos flamines, alios ſimpliciter flamines, alios archifla-*

Exod.28. 1. Para. 25. & 3.23. Luc.11.

chiflamines, alios protoflamines appellabat. Simpliciter vero maiorum, & minorum sacerdotum discretio in nouo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos tamquam maiores sacerdotes, & lxxij. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit; dum ei prae omnib. & pro omnib. claues regni caelorum tribuit, & a se petra, Petri sibi nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt ceteros confirmaret sibi iniunxit, dicens [Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.] Hanc eamdem formam Apostoli secuti in singulis ciuitatibus episcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus: Subdiaconos, & acolythos procedente tempore ecclesia sibi constituit. ¶ De his ita scribit B. Isidorus lib. 7. etymol. c. 12. nomina illarum, & nominum causas exponens, ita inquiens. *Luc. 22.* *Act. 6.*

¶ Vnde nomina ecclesiasticorum gradum sumantur. C. I.

Cleros, & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias sorte electus est: quem primum per Apostolos legimus ordinatum. κλῆρος enim Graece, sors Latine, vel haereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici; quia de sorte domini sunt; vel quia Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deseruiunt; quorum gradus, & nomina sunt haec, ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. ¶ Ordo episcoporum quadripertitus est, id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, atque episcopis. Patriarcha Graeca lingua, summus patrum, interpretatur; quia primum, id est [a] Apostolicum retinet locum, & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiscopus Graeco dicitur vocabulo, quod sit summus episcoporum; tenet enim vicem Apostolicam, & praesidit tam metropolitanis, quam ceteris episcopis. Metropolitani autem a mensura ciuitatum vocantur: singulis enim prouinciis praeeminent, quorum auctoritati, & doctrinae † ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet episcopos, solicitudo enim totius prouinciae ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines vno eodemque vocabulo episcopi nominantur, sed ideo priuato nomine quidam vtantur, propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps: Ἄρχων enim princeps; inde archiepiscopus princeps episcoporum, sicut metropolitanus a mensura ciuitatum. ¶ Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quod ille, qui efficitur † episcopus, superintendat, scilicet curam gerens subditorum: σκοπεῖν enim Graece, Latine indere dicitur. Episcopi autem Graece, Latine speculatores interpretantur: nam speculator est praepositus in ecclesia dictus,

De officiis l. 2. c. 1. Rabanus. de Insti. cler. l. 1. c. 2. *Act. 1.*

† *al. doctrina, & potestati*] orig.

† *superefficitur superintendat*] orig. & Rab.

eo quod speculetur, & perspiciat populorum infra se positorum mores & vitam. ¶ Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes, atque leuitas; ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit: ipse quid vnusquisque facere debeat, ostendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates a vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetã. ¶ Antistes sacerdos dictus est, quod antestat: Primus est enim in ordine ecclesię, supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum dans: sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sacrificando vocatus est; consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga desuper habẽs lanæ aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde a filo, quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotii eminentia. ¶ Presbyter Græce, Latine senior interpretatur; non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed etiam propter honorem, & dignitatem, quam acceperũt, presbyteri nominantur. vnde [b] & apud veteres, iidem episcopi, & presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis est, & non [c] ętatis. Ideo autem & presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut & episcopi; qui licet sint sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec crismate frontem signãt, nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuũ Apostolorum demonstrat. Leuitæ ex nomine auctoris vocati. De Leui enim leuitæ exorti sunt, a quibus in tẽplo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi Græce diaconi, Latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote cõsecratio, ita in diacono ministerii † dispensatio habetur. Hypodiacones Græce, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellãtur, quia subiacẽt pręceptis, & officiis leuitarum. Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, & leuitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebręos Nathinęi vocantur. Lectores a legendo, psalmistæ a psalmis canendis vocati: illi enim prædicant populis, quid sequantur; isti canũt, vt excitent ad compunctionẽ animos audiẽtium; licet & quidã lectores ita miserabiliter pronuncient, vt quosdam ad luctum, lamentationemq; compellant. Iidem etiã & pronũciatores vocant, quod porro † annuntient. Tanta enim & tam clara erit eorũ vox, vt quamuis longe positorũ aures adimpleant. Cantor autẽ vocatus, quia vocẽ modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latine dicere potuerunt, præcentor, & succẽtor: præcentor scilicet, qui vocem

† al. mysterij

† al. populo.

vocem præmittit in cantu: succentor autem, qui subsequẽter canendo respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat, qui autem nõn consonat, nec concinit, nec cantor, nec concẽtor erit. Acolythi Grçce, Iuo p. 6. c. 8. Latine ceroferarii dicuntur, a deportãdis cereis, quando legendũ est Euangelium, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportãtur, non ad effugendas tenebras, dum sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandũ, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Euãgelio legitur [Erat *Ioan. 1.* lux vera, quç illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundum.] Exorcistæ ex Græco in Latinum adiurantes, siue increpantes vocãtur: inuocant enim super catechumenos, vel super eos, qui habẽt spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurãtes per eum, vt egrediatur ab eis. Ostiarii iidem, & ianitores, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem ostiarii, quod præsint ostiis templi. Ipsi enim tenẽtes clauem, omnia intus, extraq; custodiunt, atque inter bonos, & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles.

a ¶ Id est Apostolicum] *Antea legebatur,* post Apostolicum. *Restituta est vera lectio non modo ex Isidori, & veterum exemplarium Gratiani fide, sed ex ipsa ab Isidoro allata ratione, qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum, Patriarchas propterea vocat, quia Apostolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. ep. 27. scribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis:* Itaque cum multi sint Apostoli pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate cõualuit, quæ in tribus locis vnius est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & prçsentẽ vitam finire dignatus est. ipse decorauit sedem, in qua Euãgelistam discipulum misit: ipse firmauit sedem, in qua septem annis, quamuis discessurus, sedit. *Atque hoc idem ait Anacletus, c. sacrosancta, infra distinct. 22.*

b ¶ Vnde & apud] *Restituta hæc sunt in locum suum, quo loco habentur apud sanctum Isidorum.*

c ¶ Et non ætatis] *In originali est,* hoc ætatis, *& ita apud Hieronymum in epistola 83. ad Oceanum, sed ob glossam non est mutatum.*

Item Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Romana ecclesia a Christo primatum accepit. C. II.

IN nouo testamento post Christum Dominum a Petro sacerdotalis *Ansl. 1. c. 1.* cœpit ordo: quia ipsi primo Pontificatus in ecclesia Christi datus *Poly. l. 1. c. 1.* est, Domino dicente ad eum: [Tu es Petrus, & super hanc petram *Iuo p. 5. c. 1.* ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduersus *Pann. l. 3. 82.* eam, & tibi dabo claues regni cœlorum.] Hic ergo ligandi, atque soluendi *Matth. 16.* potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem po- *Matth. vlt.* pulum virtute suæ prædicationis adduxit. Ceteri vero Apostoli cum eodem pari consortio honorem, & potestatem acceperunt; ipsumque principem eorum esse voluerũt, qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt. Ipsis quoque

decedentibus in locum eorum successerunt episcopi: quorum ordinatio prætaxato debet fieri ordine, & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit: qui autem spernit eos; eum, a quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit: & ipse indubitanter spernetur a Domino. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos; rogauerunt dominum messis, vt mitteret operarios in messem suam: inde ab eis electi sunt LXXII. discipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia.

Luc. 10. *Matt.* 9.

Item Gelasius Vrbis Romæ episcopus omnibus orthodoxis.

In decretis cum 70. episcopis. Pol. l. 1. tit. 2. Ans. l. 1. c. 69. Burch. l. 3. cap. 220. Pan. l. 2. c. 3. *Matth.* 16.

¶ Primatum Romanæ ecclesiæ non aliqua synodus, sed Christus instituit. C. III.

QVamuis vniuersæ per orbem Catholicæ ecclesiæ vnus thalamus Christi sint, sancta tamen Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis synodicis constitutis, ceteris ecclesiis prælata est, sed euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit. [Tu es Petrus (inquiens) & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.] Cui data est etiam societas beatissimi Pauli vasis electionis, qui non diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tempore, vno, eodemque die gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctã Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt, eamque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Ergo prima Petri Apostoli sedes Romana ecclesia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi.

inf. dist. 22. c. sacrosancta. ex Anacle.

3 *In his omnibus, quanto gradus celsior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus siquidem est regendi, & iubendi potestas: in minoribus obsequendi necessitas.*

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola cuius initium est [*Proposueramus.*]

¶ Inferiorum facta, superiorum sententiis obnoxia sunt. C. IIII.

INferior sedes superiorem absoluere non potest. Sola ergo potior inferiorem conuenienter absoluit. Hinc liquido peruidetur, quia, quem non potest absoluere, non potest iudicio inferior potiorem ligare. *& infra.* Vnde propheta ait: [Numquid gloriabitur securis contra eũ, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?] His ita ex sacra scriptura, & probabilium Patrũ doctrina commemoratis, sole clarius exhibuimus, non posse quemquam, qui minoris

noris auctoritatis est, eum, qui maioris potestatis est, iudiciis suis addicere, aut propriis definitionibus subiugare.

Idem eadem epistola.

¶ De eodem. C. V.

Nolite nos existimare facta cuiuscumque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere, sed quod ita velimus filios circa spiritualem patrem, & discipulos erga magistrum deuotos, ac sobrios esse; vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam (vt non dicam diiudicandam,) sed nec saltem tenuiter reprehendendam prosiliant.

Idem Nicolaus Papa eadem epistola.

¶ Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere possunt. C. VI.

Denique si in epistola legimus ad Hebræos, quod minor a maiore benedicitur; restat profecto, vt exigente ratione etiam maledicatur. Siquidem hæc vtique prænoscentes periculosa tempora illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt; hodieque in Romana ecclesia, quæ magistra est omnium ecclesiarũ imprætermissa † seruatur: ita vt nullus sacerdos maiore suo non innuente † consacerdote, cuilibet rei benedictionem † dare nitatur: sed & anterior stans ad pronunciandam aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere. Cur hoc? numquid benedicere peccatũ est? absit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apostolus; quia regnum Dei non possidebunt: sed per hoc innuitur, quantæ censuræ fræno inferiores quique a suis præpositis iudicandis coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

Ansel.l. 7. c.144. Iuo p.5.c.17. & p.6. c. 355. Heb.7. † al. impratermisse. † al. subēte. † al. benedicerentitatur. Gal.5.

Idem eadem epistola.

¶ De eodem. C. VII.

Nunc autem diuina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere vobis (si tamen audire velitis) non posse quemquam rite ab iis, qui inferioris dignitatis, vel ordinis sunt, iudicialibus submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani, & Maximiani Augustorum Marcellinus episcopus vrbis Romæ, qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus est a paganis, vt in templum eorum ingressus, grana thuris super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numerosorum concilio episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullas tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sæpissime

Poly.l. 1. tit. 20. Ansel.l. 2. c. 67. al. 67. Iuo p.5.c.8. Pannor.l. 4. c.6.

omnes perhiberent suo ore iudica causam tuam, nō nostro iudicio. Et iterum: Noli, aiūt, audiri nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam. & rursus, quoniam ex te, inquiunt, iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes non iudicabitur a quoquam. *Idem in eadem.* ¶ Sed & cum quidam tempore quodam contra Xistum Papam tentassent quædam mali † rumoris obiicere, & in concilio, cui & Valentinianus Augustus intererat, dictum fuisset: Non licere aduersus Pontificem dare sentētiam; surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum vrbium subactus iudiciis inuenitur.

† *al. non boni*] orig.

Idem Nicolaus eadem epistola.

¶ Maiores a minoribus iudicari non possunt. C. VIII.

SVbmittitur Ignatius minorum, inferiorum, & subiectorum deliberationibus, cum sacris canonibus præcipientibus, & exemplis sanctorum Patrum, semper, vbi est maior auctoritas, sit eundum, & in omnibus controuersiis ad potioris sedis iudicia actio † dirigatur. Quod non solum a catholicis, verum etiam ab ipsis constat obseruatum hæreticis. Alioquin acephalum liquet esse concilium, vbi de tanta persona agitur, & maiorum non expectatur sententia; cum nec in causa clericorum inferioris gradus, solius episcopi sui iudicium tantummodo postulandum † sit.

† *orig. non habet.*

† *al. postulandum.*

Idem Nicolaus ead. epist.

¶ Minorum sententiæ maiores damnare non valent. C. IX.

Pol. l. 1. c. 20. Ans. l. 2. c. 65. Iuo p. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6. & 7. *Psal. 72.*

IN tantum hanc præsumptionem sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt, vt Dioscorum Alexandrinum Antistitem inter cetera, idcirco potissimū sine vlla restitutione damnauerit; quia in contumacia [a] permanens erga primæ sedis Romanæ priuilegium, resipiscere a suis superstitionibus, vt seruaretur a prima sede Apostolica, noluit: & ponens in cœlo os suum, & lingua eius transeunte super terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit, ita vt in sententia contra ipsum prolata, hoc videantur memorare præcipue, dicentes: [Quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit. Præsumpsit enim & excommunicationem dictare aduersus sanctissimum, & beatissimum archiepiscopum magnæ Romæ Leonem.] Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factā, vtrū iuste, an iniuste ipsam Dioscorus excōmunicationē dictasset? Non plene: sed absque omni controuersia hoc in eo vlti sunt: quia cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere contumeliis, teste Anatolio Constantinopolitano præsule: qui dicit. [Propter fidem non est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni.]

In concilio Chalcedonē. act. 5.

a ¶ In contumacia] *Hinc vsq; ad verb.* ponens. *addita sunt ex originali.*

DISTIN-

DISTINCTIO XXII.

1 pars. *Quia ergo maior a minori iudicari non debet, videndum est, quæ inter ceteras ecclesia primum locum, quæ secundum, vel tertium obtineat. Romana ecclesia (sicut supra dictum est) primum locum inter ceteras obtinet: Alexandrina secundum, Antiochena ecclesia tertium ab ea locum accepit.*

Vnde Nicolaus Papa II. † *scribit Mediolanensibus per Petrum Damianum legatum suum.* † iunior] Ans.

¶ Romana ecclesia ceterarum primatum tenet. C. I.

OMnes siue patriarchii cuiuslibet apices, siue metropoleō primatus, aut episcopatuū cathedras, vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana ecclesia. Illam vero solus ille fundauit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni simul & cœlestis imperii iura commisit. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod constructum est cœlum, & terra; per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium, quia quisquis cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam facit. Qui autem Romanæ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur; & cum ille vocetur iniustus, hic est proculbio dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ mater est fidei: & ille contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesiis prætulisse cognoscitur. *& infra.* ¶ Vnde & ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam profitetur ecclesiam. Ans. l. 1. c. 63. al. 64. Lib. 3. de sacramentis. c. 1.

Item Anacletus seruus Christi Iesu ad omnes episcopos, epist. 3. c. 3. In præfatione concilii Nicæni.

¶ Non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Romana ecclesia primatum accepit. C. II.

SAcrosancta Romana, & Apostolica ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatū obtinuit: & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduersus eam; & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.] Adhibita est etiā societas in eadem Romana vrbe beatissimi Apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vnoque tempore gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est, & ambo sanctā ecclesiam Romanam consecrauerunt, aliisque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium Sancto- Poly. l. 1. t. 2. Ans. l. 1. c. 2. & 26. Pann. l. 2. c. 2. *Matth.* 16. sup. dist. 21. c. quamuis.

rum effundatur oratio; his tamen verbis Paulus beatissimus Aposto-
Rom. 1. lus Romanis proprio chirographo pollicetur dicens: [Testis enim
mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filii eius: quod
sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus me-
Pan.l. 4.c.5. is.] ¶ Prima ergo sedes est cœlesti beneficio Romanę ecclesiæ, quam
(vt memoratum est) beatissimi Petrus, & Paulus suo martyrio conse-
crarunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam, B. Petri nomine a
Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est: quia [a] & ipse
in Ægypto primum verbum veritatis directus a Petro prædicauit:&
gloriosum suscepit martyrium; cui venerabilis successit Abilius. Ter-
tia vero sedes apud Antiochiam eiusdem, id est, beati Petri Apostoli
nomine habetur honorabilis; quia ille, priusquam Romam veniret,
Poly.l.1.ti.1. habitauit, & Ignatium episcopum constituit; & illic primum nomen
Ansl.l.1.c.7. Christianorum nouellæ gentis exortum est. *& post pauca.* ¶ Inter
Burch.l.1. beatos Apostolos quædam fuit discretio † potestatis, & licet omnes
cap.149. essent Apostoli, Petro tamen a Domino concessum est (& ipsi inter se
Iuo par.5. idipsum voluerunt) vt reliquis omnibus præesset Apostolis,& Cephas [b]
cap.166. id est caput, & principiū teneret apostolatus, qui & eamdem formam
† *al. discretio & licet.* suis successoribus, & reliquis, episcopis tenendam tradiderunt. Et non
solum hoc in nouo testamēto est constitutum [c], sed etiam in veteri fuit,
*Psal.*98. vnde scriptum est [Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius.] id est, pri-
Poly.l.1.t.1. mi inter eos fuerunt *& post pauca.* ¶ Hæc vero Apostolica sedes car-
Ansl.l.1.c.2. do, & caput (vt prætactum est) omnium ecclesiarum a Domino, &
Iuo p.5. non ab alio est constituta,& sicut cardine ostium regitur; sic huius san-
cap.178. ctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ (Domino disponēte) reguntur.
Burch.l.1. cap.294.

a ¶ Quia] *Hinc vsque ad vers.* Tertia. *addita sunt ex originali: quemadmodum & alia nonnulla.*

b ¶ Cephas] *In Euangelio Ioannis c.1. Cephas (quæ vox Syriaca est) exponitur* πέτρος, *quod Græce petram significat: idque docet etiam B. Hieronymus in commen. epist. ad Galatas, c. 2. neque credendum est ignorasse Anacletum: sed voluisse eam dictionem ad Græcam linguam eo tempore notissimam, referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus catechesi decima in nomine, Iesus. non modo Hebraicam, sed etiam Græcam illi etymologiam tribuens. Atqui hoc ipsum nomen Cephas. Optatus Afer antiquus, & probatus auctor, quem Hieronymus, & Augustinus magni faciunt, libro secundo, eodem modo. quo Anacletus, accepit his vtens verbis:* Igitur negare non potes, scire te in vrbe Roma, Petro primo cathedram episcopalem esse collatā: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus est. *Et Isidorus libro 7. Etymol. cap. 9. sic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eo quod in capite sit constitutus Apostolorum. Κεφαλὴ enim Græce caput dicitur. *Verum apud Burchardum & Iuonem sic habetur:* vt reliquis omnibus pręesset Apostolis Cephas, id est, Petrus principatum teneret Apostolatus.

c ¶ Et reliquis] *In originali est, &* originalis Apostoli episcopis.

Hac auctoritate Alexandrina ecclesia secundum a prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitana synodo, ecclesia

Constanti-

Constantinop. secūdum a sede Apostolica locum accepit. Vnde in eadem synodo, id est, Constantinop. 1. c. 5. ita constitutum est.

¶ Secundum a Romano Pontifice Constantinopolitanus obtinet locum. C. III.

CONstantinopolitanæ ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum: propterea quod sit noua Roma. Ex prisca versione. Poly. l. 2. t. 22.

¶ *Canon hic ex iis est, quos Apostolica Romana sedes a principio, & longo post tempore non recepit: quod ex epistola 51. alias 53. Leonis Papæ primi ad Anatolium Constantinopolitanum, & aliis eiusdem epistolis facile est cuius cognoscere: itemque ex duabus epistolis Leonis noni, vna aduersus præsumptiones Michaelis, & Leonis, c. 28. altera ad eumdem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Gregorij epistola 31. libro 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum: atque ex epistola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem: quæ incipit* Proposueramus. *Quanquam Constantinopolitani episcopi, Imperatorum potentia freti secundum locum Patriarchalium sedium sibi vsurparunt. idque tandem pacis & tranquillitatis causa fuit ipsis concessum: sicut in c. ant qua. de pr. u. leg. Innocentius Papa iij. declarauit.*

Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 63.

¶ Apostolicæ sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam C. IIII.

DE Constantinopolitana ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi Apostolicæ esse subiectam? quod & D. piissimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis episcopus assidue profitentur. Tamen si quid boni, vel ipsa, vel altera ecclesia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in eo se primum existimat, vt bona, quæ viderit, discere contemnat. *Idem eidem, epistola 64.* Nam, quod Primus Byzazenus sedi Apostolicæ dicit se subiici, si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio quis † ei subiectus non sit: cū vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis æquales sumus. Ansel. l. 2. c. 66. † *al. ei episcopus subiectus.*

¶ *Hoc caput sumptum est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epist. 63. ex qua accepta est prior pars, agitur de Constantinopolitana ecclesia: in sequenti vero 64. agitur de Primate Byzaceno prouincia Africa, non autem Constantinopolitano, quod videntur & Gratianus, & Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse, adducti fortasse summula illa, quæ præposita est epistola Gregorij. Auctor quidem glossæ, quod Gratianum putauit sensisse aperte exposuit.*

Item Gelasius Papa I. ad Faustum magistrum legationis.

¶ Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur. C. V.

QVa traditione maiorum, Apostolicam sedem in iudicium vocant? An secundæ sedis Antistites, & tertiæ, ceterique bene sibi conscii sacerdotes depelli debuerunt; & qui religionis extitit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Ceterum isti, qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non Iuo p. 5. c. 9.

possunt, & Constantinopolitanæ ciuitatis episcopus, quæ vtique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoueri?

Item ex vi. synodo sub Iustiniano congregata, c. 36.

¶ Constantinopolitana ecclesia secundum a Romana obtinet locum C. VI.

† ὁρίζομεν, id est, statuimus.

RENOVANTES [a] sancti Constantinopolitani decreta concilii, petimus †, vt Constantinopolitana sedes similia priuilegia, quæ superior [b] Roma habet, accipiat: nec non [c] in ecclesiasticis rebus magnificetur, vt illa: sed hæc secunda post illam existens, prius quam Alexandrina sedes numeretur; deinde Antiochena, & post eam Hierosolymitana.

Hinc datur intelligi, quod Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tertia, & Antiochena de tertia fit quarta, nisi forte quis duas contendat esse secundas, vt Constantinopolitanam, & Alexandrinam parem sua dignitatis velit locum obtinere.

Vnde in viij. synodo habita sub Hadriano Papa ij. can. 21.

a ¶ Renouantes] *Hic agitur de quinto illo canone primæ synodi Constantinopolitanæ, de quo supra ea. c. Constantinopolitana, dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui sextæ synodo tribuuntur, videnda est notatio ad c. sextum supra 16. dist.*

b ¶ Superior] *Ita habetur in aliquot vetustis exemplaribus: nam in vulgatis erat,* inferior. *Græce est,* τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, *id est* antiquioris vel senioris Romæ, *vt in cap. proximo. Omnino autẽ caput hoc longe breuius est in hac versione quam in Græco exemplari, vno tantum loco copiosius, quod Antiochenam numerat sedem: cuius in Græco vulgato nulla mentio.*

c ¶ Nec non] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Græco, antea enim legebatur,* non tamen.

¶ Quæ patriarchalium sedium primum, vel deinceps teneat locum. C. VII.

Deusdedit l. 3.
Ansl. 2. c. 72.

DIFFINIMUS neminem prorsus mundi potentum, quemquam eorum, qui Patriarchalibus præsunt sedibus, inhonorare, aut mouere a proprio throno tentare: sed omni reuerentia, & honore dignos iudicare, præcipue quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde vero Alexandriæ, ac Antiochiæ, ac Hierosolymorum.

DISTINCTIO XXXIII.

I ps

BREuiter quæ inter ecclesiastica officia sit differẽtia, mõstrauimus. Nunc a summo incipientes, & vsq; ad vltimum gradum descendentes, qualiter quisq; eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.

Vnde Nicolaus Papa II. in conc. Lateranensi.

¶ Decretum Nicolai Papæ de electione summi Pontificis.

Pan. l. 3. c. I.

C. I.

IN nomine Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi. Anno ab incarna-

carnatione eiusdem MLIX. mense Aprili, indictione xij. propositis sacrosanctis Euangeliis, præsidente quoque reuerendissimo †, ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranensis Patriarchii quæ cognominatur Constantiniana, considentibus etiam reuerendissimis episcopis, abbatibus, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis, inquit. ¶ Nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædecessore nostro, hæc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit, quot denique per simoniacæ hæresis trapezitas repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subiacuerit; adeo, vt columna Dei viuentis iam iam pene videretur concussa nutare, & sagena summi piscatoris, procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. Vnde, si placet fraternitati vestræ, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus prudenter occurrere, & ecclesiastico statui, ne recidiua † (quod absit) mala præualeant, præcauere. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuersalis ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligentissime simul de electione tractantes, mox Christi † clericos Cardinales adhibeant: sicq; reliquus clerus, & populus ad consensum nouæ electionis accedat; nimirũ præcauentes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosissimi viri præduces sint in promouenda Pontificis electione; reliqui autem sequaces. Certus vero atque legitimus hic electionis ordo perditur: perspectis diuersorum Patrum regulis, siue gestis, etiam illa beati Leonis prædecessoris nostri sententia recolatur. [Nulla inquit, ratio sinit, vt inter episcopos habeantur; qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a conprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati.] Quia vero sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesiis, atque ideo super se metropolitanum habere non potest; Cardinales episcopi procul dubio metropolitani vice funguntur; qui videlicet electum episcopum ad Apostolici culminis apicem prouehant. Eligatur autem de ipsis ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus; vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur; saluo debito honore, & reuerentia dilecti filii nostri Henrici; qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, speratur; sicut iã sibi cõcessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede personaliter hoc ius impetrauerint. Quod si prauorum, atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratuita fieri in vrbe non possit electio; Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolicæ sedis Pontificem, vbi congruere viderint. Plane, postquam electio fuerit facta, si bellica tempe-

† *al. reuerẽtissimo.*

† *al. rediuiua.*

† *al. episcopi.*

Inf. dist. 62. Nulla ratio.

stas, vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is, qui electus est, in Apostolica sede iuxta cõsuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen, sicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognouimus. Quod, si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum, per seditionem, vel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautotibus, & sequacibus a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ separatus abiiciatur, sicut Antichristus, inuasor, & destructor totius Christianitatis: nec aliqua † super hoc ei audiẽtia reseruetur: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocumque fuerat prius sine retractatione deponatur: cui quisquis adhæserit, vel qualemcumque tamquam Pontifici reuerentiã exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia † sit mancipatus. Quisquis autem huius nostræ † decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutum tentauerit, perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur; & cum impiis, qui non resurgent in iudicio, reputetur, omnipotentis iram contra se sentiat, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli (quorum ecclesiam præsumit confundere) in hac vita, & futura furorẽ sentiat: fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis eius non sit, qui inhabitet: fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua: commotus amoueatur ipse, & filii eius, & mendicent, & eiiciantur de habitationibus suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria, & omniũ sanctorum quiescentium merita illum confundant: & in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Obseruatores autem huius nostri decreti, omnipotẽtis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum Apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat.

† al. aliquãdo. *† al. sententia.* *† al. nostri.* *Psal. 1.* *Psal. 68.* *Psal. 108.* *Sap. 5.*

¶ *Huius decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterij Farnensis litteris Longobardicis ante annos pene quingentos scripto, & abbr.*

2 ***Episcopi vero, & ceteri ordines infrà constituti, qualiter ordinari debeant ex auctoritate Carthaginensis concilij quarti, c. 1. cui interfuit Augustinus, tempore Honorij Augusti, ostendamus, ab eorum examinatione incipientes.***

Ordo Romanus pa. 95.

¶ Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur. C. II.

Burc. l. 1. c. 8. Iuo p. 5. c. 62. Poly. l. 2. c. 9.

QVi episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatis, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si

tus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus: & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, patrem, & filium, & spiritum S. vnum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatẽ coessentialem, & substantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prædicans; si singulas † quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum; si incarnationem diuinam non in patre, neque in spiritu sancto factam, sed in filio tantum credat, vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius. Deus vero ex patre, homo verus ex matre, carnẽ ex matris visceribus habẽs, & animam humanam rationalem, simulque in eo veritas vtriusque naturæ, idem Deus & homo, vna persona, vnus filius, vnus Christus, vnus Dominus creator omniũ, quæ sunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & spiritu sancto, omnium creaturarum: qui passus sit vera carnis passione; mortuus vera corporis sui morte; resurrexit vera carnis suæ resurrectione †, & vera animæ resumptione; in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si noui & veteris testamenti, id est legis, & prophetarum, & Apostolorum vnum eumdemque credat auctorem, & Deum; si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem; si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne gesserunt, vel pœnas, vel præmia †; si nuptias non probibeat †, si secunda matrimonia non damnet; si carnium perceptionem non culpet; si pœnitentibus reconciliatis communicet; si in baptismate omnia peccata, id est tam illud originale contractum, quam illa, quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur; si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuentus plene instructus: tunc cum consensu clericorum, & laicorum, & conuentu totius prouinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel præsentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat [a].

† al. singulam quamque personam.

† al. recepione.

† al. gloriã.

† al. improbet.

¶ *Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his vocibus,* Statuta ecclesiastica, *cui similem titulum toti Carthaginensi quarto concilio esse præpositum in aliquot vetustis codicibus, testantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt.*

a ¶ Acquiescat] *Post hoc verbum tam in concilio, quam in ordine sequitur,* In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quam sancti Patres, in præeligendis episcopis constituerunt.

Item Isidorus de ecclesiasticis officiis, lib. 2. c. 2.

¶ Qualis esse debeat clericorum conuersatio. C. III.

3 His igitur lege Patrum cauetur, vt a vulgari vita seclusi, a mundi voluptatibus sese abstineant; non spectaculis, non pompis intersint; conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed & Refertur in cõcilio Maguntino primo c. 10.

sobria colant; vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetant; amorem pecuniæ, quasi materiem cunctorum criminum fugiant, & sæcularia officia, negotiaque abiiciant; honoris gradus per ambitiones non subeant: pro beneficiis medicinæ Dei, munera non accipiant; dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem obtrectationem, atq; inuidiam fugiant: non vagis oculis, non effræni lingua, aut petulanti, fluidoque † gestu incedant; sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendant: obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum penitus execrentur: viduarum, & virginum frequentationem † fugiant; contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant; castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant: aut certe vnius matrimonii vinculo fœderentur; senioribus quoque debitam obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollant: postremo doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio iugiter † incumbant. Tales enim debent esse qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere; scilicer, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

† *al. tumidoq; gressu.* † *al. visitationes frequentissimas.* † *al. iugi.*

Item Clemens ad Iacobum fratrem Domini. epist. 2.

¶ Qui digne sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eligantur diuinum. C. IIII.

Poly.l.4.t.31. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quã multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

Et in concil. Afric.c.17. *Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 40.*

¶ Si electo in episcopum aliqua obiiciuntur, quinque vel sex episcopi ad eius purgationem conueniant. C. V.

Poly. l.2.c.8. Ans.l.6.c.65. Burc.l.1. c.6. Iuo p.5.c.60. Illud statuendum est, vt quando ad eligendum episcopum conuenerimus; si qua contradictio fuerit oborta, (quia sæpe talia facta sunt apud vos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres tantum †, sed postulentur ad numerum supradictorum duo, vel tres, & in eadẽ plebe, cui ordinandus est, discutiantur primo personæ cõtradicentium: postremo illa etiam, quæ obiiciũtur, pertractentur, & cum purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignitatis † responsione. Ab vniuersis episcopis dictũ est: Satis placet.

† *al. tãtum accedere.* † *al. dignationis.*

Item ex concilio Toletano 11. c. 10.

¶ Vota suæ promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina. C. VI.

Ans.l.7.c.88. Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, vt promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus eccle-

ecclesiastica probat † disciplina. Solet enim plus timeri, quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, vt vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est adscensurus, nō ante honoris consecrationē accipiat, quam placit: † sui adnotatione promittat, vt fidem catholicam sincera cordis deuotione custodiens, iuste & pie viuere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque vt debitum per omnia honorem, atque obsequii reuerentiam præeminenti sibi vnusquisque dependat, iuxta illud beati Leonis Papæ edictum: [Qui se scit aliquibus esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.] Pœna etiam † iuxta ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda †, & ab iis, qui transgressores fuerint, persoluenda est.

† *al. promebit.*

† *al. placita sibi.*

epist. 82. ad Anastasium Thess. episcopum.

† *al. tamen.*] origin.

† *al. inferenda.*

Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur, in concilio Carthaginensi 4. c. 2.

¶ Qualiter ordinetur episcopus. C. VII.

EPiscopus, cum ordinatur, duo episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicē super caput, & ceruicem eius, & vno super eum fundendo benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

Ordo Romanus, pag. 100.

Poly. l. 2. t. 9. Ans. l. 6. c. 49 *al.* 55. Iuo par. 5. c. 124. Pan. l. 8. c. 18. Et eod. concilio, c. 3.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. C. VIII.

PResbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos orario vtroq; humero ambitur, ita tempore consecrationis, eodem orario debet vti instanter.

Vnde in concilio Bracharensi 3. c. 3. *legitur.*

Poly. l. 2. t. 32. Ans. l. 7. c. 53. Iuo p. 6. c. 12. Pan. l. 3. c. 33.

¶ Quod quisque accepit tempore consecrationis, ferat tempore oblationis. C. IX.

ECclesiastica, & antiqua institutione præfixum nouimus, vt omnis sacerdos, cum ordinatur, orario vtroque humero ambiatur, scilicet, vt qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera, & aduersa virtutum semper ornamēto, vtroque circumseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificii non assumit, quod se in sacramento accepisse nō dubitat? Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione suæ salutis scilicet, vt cum sacerdos ad solemnia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario, vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dinoscitur consecratus, ita, vt de vno eodemque orario ceruicem pariter & vtrumque humerum

† *perferat*] premens signum in suo pectore præparet † crucis. Si quis autem ali-
manuscri. ter egerit, excommunicationi debitæ subiaceat.

4 *Dalmaticis autem nec episcopis, nec diaconis absque Apostolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio episcopo Francorum, lib. 7. epist. 111.

¶ Absque Apostolica licentia Dalmaticis, nec episcopis, nec diaconis vti licet. C. X.

Ans. l.6.c.88. *al.* 96.

COmmunis filius Petrus Diaconus nobis innotuit, quod fraternitas vestra tempore, quo hic fuit, poposcerit, vt sibi & archidiacono suo vtendi Dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum suorũ infirmitate compulsus festinãter abscessit, vt nec ipse mœror incumbens diutius (vt dignum erat, & res desiderata poscebat) sineret permanere, & nos in multis implicitos, ecclesiasticę rationis consideratio nouum hoc inconsulte, & subito non permitteret indulgere; idcirco postulatæ rei prolongatus effectus est. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis nostræ serie, petita concedimus, atque te, & Archidiaconum tuum Dalmaticarum vsu decorandos esse concessimus, easdemque Dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente, transmisimus.

Ex con. Carthagi.4. c. 4. Ordo Romanus 91. collect.2. Poly.l.2.t.32. Ansel. l. 7. cap.52.&60. Iuo p.6. c.13. Pan.l.3.c.34.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. C. XI.

DIaconus dum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat; quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

5 *Quæritur autem, an post benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chrismatis liquore debeant perungi.*

De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho Archiepiscopo Biturucensi.

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in consecratione, chrismate manus perungere licet. C. XII.

Iuo part.6. cap. 121. Inno. PP. 1. epist.1. † *al. ordinationibus.*

PRæterea sciscitaris, vtrum solis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinantur, manus chrismatis liquore perungi. Quod in sancta hac Romana ecclesia, cui Deo auctore deseruimus, neutris agitur. Sed & quia sit a nouæ legis ministris actum nusquam (nisi nos fallat obliuio) legimus. Ergo ad B. Innocentii Papæ canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus, & quæ tibi sint in consecrationibus, & ordinibus † obseruanda, principia paginæ ad Decẽtium Eugubinum episcopum missæ te affatim edocebunt.

Ex con. Hispal. 2. c. 5. Burc.l.1. c.3. Iuo par. 5. c. 213. & 6. cap. 102.

PALEA C. XIII.

EX [a] epistola Simplicii Papæ Seuero, & Florẽtino episcopis directa. Ad cognitionem nostri examinis, Gabrenẽsis diaconi relatu, peruenit de quibusdam ipsius ecclesię clericis; quorum cum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarũ ministeriũ consecrarẽtur, episcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum suam super eos tantum posuisse,

fuisse, & presbyter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse; qui propter tantam præsumptionis audaciam poterat accusatus iudicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præuentus. Sed quia iā ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non potest, ij, qui supersunt, & ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ potius elogium acceperūt, ne sibi licentiā talis vltra vsurpatio faciat, decreuimus, vt a gradu sacerdotalis, vel leuitici ordinis, quem peruerse adepti sunt, depositi æquo iudicio abiiciantur. Tales enim merito iudicati sunt remouendi; quia praue inuenti sunt constituti.

a ¶ Ex epistola] *Hac palea in nullo manuscripto exemplari est inuenta. Burchardus, & Iuo ante hoc caput, quod incipit,* Ad cognitionem, *referunt aliud quoddam caput, quod incipit.* Relatio. *ex epistola Simplicij missa Equitio Florentio (siue Florentino) & Seuero episcopis. Quamobrem inde potest huc esse translatus titulus. Ceterum caput hoc a Burchardo citatur ex concilio Bragga, ab Iuone in quinta quidem parte c. 213. ex Carthaginensi: in sexta vero, c. 102. ex Hispalensi 2. c. 5. quo etiam loco extat. & sequens caput,* Quorumdam, *est quasi huius summa.*

Item quaeritur, an eorum ordinatio sit rata habenda, quibus episcopus oculorum languore detentus manus imponit, & presbyter super eos orationem dicit. In conci. Hispalē. 2. c. 5.

De his ista statutum est in concilio Toletano.

¶ Et ordinator, & ordinatus damnationis subeat pœnam, cum episcopus manum imponit, & alius orationem dicit. C. XIIII.

QVorumdam clericorum, dum vnus ad presbyterium, duo ad le- Ordo Ro-
uitarum ministerium sacrarentur, episcopus oculorum dolore man. pag. 91.
detentus, fertur manum suam super eos imposuisse tantum, & presby- Raba. de in-
ter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedis- stitut. cleri.
se. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusa- lib. 1. cap. 8.
ri non potest; ij, qui supersunt, gradum sacerdotii, vel leuitici ordinis, Isidor. lib. 2.
quem peruerse adepti sunt, amittant. offi. c. 10.
Poly. l. 2. t. 32.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 5. Ansl. 7. c. 59.

¶ Qualiter subdiaconus ordinetur. C. XV. Iuo p. 6. c. 14.

6 SVbdiaconus, cum ordinatur, quia manus impositionem non Pan. l. 3. c. 35.
accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam, & calicem †*al aquamanilis.*
vacuum: de manu vero archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua,
manile, & manutergium. Poly. ibid.

Item ex eodem concilio, c. 6. Ansl. 7. c. 58.

¶ Qualiter acolythus ordinetur. C. XVI.

ACOlythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat: sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria

Iuo p.6.c.15. Pan.l.5.c.35. mancipati: accipiat & vrceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

Item ex eodem, c.7.

¶ Qualiter exorcista ordinetur. C. XVII.

Poly.l.2.t.32. Ansl.7.c.57. Iuo par.6. c.16. Pannor. l.3. c.37. EXorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo [Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum.]

Item ex eod. concilio, c.8.

¶ Qualiter lector ordinetur. C. XVIII.

Poly.ibid. Ansl.l.7.c.55. Iuo par.6. cap.17. Pannor. l.3. cap.38. † al. lector. LEctor cum ordinatur, faciat de illo episcopus verbum ad plebē, indicans eius fidē, ac vitā atq; ingenium: post hæc spectāte plebe tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum [Accipe, & esto relator † verbi Dei; habiturus, si fideliter, & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministrauerint †.

Item ex eodem, c.9.

¶ Qualiter ostiarius ordinetur. C. XIX.

† bene administrauerunt] ordo Ro. Polyc. ibid. Ansl.l.7.c.54. OStiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conuersari; ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claues ecclesiæ de altario, dicens [Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.

Item ex eodem concilio, c.10.

¶ Qualiter psalmista ordinetur. C. XX.

Iuo part.6. c.18. Pan.l.3.c.39. Poly. ibid. Ansl.l.7.c.53. PSalmista, id est cantor, potest absque licentia episcopi, sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: [Vide, vt quod ore cantas, corde credas; & quod ore credis, operibus comprobes.]

Iuo p.6.c.19. Pann.l.3.c.40. *Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput desuper in modum sphæræ rasum esse debet.*

Vnde Anicetus Papa episcopis Galliæ.

Iuo p.6.c.46. ¶ Clerici comam nutrire prohibentur. C. XXI.

PRohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici iuxta Apostolum comam non nutriant; sed desuper caput in modum sphærę radant.

Item ex concilio Agathensi, c.20.

¶ De eodem. C. XXII.

Iuo concor. p.6.c.265. 378. CLerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono etiam si noluerint, inuiti detondeantur. Vestimenta etiam, vel calceamenta eis, nisi quæ religionem deceant, vti, aut habere non liceat.

Itē Gregor. II. in concilio Romæ habito in Basilica S. Petri, c.17.

¶ De eodem. C. XXIII.

Extra de vit. & ho. cle. ca. si quis. SI quis ex clericis relaxauerit comam, sit anathema.

Item ex concilio Carthaginensi 4.c.11.

¶ Qui-

¶ Quibus vestibus monialis sit induenda, cum consecratur.
C. XXIIII.

SAnctimonialis virgo, cum ad consecrationem suo † episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualib. semper vsura est, professioni, & sanctimoniæ aptis. Pol.l.4.c.35. Bur.l.8.c.23. Iuo p.7.c.43.

Vasa quoque sacrata, & vestimenta altaris mulieres Deo dedicata contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur. † al. sui.

Vnde Soter Papa omnibus episcopis Italiæ, epist. 2.

¶ Vestimenta altaris, & vasa sacrata mulieres tangere prohibentur. C. XXV.

SAcratas Deo fœminas, vel monachas sacra vasa, vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad Apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli recte sapientum dubium est. Quamobrem huius sanctæ sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare funditus, quantocitius poteritis, censemus. Et ne pestis hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi citissime mandamus. Poly. l.3.c.9. Ansel.l. 7. cap. 240. Burc. l. 3. c. 215. Iuo p.2.c.72. & p.3.c. 265.

Item ex concilio Laodicensi, c. 21.

¶ Sacrarium subdiaconis ingredi non licet. C. XXVI.

NOn oportet subdiaconos licentiam habere in sacrarium, siue secretarium (quod Græci diaconium appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica. Ans. l. 7. c. 90. Iuo par. 3. c. 105.

Item ex eodem, c. 22.

De eodem. C. XXVII.

MInistrum non oportet vti orariis; nec hostias [a] derelinquere. Ans.l.7.c.88.

a ¶ Hostias] *Vera lectio, quæ habetur etiam in aliquot manuscriptis, est* ostia. *sed ob glossam non est restituta.*

Item ex eodem, c. 23.

De eodem. C. XXVIII.

NOn oportet lectores aut psalmistas orariis vti, & sic legere aut psallere. Ans.l.7.c.83. Infra de cõse. dist.4.c. mulier.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 99. & 98.

¶ Mulier in conuentu viros docere non permittitur. C. XXIX. Bur.l.8.c. 83. Iuo p. 7. c. 101. & p.8.c. 324.

MVlier quamuis docta, & sancta, viros in conuentu docere non præsumat. Laicus autem præsentibus clericis (nisi ipsis rogantibus) docere non audeat. Ibid.c. 98.

Item ex concilio Agathensi, c. 66.

¶ Ministris non sacratis vasa Dominica contingere non licet. C. XXX.

Fere idē sup. ea. c. non oportet subdiaconos.

NOn oportet insacratos ministros licentiam habere in sacrarium (quod Græci diaconium appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

Item ex concilio Bracharensi 1. c. 28.

¶ Cuilibet ex lectoribus vasa sacra altaris portare non licet. C. XXXI.

Apud Matt. Brachar. inf. cap. Græc. synod. c. 41. & cap. 66.

NOn liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis, nisi iis, qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 41.

¶ De eodem, vt clerici comam non nutriant. C. XXXII.

Iuo par. 6. c. 377. Ibid. c. 66. Iuo par. 6. cap. 378. *Exod. 22.*

NOn liceat cuilibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario vasa Dominica. ¶ Nec oportet clericos comam nutrire, & ministrare: sed attonso capite patentibus auribus & secundum Aaron talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 13.

Infra 30. q. 5. ca. Sponsus. Bur. l. 9. c. 5. Iuo par. 8. c. 143.

¶ Qualiter sponsus & sponsa sint benedicendi. C. XXXIII.

SPonsus & sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis, vel a paranymphis offerantur, qui, cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

DISTINCTIO XIIII.

I ps *QValiter episcopus sit examinandus, & qualiter ipse simul cum reliquis infra ipsum constitutis sit ordinandus, breuiter monstratum est. Nunc autem videndum est de sacerdotibus, & reliquis, an sine examinatione sint promouendi. De his ita scribit Paulus ad Timotheum.* [*Manus nemini cito imposueris, & nihil sine præiudicio facias in alteram partem declinando.*]

Epist. 1. ca. 5. Paulo aliter. in originali.

Ex decretis Siluestri Papæ in synodo Romana. c. 9.

¶ De eodem. C. I.

Bur. l. 5. c. 34. Iuo p. 2. c. 43.

NVllus acolythorum vel subdiaconorum [a] rem consecratā a presbytero aliis porrigat (quia aliud minister, aliud assistens) nisi tantum supportet, quod ei sacerdos imposuerit suo ore benedictum.

a ¶ Vel subdiaconorum] *Verba hæc non sunt in synodo Romana sub Siluestro, sed habentur apud Burchardum, & Iuonem, & in iis Vaticanis Gratiani exemplaribus, in quibus est hoc caput. Nam in antiquioribus non est: sed post versiculum,* declinando, *sequitur continenter,* Nullus ordinetur.

Item

Item ex concilio Carthaginensi, 3. c. 22.

¶ Ante probationem nullus ordinetur clericus. C. II.

NVllus ordinetur clericus nisi † probatus fuerit, vel episcoporum examine, vel populi testimonio. Ans.l.7.c.89. *† non probatus vel*] ori.

Item Gelasius Papa Cælestino episcopo.

¶ Ad ministerium alicuius ecclesiæ, clerici eiusdem promoueantur. C. III.

PResbyteri, diaconi, & vniuersi clerici Stomensis † ciuitatis petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia beati martyris Eleutherii episcopi (quæ in supradicta ciuitatis parochia [a] probatur esse constructa) presbyterum, qui constitutus fuerat, defecisse: atque in eius locum Iulianum diaconum ipsius ecclesiæ pro celebritate ipsius loci quantocyus debere ordinari. Et ideo frater charissime, si de eius vita, vel moribus nihil est, quod contra canonum veniat statuta, supraseriptum presbyterii honore decorabis, sciturus, eum visitatoris te nomine, non Cardinalis creasse Pontificis. Pariter etiam & Felicissimum diaconum in eius ecclesiæ ministerio, si conuersatio eius patitur, subrogabis, vt locus processionis celeberrimus ad mysteriorum † consecrationem nec sacerdote indigeat, nec ministro. Ans.l.7.c.85. *al.* 89. 93. *† Storiensis*] Anselmus. *† al. ministeriorum.*

Item ex concilio Laodicensi, c. 12.

[a] ¶ Parochia] *In omnibus antiquis codicibus, tam impressis, quam manuscriptis, sic legitur: cuius vocis loco in recens impressis erat positum, paroecia. sed visum est antiquam lectionem esse retinendam: præsertim cum dictio hæc etiã Græce aptissimam habeat etymologiam.* Dist. 61. c. episcopum. & 63. ca. non licet.

¶ Metropolitanorum, & episcoporum examine promoueantur episcopi. C. IIII. Burc.l.1.c.9. Iuo p. 5.c.63.

EPiscopi iudicio metropolitanorũ, & eorum episcoporum, qui circumcirca sunt, prouehantur ad ecclesiasticam dignitatem †; ii videlicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, quam rectæ conuersationis exemplo. *† al. potestatem.*

2 *Cum itaque sine examinatione nullus sit ordinandus, quemadmodum, & quo tempore, sacerdotum, & ceterorum infra positorum examinatio debeat fieri, considerandum est.*

De his in concilio Nannetensi, c. 11. ita legitur.

¶ Qui ordinandi sunt, feria quarta ad examinationem conueniant. C. V. Burc.l.2.c.1.

QVando episcopus ordinationes facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad ciuitatem vnà cum archipresbyteris, Iuo p.6.c.21. Poly.l. 2. tit. 29.

qui eos repræsentare debent: & tunc episcopus a latere suo eligere debet sacerdotes, & alios prudentes viros gnaros diuinæ legis, & exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus: qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum, vbi educati sunt, si sint bene litterati, si instructi in lege Domini, diligenter inuestigent; ante omnia; si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a vero deuient, vt indignum, & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos, episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & ille, qui indigne accessit, ab altari remouebitur; & illi, qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic sabbato, qui probati inuenti sunt, episcopo repræsententur.

Alias autem, sine clericorum videlicet concilio, & populi testimonio nullum episcopus ordinare præsumat.

Vnde in concilio Carthaginensi 4. c. 22. legitur.

¶ Sine clericorum suorum concilio episcopus clericos non ordinet. C. VI.

† al. consilio. *† assensum, & conniuentiam] origi.*

EPiscopus sine concilio† clericorum suorum clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam †, & testimonium quærat.

3 *Quæritur, quid fieri debeat de his, qui sine examinatione prouecti sunt.*

De his ita legitur in concilio Martini Papæ.

¶ De iis, qui sine examinatione ordinantur, & postea peccata sua confitentur. C. VII.

Apud Martinũ Brachárensem c. 24. Facit ad hoc c. epist. 5. Zachariæ ad Bonifacium episcopũ, & 15. q. 8. Si quis presbyter.] Ansl. 8. c. 13.

SI quis presbyter, aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe, cum discuterentur criminosa peccata sua confessi[a] sunt, aut post ordinationem ab aliis detecti sunt, abiiciantur ex clero. Similiter vero & de vniuerso ordine clericorum seruetur. Nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, sancta catholica defendit ecclesia.

a ¶ Confessi sunt] *In originali est,* confessi non sunt, & post ordinationem, &c. *Verum in concilio Niceano, c. 9. vnde hoc caput videtur sumptum, habetur sine negatione, quemadmodum hic: & infra dist. 51. c. si quis sine.*

DISTINCTIO XXV.

1 ps *QVod nullus sine examinatione ordinandus sit, breuiter demonstratum est. Quid autem ad episcopum, quid ad vnumquemque inferiorem pertineat, Isidorus Hispalensis episcopus in epistola ad Ludifredum† scribit ita dicens.*

† al. Lantfredum.

¶ *Integra hæc epistola habetur in codice bibliotheca monasterij Dominicanorum.*

¶ Quod

¶ Quod episcopi,& ceterorum sit officium in ecclesia.

C. I.

PErlectis sanctitatis tuæ litteris, gauisus sum, quod optatam salutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, quæ in sequentibus insinuare eloquii tui sermo studuit, gratias ago Deo, quod solicitudinem officii pastoralis impendis, qualiterque ecclesiastica officia ordinentur, perquiris: & licet omnia prudentiæ tuæ sint cognita, tamen, quia affectu fraterno me consulis, ex parte, qua valeo, expediam: & de omnibus ecclesiæ gradibus, quid ad quemque pertineat, eloquar. Ad ostiarium namque pertinent claues ecclesiæ, vt claudat, & aperiat templum Dei, & omnia, quæ sunt intus, extraque custodiat: fideles recipiat, excommunicatos,& infideles excipiat †. ¶ Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos,& catechumenos in exorcizando imponere. ¶ Ad acolythum pertinet præparatio luminariorum in sacrario: ipse cereũ portat: ipse suggesta † pro Eucharistia, calices subdiaconis pręparat. ¶ Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes †, sacrificium, responsoria, & quidquid pertinet ad canendi peritiã ¶ Ad lectorem pertinet lectiones pronunciare, & ea quæ prophetæ vaticinarunt, populis prædicare. ¶ Ad subdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & leuitis tradere, eisque ministrare; vrceolum quoque, & aquam †, manile, & manutergium tenere; episcopoque, & presbytero, & leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere. ¶ Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi; in baptismo scilicet, in chrismate, & patena,& calice: oblationes quoque inferre,& disponere in altario: componere etiam mensam Domini, atq; vestire, crucem ferre, & prædicare Euangelium, & Apostolum. Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconis nouũ prædicare præceptum est: ad ipsum quoq; pertinet officium precum, & recitatio nominum: ipse pręmonet aures haberi ad Deum: ipse hortatur clare: ipse donat pacem, & ipse annunciat. Ad presbyterum pertinet sacramentum † corporis & sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. ¶ Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, vnctio altaris, & confectio chrismatis. Ipse prædicta officia, & ordines ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit: & dum præcessit vnusquisq; in singulis; ipse tamen est præordinator in cunctis. ¶ Hi sunt ordines, & ministeria clericorum; quæ tamen auctoritate Pontificali in archidiaconi cura, & primicerii, ac thesaurarii solicitudine diuidunt. ¶ Archidiaconus .n. imperat subdiaconis, & leuitis: ad quẽ ista ministeria pertinent, ordinatio vestiendi alta-

Bur. l. 3. c. 50. Iuo p. 6. c. 20 Pan. l. 3. c. 41.

† *al. eÿciat,*

† *al. vasa sug gesta.*

† *laudis sacrificiũ*] ori.

† *aquamanile*] origin.

† *al. sacrificium.*

ris a leuitis, cura incensi, & sacrificii necessaria solicitudo; quis leuitarum Epistolam, & Euangelium legat, quis preces dicat, seu responsoria † in dominicis diebus, aut solennitatibus † decantet. Solicitudo quoque parochiarum [b], † & ordinatio, & iurgia ad eius pertinent curam: pro reparandis diœcesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti: ipse inquirit parochias † cum iussione episcopi, & ornamenta, vel res basilicarum parochiarum; † gesta libertatum † ecclesiasticarum episcopo idem refert: collectam pecuniam de communione ipse accipit, & episcopo defert, & clericis proprias partes idem distribuit. ¶ Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum: ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiuniorum dies, atque solennitatum, & ab ipso publice in ecclesia prædicatur: quando vero archidiaconus absens est, vicem eius diaconus sequens adimplet. ¶ Archipresbyter vero se esse sub archidiacono, eiusque præceptis, sicut episcopi sui, sciat obedire: & (quod specialiter ad eius ministerium pertinet) supra omnes presbyteros in ordine positos curam agere, & assidue in ecclesia stare, & quando episcopi sui absentia cōtigerit, ipse vice eius Missarum solennia celebret, & collectas dicat, vel cui iniunxerit. ¶ Ad primicerium pertinent acolythi, exorcistæ, psalmistæ, atque lectores: signum quoque dandum pro officio clericorum, pro vitæ honestate, & officii meditandi, & peragendi solicite lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, & responsoria quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque, & modus psallendi † in choro pro solennitate temporum ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium est pro reparatione basilicarum, quæ sunt in vrbe, ipse denuntiat sacerdoti: epistolas episcopi pro diebus ieiuniorum parochitanis † per ostiarios ipse dirigat: clericos, [e] quos delinquere cognoscit, ipse distringat; quos vero emendare nō valet, eorum excessus ad agnitionem episcopi deferat: basilicanos † ipse constituat, & matriculam † ipse disponat. Quando autem primicerius absens est: ea, quæ prædicta sunt, ipse exequitat, qui ei aut lege † proximus est, aut eruditione [f]. ¶ Ad thesaurarium pertinet basilicarum, & ostiarii ordinatio, † incensi præparatio, cura chrismatis conficiendi, cura baptisterii ordinandi, præparatio luminariorum in sacrario, & in sacrificiis. †

† *al. responsorium.*
† *Solennitatem*] orig. & Pano. *Solennitatum.*] Burch. & Iuo.
† *Parochitanorum*] orig.
† *Parochiā.*
† *Parochitanorum.* orig.
† *al. & libertatum.*
† *al. canendi.*
† *al. parochianis.*
† *al. basilicarios.*
† *al. matriculas*] orig. & manuscri.
† *loco*] or.
† *reparatio*] orig.
† *præparatio sacrificij*] orig.

a ¶ Clamare] *In epistola B. Isidori, & apud Iuonem legitur:* ipse hortatur orare, ipse clamat, & pacem ipse annuntiat.
b ¶ Parochiarum] *In epistola legitur*, parochitanorum. *quemadmodum & paulo inferius: & vox ista frequens est in antiquis exemplaribus conciliorum Toletanorum.*
c ¶ Prædicatur] *Sic emendatum est ex manuscripto Grat. & originali. Antea legebatur*, prædicantur.
d ¶ Archipresbyter] *Hinc vsque ad versic.* Ad primicerium, *non sunt ipsa in epistola Isidori, neque in Pannormia, neque apud Burch. & extra cap. 1. de offi. archipresb. citatur ex concilio Toletano.*

e ¶ Cle-

e ¶ Clericos] *In primo Vaticano est*, clericos vrbis, *& post verbum*, deferat, *additur*, ceteri enim qui sunt extra vrbem, ad archidiaconi curam pertinent, *quemadmodum & in nonnullis alijs exemplaribus.*

f ¶ Eruditione] *In originali est*, eruditione his explendis certus.

Ex hac epistola liquet, quid cuiusque officij sit. ¶ *Est etiam alia distinctio episcoporum, presbyterorum, diaconorum, quam fecit Clemens in epistola sua tertia ita dicens.*

¶ Quid ab episcopis, quid a presbyteris, quid a diaconis audire oportet. C. II.

AVdire episcopum attentius oportet: & ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita autem vitæ a presbyteris inquirere, a diaconis vero ordinem disciplinæ. Ansl.7.c. 76.al.81.

Sacerdos quoq; vtrumq; humerũ orario ambit: diaconus vero sinistrum tantum, vt ad ministerium expeditius discurrat.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 39.

¶ Quare leuita vnum tantum humerum orario ambit. C. III.

VNum orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero propter quod orat, id est prędicat: dexterã autem partẽ oportet habere liberam, vt expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat. Ansl.7.c. 80.al.86.

3 *Nunc autem per singulos gradus ordine recurrentes; qui ex quib. ordinibus in quem gradum conscendere possint; qui post lapsum valeant reparari, vel qui nõ. quibus culpis a proprio gradu mereãtur deijci; quo accusante, quibus testificantib. possint cõuinci; cuius sententia sint absoluendi, vel condemnãdi, breuiter cõsideremus. Ac primũ a Pontificali gradu incipiẽtes, qualem oporteat eũ esse, qui in episcopum est ordinandus, diligenter inuestigemus, Apostoli regulã secuti, quam in huiusmodi re Timotheo & Tito scribit dicẽs [oportet episcopum irreprehensibilem esse.] id est nõ obnoxiũ reprehensioni. Hoc ad Timotheũ. Ad Titũ autẽ [Oportet Episcopũ sine crimine esse.] quod (vt Hieronymus scribit ad Oceanũ) idem est. Nomine autẽ criminis quodlibet peccatũ intelligitur: vnde in eadem epistola Hieronymus dicit [Res[a] contra naturã pene est, vt sine peccato aliquis sit: sed talis eligatur, cuius comparatione ceteri grex dicãtur.] In epistola vero ad Titũ, crimẽ vocatur criminale peccatũ, vel criminalis infamia: vnde ibi[b] legitur [crimen est querela, id est peccatum accusatione & damnatione dignũ.] Quod autẽ sine criminatione iubetur esse, qui in episcopum eligitur; non ante baptisma, sed post baptismũ intelligendũ est: vt a tẽpore videlicet baptismatis nullius criminis conscientia mentẽ eius remordeat[c]. ¶ Criminis aũt appellatio alias late patet, cõplectens omne peccatũ, quod ex deliberatione procedit. Vnde Beda[d] super epistolam Iacobi [Peccata, quæ ex ignorantia, vel infirmitate humana cõmittuntur, dicit, & præcipit alterutrũ confiteri: quia facile dimittũtur: quæcumq; vero fiunt ex deliberatione, non, nisi per pœnitentiã. ¶ Hinc etiã Augustinus ait [Nullũ peccatũ[e] est*

1.Tim 3. Ex glossa interlineari ad eum locum. cap.1. Epist. 83. & infra ea. c. primum. & in glos. ordinaria ad locum epist. ad Timotheum. In gloss. interlineari. inf. dist 81. c. Apostolus. 1. ead. c. 1. Iacob. vlt.

adeo veniale, quod non fiat criminale, dũ placet.]¶ Alias aũt ea demũ significat, quæ semel cõmissa ad damnationẽ sufficiunt. Multa.n. ex deliberatione procedunt: quæ nisi sæpius iterata, & in consuetudinẽ fuerint deducta, quãuis grauent post mortẽ, nõ tamen æternaliter perdunt: quia & si quadã ratione crimina appellentur, tamen
Sermone mortifera, & capitalia non sunt. Vnde Augustinus in homilia de i-
41.de sanctis, siue 4. gne purgatorij exponẽs verba Apostoli[Si quis super hoc fundamentũ ædificauerit ligna, fœnũ, & stipulã, &c.] [Multi sunt, qui lectio-
de animab. nẽ istã male intelligentes, falsa securitate decipiuntur: dũ credunt,
defunctorũ. quod si supra fundamẽtum Christi capitalia crimina ædificẽt; pec-
I. Cor. 3. cata ipsa per ignẽ trãsitorium possint purgari; & ipsi postea ad vitã perpetuã peruenire. Intellectus iste, fratres carissimi, corrigẽdus est:
Ibid. quia ipsi se seducunt, qui taliter sibi blandiuntur. Illo.n. transitorio igne, de quo dicit Apostolus[Ipse aũt saluus erit, sic tamẽ quasi per i-
Hic omittuntur aliquot B. Aug. verba. gnẽ] nõ capitalia sed minuta peccata purgantur: de quibus, & si non omnia, vel aliqua cõmemoranda sunt; ne aliquis se inaniter excusare conetur; & dicat se nescire, quæ sunt minuta peccata, vel quæ crimina capitalia. Et quãuis Apostolus capitalia plura cõmemora-
† Vox ista abest ab orig. uerit; nos tamẽ, ne desperationẽ facere videamur, breuiter dicimus, quæ sunt illa, sacrilegiũ, homicidiũ, adulteriũ, fornicatio, † falsum testimoniũ, furtũ, rapina, superbia, inuidia, auaritia, & si longo tẽpore teneatur, iracũdia, & ebrietas, si assidua sit, in eorum numerũ
† aliqua] cõputantur. Quicumq;.n. aliquod † de istis peccatis in se dominari co-
origin. gnouerit, nisi digne se emẽdauerit, & si habuerit spatiũ, longo tẽpore pœnitẽtiã egerit, & largas eleemosynas erogauerit & a peccatis ipsis abstinuerit; illo trãsitorio igne, de quo ait Apostolus, purgari nõ poterit: sed æterna illũ flamma sine vllo remedio cruciabit. Quæ aũt sint minuta peccata, licet omnib. nota sint; tamẽ quia longũ est, vt omnia replicẽtur, opus est vt ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit, quã necesse sit, ad minuta peccata nouerit pertinere: quoties plus loquitur, quã oportet, aut plus tacet, quã expedit: quoties pauperes importune petẽtes exasperat: quoties cũ sit sanus corpore, alijs ieiunantib. prandere voluerit, aut somno deditus tardius ad ecclesiã surgit: quoties, excepto desiderio filiorũ, vxorẽ suam cognouerit: quoties in carcere clausos, aut in vinculis positos tardius requisierit: quoties infirmos tardius visitauerit: si discordes ad cõcordiã reuocare neglexerit: si plus aut proximũ, aut vxorẽ, aut filium, aut seruũ exasperauerit, quã oportet: si amplius fuerit blãditus, quam expedit: si cuicumq; maiori personæ, aut ex voluntate, aut ex
† Cibum nõ dederit, aut nimium] orig. necessitate adulari voluerit: si pauperib. esurientibus, nimium † deliciosa, vel sumptuosa conuiuia sibi præparauerit: si se in ecclesia, aut extra ecclesiam fabulis otiosis (de quibus in die iudicij ratio reddenda est) occupauerit: si dum incaute iuramus, & cum hoc per aliquã necessitatem implere non poterimus, vtiq; periuramus, & cũ omni

faci-

facilitate, vel temeritate maledicimus, cum scriptum sit [Neq; maledici regnum Dei possidebunt.] 1. Cor. 6.

a ¶ Res contra] *Sic fere in glossa ordinaria ad vocem illam* irreprehensibilem. *& est epitome quedam verborum B. Hieronymi in epistola ad Oceanu. explanantis locum Apostoli ad Timotheum, & ad Titum.*

b ¶ Vnde ibi] *Id est non apud B. Paulum, sed in glossa ordinaria ad locum B. Pauli. Sumpta autem sententia est ex B. Augustino ex tractatu 41. ad c. 8. Ioannis. eiusq; verba habentur & apud Bedam ad eundem B. Pauli locum, & infra dist. 81. c. Apostolus, primo.*

c ¶ Remordeat] *Sequebatur in vulgatis:* vnde Hieronymus scribit in eadem epistola ad Titum: *quæ verba sunt inducta, quoniam in nullo manuscripto sunt inuenta: habentur autem infra ead. ante c. primum.*

d ¶ Vnde Beda] *In commentariis ipsius ad c. 5. epistolæ Iacobi ad illa verba:* confitemini alterutrum *sic legitur:* in hac autem sententia, illa debet esse discretio, vt quotidiana leuiaque peccata alterutrum, coæqualibus confiteantur: eorumque quotidiana credamus oratione saluari: porro grauioris lepræ immunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus, atque ad eius arbitrium, qualiter & quanto tempore iusserit, purificari curemus.

e ¶ Nullum peccatum] *In glossa ordinaria in cap. xi. 1. Corinth. ad ea verba:* reus erit corporis & sanguinis Domini, *citatur hæc sententia ex B. August. homil. 24. in Ioannem in hæc verba.* Nullum peccatum veniale est, dum placet, quantumcumque paruum: sicut mortale, si vere displicet, nullum iudicatur.

Item Gregorius dialog. lib. 4. c. 39.

¶ Quæ sunt venialia peccata, quæ post hanc vitam purgantur. C. IIII.

QValis hinc quisque egreditur talis in iudicio præsentatur: sed tamen de quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, pro eo, quod veritas dicit [Quia si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit; neque in hoc sæculo remittitur ei, neque in futuro.] In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam cõceditur. Sed tamen, vt prædixi, hoc de paruis, minimisque peccatis fieri posse credendum est; sicut est assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatũ curæ familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt; aut in non grauibus rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac vita positis minime fuerint relaxata. Matt. 12.

[*Item Augustinus in libro de vera & falsa pœnitentia, c. 18.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V. Infra de pœnit. dist. 7. c. vlt. §. fin.

QVi in aliud sæculum distulit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic autem ignis, & si æternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam, quam vmquam aliquis passus est in hac vita, vel pati [a] potest.

a ¶ Vel pati potest] *Hæc verba non sunt in originali, neq; infra de pœnit. distinct. 7. c. vlt. §. fin. vbi hoc idem recitatur.*

Alias autem ea tantum delicta significat, quorum est perpetua infamia.

In commentariis ad c. I. *Vnde Hieronymus scribit in eadem epistola ad Titum, c. I.*

¶ A die baptismi sine crimine debet inueniri, qui in episcopum est ordinandus. C. VI.

† *si* orig. PRimum itaque sine crimine iubetur esse † episcopus, quod puto alio verbo ad Timotheũ, irreprehensibilem nominatũ; non quod eo tantũ tempore, quo ordinandus est sine vllo sit crimine, & præteritas maculas noua conuersatione diluerit: sed quod ex eo tempore, quo in

1. *Cor.* 5. Christum renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur. Quomodo enim potest præses ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit? aut qua libertate corripere peccantẽ potest cum tacitus sibi ipse respondeat, eadem admisisse, quæ corripit.

Ecce, qui ordinandus est in episcopum, non solum tempore suæ ordinationis, sed etiam omni tempore post baptisma a crimine immunis esse debet.

DISTINCTIO XXVI.

1. *Tim.* 3. & *Ti.* 1. Beda, & Gl. ord. 1. Tim. 3. ad hæc verba. † Gloss. non habet. † In glos. ordinaria in c. 1. epistolæ ad Titum, sumpta tamen senten tia ex B. August. in lib. de bono cõiugali, c. 18. 28. q. 3. c. acutius. Iuo par. 8. cap. 294. Pan. l. 6. c. 66. Ans. l. 9. c. 59. Poly. l. 2. t. 31. 1. *Cor.* 7.

I ps SEquitur in vtraque epistola [vnius vxoris virum] post baptisma videlicet, non ante baptismum.

Vnde Hieronymus [a] scribit ad Oceanum, epistola 83.

¶ Post baptismum debet esse monogamus, qui in episcopum est ordinandus. C. I.

VNius vxoris virum, id est, monogamum post baptismum. Si enim & ante coniugem habuit, quę obierit; non ei imputatur, cui prorsus nouo homini † nec stupra, nec alia, quę ante fuerũt, iã obsunt.

a ¶ Hieronymus] *Sententia quidem huius, & sequentis capitis, sunt Patrum, qui citantur, id est, Hieronymi, & Augustini: verba tamen ipsa potius videntur sumpta ex collectaneis Bedæ, & ex glossa ordinaria, huius quidem capitis in primam ad Timo. cap. 3. sequentis vero in epistolam ad Titum, cap. 1.*

Augustinus vero contra testatur scribens † in epist. ad Titum.

¶ Qui ante baptismum habuer t vnam, & post baptismum aliam, ordinandus non est. C. II.

ACutius intelligunt, qui nec eum, qui catechumenus, vel paganus habuit alteram, ordinandum censuerunt: quia de sacramento agitur, non de peccato [b]. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur: & qui dixit [Si nupserit virgo non peccat.] satis declarauit nuptias non esse peccatum. Propter sanctitatem autem sacramenti, sicut femina, si catechumena vitiata est, non potest post baptismum inter Dei virgines consecrari: ita non absurde visum est bigamum non peccasse, sed normam sacramenti amisisse, non ad vitæ meritum, sed ad ordina-

ordinationis ecclesiasticæ signaculum necessariam. Et sicut plures antiquorum patrum vxores, significauerunt futuras ex omnibus gentibus ecclesias, vni vero subditas, id est Christo: ita noster antistes, id est, episcopus vnius vxoris vir significat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro Christo subditam.

2 ¶ Itaque sicut duobus dominis seruire, sic ab vno Deo apostatare, & in alterius superstitionem ire, non licet. *Matt. 6.*

b ¶ De peccato] *Sequebatur.* propter sanctitatem sacramenti, sicut si femina, &c. *Restitutus est totus hic locus ex glossa ordinaria. Nam apud B. Augustinum, & reliquos collectores copiosior etiam est.*

Item Innocentius Ruffo, & Eusebio, & ceteris episcopis Macedo. epistola 22. cap. 2.

¶ Bigamus probatur, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram. C. III.

DEinde ponitur non dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuerit, atque amiserit vxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quæ nouo homini copulata sit; quia illud coniugium per † baptismi sacramentum cum cæteris criminibus sit ablutum †. Quod cum de vna vtique dicitur, certe, si tres habuerit in vetere positus homine vxores, [b] erit ei, quæ post baptismum quarta est; sic interpretantibus prima, & virginis æque nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud non videat contra Apostoli esse præceptum, qui ait, vnius vxoris virum oportere fieri sacerdotem? Sed obiicitur, quod in baptismo totum, quidquid in vetere homine gestum est, sit solutum. Dicite mihi (cum pace vestra loquor) crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa, quæ secundum Domini † præcepta, ac Dei instituta complentur? Vxorem ducere crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (præfata venia dixerim) erit auctor in culpa: qui, vt crimina committerentur, in paradiso præcepit: [c] cum ipse eos benedixit. Si vero non est crimen, quia quod Deus instituit, † nefas sit crimē appellari, & Salomon addidit [Etenim a Deo præparatur viro vxor,] quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatum? Quid de talium filiis percensetur? Numquid non erunt admittendi in hæreditatis consortio, † quia ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit vxor, eruntque appellandi vel naturales, vel spurii: quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (vt vobis videtur) quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur a Iudæis, si liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri nō debere, addidit [Quod ergo Deus iunxit, homo non separet.] Ac ne de his locutus esse credatur, qui [d] post baptismum sortiuntur; meminerint hoc & a Iudæis in-

Bur. l. 4. c. 98. Iuo p. 1. c. 292. & p. 8. c. 303. Poly. l. 6. t. 4. † *post*] orig. † *al. ablatū.* 1. *Tim.* 3. *ad Tit. c.* 1. *Gen.* 1. † *legū*] orig. † *iunxit*] orig. *Prouerb.* 19. 28. q. 1. Nūquid. † *al. consortium.* *Matt.* 19.

terrogatum & Iudæis esse responsum. ¶ Quæro, & solicitus quæro, si vna eademque sit vxor eius, qui ante catechumenus, postea fit fidelis, filiosque ex ea, cum esset catechumenus, susceperit; ac postea alios cum fidelis: vtrum sint appellandi fratres, an non habeant postea, defuncto patre, erciscundæ hereditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire atque iudicare absurdum est, quæ (malum) ratio est, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quã aliqua auctoritate roborari? cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit? Numquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quæro, si hæc, cũ fuerit factus fidelis, amittit; quia per baptismum totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus, atque eleemosynis vacantem, angelum audientem per reuelationem, ipsumque [e] Petrum videntem; numquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptismus videtur esse concessus? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid bene gestum fuerit, & secundũ præcepta legalia custoditum, non potest faciẽtibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum: & quod peccatum non est, solui inter peccata, credi omnino non debet: eritque integrum æstimare aboleri non posse prioris nomen vxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quod † ex Dei sit voluntate completum.

Actor. 10.

† *al. quia.*

a ¶ Bigamus] *Rubrica huius capitis, & sequentis, quæ in codicibus impressis erant transposita, in suum locum ex aliquot manuscriptis sunt restitutæ.*
b Homine vxores] *Sic in omnibus manuscriptis, & apud Burchardum, & Iuonem par. 1. cap. 292. quamuis in originali, & apud eumdem Iuonem par. 8. cap. 303. paulo aliter, & obscurius legatur.*
c ¶ Præcepit] *In originali, & apud ceteros collect. legitur*, in paradiso, cum ipse eos iungeret, benedixit.
d ¶ Qui post baptismum] *Apud Burchardum, & Iuonem in prima parte legitur:* quæ post baptismum sortiuntur. *Sed in originali, & apud Iuonem, par. 8. & in Pannormia, & infra 28. q. 1. c. numquid. hoc modo:* qui post baptismum vxores sortiuntur. *Verum ob glossam nihil est mutatum.*
e ¶ Ipsumque Petrum] *Apud Innocentium in codice canonum, & Burchardum est:* atque eleemosynis reuelationem, Petrumque ipsum vidisse. *Apud ipsum Innocentium in tomis conciliorum:* per reuelationẽ angelum, Petrumque ipsum vidisse. *apud Iuonem:* Petrum ipsum reuelatione vidisse.

Item Ambrosius lib. 1. de officijs, c. vlt.

¶ In baptismate culpa dimittitur, non lex coniugii aboletur. C. IIII.

Iuo par. 8. c. 293. Pan. l. 6. c. 64.

VNa tantum, nec repetita nobis copula permittitur, & in ipso coniugio lex est non iterare coniugium, nec secundæ coniugis sortiri

sortiri coniunctionem. Quod plerisq; mirum videtur, cur etiam ante baptismum iterata [a] coniugia electioni muneris, & prærogatiuæ ordinationis impedimenta generent, cum etiam delicta obesse non soleant, si lauacri remissa fuerint sacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In coniugio non culpa, sed lex est. Quod culpæ est igitur, in baptismo relaxatur: quod legis est, in coniugio non soluitur. Quomodo autē potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit?

a ¶ Iterata] *Apud B. Ambrosium locus hic varie legitur. Nam in antiquis impressionibus habetur*, iterato coniugio. *in recentioribus vero*, iterati coniugii. *itemque in Pannormia. & apud Iuonem. In his tamen, quæ sequuntur, concordat, sic legendo*, ad electionem muneris, & prærogatiuam ordinationis impedimenta generentur.

Ioannes etiam Baptista dum Herodem ab incestu prohiberet dicens: [*Non licet tibi habere vxorem fratris tui*;] *euidenter ostendit inter infideles coniugia esse. Vnde datur intelligi, quod bigami dicuntur non solum, qui post baptisma coniugia frequentant, sed etiam, qui ante baptismum vnam, & post baptismum alteram habuisse probantur. Bigamus vero in sacerdotem ordinari non debet. non quia deliquerit secundam accipiēdo vxorem: sed quia prærogatiua exuitur est sacerdotis.* *Matt.* 14.

Vnde Ambrosius ad Vercellenses, lib. 10. *epist.* 82. *ait*

† Non peccat bigamus, sed prærogatiua sacerdotis exuitur. C. V.

QVi sine crimine est vnius vxoris vir, tenetur † ad legem sacerdotii suscipiendi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogatiua exuitur sacerdotis. Iuo par. 8. cap. 290. Pan. l. 6. c. 63. † al. teneatur.

DISTINCTIO XXVII.

1 ps QVod autem vnius vxoris vir episcopus esse iubetur; quæritur, an de tempore ordinationis hoc sit accipiēdum, vt tempore suæ administrationis, eius possit copula fungi, quam vnicam, & virginem sibi desponsauit.

Hoc Martinus Papa prohibet, dicens. Apud Martinum Bracharensem, c. 39.

¶ Non ordinetur diaconus, nisi castitatem fuerit professus. C. I.

DIaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & post ea matrimonium desiderauerit, alienus sit a ministerio, & vacet a clero. Dist. 28. diaconi. Iuo p. 6. c. 379. Pan. l. 3. c. 97.

Hac auctoritate datur intelligi, quod illi, qui vxores habent, vel accipere volunt, nec diaconi, nec sacerdotes fieri possunt, nisi cõtinentiam profiteantur. ¶ Si vero diaconus a ministerio cessare voluerit; & contracto matrimonio licite potest vti. Nam etsi in ordinatione sua castitatis votũ obtulerit; tamen tanta est vis in sacramẽto coniugij, quod nec ex violatione voti potest dissolui ipsum coniugium.

Vnde Augustinus[a] in libro de bono viduitatis, ad Iulianam viduam, cap. 10.

¶ Nubentes post votum non sunt abinuicem separandi. C. II.

Infra 27. q. 1. c. nuptiarum, §. proinde.

2 QVidam nubentes post votum asserunt adulteros esse. Ego autem dico, quod grauiter peccant, qui tales diuidunt.

a ¶ Augustinus] *Verba propria huius capitis non sunt inuẽta apud B. Augustinum. Sententia tamen habetur in libello de bono viduitatis. Omnino autem intelligendum hoc est de voto simplici, vt Gratianus in fine huius distinctionis exponit.*

Item Theodorus in pœnitentiali.

Ibid. c. si quis votum.

Infra 17. q. 1. c. vouentibus.

¶ De eodem. C. III.

SI vir simplex[b] votum virginitatis habens adiungitur vxori, postea non dimittat vxorem, sed tribus annis pœniteat.

Sent. 4. dist. 38.

b ¶ Simplex] *Abest vox ista ab omnibus manuscriptis, & infra 27. q. 1. c. si quis votum. etiam ab impressis. In aliquot tamen peruetustis est glossa interlinearis.*

Hieronymus[c] vero econtra scribit.

Iuo par. 7. c. 124.

Pann. l. 3. cap. 192.

¶ Damnabile est vouentibus virginitatem, velle nubere. C. IIII.

1. Cor. 7.

VOuentibus virginitatem, non solum nubere, sed etiam velle damnabile est.

† *peccauit*] Hier.

c ¶ Hieronymus] *Gratianus hic, & infra 17. q. 1. c. vouentibus. & Magister sententiarum hoc tribuunt Hieronymo, apud quem non est inuentum. In glossa ordinaria 1. Tim. 5. ad ea verba*, habentes damnationem, *refertur ex B. Augustino, cuius propria verba habentur infra in c. nuptiarum. 27. q. 1. post principium.*

† *al. quæ se semel.*

Idem contra Iouinianum, lib. 1.

1. *Tim.* 5.

¶ Damnationem habebit, si nupserit, quæ virginitatem vouit. C. V.

† Valde variant hæc nomina in exemplaribus, & Burc. & Iuone.

SI nupserit virgo, non peccat †, non illa virgo, quæ semet † Dei cultui dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem quia primam fidem irritam fecit.

Itẽ Nicolaus Papa ad Albinũ † Vienen. ecclesiæ archiepiscopum.

Burch. l. 8. cap. 47.

¶ Quæ sanctimonialem se esse finxerat, nubere non valet. C. VI.

Iuo p. 7. c. 65. 152.

Pann. l. 3. c. 205.

QVod interrogasti de femina, quæ post obitum mariti sui sacrum velamen super caput suum imposuit, & finxit se sub eodem velamine sanctimonialem esse; postea vero ad nuptias redijt, bonũ mihi

videtur;

videtur; quia per hypocrysim ecclesiasticam regulam conturbare voluit, & non legitime in voto suo permansit; vt pœnitentiam agat de illusione nefanda, & reuertatur ad id, quod spopondit, & in sacro ministerio † permaneat, quod inchoauit. *† al. ministerio inchoauit.*

PALEA C. VII.

NAm si consenserimus, quod omnia sacramenta ecclesiastica quisque, prout vult, fingat, & non vere faciat; omnis ordo ecclesiasticus turbabitur; nec catholicæ fidei iura cōsistunt, nec canones sacri rite obseruantur. Quid enim profuit Simoni mago baptismum sacrum ficte suscipere, & in Christianitate permansurum se finxisse, cum per Apostolum fraude eius detecta quod sibi futurum esset, pronunciatum fuit? Ait enim [Pecunia tua tecū sit in perditionem: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitētiam itaque age ab hac nequitia tua; & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui; in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.] Ideo tales, nisi resipiscant, spirituali gladio percutere censemus. Non enim fas est spiritui sancto mētiri, sicut Ananias, & Saphira mentiti sunt, & statim perierunt.

Burch. & Iuo ibidem. Pannor. l. 3. cap. 206. *Act. 8.* *Actor. 5.*

¶ *Caput hoc in multis Gratiani codicibus, (in quibus habetur sine nomine Palea) est coniunctum superiori, quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia autem est seiunctum.*

Item Calixtus Papa II.

¶ In sacris ordinibus constituti non ducant vxores; & si duxerint, separentur. C. VIII.

PResbyteris, diaconis, subdiaconis, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus: contracta quoq; matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad pœnitentiam redigi debere, iuxta sacrorum canonum diffinitiones, iudicamus.

¶ *Hic canon inuentus est in codice Vatica. Bibliothe. in fragmento cuiusdam concilij ab Vrbano secundo habiti, cap. 2. ex eodem vero concilio sunt canones, Alienationes. 12. q. 2. & Paternarum. 24. q. 3.*

Hic distinguendum est, quod vouentium alij sunt simpliciter vouentes, de quibus Augustinus, & Theodorus locuti sunt: alij sunt, quibus post votum, benedictio accedit consecrationis, vel propositum religionis, de quibus Hieronymus, & Nicolaus, & Calixtus scripserunt.

Vnde idem Hieronymus contra eumdem Iouinianum libro primo scribens ait.

¶ Incestę sunt virgines, quæ post consecrationem nubunt. C. IX.

VIrgines, quæ post consecrationem nupserunt, non tam adulterę sunt, quam incestæ.

DISTINCTIO XXVIII.

1 *ECce ostensum est, quod nolentes vouere continentiam, nec ad*
ps *subdiaconatum, nec ad superiores possunt gradus cõscendere. Vnde ad subdiaconatũ accedentes, non sine voto castitatis iubentur admitti, auctoritate B. Gregorij, qui scribens Petro subdiacono, lib. 1. epistola 42. in fine ait.*

¶ Non fiat subdiaconus, qui se caste victurum non promiserit. C. I.

Infra dist. 31. c. ante triennium.

NVllum facere subdiaconum præsumant episcopi, nisi qui se victurum caste promiserit. *& nonnullis intersectis.* Quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

Item Innocentius secundus in concilio Roma. c. 5.

¶ Subdiaconus, & supra constituti, incontinẽtes, vxorem, aut concubinã ducentes, ecclesiastico beneficio & officio careant. C. II.

Pannor. l. 8. cap. 142. † *diaconatus.*] Pann.

DEcernimus, vt ii, qui in ordine subdiaconatus † & supra, vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi templum, vasa Domini, & sacrarium spiritus sancti debeant esse, & dici; indignum est eos cubilibus, & immunditiis deseruire.

Item ex concilio Toletano 4. c. 26.

¶ Caste se victuros promittant, in diaconos, vel presbyteros ordinandi. C. III.

Burch. l. 2. c. 157. Ansf. l. 7. cap. 106. Iuo p. 3 c. 130 & p. 6. c. 248. Pan. l. 3. c. 22. † *al. pie.* † *disciplina retineat.*] cod. Regius.

2 QVando presbyteri, aut diaconi per parochias constituuntur; oportet eos primum professionem episcopo suo facere, vt caste, & pure † viuant sub Dei timore, vt dum eos talis professio obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam † retineant.

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuib. Neapolitanis, l. 8. ep. 40.

¶ Qui longam corporis sui continentiam non habet, in episcopum eligi non debet. C. IIII.

Ansf. l. 6. c. 9. al. 16. Poly. l. 2. ti. 2. † *al. recurrerent.*] *al. discurrissent.*

3 PRiusquam ad nos scripta vestra discurrerent †, Ioannem diaconum, qui ab altera parte electus est, paruulam habere filiam ex quorumdam relatione cognouimus. Vnde, si rationem voluissent attendere; nec alii eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam qua præsumptione ad episcopatũ audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola [a] teste conuincitur non habere?

a ¶ Filiola [*Sic emendatum est ex originali, Anselmo, & Polycarpo, cum antea legeretur,* filia. *Superius etiam dixerat,* paruulam filiam. *quibus vocibus recens incontinentia manifeste exprimitur.*

Item ex concilio Toletano 2. c. 1.

¶ Ad

¶ Ad subdiaconatum accessuri continentiam profiteantur. C. V.

4 DE iis, quos voluntas parentum a primis infantiæ annis clericatus [b] officio mancipauit, statuimus obseruandum, vt mox detonsi, vel ministerio [c] lectorum traditi, in domo ecclesiæ sub episcopali præsentia a præposito sibi debeant erudiri. At vbi octauum decimum ætatis suæ compleuerint annum, corā totius cleri, plebisq; conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis Deo inspirāte placuerit & promissionem † castimoniæ suæ absque coniugali necessitate spoponderint seruaturos; hi tamquam appetitores arctissimæ viæ, leuissimo Domini iugo subdantur; ac primo subdiaconatus ministerium habita probatione professionis suæ a vigesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter, ac inoffense vigesimum quintum annum ætatis suæ peregerint, ac diaconatus officium, (si scienter implere posse ab episcopo comprobantur) promoueri debent. Cauendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos † concubitus vltra recurrant. Quod si forte fecerint, vt sacrilegii rei † ab ecclesia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiā auferre nō possumus; ita vt cū prouectæ ætatis in coniugio positi renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacros ordines † adspirent.

Ansl. 7. c. 42.

† al. professionem.

† al. abortiuos.

† res damnentur, & ab.] origin. manuscr. Reg.

† al gradus.

[b] ¶ Clericatus] *In omnibus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis conciliorum legitur,* in clericatus officio, vel monachali [al. monachi] posuit. *Sed in codice Lucensi regio habetur eodem modo, atq; apud Gratianum.*

[c] ¶ Ministerio lectorum] *In omnibus codicibus conciliorum, ante citatis (etiam Lucensi) legitur,* ministerio electorum. *Verum in epistola prima Syricij ad Himerium, c. 9. & Innocentij 24. c. 5. (vbi de eadem fere re agitur) est,* lectorum ministerio, seu officio.

Item ex concilio Arelatensi 2. c. 2.

¶ In coniugio constitutus ad sacerdotiū assumi non debet. C. VI.

5 ASsumi aliquem ad sacerdotium in coniugii vinculo constitutum non oportet; nisi fuerit promissa conuersio. paulo aliter in orig.

Item ex eodem tertio.

¶ Non ordinentur diaconi, qui castitatem non profitentur. C. VII.

PRæterea placuit, vt deinceps non ordinentur diaconi, nisi qui prius conuersionis proposito professi fuerint castitatem.

¶ *In Arelatensibus, quæ extant, hic ipse penitus canon non inuenitur. Sed sententia habetur in tertio, c. 2. in fine.*

Verum illa priori auctoritate diaconis videtur permitti coniugium, cum ad sacerdotium tantum coniugati prohibeantur assumi,

Porro sequenti auctoritate videtur permitti subdiaconis, cum de diaconis specialiter praecipitur, vt sine probatione castitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyrana synodo videtur esse permissum, in qua c.10. (al.9.) sic statutum est.

¶ Diaconi non prohibeantur à ministerio, si in ordinatione dicunt se continere non posse. C. VIII.

Pan. l.3.c.87. Pol. l.5. u.31.

DIaconi quicumque cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes, velle se habere vxores, nec posse se continere, hi si postea ad nuptias venerint, maneāt in ministerio; propterea quod his episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio cessare debebunt.

Item ex concilio Neocaesariensi, c.1.

¶ Presbyter ducens vxorem ab ordine deponatur. C. IX.

Burch. l.2. c.108. Iuo par.6. c.185. Pan. l.3.c.91.

6 PResbyter si vxorem duxerit, ab ordine suo illū deponi debere: Quod si fornicatus fuerit, vel adulteriū commiserit, extra ecclesiam abuci, & ad pœnitentiam inter laicos [a] redigi oportet.

a ¶ Inter laicos] *Graece legitur* ἐξωθεῖσθαι τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν: *qua Dionysius Exiguus vertit*; amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. *ubi nulla mentio fit pœnitentia inter laicos, agenda: de qua re copiosius dicetur infra 30. dist. c. fin.*

Item Gregorius lib.11. epist.59.

¶ De eo, qui relictam cuiusdam diaconi duxit vxorem. C. X.

Iuo part.9. c.126. Iuo p.6.c.84.

QVia sunt culpae, in quibus culpa est, relaxare vindictam, quaerenda semper est veritas, vt inquiri debeat, vtrum accusatum noxa condemnet, an a pœna innocentia patefacta subducat. Itaque peruenit ad nos Fantinum defensorem vltionem exercere in Petrum latorem praesentium voluisse, pro eo, quod (quantum dicitur) relictam cuiusdam diaconi, tempore, quo conductor fuit, marito tradiderit. Sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens, nec eam virginem † ad eum venisse; denique † nec religiosam mutasse vestem, postquam ille in ordine sacro promotus est; adiiciēs etiam, priusquam ad diaconum perueniret, & postea, praua illam opinione vixisse: ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cum Dei, sicut decet, timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquirat, vt, si in coniugio diaconi mulierem, de qua agitur, fuisse constiterit, & suprascriptus lator memorato defensori, & rectori patrimonii, ad vindictā modis omnibus tradatur, † & cum competenti emendatione ii, qui male sociati sunt, disiungantur. Si vero in eius coniugio non fuit; memoratum Fantinum ex nostro mandato commonere te volumus, vt ei fa-

† *virginem illam*] orig. † *vt nec religiosam vestem mutare praesumeret*] in ori. & apud Iuonē.

ei facere nil præsumat, nec falsa † illum accusatio apud eum in aliquo prægrauet. † *Est etiam apud Iuone, non autē in originali.*

Item ex concilio Aurelianensi 1.c.15.

¶ De vxore presbyteri, vel diaconi, si aliis se coniunxerit. C. XI.

SI se cuiquam mulier duplici coniugio, presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut † separentur: aut certe, si in criminis † intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur. †*al. castigati. al. castitate seruata separentur.* † *al. criminum.*

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ De eodem. C. XII.

SI qua vidua episcopi, vel presbyteri, aut diaconi maritum acceperit; nullus clericus, nulla religiosa persona † cum ea conuiuium sumat; numquam communicet: morienti tamen † ei sacramenta subueniant. Apud Martinū Brachar. c.29. & conci.Tol.1.c.18. †*abest a concilio.* †*al.tantum*

Item a Pelagio Cethego patricio.

¶ Cuiusdam episcopi ordinatio differtur, quia vxorem habet, & filios. C. XIII.

2 DE Syracusanæ vrbis antistite optaueramus in ipso initio, gloriæ vestræ desideriis obedire, nisi nos multiplex ratio ipsius non paucis temporibus ordinationem differre sacerdotii coegisset, ob hoc, quòd vel personæ qualitas (sicut & vos melius nostis) vel superstes vxor, aut filii (per quos ecclesiastica solet periclitari substantia) nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderent. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno distulimus, opinantes, quod in melius Syracusanorum prouenire posset electio. Sed quia in voluntatis suæ proposito irreuocabiliter perstiterunt, & nullus est alius in eadem repertus ecclesia, nisi longioribus adhuc temporum differretur spatiis; ne paulo amplius insanirent (sicut filii nostri magnifici viri prætoris testificatione didicimus) inter huiusmodi ambiguitates illud consultius iudicauimus faciendum, vt congrua prouidentia causam, propter quam principalis constitutio habentem filios, & vxorem, ad episcopatus ordinem promoueri prohibet, salua dispositione consilii † muniremus. Qua de re summo studio ab eodem Syracusanæ vrbis episcopo, priusquam a nobis contingeret ordinari huiusmodi exegimus cautionem, per quam & suam fateretur, quantula esset, præsentis temporis habita rerum descriptione, substantiam, & nihil vmquam per se, aut per filios, & vxorem, siue quamlibet propinquam, aut domesticam, vel extraneam forte personam de rebus vsurparet ecclesiæ, & vniuersa sui episcopatus quæsita tempore, ecclesiæ Ansel. l.6. c.42.al.46. Poly.l.2.ti.1. Nouella & 123.in prin. †*al.cōcilÿ.*

suæ dominio sociearat; nihil vltra id, quod modo scriptum est, filiis suis, vel heredibus relicturus.

a ¶ Item Pelagius] *Anselmus & auctor Polycarpi ex eadem epistola referunt hæc quæ caput istud antecedunt.* Quod de ordinando ecclesiæ Catinensis episcopo, salubris electione iudicii fieri desiderastis, agnouimus: confestim sequenti die cum iuxta morem discutientes, tertio, quo venit, die episcopum consecrauimus: simili quidem modo & de Syracusanæ, *& quæ sequuntur. In Polycarpo tamen inscriptio est,* Gelasius Papa Ceto. *Ivo autem in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem, quæ incipit:* Causam Beluacensis, &c. *ita scribit.* Si enim Papa Gelasius quondam Syracusanæ vrbis electum vxorem habentem, & filio interueniente Cetego patricio, &c.

Ecce hac auctoritate electus in episcopatum nō[b] *prohibetur habere vxorem, & filios. Eligi autem ad episcopatum non debet, nisi aut sacerdos, aut diaconus: subdiaconus vero non, nisi necessitate cogente: siue ergo presbyter, siue diaconus, siue subdiaconus fuerit, apparet, quod in præfatis ordinibus constituti licite*† *matrimonio vti possunt. ¶ Quia ergo auctoritate Gregorij, qui relictā diaconi, marito tradidit, puniendus est, itē in Neocæsariensi concilio presbyter ducēs vxorē, non diaconus, iubetur deponi, itē in Ancyrana synodo, diaconi, qui in ordinatione sua dicunt se velle habere vxores, si postea venerint ad nuptias, nō prohibentur a ministerio: patet, quod nec diaconi, nec subdiaconi sunt prohibendi a coniugio. Sed quod de electione obijcitur, verum quidē est in episcopatum non eligendum, nisi in sacris ordinib. cōstitutum: sed ipsum vxorē habere, & filios, non repugnat præmissis auctoritatib. de cōtinentia clericorum. ¶ In laicali enim habitu, vel in minorib. constitutus potuit habere vxorē & filios: & si postea ex cōsensu vxoris continentiā professus subdiaconatum, vel diaconatum, vel presbyterii gradum adeptus fuerat, attamē vxori, & filijs ipsum necessaria subministrare oportebat ¶ Illud autem Gregorij duobus modis soluitur: vel quia ecclesia illa, cui diaconus ille ministrauerat*†*, nondum continentiæ votum susceperat in diaconis & reliquis ministris; vel quia (sicut de electo in episcopum antea scriptum est) ante subdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat. ¶ Illud autem Neocæsariensis & Ancyranæ synodi, vel ex tempore, vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia ministrorum altaris. Ex loco, quia vtraq; synodus orientalis est, & orientalis ecclesia nō suscepit generale votum castitatis: hoc tamen diligenti obseruatione custodit, vt post adeptum sacerdotium, defuncta priore vxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur.*

† *al. legitima.*

† *alias, ministrauerat.*

b ¶ Non prohibetur] *A plerisque vetustis exemplaribus abest dictio,* non. *Retenta tamen est, quoniam hic Gratianus in alteram partem disputando, ex canonibus prius citatis præ se fert hoc probare, subdiaconis, diaconis, atque etiam presbyteris non fuisse prohibitum vsum coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum sit, ipse postea declarat a versi.* Sed quod. *vsq; ad versi.* Illud autem. *Hac de re agetur etiam infra in notatione ad principium dist. 31.*

Itē opponitur illud, quod legitur in canone Apostolorū, c. 6. al. 6.

¶ Presby-

¶ Presbyter causa religionis non contemnat propriam uxorem. C. XIIII.

9 SI quis docuerit sacerdotem sub obtētu religionis propriam uxorem contemnere, anathema sit. Bur.l.1.c.78. Iuo par.5. c.184. Pann.l.3. cap.113.

¶ *Gratianus refert sensum canonis, ceteri Collectores ipsa etiam fere verba.*

Item ex concilio Gangrensi, c. 4.

¶ Anathema sit, qui presbyterum coniugatum discernit a communione, nuptiarum occasione. C. XV.

SI quis discernit presbyterum coniugatum tamquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat; & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema sit. Bur.l.3.c.75. Iuo p.2.c.128 & p.3.c.158.

¶ *Græce est:* εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. *id est:* Si quis secernat se a presbytero, qui uxorem duxit, tamquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema sit. *quæ versio non multum discrepat a versione Dionysij Exigui.*

Item ex sexta synodo in Trullo, c. 26.

¶ Ab officio abstineat presbyter, non legalibus nuptiis detentus. C. XVI.

10 PResbyterum per ignorantiam non legalibus nuptiis detentum cathedram quidem habere, sed [d] ab officio abstinere præcipimus: sufficit enim huiusmodi indulgentia ei: Quia benedicere alius eum, qui vulnera sua debet curare, consequens non est. Benedictio enim sanctificationis traditio est. Qui vero hanc non habet propter delictum † ignorantiæ, quomodo alijs tradet? Non igitur publice, neque priuate benedicat; nec corpus Domini dispenset aliis; nec alio modo ministret: sed sufficiat ei, quod præsidet: & imploret a Deo, ut dimittatur ei iniquitas ignorantiæ suæ. Manifestum est autem, quod huiusmodi non legitimæ nuptiæ soluentur, & nullatenus vir accessum habebit ad eam; propter quam sacro ministerio priuatus est. Simile etiā in 3. canone eiusdē synodi, & apud Basiliū in epist. ad Amphilochium c. 27. † τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα.

d ¶ Ab officio] *Græce est:* τῶν δὲ λοιπῶν ἐνεργειῶν. *id est*, a ceteris officiis.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 70.

¶ De presbyteris non est laicis iudicandum. C. XVII.

11 COnsulendum decernitis, utrum presbyterum [a] habētem uxorem debeatis sustentare, & honorare; an a vobis proiicere. Ad quod respondemus, quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles; vos tamen Deum cōuenit imitari; qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Deiicere vero eum a vobis ideo non debetis: quoniā nec Iudam Dominus, cum esset mēdax discipulus, de numero Apostolorum eiecit. Verum de presbyteris, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de eorum vita quidpiam inuestigandum; sed episcoporum iudicio quidquid est, per omnia reseruandum. Iuo p.2.c.82. Pan.l.5.c.12. *Matth.5.*

a ¶ Presbyterum] *In vltimo capite harũ responsionum referuntur Bulgarorũ verba, dicentium, multos apud se esse Graecos, & Armenos, & alios, qui diuersa docerent. Nondum enim a Romana sede episcopum, aut presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum, si presbyter de quo in hoc capite agitur, coniugatus erat.*

DISTINCTIO XXIX.

1 ps *SEd notandum est, quod secundum Isidorum pleraque capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona consideranda sunt, Ait enim Isidorus.*

¶ Ex tempore, loco, & persona, & causa regulae canonum intelliguntur. C. I.

SCiendum est, quod pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt; quorũ modi, quia medullitus non indagantur; in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quam intelligant; ante inculpãt, quã iterando lecta perquirant.

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Pro diuersitate rerum temperantur regulae sanctorum. C. II.

Ansl. 4.c.53. REgulae sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate traditae sunt.

Item Hieronymus in prooemio epistola ad Ephesios.

¶ Pro diuersitate locorum, temporum, & hominum, scripturae intelligendae sunt. C. III.

NEcesse est, vt iuxta diuersitates locorum, & temporum & hominum, quibus a scriptae sunt; diuersas causas, & argumenta, & o-
Apocal. 1. rigines habeant. Et quomodo B. Ioannes in Apocalypsi sua ad septem scribens ecclesias, in vnaquaque earum specialia, vel vitia reprehendit, vel virtutes probat; ita & sanctus Apostolus Paulus per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis: nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare.

a ¶ Quibus scriptae] *Antea legebatur*, quibus diuersae scripturae factae sunt. *Emendatum hoc est ex manuscriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

1 ps *ILlud antem, quod in canone Apostolorum, & in Gangrensi concilio, & in sexta synodo legitur, ex causa consideratur, & ex tempore. Causa fuit haeresis Manichaeorum a, quia coniugium detestabantur. sicut etiam quorumdam superstitio multa in catholicorum detestationem introduxisse inuenitur; contra quos in Gangrensi concilio capitibus sexdecim statutum legitur.*

¶Mani-

a ¶ Manichæorum] *Proprie Gangrensis synodus statuit contra Eustathianos, vt supra dist. 16. c. prima adnotatio. Sed hunc errorẽ Eustathiani hauserant a Manichæis.*

¶ De multimoda superstitione hæreticorum, quos Gangrense concilium anathematizauit. C. I.

SI qui filii parentes, maxime fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum [b] in eis venerentur, quod fideles sunt, anathema sint †. Iuo par. 8. c. 319.

† al. sit.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrensi, vnico capite, & coniuncta oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea, quæ est Dionysii Exigui, longe magis respondet originali Græco, quamuis neq; ipsa vsquequaque.*

b ¶ Vt hoc ipsum] *Græce est*, προτιμωμένης δηλονότι παρ' αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας. *i. est*, Quod scilicet diuinus cultus apud ipsos omnibus rebus præferatur.

Item ex eodem, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

QVæcumque mulier, religioni [c] iudicans conuenire, comam sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius [d], & ad memoriam subiectionis illi dedit, tamquam resoluens ius subiectionis, anathema sit †. Burch. l. 8. c. 62. Iuo p. 7. c. 80. & p. 8. c. 320.

c ¶ Religioni] *Græce est*. διὰ νομιζομένην ἄσκησιν. *id est*, Ob eam, quæ existimatur pietatis exercitatio; *quod Dionysius vertit*; propter diuinũ cultum, vt existimat. *Græci enim religiosorũ, quos nos dicimus, vitã proprie* ἄσκησιν *nominabant. Burchardus, & Iuo in par. 7. secuti sunt versionem Dionysii, in octaua autem Iuo priscam.* Iuo par. 8. c. 226. & 317.

d ¶ Ad velamen eius] *Hæc non sunt in Græco originali, neque in versione Dionysii. Videntur autem ex epist. prima ad Corinthios, c. xi.* † al. contemnendo.

Item ex eodem c. 14.

¶ De eodem. C. III.

SI qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo coniugali, nuptias condemnando †, anathema sit. Reperitur infra dist. 31. c. quicumq;. ex versione Diony.

Item ex eodem, c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

SI quis propter Deum virginitatem professus, in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema sit. Bur. l. 8. c. 64. Iuo p. 7. c. 82. & p. 8. c. 316. & hoc secundo loco ex hac eadem versione.

Item ex eodem, c. 9.

¶ De eodem. C. V.

SI quis vel virginitatem, vel continentiam professus [e], tamquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc solum, quod continentiæ, & virginitatis bonum, sanctum propositum est, anathema sit. Bur. l. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 79.

e ¶ Professus] *Hic erat additum*, in coniugio: *quod neque est in canone Græco, neque etiam in Latino qui citatur infra dist. 31. c. quicumque. neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.*

Item ex eodem, c. 13

¶ De eodem. C. VI.

Burc.l.8. c. 60. Iuo p.7.c.78.

SI qua mulier suo proposito vtile iudicans, vt virili veste vtatur; propter hoc virilem habitum imitetur [a], anathema sit.

a ¶ Imitetur] *Græce legitur:* καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι *quæ Dionysius Exiguus apte vertit,* & pro solito muliebri amictu virilem sumit; *sicq; habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

Item ex eodem, c.18.

¶ De eodem. C. VII.

Burc.l.13. cap.219. Iuo p.4.c.51.

SI quis tamquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiusdem [b] diei contemptum, anathema sit.

b ¶ In eiusdem] *In originali huius priscæ versionis est*, aut in eiusdem diei contemptum: *quod in versione Dionysii, quam attulerunt Burchardus, & Iuo, istis vocibus videtur exprimi:* aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in Græco vulgato nihil est, quod istis respondeat.*

Item ex eodem, c. 19.

¶ De eodem. C. VIII.

Bur.l.13 c.5. Iuo par. 4. cap. 38.

SI quis eorum, qui in proposito sunt continentiæ, propter [c] necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius ecclesiæ perfectam in sua conscientia iudicans rationem, anathema sit.

c ¶ Propter necessitatem] *Nihil mutatum est ob glossas: ceterum multis modis discrepat a prisca versione, & a Dionysiana, quam secuti sunt Burchardus & Iuo. Prisca sic habet:* Si quis eorum, qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem, & superbiens ieiunia communia totius ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit: *Dionysiana autem hoc modo.* Si quis eorum qui continentiæ studet, absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia, & ab ecclesia custodita, superbiẽdo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. *Quæ versio in ceteris quidem partibus originali Græco vulgato, satis respondet: sed in postrema insignis est varietas. Nam vbi Dionysius habet;* stimulo suæ cogitationis impulsus, *in Græco vulgato est,* ἀποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, *id est*, nimirum perfecta, quæ in ipso est, ratiocinatione, illa abrogante. *In manuscriptis aũt huius canonis exẽplarib. partim est,* ὑποικουροῦντος. *id est*, perfecta in eo residente ratione, *partim,* ἐπικουροῦντος., *id est*, perfecta, quæ in ipsa ratione sibi auxilium ferente. *Notantur vero Eustathiani, (quos postea Bogomilici sectati sunt) qui ita statuebant, peracto certo quodam ieiunio, ad eam se perfectæ vitæ rationem peruenisse; vt postea omnia sibi essent indifferentia; nullisq; præceptis obligarentur; sed soluti omnino ac ne peccare quidem possent: qua de re Balsamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem c.20.

¶ De eodem. C. IX.

Pan.l. 2.c.8.

SI quis per superbiam tamquam perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas sanctorum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernẽdas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit.

Item ex eodem, c.5.

¶ De

¶ De eodem. C. X.

SI quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes, quæ in ea fiunt, anathema sit.

Bur. l. 3. c. 94. Iuo p. 3. c. 84.

Item ex eodem, c. 6.

¶ De eodem. C. XI.

SI quis extra ecclesiam priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones [d], ipsamque ecclesiam apud se sine concilio † episcopi cum presbytero agat, anathema sit.

Burch. l. 3. c. 95.

† *al. consilio.*

d ¶ Sanctiones] *Post hoc verbum in prisca versione ista sunt interiecta*, aliterque ea quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum episcopi, ipsamque *& cetera, quæ hic sequuntur. Dionysii autem versio, quæ optime respondet verbis Græcis, & refertur a Burchardo, hæc est:* Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi; anathema sit.

Item ex eodem, c. 1.

¶ De eodem. C. XII.

SI quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierem fidelem, ac religiosam cum viro suo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tamquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

Infra 31. dist. c. si quis nuptias. ex versione Dionysii.

Item ex eodem, c. 2.

¶ De eodem. C. XIII.

SI quis carnem manducantem ex fide cum religione, præter sanguinem, & idolo immolatum, & suffocatum, crediderit condemnandum, tamquam spem non habentem, qui eam manducant, anathema sit.

Bur. l. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 79. Iuo par. 4. cap. 30.

† *al. immolatam, & suffocatam.*

Item ex eodem, c. 15.

¶ De eodem. C. XIIII.

SI quis dereliquerit proprios filios suos, & non eos aluerit, & (quod pietatis [e] est) necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit.

Iuo p. 8. c. 318.

e ¶ Quod pietatis est] *Longe fidelius Dionysius:* & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat. *Græce est enim:* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγκη. *subintelligitur autem particula negans, id est* μὴ, *ex superiore membro.*

Item ex eodem, c. 12.

¶ De eodem. C. XV.

SI quis virorum putauerit sancto proposito (id est continentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tamquam ex eo iustitiam habiturus; & reprehendat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris † vtuntur, & alia veste communi, quæ in vsu est, anathema sit.

Bur. l. 8. c. 63. Iuo p. 7. c. 81.

† *al. beris.*

Item ex eodem, c. Vlt.

¶ De eodem. C. XVI.

2 HÆc autem scripsimus non abscindentes eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt:

Iuo par. 8. c. 321.

sed eos[b], qui suscipiunt habitum eius, & in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simplicius viuunt. Sed & hos condemnamus, qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus: & renunciationem sæcularium negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum[c] vinculum, quod secundum castitatem † perdurat, honoramus; & diuites cum iustitia, & operibus bonis non abiicimus[d].

† *castitatem secum*] orig. & Iuo.

b ¶ Eos, qui suscipiunt habitum] *Græce est:* τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε δὲ παρὰ τὰς γραφὰς, δὲ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας: id est, qui ex instituto exercitatiōis huiusmodi, capiunt occasionem sese offerendi, seque extollunt aduersus eos, qui simplicius viuunt, & aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones introducunt nouitates.

c ¶ Et nuptiarum vinculum] *Græce:* καὶ γάμον συνοίκησιν σεμνὴν, *quæ Dionysius vertit,* & nuptiarum castum vinculum.

d ¶ Non abiicimus] *Post hæc verba in concilio ipso proxime sequuntur, quæ habentur infra c. parsimoniam. dist. 41.*

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Anathematizatur, qui Manichæorū superstitiones sequitur. C. XVII.

Apud Martinum Bracarens. ca. 20. Bur. l. 1. c. 20. Iuo p. 4. c. 42.

SI quis presbyter[a] propter publicā pœnitentiam a sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die Dominica pro quadā religione ieiunauerit, sicut Manichæi, anathema sit. Similiter[b] quia, quod ab Apostolis traditū est, canō tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas & per omnes dies Paschę vsq; ad Pentecostē †, nō[c] prosternant se in oratione causa † humilitatis: sed recto vultu ad Dominū fungantur orationis officio, quia in his dieb. gaudiū resurrectionis Domini celebramus. Si quis[d] etiā non pro abstinētia, sed pro execratione escatū a carne abstineat; placuit sancto cōcilio vt prægustet, & sic, si vult abstinere, abstineat. Si aūt spernit, ita vt olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens, nec suspicionem hæresis a se remouens, deponatur de ordine clericatus.

† *al. quinquagesimā.*
† abest vox ista ab origi.
Ibi. c. 58.

a ¶ Presbyter] *Sequebatur.* vel diaconus. *Quæ sublata sunt, quoniam absunt a plerisq; manuscriptis, & originali: Ceterum Burchardus & Iuo simi em canonem citant ex concilio Turon. atq; ita habent.* Si quis propter publicā pœnitentiā a sacerdote acceptā, aut pro aliqua necessitate. *In aliquot Gratiani manuscr. est:* si quis præter publicam pœnitentiā, a sacerdote acceptam. absq; aliqua necessitate, &c. *quæ optima videtur lectio. Nam in cap. 18. concilij Gangrensis, vnde hoc videtur Martinus sumpsisse, nulla presbyteri fit mentio, sed vniuerse pronuntiatur, vt supra ead. c. si quis tamquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodū putatur, exercitationē, die Dominico ieiunet, anathema sit. *& verba,* absq; aliqua necessitate, *videtur hue importata ex c. 19. eiusdē concilij Neq; vero presbyteris huiusmodi pœnitētia more laicorum imponebantur. c. illud. cum sequentibus. dist. 50. & c. fin. vers. nec enim. 82. dist. Sed quando in grauissima crimina publice incurrebant; depositi peregrinari iubebantur. c. si quis sacerdos. 30. q. 1. c. sacerdos. de pœnit. dist. 6.*

¶ Simi-

b ¶ Similiter quia] *Hoc sumptum est ex canone ultimo concilij Niceni.*
c ¶ Non prosternant] *In codice Lucensi regio legitur,* non prostrati, sed erecto vultu ad Dominum fungantur orationis officio.
d ¶ Si quis etiam] *Hoc sumptum est ex concilio Ancyrano, c. 13. al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

DISTINCTIO. XXXI.

1 ps *TEmpus quoque, quia nondum [a] erat institutum, ut sacerdotes continentiam seruarent.*

a ¶ Nondum] *Quod ait hic Gratianus, fuisse tempus, quo nondum erat institutum, ut sacerdotes continentiam seruarent, in subdiaconis (Nam & hi sacerdotium nomine interdum comprehenduntur, valetque idem sacerdotis nomen atque in sacris constitutus, ut infra ad initium distinctionis 33. notaturque in glossa 1. q. 1. Qui per pecuniam.) locum habere potest. Fuit enim tempus, cum subdiaconi in aliquibus prouincijs, ut in Sicilia, continentia legibus non adstringebantur: quod Gregorij locus, qui solus ad hanc rem confirmandam proxime a Gratiano citabitur, manifeste probat. Diaconis autem, & presbyteris in Latina ecclesia numquam licuisse uxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, uti, ex canonibus, qui post primũ in hac eadem distinctione citatur, & alijs multis, praesertim epistola secunda Syricij ad Himerium Tarraconensem olare demonstratur.*

Vnde Gregorius scribit Petro subdiacono Siciliae, lib. 1. epist. 42.

¶ Qui castitatem non promisit, ab uxore sua separari non cogatur. C. I.

ANte triennium subdiaconi omnium ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant, ut more Romanae ecclesiae nullatenus suis uxoribus miscerentur. Quod mihi durum, atque incompetens videtur, ut qui usum eiusdem continentiae non inuenit, neque castitatem ante promisit, compellatur a sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) deterius cadat. Vnde videtur mihi, ut a praesenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum subdiaconum facere praesumant, nisi qui se victurum caste promiserit, quatenus praeterita [a] mala quae per propositum mẽtis appetita nõ sunt, violenter non exigantur, & futura caute caueantur. ¶ Qui vero post eamdem prohibitionem, quae ante triennium facta est, continenter cum suis uxoribus vixerunt, laudandi, atque remunerandi sunt, & ut in bono suo † permaneãt, exhortandi. ¶ Eos autem, qui post prohibitionem factam se a suis uxoribus cõtinere noluerint, ad sacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

Pan.l.3.c.89. Poly.l.4.c.31 — sup. dist. 28. c. Nullum. — † *sic.*] orig.

a ¶ Mala] *Vox ista abest a Polycarpo, & aliquot vetustis Gratiani codicibus.*

2 *Causa vero huius institutionis munditio sacerdotalis fuit, ut libere cunctis diebus orationi possint vacare. Si enim (ut Paulus ait) ab uxoribus est cessandum, ut expeditius orationi vacemus; ministris utique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit, numquam coniugali officio vacare permittitur.* 1. Cor. 7.

Vnde Beda in commentarijs super Lucam ad c. 1. ait.

¶ Sacerdotibus semper castitas obseruanda præcipitur. C. II.

Pan.l.3.c.92. SAcerdotibus, vt semper altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum, semper castitas obseruanda præcipitur.

Item in concilio Carthaginensi 2. c. 2.

¶ Qui diuinis sacramentis inseruiunt, continentes esse oporter. C. III.

infra.di. 84. c.cum in pręterito. EPiscopos, presbyteros, & diaconos (ita placuit vt decet sacros antistites, ac Dei sacerdotes; nec non & leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt) continentes esse in omnibus.

Pan.l.3.c.95. *Item Innocentius I. Victricio Rothom. episcopo, epist. 2. c. 9.*

Raba.pœni. c.29. ¶ Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis misceri non debent. C. IIII.

Bur.l.2.c.118. Ans.l.7.c.134 Iuo p.6.c.94 & c.194. Pan.l.3.c.94. *Leuit.* 11. *Luc.*1. *Num.* 18. † *al. præceptum fuerat.* TEnere debet omnino ecclesia, vt sacerdotes, & Leuitę cũ vxoribus suis non misceantur; quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim [Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum Dominus Deus vester.] Nam si priscis temporibus anno vicis suæ de templo Dei sacerdotes non discedebãt (sicut de Zacharia legimus) nec domum suam omnino tangebant, quibus vtique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & prętérquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere præcipiebatur †; quanto magis hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent; quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis diuinis, vel a baptismatis officio vacent?

PALEA C. V.

Ibidẽ continenter. Ans.l.7.c.132 1. *Cor.* 7. † † *al. officiũ.* NAm [a] sicut Paulus ad Corinthios scribit dicens [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi:] & hoc vtiq; laicis pręcepit; multo magis sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi iuge sacrificium † est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere.

a ¶ Nam sicut] *Hec Palea in duobus Vaticanis (in quibus solis reperitur) est coniuncta cum superiori capite, quemadmodum etiam in epistolá Innocentij: & legitur,* Nam si Paulus. *Sed non est mutatum, quoniam est initium capitis.*

Item Exuperio Tholosano episcopo, epist. 3. c. 1.

¶ Qui ab vxoribus suis abstinent, ad sacrificia admittantur. C. VI.

Infra dist.82 ca. proposuisti. Pan.l.3.c.95. EOs [b] ad sacrificia fas sit admitti, qui vel eum vxore non exercent carnale officium.

b ¶ Eos] *Apud Innocentium, & infra dist. 82. c. Proposuisti. vbi hoc idem est repetitum, legitur,* neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Sacerdoti, cui est semper orandum, matrimonio semper est carendum. C. VII.

Pan.l.3.c.96. SI laicus, & quicumque fidelis orare non potest; nisi careat officio coniugali; sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia

ficia, semper orandum est: si semper orandum est; ergo semper matrimonio carendum.

Quod autem Manichaeorum causa de coniugio [c] sacerdotum illud supradictum sit, ex Gangrensi concilio apparet, in quo cap. 1. sic statutum legitur.

c ¶ De coniugio] *Sequentem canonem Gratianus restringit ad coniugia sacerdotum, cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant aliquem Christianum etiam laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichaeos, sed contra quemdam Eustathium, qui hunc errorem cum aliis multis in Armenia disseminauerat. Est autem caput hoc idem cum capite, si quis nuptias, supra dist. 30. sed ex alia versione.*

¶ Anathema sit, qui nuptias vituperat. C. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabilem aestimat, velut, quae regnum Dei introire non possit, anathema sit. — sup. dist. 30. c. si quis nuptias.

Item ex eodem, c. 8. & 9.

¶ De eodem. C. IX.

QVicumque virginitatem custodiens, aut continentiae studens, velut horrescens nuptias, nec propter hoc, quod bonum, & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit. — sup. dist. 30. ca. si quis vel virginitatē. ex alia versi.

3 *Potest & aliter intelligi illud, quod in canone Apostolorum legitur, vt iste sit sensus capituli: [si quis docet sacerdotem vxorem suam contemnere,] non quam vxorē in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulauit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est, ab animo, & cura sua abijcere, quin ei necessaria prouideat. Probatur haec interpretatio auctoritate Leonis Papae, qui epistola 90. ca. 3. scribens Rustico Narbonensi episcopo ait.* — Bur. l. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 79. sup. dist. 28. c. si quis.

¶ Ministris altaris cum episcopis, & presbyteris eadem est lex continentiae. C. X.

LEx continentiae eadem est altaris ministris, quae episcopis, atque presbyteris: qui cum essent laici, siue lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt, sed cum ad praedictos peruenerunt gradus, & coepit eis non licere, quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat spiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi nō habeant, sic habere, quo & salua sit charitas, & cessent † opera nuptiarum. — Bur. l. 2. c. 114. Ansl. l. 7. c. 135. & 6. c. 204. Poly. l. 4. t. 31. Iuo p. 6. c. 68. Pannor. l. 3. c. 106. 1. Cor. 7.

Item Leo [a] ix. contra epistolam Nicetae Abbatis.

a ¶ Leo] *Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetae presbyteri, & monachi aduersus Latinos editum: quam responsionem, cum nomine Leonis IX. cuius erat legatus scripserit, potest recte nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodij libro nomine Symmachi citata inueniuntur, supra dist. 12. c. concilia. & infra 40. distinct. cap. non nos. & 81. dist. c. nemo recte. 8. q. 4. c. nonne. & 9. q. 3. c. aliorum. Ac supra dist. 32. nomine Nicolai citatur caput,* omnes, *quod habetur in oratione Petri Damiani.*

† *al. cessent exercitatio nuptiarum.*

¶ Episcopus, vel presbyter vxorem propriam a cura sua non abiiciat. C. XI.

Pannor. l. 3. cap. 115.

OMnino confitemur nō licere episcopo, presbytero, diacono, subdiacono propriam vxorē causa religionis abiicere a cura sua, scilicet, vt ei victum, & vestitum largiatur; non vt cum illa ex more carnaliter iaceat. Sic & sanctos Apostolos legimus egisse, beato Paulo apostolo dicente [Numquid [b] non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut fratres Domini, & Cephas?] Vide insipiens, quia non dixit [numquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi?] sed [circumducendi,] scilicet vt de mercede prædicationis sustentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

1. Cor. 9.

b ¶ Numquid non habemus] *Variæ sunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in primo libro contra Iouinianum ostendit.*

Hinc & illud Gregorij [Presbyter quidam.] quod require infra distinct. sequēti, c. penultimo. ¶ *Vt igitur ex his auctoritatibus apparet, sacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria ministrare, debita vero reddere non valent.*

4 ¶ *Sed obijcitur illud tripartitæ historiæ, lib. 2. c. 14.*

¶ Dissuasu Paphnutii Nicæna synodus non constituit, quod presbyteri cum suis vxoribus non dormirent. C. XII.

Pann. l. 3. cap 85.

NIcæna synodus corrigere volens hominum vitā in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, vt episcopi presbyteri, diaconi, & [a] subdiaconi cū cōiugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cū propria coniuge concubitū, suasitque concilio, ne talē poneret legē, grauē esse asserēs causam, quæ in ipsis, aut eorū coniugib. occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit: synodusque laudauit sententiam eius; & nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in vniuscuiusque voluntate, non in necessitate dimisit.

a ¶ Et subdiaconi] *In aliquot vetustis codicibus, & in originali Socratis non sunt duæ istæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. c. 22. habet tam Græce, quam in Latina vetere, & noua versione, vt etiam Nicephorus.*

Item synodus sexta, c. 13. lib. 8. c. 19.

Pan. l. 3 c. 86.

¶ Non in perpetuum, sed tempore oblationis a complexu suarum vxorum sacerdotes abstineant. C. XIII.

† *Ordinādi*] sed ob gloss. non est mutatum.

QVoniā [c] in Romani ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati † sunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quod iam suis non copulentur vxoribus; nos antiquum sequentes canonem Apostolicæ diligentiæ, & constitutiones sacrorū virorum legales

gales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cum vxoribus suis eorum connubia dissoluentes; aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno. Quicumque ergo diligens † inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum pro vxoris suæ legitima cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogatur; quod abstinere debeat a legalis propriæ vxoris familiaritate. † *lege dignus*] sed ob glossam nō est mutatū.

Item infra, ¶ Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis † sanctorum continentes esse in omnibus; vt a Deo possint consequi, quæ simpliciter postulant. ¶ Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorum, & diaconorum priuare contactu, & communione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur: si vero in hoc permanserit, deponatur. † *al. tractationis.*

b ¶ Quoniam] *Græce sic habetur:* ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν. *id est.* Quoniam in Romana ecclesia loco canonis traditum esse cognouimus, &c. *Hanc vero ecclesiæ Romanæ traditionem non solum B. Hieronymus contra Iouinianum, Humbertus supra citatus, & alij Latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon in explanatione huius canonis satis aperte probat. Verum de omnib. huiusmodi canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur, quid sit sentiendum, ac caput, Habeo librum. distinct. 16. satis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum est. orientalis enim ecclesia (cui sexta synodus regulam viuendi præscripsit) votum castitatis in ministris altaris non suscepit.

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione synodi ab ipso in Basilica Lateranensi congregata.

¶ Occidentalis, non orientalis ecclesia castitatis obtulit votum. C. XIIII.

5 A Liter se orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam earum sacerdotes diaconi, atque subdiaconi matrimonio [a] copulantur: istius autem ecclesiæ, vel occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono vsque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi. Pann. l 3. c. 84.

a ¶ Matrimonio] *Id est possunt simul esse in sacris ordinibus, & matrimonio iuncti. Nam neque illis, postquam ad sacros ordines adscendissent, licebat contrahere matrimonium.*

Similiter & capitulum Nicolai ex loco consideratur; quia gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuersa, propositum sacræ religionis ex integro assumere nondum didicerat. ¶ *Quod autem in cap. 6. synodi presbyter non legitimis nuptijs detentus punitur, non legales nuptiæ secundæ intelligendæ sunt, a quibus auctoritate canonica sacerdos quilibet debet esse immunis. Illud autem Gangrensis concilij* sup. 28. dist. c. vlt. supra 28. dist. c. presbyterorum.

Supra 28.di. cap. si quis. *[Si quis discernit presbyterum coniugatum, &c.] similiter intelligendum est vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatū, quam ante tempus ordinationis suæ duxerat.* Infra 34. dist. c. si subdiaconus. ex Martino Bracar. *Illud quoque Martini Papæ. [si subdiaconus secundam duxerit uxorem] non dissimiliter intelligendum est. Primam enim vxorē ante subdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel castitatem professa, promonetur iste ad subdiaconatum. Promotus autem, si secundas desiderauerit nuptias; sententia Martini Papæ subiacebit.*

DISTINCTIO XXXII.

1 p. *SEruanda est ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis.*

Burch. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 148. *Vnde Leo Papa ad Anastasium epistola 82. capite 3. & 4. ait.*

Ansl. 7. c. 137 & l. 6. c. 18. in fine. ¶ Neque etiam subdiaconis connubium conceditur. C. I.

Iuo p. 5. c. 59. & p. 6. c. 98. & 221. Panor. l. 3. cap. 100. † al. non vocantur ad culpam. OMnium sacerdotum tam excellens est electio, vt hæc, quæ in aliis membris ecclesiæ vacant † a culpa; in aliis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentię puritatem, nec subdiaconis quidem connubium carnale conceditur; vt & qui habent, sint tamquam non habentes; & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secundo, tertiove seruandum est; ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se a voluptate vxoria [b] necdum frenasse detegitur.

b ¶ Vxoria] *Sic emendatum est ex epistola Leonis, & ceteris collectoribus, præterquam Iuone, in parte 6. cap. 98. nam ibi est, vt antea apud Gratianum,* luxuriæ. *Ex isto autem epistola loco ostenditur eo quoque tempore in multis ecclesiis eam fuisse consuetudinem, vt subdiaconi a propriis vxoribus abstinerent. Quod tamen ante beatum Gregorium non erat generatim omnibus ecclesiis præceptum, quippe cum in Sicilia aliter obseruaretur. c. nullum supra dist. 28. & c. ante triennium. dist. 31.*

[Item Gregorius Leoni Episcopo Catin. lib. 3. epist. 34.]

PALEA C. II.

Infra 27. q. 2 Ansl. 7. c. 138 Poly. l. 4. c. 31. MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licite miscerentur vxoribus. Quod ne denuo quisquam præsumeret, a Seruo dei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, vt eodem tempore: ii, qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum e duobus eligerent, id est, aut a suis vxoribus abstinerēt, aut certe ministrare nul-

re nulla ratione præsumerent. Et quantū dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarii quidem gessit officium, & a ministerio, quod subdiaconū oportuerat exhibere, cessauit. *& post aliqua.* ¶ De cetero vero fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur; sed ad similitudinem Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, cap. 2. ad secundam interrogationem.

¶ Extra sacros ordines constituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant. C. III.

Si qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere; quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quod diuidebatur singulis, prout cuiq; opus erat. De eorum ergo stipendio cogitādum, atque prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent.

Infra 12. q. 1. quia tua. §. si qui. Iuo p. 6. c. 86. Pann. l. 5. c. 108. *Act. 2.*

Item Nicolaus Papa Odoni † Viennensi Archiepiscopo. † *al. Adoni.*

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet. C. IIII. Iuo p. 6. c. 119

De illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatum caste vixisse dicitis, cur vestra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quod nulli vmquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem ducendi † licentiam damus.

† *al. Alusco.* † *al. habēdi.*

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis. C. V.

2 Nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens [Quicumque sacerdotum, & diaconorum, &c.] *Sicut in* [a] *subsequenti capitulo Alexandri secundi continetur.*]

In synodo Roma. 113. episcoporū in basilica Constātiniana. Pan. l. 3. c. 135.

a ¶ Sicut in subsequenti] *Hec clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quæ proxime ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus secundus in epistola, quæ extat, omnibus episcopis catholicis scripsit, se in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander secundus (vt ipse etiam testatur in epistola manuscripta) in concilio a se habito iisdem verbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.*

in epist. proxima notat. indicata.

Item Alexander secundus.

¶ Non est audienda Missa presbyteri, qui concubinam habet. C. VI.

Pann. ibid. & l. 8. c. 142.

PRæter hoc autẽ pręcipiendo mandamus, vt nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinã habere indubitãter, vel subintroductam mulierẽ. Vnde etiam sancta synodus hoc capitulũ sub excommunicatione statuit, dicẽs. ¶ Quicumq; sacerdos, diaconus, subdiaconus post constitutũ beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papę Leonis, ac Nicolai de castitate clericorũ, concubinã palam duxerit, vel ductam nõ reliquerit, ex parte omnipotẽtis Dei, & auctoritate

Leo ix. in conc. Romano.

B. Apostolorum Petri & Pauli pręcipimus, & omnino contradicimus, vt Missas nõ cantet, nec Euãgelium, aut Epistolã ad Missam legat, neq; in presbyterio ad diuina officia cum his qui pręfatę constitutioni obedientes fuerint, maneat, neq; partem ab ecclesia suscipiat. ¶ Præcipientes etiam statuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eisdem prędecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint, iuxta ecclesias, quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosos clericos) simul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab ecclesiis competit, communiter habeant. Et rogantes [a] monemus, vt ad Apostolicam, communem scilicet vitã, summopere peruenire studeant; quatenus perfectionem

Mat. 13.

cum his consecuti, qui centesimo fructu ditãtur, in cœlesti patria mereantur adscribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes viuorum, & mortuorum ecclesiis Dei, fideliter reddantur a laicis; & vt in dispositione episcoporum sint, quas qui retinuerint, a sanctæ ecclesiæ communione separentur.

a ¶ Et rogantes] *Hæc vsque ad vers.* Deinde *addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio Nicolai, in quo est præterea sequens versiculus,* Deinde, *qui in epistola Alexandri non est.*

1. q. 1. neque in homine.

3 *Verum principia harum auctoritatũ contraire videtur Hieronymo, & Augustino, & ceteris, qui Christi sacramẽta neq; in bono, neq; in malo homine fugiẽda ostendunt; sicut subsequẽs [illegible] in sa simoniacorum plenius demõstrat. Sed Vrbanus secundus in e[p]istola destinata præposito S. Iuentij hanc contrarietatem determinat, dicens.*

Tracta. 5. ad c. 1. Ioan. circa medium.

[*Ad [b] hoc vero quod subiungitur in eadẽ epistola, id est vtrũ sit vtendũ ordinationib. & reliquis sacramẽtis a criminosis exhibitis; vt ab adulteris, vel sanctimonialiũ violatorib. vel huiusmodi. Ad hoc inquã, ita respondemus. Si schismate, vel hæresi ab ecclesia nõ separãtur, eorundẽ ordinationes, & reliqua sacramẽta sancta, & veneranda non negamus, sequẽtes B. Augustinũ qui super Ioan. de huiusmodi tã copiose, quã veraciter differit, Ait. n.* [*Baptizat seruus bonus, siue seruus malus: non sciat se ille, qui baptizatur, baptizari, nisi ab illo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem*] *& paulo post:* [*Non horreat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem*] & infra. [¶ *Attamen decessores nostri Nicolaus, & Gregorius a Missis*

sit sacerdotum, quos tales reuera esse cõstiterit, fideles abstinere decreuerunt, ut & peccãdi licentiã ceteris auferrẽt, & huiusmodi ad digna pœnitentia lamẽta reuocarent. Scribit hoc predecessor noster Gregorius Rudolpho Duci Sueuia, & Bertulpho Duci Carĕtanorũ inter catera: [Officiũ simoniacorũ, & in fornicatione iacentiũ scienter nullo modo recipiatis, & quantũ potestis, tales a sancti † ministerijs, ut oportuerit, prohibeatis, &c.] Porro ad hac, qua sibi syllogistice in eadẽ epistola obijciuntur, id est, si corpus & sanguis Christi non sunt, & alia, qua prædiximus, proprias nõ habet virtutis dignitates, quid agentib. obsunt? Ad hac, inquã, ita respondemus: proprias quidẽ habent virtutis dignitates, ut prafatus Augustinus ait super Ioannẽ contra Donatistas: sed agentibus, vel suscipientib. eadem sacramenta contra prafatorũ Pontificũ instituta (nisi forte sola morte interueniente, vt pote ne sine baptismate, vel cõmunione quolibet humanis reb. excedat) eis, inquã, tantũ obsunt; ut vere † idololatra sint, cum talib. & ordinationũ, & sacramentorũ confectio & aliter quã pramissum est, scienter susceptio, vehementer a sanctis canonib. prohibeantur. Ait. n. Samuel propheta: Quoniã quasi peccatum ariolandi est repugnare. & quasi scelus idololatria nolle acquiescere.] ¶ Hac de malis catholicis, qui intra eccl. siã sunt. Ceterum schismaticorũ & hareticorũ sacramenta, quoniam extra ecclesiã sunt, iuxta sanctorũ Patrũ traditiones, scilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini, & Hieronymi, formã quidẽ sacramentorum, non autẽ virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramentis initiati per manus impositionẽ ad catholicã redierint vnitatem. Sciendũ vero, quod canones Apostolorũ, (quorũ auctoritate orientalis, & ex parte Romana vtitur ecclesia) & insignis Cyprianus martyr, & lxxx. episcopi cũ eodẽ baptisma hareticorũ, lauacrũ diaboli appellant. Stephanus vero, & Cornelius martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Augustinus in lib. de baptismo eundẽ Cyprianũ, & prafatos episcopos ob hãc causam vehementer redarguũt affirmãtes baptisma, siue ab haretico, siue schismatico, ecclesiastico more celebratũ, ratũ esse, & merito: quia alia in baptismo, & alia in reliquis sacramẽtis cõsideratio est quippe cũ & ordine prior, & necessarior sit. Subito. n. morituro, prius baptismate, quã Dominici corporis cõmunione, vel alijs sacramentis consulitur, & dũ forte catholicus non inuenitur, satius est ab haretico baptismi sacramentũ sumere, quã in aternum perire. Et hãc sententiã prascriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Augustini, secuti sunt Innocentius † Syricius † Leo, Anastasius, & magnus Gregorius, & omnis catholica ecclesia. ¶ Prohibẽtur ergo de manib. taliũ sacerdotum sacramenta sus ipi, nõ quin sint vera quantũ ad formã, & effectum: sed quia, dum huiusmodi sacerdotes se a populo contemtos viderint, rubore verecundia facilius ad pœnitentiam prouocentur.

Gregori⁹ vii. l.2.reg.ep.45

† mysterijs] orig.

† al. fere.

1. reg. 15.

Can. 45. 46. 47.

Lib. 1. epist. 12. ad Ianuariũ & epist. ad Iubaianum, quæ ante illius concilium posita est.

In concil. Steph. 1.

Aug. l. 7. contra Donatistas.

† Inn. Victricio epist. 1. c. 15.

† Syricius Himerio. c. 1.

Leo de conse. dist. 4. hi de quibus.]

Anastasius dist. 19. c. 2.

b ¶ Ad hoc] *Hinc vsque ad finem capitis omnia accepta sunt ex epistola Vrbani secundi. L. Præposito sancti Iuenty apud Ticinum, quæ habetur in vetusto codice Bibliotheca Vaticana, cuius epistola initium, & magna pars habetur infra c. saluator. 1. q. 3. atque in aliquot vetustis Gratiani codicibus est caput distinctum cum rubrica,* De eodem.

Item ex sexta synodo, c. 6.

¶ Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem subdiaconatus hoc faciat. C. VII.

Extra de æta. & qual. c. a multis. Pannor. l. 3. c. 202.

SI quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. C. VIII.

Pann. l. 3. c. 111.

LEctores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Item Gregorius Bonifacio episcopo Rhegino, lib. 3. epist. 5.

¶ Subdiaconos continentiam seruare oportet. C. IX.

Pan. l. 3. c. 99.

SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionem nostram cuiusquam finas contumacia aut temeritate corrumpi.

Item Vrbanus II. in synodo apud Melphiam, c. 13.

¶ Beneficio & officio careant, qui post diaconatum vxoribus vacant. C. X.

Pann. l. 3. c. cap. 101.

EOs, qui post subdiaconatum [a] vxoribus vacare volunt, ab omni sacro ordine remouemus, officioque, atque beneficio ecclesiæ carere decernimus. Quod si ab episcopo commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum feminas mancipent seruituti. Si vero episcopi consenserint eorum prauitatibus; ipsi officii interdictione mulctentur.

a ¶ Subdiaconatum] *Antea legebatur,* diaconatum. *Sed emendatum est ex aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & ex ipso concilio: cuius vnum exemplar est in bibliotheca Vaticana, & alterum missum est e Gallia. Diaconis enim nunquam in Latina ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut vsum ipsius; quos Syricius, & Innocentius semper eadem continentiæ lege cum episcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque post B. Gregorium, & prohibitionem illam, quæ continetur in c. ante triennium. supra dist. 31. eadem lex fuit constituta; quam Vrbanus secundus hic innouandam statuit.*

Item Dominico Patriarchæ Gradensi.

¶ Excludendi sunt a suorum graduum dignitate subdiaconi, & deinceps, si continentes esse nolunt. C. XI.

In cap. a multis. §. erubescant. extra de æta. & qua.

ERubescant impii, & aperte intelligant iudicio spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & caste vixerint, excludendos ab omni

omni eorumdem graduum dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorum autem, & cognitor Deus, & iudex est. Pann.l.3.

Idem in Melphiensi synodo præsidens dixit, c.12.

¶ Ad sacros ordines non accedat, nisi virgo, aut probatæ castitatis. C. XII.

NEmo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatæ sit castitatis, & qui vsque ad subdiaconatum vnicã, & virginem vxorem habuerit. In cap. a mulieris. extra de ætate & qualitate.

Item in concilio Carthaginensi 5. c. 3. Pann. l.3. c.104.

¶ In tribus gradibus constituti etiam ab vxoribus abstineant. C. XIII.

PLacuit episcopos, presbyteros, diaconos [b] secundum priora [c] statuta etiã ab vxoribus abstinere; quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio: ceteros vero clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem obseruari debere. Pann. l.3. c.105.

b ¶ Diaconos] *Sequebatur,* subdiaconos. *quæ vox sublata est, quoniam abest ab originali, & ab Africano, c. 37. & a Carthaginensi Græco, c. 71. & infra dist. 84. c. cum de quorumdam. quamuis habeatur in Carthaginensi codicis canonum, c. 5.*

c ¶ Secundum priora statuta] *Græce est,* κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους; *& Balsamon interpretatur,* tempore vicis suæ. *quod ab originali sententia alienũ est.*

Item Leo IX. contra epistolam Nicetæ Abbatis. Humbertus Cænomanen. legatus Leonis ix. in responsione contra Nicetam.

¶ In minoribus ordinibus constituti vxorem ducant; nisi voto, aut religiosi habitu prohibeantur. C. XIIII.

SEriatim, & aperte prosequemur, quid sancta Romana ecclesia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum, ostiarios, lectores, exorcistas, acolythos, si extra votum, & habitum monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint, vxorem ducere virginem cũ benedictione sacerdotali permittit; non autem viduã, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt: quia nec laicus non virginem sortitus vxorem, aut bigamus ad clericatum potest ascendere. Quod si quis ex præfatis ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascendere; nequibit hoc sine consensu vxoris suæ: vt fiat de carnali deinceps spirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente. Neque permittitur postea vxor iungi eidem marito suo carnaliter; nec cuiquam nubere in vita, aut post mortem illius. Pann. l.3. c.107.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 14.

¶ Non liceat clericis alterius sectæ vxorem accipere. C. XV.

QVoniam in quibusdam prouinciis concessum est lectoribus & psalmistis vxores ducere; statuit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere sectæ † alterius vxorem. Pann. l.3. c.110. ἑτερόδοξον.

Item in Niceano concilio, c. 3.

¶ Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspicionem excludunt. C. XVI.

† *magna.*
Burc. l. 2. c. 109. Ansel. l. 7. ca. 133. & 6. ca. 202. Iuo par. 6. cap. 186. Pannor. l. 3. cap. 112.

INterdixit per omnia sancta † synodus nõ episcopo, nõ presbytero, non diacono, vel alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amicam: aut [a] etiam eas idoneas personas, quæ fugiant suspiciones.

a ¶ Aut etiam] *Græce est*, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν. *id est*, vel eas tantum personas, quæ omnem fugerint suspicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianũ de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA C. XVII.

In episto. ad Oceanum. *Ibidem.* In episto. ad Nepotianũ, prope finem. In episto. ad Rusticum. In ep. ad Ocea. l. 1. contra Iouini.

HOspitiolum [b] tuum aut raro, aut numquam mulierum pedes terant. ¶ Quia non potest [c] toto corde cum Deo habitare, qui feminarum accessibus copulatur. ¶ Femina [d] conscientiam secum pariter habitantis exurit. ¶ Numquam de formis mulierum disputes. ¶ Feminæ nomen tuum nouerint [e]; vultum nesciant. ¶ Feminam quam bene videris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia [f]. ¶ Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere.

b ¶ Hospitiolum] *Caput hoc habetur in multis manuscriptis; & sine Palea nomine. Est autem collectum ex varijs B. Hieronymi locis, in quibus de vitanda mulierum consuetudine agitur.*

c ¶ Non potest] *In epistola ad Oceanum, quæ non putatur esse B. Hieronymi, legitur*, Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

d ¶ Femina] *Ibidem paulo superius*, flammigero igne percutit femina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium.

e ¶ Nouerint] *Antea legebatur*, feminæ nomen tuum nesciant. *Emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.*

f ¶ Frequentia] *In epistola ad Oceanum est*, frequentes ornatu.

Item Gregorius in dialogo, lib. 4. c. 2.

¶ Presbyter vxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat. C. XVIII.

Pannor. l. 3. cap. 114.

PResbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cũ magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyteram suam vt sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius accedere non sinebat; eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit.

Presbyteram vero quam debeamus accipere, Laodicense concilium, c. xi. ostendit dicens.

¶ Viduæ

¶ Viduæ, vel seniores, præsbyteræ appellantur. XIX.

MVlieres,[a] quæ apud Græcos præsbyteræ appellantur, apud nos viduæ, seniores, vniuiræ, & matricuriæ appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere.

a ¶ Mulieres.] *Sic habet prisca versio. Græce:* περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβυτίδας, ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. *id est.* Quod non oporteat eas, quæ presbyteræ, vel præsidentes dicuntur, in ecclesia collocari. *quæ est Dionysij versio præter quàm in vltimis verbis. Ille enim habet,* ecclesiis ordinari. *Et videndus est Balsamon ad eum locum.*

DISTINCTIO XXXIII.

1 *ECce quòd in sacris ordinibus constituti vxores habere nō possunt; vel si bigami aliqui fuerint inuenti, ad sacros ordines ascendere non valent. Sed quæritur, si quis præter vxorem concubinam habuerit, vtrum in sacerdotem promoueri valeat. Talis à sacris ordinibus auctoritate canonum Apostolorū prohibetur: in quibus c. 17. sic statutum legitur.*

ps

¶ Secundis nuptiis post baptisma copulatus, aut concubinam habens ad sacrum ordinem conscendere non valet. C. I.

SI quis post acceptū baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit; non potest fieri† episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus eorum, qui ministerio[a] sacro deseruiunt. Ansl. l. 6. cap. 143. Iuo p. 8. c. 387. al. 151.

a ¶ Ministerio.] *Græce:* τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *id est,* qui sunt in catalogo sacerdotali. †al. esse

Deseruientes sacro ministerio intelliguntur subdiaconi, qui calicem diacono offerunt, & acolythi, qui cū cereis diaconos præcedunt; vnde & ceroferarij dicuntur: qui etiā vinum & aquam præparando calici subministrant. Concubina intelligenda est præter vxorē, vt iste sit sensus capituli [Si quis post acceptum sacrum baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinā duxerit:] distinguendum est, antequam vxorem duxerit, siue post mortem vxoris. Vnde B. Gregorius[a] ait.

a ¶ Gregorius.] *Hoc caput sumptum est ex c. 72. libelli de ecclesiasticis dogmatibus, qui inter opera B. Aug. editus est, atque ex eo alibi sæpissime ab ipso Gratiano citatur. A Trittemio autem adscribitur Alcuino, ab aliis Isidoro. Sed plures, & maioris auctoritatis Gennadio tribuunt, vt Valfridus strabo lib. de re eccle. c. 20. Petrus Lombardus sent. 2. dist. 8. S. Thomas quodl. 12. art. 10. Platina in Symmacho, & alij.*

¶ Duarum Matronarum maritus post baptismum, clericus non ordinetur. C. II.

MAritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum, neque eum qui vnam quidem, sed concubinam, Ansl. l. 7. c. 22 al. 26.

Iuo p. 8. c. 295. Pol. l. 2. t. 31. non matronam habuit; nec illum, qui viduam aut repudiatam, vel meretricem in matrimonium assumpserit: nec eum, qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel iusto, vel iniusto timore superatus truncauerit: nec illum, qui vsuras accepisse conuincitur, aut in scena lusisse dinoscitur: nec eum, qui publica pœnitentia † *deflet.*] orig. mortalia crimina defleuit: † neque illum, qui in furiam aliquando versus insaniuit, vel afflictione diaboli vexatus est: neq; eum, qui per † ambitionem ad imitationem Simonis magi, pecuniam obtulerit. † *al. pro ordinatione* *Act. 8.*

Item Pius Papa.

† *offert*] or. ¶ Arreptitij, vel epileptici sacris altaribus non ministrent. C. III.

Bur. l. 3. c. 72. Iuo p. 2. c. 125. Pol. l. 4. t. 31. 2 COmmuniter diffinimus, vt nullus de iis, qui aut in terram arrepti à dęmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant altaribus ministrare, vel indiscusse se ingerãt sacramentis diuinis; exceptis illis qui corporis incommoditatibus dediti, siue huiusmodi passionibus in terram probantur elisi, qui tamen & ipsi tandiu erunt ab officij sui ordine, & loco suspensi, quousque vnius anni spatio per discretionem episcopi inueniantur † *alient.*] ceteri collectores. ab incursu dæmonum liberari †.

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. IIII.

Iuo p. 11. c. 104. CLerici qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem sacri regiminis gradum ascendere non possunt.

¶ Simile quiddam habetur in concilio Arausico 1. c. 16. Iuo citat Nicolaum Aluumno Iouansi archiepiscopo, ad quem etiam fortasse scribitur c. quorumdam, supra dist. 34.

Item Gelasius Papa, epist. ad vniuersos episcopos per Lucaniam constitutos, c. 21.

¶ De eodem. C. V.

Bur. l. 2. c. 20. Pol. l. 3. t. 9. c. vlt. Iuo p. 2. c. 88 & p. 6. c. 40. VSque adeo sane comperimus illicita quæque prorumpere, vt dęmonibus, similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere positis, aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis fidelium de sua salute cõfidat, vbi ministros ipsos curationis humanæ, tanta prospexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario remouendi sunt; ne quibuslibet, pro quibus Christus *Leuit. 21.* est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore sauciatum fortassis, aut debilem nequaquam sancta contingere lex diuina permisit; quanto magis doni cælestis dispensatores esse non conuenit (quod est deterius) mente perculsos?

Item Innocentius Papa I. Felici episcopo Nucerino, epist. 4. c. 4.

¶ Qui tempore baptismi vxores habent; si postea religiose vixerint, clerici fieri non prohibentur. C. VI.

Ansel. 7. c. 29 al. 34. LAici, qui habentes vxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti sint, aut monaste-

nasteriis, ex quo baptizati sunt, adhæserint; si non concubinam, non pellicem nouerint; si in omnibus bonis operibus vigilauerint; nō prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi. Iuo p. 6. c. 95 Pan. l. 3. c. 45.

4 *Ceterum ante susceptum sacrum ordinem quosdam legitimam concubinam habuisse, quos tamen sacri canones non resciscunt: si post sacrum ordinem ab eius commistione sese immaculatos custodiunt.*

Vnde Gregor. Andreæ Tarentino episcopo, l. 2 epist. 44. sine c. 83.

¶ De quodam episcopo, qui ante sui episcopatus apicem concubinam habuit. C. VII.

HAbuisse te concubinam manifesta veritate* comperimus; de qua etiam contraria est quibusdam natá suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium; hoc tuæ conscientiæ eligimus cōmittendum. Qua de re, si in sacro ordine constitutus eius te permistione esse recolis maculatum; sacerdotij honore deposito ad ministrādum nullo modo præsumas accedere; sciturus in animæ tuæ periculo† te ministrare, & Deo nostro te sine dubio reddere rationē; si huius sceleris conscius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris. Burc. l. 1. c. 195. Iuo p. 5. c. 310. Pol. l. 4. t. 39. † *al. periculum.*

* ¶ Comperimus.] *Sequebatur*, & te illius criminis participationem habere. *quæ verba sunt etiam in editione operum B. Gregorij Frobeniana. Verum sublata sunt, quoniam absunt & ab aliis editionibus, & a ceteris collectoribus, & a Ioanne diacono lib. 3. nu. 43. vita eiusdem Gregorij, omninoque sententiam perturbant.*

DISTINCTIO XXXIIII.

1 gs *DOmesticarum quoque personarum immoderatam familiaritatem episcopum vitare oportet.*

Vnde Nicolaus Papa ad Albinum † Archiepiscopum. † *al. Aluinum.*

¶ Etiam consanguinearum immoderatam familiaritatem episcopum vitare oportet. C. I.

QVorumdam relatione fidelium nostris auribus intimatum est; quòd Lanfredus episcopus, qui & iuuenis esse dicitur, venationi sit deditus: quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo, genere duntaxat Germanos, & Gallos irreuerenter implicat. Verum iste (si ita est, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur; qui iuuenilibus desideriis occupatus nulla † grauitate constringitur. *Et infra.* Nam (vt beatus dicit Hieronymus) venatorem numquam legimus sanctum. *Et infra.* Nihilominus autem de hoc episcopo relatum est apostolatui nostro; quod cum quadam filia sua immoderatam teneat familiaritatem, & ob id mala fama ei orta sit: pro qua re à sanctitate tua, ceterisque coepiscopis suis commonitus, atque correptus est; Iuo p. 5. c. 353. † *nulla senum grauitate.*] Iuo ad ca. 5. Micheæ & in ps. 90.

ſed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maxime diſplicet, & magis, ac magis deteriorem de ſe reddit opinionem; in quo beatitudinis tuę, & ceterorum coepiſcoporum ſuorum rationibus non obedit; & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam ſynodale cum epiſcopis, & ſuffraganeis tuis cõuocare concilium; & hunc ſalutaribus eloquiis epiſcopum conuenire; atque illi paſtorali auctoritate præcipere; quatenus ab omnium beſtiarum vel volucrum venatione penitus alienus exiſtat; atque ab immoderata filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino coerceat. Quòd ſi parere cõtempſerit, & tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ ſuæ conuerſatione vitanda vobis admonentibus obedire diſtulerit à veſtro collegio excommunicatus abſcedat. Quòd ſi in hoc contumax adhuc apparuerit, à miniſterio ceſſare debebit.

Extra de cle. ven. c. 1. Burc. l. 2. c. 213. Iuo p. 5. c. 366. & p. 6. c. 288. & p. 13. c. 30. Pan. l. 3. c. 167.

[*Ex concilio* [a] *Aurelianenſi* 4.

PALEA C. II.

Epiſcopum, preſbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere nõ licet. Quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate † ſæpius detentus fuerit; ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus a communione [b] ſuſpendatur, diaconus vero ab omni officio, & communione ſuſpendatur.

† *al. Voluntate ſæpius detectus*

a ¶ Aurelianenſi.] *Hæc Palea etiam in decretalibus tit. de cleric. ven. c. 1. citatur ex concilio Aurelianenſi, & in Pannormia ex c. 8. Sed in Aurelianenſibus, quæ extant, non eſt inuenta. Burchardus. & Iuo par. 6. c. 288. citant ex Meldenſi. Eadem vero ſententia eſt in Agathenſi, c. 55. (quod etiam citat Iuo par. 5. c. 366. & par. 13. c. 30.) & in Epaunenſi, c. 3.*

b ¶ A communione.] *In decretalibus legitur* à communione, ſi presbyter, duobus; ſi diaconus, ab omni officio ſuſpendatur. *Apud Burchardum eſt.* ſe à communione ſuſpendat, presbyter duobus; diaconus vno ab omni officio, & a communione ſuſpendatur: *neque multo aliter apud Iuonem par. 6. & in concilio Epaunenſi. In Agathenſi autem, & apud Iuonem par. 5.* Se à communione ſuſpendat; presbyter duobus menſibus ſe abſtineat: diaconus vero ab omni officio, & * communione ceſſabit. *Verum apud eundem Iuonem par. 13. ex concilio item Agathenſi hoc modo legitur:* ſe a communione abſtineat, * presbyter duobus menſibus ſe abſtineat, diaconus vno ab omni officio, vel communione ceſſet.

*al. Vel.
* *al. ſuſpendat.*

Extra de cle. ven. c. 2. Burc. l. 2. c. 214. Iuo p. 6. c. 289.

PALEA C. III.

Omnibus ſeruis Dei venationes, & ſiluaticas vagationes † cum canibus; & vt accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

† *al. fatigationes*

¶ *Hæc etiam Palea habetur eodem titulo de cleri. vend. c. 2. vbi ex eodem concilio Aurelianenſi citatur, quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. Sententia iiſdem pene verbis eſt in ſynodo Francica ſub Zacharia Papa, quæ & conciliorum tomis*

eſt

est inserta, & habetur lib. 5. capitular. c. 2. & manuscripta, inter epistolas Zacharia in codice sape memorato monasterij Dominicanorum.

Concubina autem hic ea intelligitur, qua cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur, hanc coniugem facit affectus; concubinam vero lex nominat. De hac dicitur in concilio Toletano 1. c. 17.

¶ Qui non baber vxorem, sed loco illius concubinam, à communione non repellitur. C. IIII.

IS, [a] qui non babet vxorem, & pro vxore concubinam habet; à communione non repellatur: tamen † vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ sit coniunctione contentus. Iuo p. 8. c. 64 Pan. l. 6. c. 49 † *al. tãtum*

a ¶ Is qui non.] *Integer concilij canon, qui apud Iuonem quoque, & in Pannormia refertur, est hic:* Si quis habens vxorem fidelis, * concubinam habeat: non communicet. Ceterum is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet; à communione non repellatur: tamen, * vt vnius mulieris, aut vxoris aut concubinæ (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus. Alias viuens abiiciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam reuertatur. *Neque vero omne concubinarum genus etiam eo tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentilium Imperatorum legatur; nihil opus est referre. Certe Iustinianus nouella 1. 18. c. 5. (vt est apud Iulianum antecessorem) quasdam concubinas comparat quodammodo vxoribus; quæ sine dotalium tabularum solennitate ducta fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum est, quod scripsit B. Augustinus in libro de bono coniugali, & refertur infra 32. quæst. 2. c. Solet. In quibus hæc tria erant necessaria: primum, vt vterque esset solutus: deinde fides mutua, quod alteri non iungerentur, neque à procreatione filiorum abhorrerent: tertium, vt vsque ad mortem in ea vita coniunctione manendum sibi proponerent. Et in his quidem scribit B. Augustinus posse aliquo modo dici nuptias esse & connubium, quamuis sic habitam non audeat appellare vxorem: quia non interuenerant instrumenta dotalia, & alia, quæ iure ciuili, & canonico requirebantur, vt esset legitima vxor: quod habetur in prædicta nouella 18. & infra 30. q. 5. c. Aliter. Itaque huiusmodi mulieres, cum non essent vxores, vocabantur concubinæ: sed ob illa tria, ac præcipue, quod in affectu maritali permanere statuerant, permittebatur ipsis communicare, habebanturq; tanquam vxores minus solenniter ducta. Et hoc est, quod hic, & in sequenti capite dicitur, pro vxore, & loco vxoris habere concubinam: Idque Gratianus ipse ad finem capitis antecedentis §. concubina indicauit. Nam concubinarum ad tempus adhibitarum, etiam si filiorum procreandorum causa haberentur, plane illicitus erat concubinatus: quod asserit idem B. Augustinus, c. audite. infra eo. & in eod. lib. de bono coniugali, c. concubina. infra 32. q. 2.* * *al. fidelem* * *al. tãtum*

Item Isidorus de distantia † noui, & veteris testamenti. † *al. consonantia*

¶ De eodem. C. V.

CHristiano non dicam plurimas, † sed ne duas simul habere licitum est, nisi vnam tantum, aut vxorem, aut certe loco vxoris, (si coniunx deest) concubinam. Iuo p. 8. c. 66 Pan. l. 6. c. 50

[*Ex dictis Augustini in lib. 5. homiliarum, homilia 49.*]

PALEA. C. VI.

AVdite charissimi membra Christi, & matris catholicæ ecclesiæ filij. Quod dico compere*n*tibus [a] & fidelibus, audiant pœni- Bur. l. 9. c. 15. Pol. l. 6. t. 8.

Iuo p. 8. c. 153. Pan. l. 6. c. 43

tentes. Quod dico fidelibus, dico & competentibus, & pœnitentibus. Audiant catechumeni; audiant omnes, omnes timeant; nemo contemnat: sit mihi in consolationem vester auditus; ne vobis sit in testimonium dolor meus: Competentibus dico; fornicari vobis non licet: sufficiant vobis vxores; audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli, si vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet: & si non habetis vxores; tamen non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittatis, & ducatis vxores: tanto magis damnatio vobis erit, si volueritis habere vxores & concubinas.

a ¶ Competentibus.] *Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinem restituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Augustinus in sermone ad competentes, atque intelligi etiam potest ex eodem B. Augustino alibi, & ex alijs.*
b ¶ Vxores.] *In hac praecipue parte non sunt relata propria verba B. Augustini, sed nonnulla omissa ac mutata. Nam ipse ita scribit:* sufficiant vobis vxores, aut nec vxores: cõcubinas vobis habere non licet; Audiat Deus, si vos surdi estis, audiat Angeli eius, si vos contẽnitis: cõcubinas vobis habere nõ licet: si audiãt competentes, quod dico fidelibus, non habetis vxores, non licet vobis habere concubinas quas postea ducatis vxores, quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & vxores dimittatis.

3 *Ceterum, si non talis concubina fuerit, & aetas illius, de quo agitur, futurae incontinentiae suspicionem auferre dinoscitur; apostolica concessione ad ordinem diaconatus prouehi potest.*

† al. Florentia.

Vnde Pelagius Papa scribit Florentino † episcopo.

¶ Qui post mortem vxoris habuerit de ancilla filios, diaconus fieri permittitur. C. VII.

Ansl. l. 7. c. 68 al. 73. Pol. l. 2. t. 1. † al. cum † al. subtilitatis.

FRaternitatis tuę relatione suscepta, eius latorem secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus; castitatem tamen eum † priori non seruasse coniugio designasti. Et quamuis multa sint, quæ in huiusmodi casibus obseruari canonice iubeat sublimitatis † auctoritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram, & ætas istius de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dinoscitur; vt ad diaconatum possit prouehi, temporum, vt dictum est, conscendentes defectui concessisse nos noueris. *& infra.* ¶ Micenam † vero ancillam eius, de qua se post trãsitum vxoris filios, habere confessus est iubemus, vt tua dispositione cuiquam monasterio continentiam professura tradatur.[a]

† al. Mitinã

a ¶ Tradatur.] *Apud Anselmum sequitur:* vt meliori sorte ad quod promouetur officium, sub bonæ postht famæ merito ministrare, nec aliqua opinionis eius maculandæ relinquatur occasio: *neque multo aliter in Polycarpo.*

Hoc ex dispensatione misericordiae: ceterum ex rigore disciplinę intelligitur illud Aurelianensis[b] concilij.

b ¶ Aurelianensis.] *Hac ad verbum habentur in concilio Gerundensi, c. 8.*

Non

¶ Non admittatur ad clerum, qui præter vxorem, aliam cognouerit. C. VIII.

SI quis de laicis post vxorem, aliam cuiuscunq; conditionis cognouerit mulierem, in clericum nullatenus admittatur. Bur.l.2.c.38. Iuo p.6.c. 139.

4 *Quod ergo de pellice, & meretrice apud Gregoriũ & Innocentiũ scribitur, propter spem futuræ incontinentiæ constitutum creditur: quia diffi.ile continentiã seruat, qui se illicito concubitu maculare non metuit. Vel † prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognouerit maritali affectu: vel quia corrupta florem virginitatis amiserit, vel quia meretricari non desinit, licet in vxorem ducatur. Vtrumque enim impedimentum cuilibet præstat, quo minus ad sacros ordines pertingere valeat.* † al. &

Vnde Hilarius Papa in synodo Romana, c. 2. scribit dicens.

¶ Qui virginem non duxit vxorem, ad sacros ordines non accedat. C. IX.

CVrandum † ergo in primis est, ne ad sacros ordines † (sicut gestis prioribus ante præscriptum est) quisquam, qui vxorem non virginem duxit aspiret. Ansl.7.c. 12.al.15. Pan.l.3. c.50 † *canẽdum*] orig.

Item Gregor. vrbis Romanæ præsul Squilatino † Epis. lib. 2. epi. 25 † *Gradus*] orig.

¶ Bigamus, vel pœnitens, corpore vitiatus, litteras ignorans, curiæ vel conditioni obnoxius, clericus non fiat. C. X.

PRæcipimus, ne vmquam illicitas ordinationes facias. nec bigamum, aut qui virginem non est sortitus vxorem, aut ignorantem litteras, vel in qualibet parte corporis vitiatum vel pœnitentiæ † vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium ad sacros ordines permittas accedere: sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promouere. † *forte*] *Scyllacino.* Ansl.7.c.35. al.42. Pol.l. 2.t.31. Iuo p.8. c. 288.

Item in Neocæsariensi concilio, c. 8. † *al. pœnitẽtem.*

¶ Non fiat sacerdos, cuius vxorem euidenter constat adulterium admisisse. C. XI.

SI cuius vxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, euidenter fuerit comprobatum; hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu iam eo constituto, adulterauit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest susceptо ministerio perfrui. † *al. publice pœnitẽtem. al. solẽnter pœnitẽtem.* Ansl.7.c.19

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ De eodem. C. XII.

SI laici † vxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicuius clerici vxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit perm.nere, à ministerio alienus sit. Apud Martinũ Bracarens.c.28. † *alicuius laici.*] orig.

Præmissis auctoritatib. bigami, & qui virgines nõ sunt sortiti vxo

res, a sacris ordinibus prohibentur. Sed quaeritur, si quis ante baptisma viduam duxerit vxorem, an propterea sit prohibendus a sacris ordinibus.

De his ita scribit Innocentius Papa Victricio Rothomagen. episcopo, epist. 2. c. 5.

¶ Qui ante baptisma, seu post baptisma viduam duxerit vxorem, non admittatur ad clerum. C. XIII.

Ansel 7. c. 11. Iuo p. 6. c. 55. SI quis viduam (licet laicus) duxerit vxorem, siue ante baptismum, siue post baptismum, non admittatur ad clerum: quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur; non acceptae vxoris consortium relaxatur. *& infra.* C. 6. eiusd. epist. ¶ Quòd si non putatur vxor esse computanda, quae ante baptismum ducta est, ergo nec filij, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

Prohibentur etiam bigami a quolibet ordine clericatus, iuxta illud Ambrosij epist. 82. ad Vercellensem ecclesiam.

¶ Qui secunda coniugia sortitur, clericus non fiat. C. XIIII.

Iuo p. 8. c. 290. Pan. l. 6. c. 63. COgnoscamus non solum hoc de episcopo, & presbytero Apostolum statuisse; sed etiam Patres in concilij †Nicaeni tractatu addidisse, neque clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit.

†*concilio Nicens tractatus*] orig.

5 *Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non possunt.*

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 18. legitur.

¶ Spectaculis publicis mancipatam vel eiectam, vel ancillam ducens vxorem, diaconus non fiat. C. XV.

SI quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricē, aut ancillam, vel aliquam de iis, quae publicis spectaculis mancipantur: non potest esse episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt.

Iuo p. 8. c. 297. Pan. l. 6. c. 68

Quae autem sit vidua, quae eiecta, vel meretrix, Hieronymus epist. 128. ad Fabiolam de veste sacerdotali ostendit dicens.

Apud Martinum Brac. c. 44.

¶ Quae sit vidua, vel eiecta, vel meretrix. C. XVI.

VIdua est, cuius maritus est mortuus: Eiecta est, quae a marito viuente proiicitur. Meretrix, quae multorum libidini paret.

Ex conc. Tolet. 1. c. 4.

7 *Sed postea temporū defectus cōdescendens Papa Martinus in minoribus ordinibus eos constitui permisit, non regulam praefigendo, dicens.*

†Hęc verba, *non regulā praefigendo*, absunt ab aliquot exēplaribus.

¶ Inter lectores, vel ostiarios deputetur subdiaconus secundam ducens vxorem. C. XVII.

SI subdiaconus secundam vxorem duxerit, inter lectores vel ostiarios habeatur, ita vt Apostolum non legat.

Necessi-

Necessitate tamen exigente bigamus usque ad subdiaconatum potest promoueri. Ibid.c.43. Ex conc. Tol.1.c.3.

Vnde Martinus Papa ait.

¶ Viduam ducens vxorem, subdiaconus, si necessitas exigat fieri potest. C. XVIII.

LEctor, si viduam alterius, vxorem acceperit, in lectoratu permaneat; aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat; nihil autem supra. Similiter, & si bigamus fuerit.

8 *Quibus autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuijs interesse.*

Vnde in Agathensi concilio, cap. 39. legitur.

¶ Nuptiarum conuiuiis presbyteri interesse non debent. C. XIX.

PResbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores licentia [a] non est, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia: nec his cœtibus misceantur; vbi amatoria cantantur, & turpia; aut obscœni motus corporum choreis, & saltationibus efferuntur; ne auditus, aut obtutus sacris mysteriis † deputati turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur. Burc.l.2. cap. 143. Iuo p.6.c. c.209. Pol.l.4.t.31. † al. ministerijs.

a ¶ Licentia non est] *In codicibus impressis legebatur,* licentia modo non est. *Expuncta est dictio,* modo, *quæ neque in originali, neque in vetustis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Iuone, concilio Venetico c. xj. (vbi hoc idem repetitur) habetur. Ac presbyteris quidem numquam, ne apud Græcos quidem, licuit ducere vxores.*

Vidua vero intelligenda est, si post solenne fœdus nuptiarum, morte interueniente, a viro suo diuisa fuerit. Ceterum, si antequam conueniant, fatali necessitate ab alterutro diuisi fuerint; licet ex sponsalibus vxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, etiam si in propria sit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur; nec ex eius copula a sacris ordinibus aliquis prohibetur.

Vnde Pelagius Papa scribit.

¶ Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptam, vxorem duxit, sacerdos fieri non prohibetur. C. XX.

VAlentino clerico, cui mulier cum alio ante velata; non tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem eius, cum quo velata erat sponsa, † coniugali est copula sociata, quia iterum † velamen accepit, nullum in promouendo generetur obstaculum, quia nihil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet institutis. Simile 27. q.2.c.quod autē. §. item si sponsa. Iuo par.6. c.113. † al. sponso. † al. interim.

DISTINCTIO XXXV.

1 *A quibus ordinibus bigami prohibeantur, & vtrum reputen-* gs *tur bigami, qui ante baptismum habuerunt vnam, & post baptismum alteram, & an liceat sortiri vxores in sacris ordinibus constitutis, multorum auctoritatibus breuiter monstratum est.* ¶ Se-

Prima Timo.3. & glossa ad eum locum habentur hæc omuta ex Hie. epis.83. 1. Tim.3. Leuit.10. *quitur autem in descriptione illa Apostolica; Vt sit sobrius, qui ordinandus est, non vinolentus: quod ex auctoritate veteris testamenti introductum est. Ministri enim templi prohibentur vinum, & siceram bibere: ne ebrietate grauentur corda eorum, & vt sensus eorum vigeat semper, & tenuis sit, vel quia venter mero æstuans facile despumat in libidinem. Vnde Noe in ebrietate nudauit femora: Loth, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. ¶ Quod tamen † vinolentus esse prohibetur, non semel, sed frequenter vino repletus debet intelligi. Hinc etiam in canonibus Apostolorum can.43. & 42. legitur.*

inf.ea.c. venter. Gen.9. & 19. † al. autem. Gl. interlinearis. 1.Tim.3. † communione priuentur.

¶ Diaconus, presbyter, & episcopus ebrietati, & aleæ deseruientes, nisi desierint, deponantur †. C. I.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ, atque ebrietati deseruiens aut desinat, aut certe damnetur †, Subdiaconus, aut lector, aut cantor si similia faciens aut desinat, aut communione priuetur. Similiter etiam laicus.

Item Hieronymus lib. primo contra Iouinianum.

¶ Esus carnium, & vini potus, post diluuium concessus legitur, post Christi aduentum inhibitus. C. II.

Bur.l.14.c.5. Pol.l.6 c. 18. Ivo par.13. c.73. Pann.l.3. cap. 730. Rab.pæ. c.28. † καθαιρείσθω, id est, deponatur. Matth.19. Act 15. Gal.5. Rom.14. Prou.20.

AB exordio conditionis humanæ nec carnibus vescebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum. Sic vsque ad diluuium vsque peruenimus. Post diluuium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum, & repudia concessa duritiæ, & cultellus circumcisionis appositus, quasi Dei manus plus in nobis creauerit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & ω reuoluit ad α, & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium, nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes, dicente Apostolo [Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere] Et vinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est.

Idem lib.2. contra Iouinianum.

¶ Alienum est a sanitate potationibus & ebrietatibus vacare. C. III.

LVxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas; omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens.

Idem in Micheam ad c.2.

¶ Ignominiosum est sacerdoti affluere deliciis, epulis, atque lasciuiis. C. IIII.

Micheæ 2.

ECclesiæ principes, qui deliciis affluunt, & inter epulas, atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus sermo describit, quod eiiciendi sint de spatiosis domibus, lautisque conuiuiis, & multo la-

ro labore epulis conquisitis, & eiiciendi propter malas cogitationes, & opera sua. Et, si vis scire, quo eiiciendi sunt, Euangelium lege: in tenebras scilicet exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium. An non confusio, & ignominia est, Iesum crucifixum, magistrum pauperum, atque esurientem fartis prædicare corporibus? ieiuniorumque doctrinam rubentes buccas, rumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoque, & abstinentiam amplectamur. *Matth.22.*

Idem ad Oceanum, epist.83.

¶ De eodem. PALEA. C. V.

Venter mero æstuans cito despumat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor. [*Idem ad Nepotianum de vita clericorum.*]

sup. initio dist. Hiero. in epist. ad Titũ ad c.1. in epist. ad Oceanum.

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

Vinolentum sacerdotem & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant † in templo Dei, prohibentur vinum, & siceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorum. Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest. *& infra.* ¶ Quidquid inebriat, & statum mentis euertit, fuge similiter vt vinum. [Nolite, ait Apostolus, inebriari vino, in quo est luxuria.] *& supra.* ¶ Qui altario deseruiunt, vinum, & siceram non bibant. Sponsa [a] Christi vinum fugiat vt venenum: vinum, & ebrietas incendium est.

† *altario deseruiunt*] orig. *Leuit.*10. *Num.*6. Ad Nepotianum. *Ephesi.* 5.

a ¶ Sponsa Christi] *In epistola ad Eustochium sic habetur:* Hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. *& paulo post:* vinum, & adolescentia duplex est incendium voluptatis. Ad Eustochium epist. 22.

Item Prosper de vita contemplatiua, lib.2.c.22.

¶ De eodem. C. VII.

Luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

Item Ambrosius in libro de Elia, & ieiunio, c.4.& 5.

¶ In paradiso abstinentia, post paradisum edendi lasciuia incœpit. C. VIII.

Sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestiis orta edendi potestas est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit, ibi finis factus est mundi: ibi † cœpit sua incrementa nescire, vbi † cœperunt diuina opera circa eum feriari. Quo indicio declaratum est, quod per cibos mundus haberet imminui, per quos desiit augere. *& infra.* ¶ Et vt sciamus non esse nouum ieiunium, primam illic legem constituit de ieiunio. *& infra.* ¶ Eousque nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta non esset, quæ prima est præuaricatio. Indictum ieiunium, abstinentiæ lex a Domino Deo: præuaricatio legis a diabolo; culpa per cibum, late-

† *vbi*] orig. † *ibi*] orig.

bra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. *& infra.* ¶ Serpens gulæ persuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit, abstinentia ad paradisum
Ibid. c. 5. reuocauit errantem. *& infra.* ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantauit: dedit naturã, sed ignorauit potẽtiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. *& infra.* ¶ Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est
† Inuentũ] vera lectio. Noe. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum † suum ad remedium temperauit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat a consorte naturæ suæ obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidẽ iam fraternæ prælationis inuidia, manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerẽtia. Læsa pietas est, dũ ridetur ebrietas. Non illis itaq; solis nocent vina, quos teneant, sed & illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum membra nu-
Gen. 19. dantur. ¶ Legimus etiam, quod patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quem timentes incendium sodomitarum confugerant, & habitabant in spelunca. *& infra.* ¶ Fuit itaque ebrietas origo incesti,
Gen. 18. pessimæ regenerationis partus deterior. ¶ At non Abraham vina in suo conuiuio ministrabat: sed immolabat vitulum: butyrum, & lac, etiam angelis hospitibus exhibebat. Cœli dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed recte illic dẽerat materia peccati, vbi erat remissio peccatorum. Denique annun-
Matth. 11. tiauit eum Ioannes non manducans panem neque bibens vinum. Qui enim Christum annuntiat, ab omni vitiorum incentiuo præstare se debet alienum.

Item ex concilio Agathensi, c. 41.

¶ Triginta diebus a communione abstineat clericus, quem ebrium fuisse constiterit. C. IX.

Burc. l. 14. c. 11. Iuo p. 13. c. 79.

ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio a communione statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio.

DISTINCTIO XXXVI.

Glo. ordinaria. ps *1. Tim. 3.* *† al. dispensatione.*

OPortet etiam ordinandum esse prudentem. Quod contra eos notandum, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Prudentem autem episcopum oportet intelligi non solum litterarum peritia, verumetiam sæcularium, negotiorum dispositione †.

Vnde

Vnde in epist. Gelasii Papa ad episcopos per Lucaniã, c. 18. & 19.

¶ Illiterati, & corpore viciati non promoueantur ad clerum. C. I.

Illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos [a], vel imminutos nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere; quia litteris carens sacris non potest esse aptus officiis: & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. ¶ Similiter qui seipsos abscindunt. — Bur. l. 2. c. 18. Iuo p. 6. c. 73. & 75. Pan. l. 3. c. 46. Leuit. 22. Ibid. c. 19.

a ¶ Vitiatos, vel] *Ista dua voces absunt a plerisque vetustis exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expressa est potius sententia, quam verba relata.*

Item Zozimus Papa epist. ad Isichium episcopum Salonitanum.

¶ Ad summum sacerdotium non aspiret, qui diuinis stipendiis, vel disciplinis non est eruditus. C. II.

Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum. — Infra dist. 59. c. 1. Ansel. l. 6. Iuo par. 5. c. cap. 192.

Ecce quod sacrarũ litterarũ oportet episcopũ habere peritiã: Vnde in Veteri testamẽto inter cetera ornamẽta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & Veritas: quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio Veritatis. ¶ Hinc etiã Vectes, quib. arca portabatur, iugiter annulis erant inserti, Vt cũ arca esset portãda, nulla fieret mora de intromittendis Vectibus: quia prædicatores, per quos ecclesia circũfertur, sacris litteris semper debent insistere, ne tunc quærãt discere, cũ ex officio alios debeant docere. ¶ Hinc etiã Dauid prius ex gratia spiritus sancti donũ scietiæ percepit, & postea administrationẽ regni assecutus est. ¶ Salomon quoque non diuitias, nõ longa tẽpora huius Vitæ, sed sapientiã a Deo petijt, & impetrauit. ¶ Hinc etiã Dominus prius ponit Verba sua in ore propheta, & postea constituit eũ super gentes, & regna, dicẽs ad Hieremiã [Ecce dedi Verba mea in ore tuo; ecce constitui te hodie super gentes, & super regna.] ¶ Hinc etiã Malachias ait [Labia sacerdotis custodient scientiã, & legẽ requirent de ore eius; quia Angelus Domini exercituũ est.] ¶ Hinc etiã saluator noster prius in medio doctorũ sedit audiens illos, & interrogans, & postea prædicare cœpit. quia prius quisque discere, & postea prædicandi officiũ Vsurpare debet. ¶ Hinc etiã Salomon prius ait [tẽpus tacendi] & postea [tẽpus loquendi;] quia Veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur. ¶ Hinc idẽ Dominus ait [Qui audit, dicat, Veni.] ¶ Hinc etiã prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandũ misit dicens, [Estote ergo prudẽtes, sicut serpẽtes, & simplices sicut columbæ.] Sic etiã post resurrectionẽ prius illis sensum aperuit, & scripturas explanauit; & postea dixit eis [Euntes in mundum Vniuersum, &c.] — Exod. 28. ex interpre. lxx. Exod. 25. 2. Reg. 5. 3. Reg. 3. 1. Paral. 1. Hier. 1. Mal. Luc. 2. Eccl. 3. Eccl. 3. Apoc. 22. Matth. 10. Mar. 16. Matth. 14.

Vnde, cum de quinq; ve panibus quinque millia hominũ vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit, & per eos demum turbis appoſuit: quia ſacramenta legis, & prophetarũ prius diſſerendo expoſuit, & poſtea eorũ ſcientiam diſcipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus diſpenſauit. ¶ Hinc & Petrus, cum rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait [Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide & ſpe, quæ in vobis eſt.] (1. Pet. 3.) *¶ Hinc etiã Paulus ſcribens ad Timoth. ait [attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.]* (1. Tim. 4.) *¶ Ex quib. omnibus liquido colligitur, quod nõ ſufficit prælatis bona cõuerſatio, & morũ honeſtas niſi addatur ſciẽtia doctrinæ. ¶ Vnde ſacerdotes ingreſſuri tabernaculũ, prius lauabãtur in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierũ.* (Exod. 38.) *¶ Hinc etiã in canticis canticorũ oculi, per quos prælati eccleſiæ intelliguntur, aſsimilantur columbis, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima.* (Cant. 5.)

Hinc etiam Hieronymus [a] *in Leuit.*

[a] ¶ Hieronymus] *Citatur ex B. Hieronymo. & extat in homilia ſexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cum alijs multis, B. Hieronymus Latinas fecit; ſed ita, vt noxia quæque detruncarit, vtilia tranſtulerit. Quod ipſemet ad Theophilum epiſt. 61. ad Vigilantium epiſt. 75. & in prologo ſecundi libri in Michæam profeſſus eſt. Ac frequenter Gratianus ea, quæ ſunt Origenis, Hieronymi nomine citat; vel quia præcipui eccleſiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus ea, quæ dictum eſt, modo vertendo, pene ſua fecerat.*

¶ Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere; non bellis, ſed orationibus vacare. C. III.

Leuit. 8. SI quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quam merito, imitetur Moyſem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? quod non diſcedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut a Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt, aut a Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando; aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ a Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ ſpiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus, quod facit Moyſes: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. (Exod. 17.) Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus eius: ſi relaxauerit, & dimiſerit † manus, populus eius vincitur, & fugatur. († al. dimiſerit.) Oret ergo & ſacerdos eccleſiæ indeſinenter, vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas, qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Chriſto.

DISTINCTIO XXXVII.

1 ps *SEd quæritur, an ſæcularibus litteris oporteat eos eſſe eruditos. De his ita ſcribitur in concilio Carthaginenſi 4. c. 16.*

¶ Li-

¶ Libros gentilium non legat episcopus. C. I.

EPiscopus gentilium libros non legat: hæreticorum autem, pro necessitate, aut tempore.
Item Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo, epi.146.

Ans.l.7.c.201. Bur.l.1.c.95. Iuo par. 4. c.160. & p.5. c.197.

¶ Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis Euangeliis comœdias legunt. C. II.

SAcerdotes Dei omissis Euangeliis, & prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere, Virgilium tenere †; & id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.
Idem ad cap.4.epist.ad Ephesios, lib.2.comment.

Pann.l.2.c.130. Poly.l.4.t.7. Iuo par. 4. c.162.

¶ In vanitate, & obscuritate sensus ambulant, qui sæcularibus disciplinis occupantur. C. III.

NOnne vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus dialectica arte torquentur? qui physicus perscrutator oculos trans cœlum leuat, & vltra profundam terrarum, & abyssi †, in quoddam inane demergitur, qui iambum ferit[a]? qui tantum † metrorum siluam in suo studiosus corde distinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas, & nefas quærit? qui adulatur regibus, hereditates captat alienas, & opes congregat; quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

Pann.l.2.c.131. † *al. tenere in manib.* *Ephe.4.* † *al. abyssi quoddam immane demergit.*] † *al. tantū.*

a ¶ Ferit] *Antea legebatur*, iambum feruet. *In originali autem impressio est*, Iambum struit. *Emendatum vero est ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo sic scribit.*

Iambus ipse sex enim locis manet.
Et inde nomen inditum est senario:
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur.
Scandendo binos quod pedes coniungimus. *Ac de iisdem senariis Isidorus l.1.Etymol.c.38.ait.* hos Græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

Idem lib.9.ad c.28.Esa.a.

¶ Qui scripturas sacras male intelligit, vel sæculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicera. C. IIII.

VInoinebriantur, quando scripturas sanctas male intelligunt, atque peruertunt: sicera, quando sæculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula † sunt appellanda; quam phasmata, id est vmbræ quædā, & imagines, quæ cito pereunt, atque soluuntur. *Idem.* ¶ Secundum tropologiam pseudo prophetas eos debemus accipere; qui aliter scripturarum verba accipiunt, quam spiritus sanctus sonat: & diuinos eos, qui coniectura mentis suæ incerta futurorum quasi vera pronuntiant absque diuinorum auctoritate verborum. *Idem.* ¶ Quicumque scripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit.

† *al. tendiculę.* Hie.l.5.ad c.29.Ier. Hier.l.6.cōment.ad c.31.Ier.

Item lib.3.ad c.6.ep. ist.ad Ephesi.

¶ Reprehenduntur episcopi, qui filios suos secularibus erudiunt litteris. C. V.

Iuo par. 4. c.166. LEgant episcopi, atque presbyteri, qui filios suos secularibus litteris erudiunt,& faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare,de ecclesiasticis forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel totã substantiam suam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in kalendariam strenam, & saturnalitiam sportulam,& mineruale munus grammaticus, & orator,aut in sumptus domesticos,templi stipes,aut in sordida scorta conuertit. *1.Reg.2.* Heli sacerdos, ipse sanctus fuit: sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina, & correctione, supinus cecidit, & mortuus est.

[*Item ex responsione Hadriani*[a] *Papæ ad Carolum,c.*49.]

PALEA C. VI.

Iuo par.4. c.229. † *al. inuentorum.* OMnem vim venenorũ † suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici, quæ philosophorum sententia, definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum.Regnum enim Dei in simplicitate fidei est,non in contentione sermonis.

a ¶ Hadriani] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum.c.49.& inde emendatum est, Eadem vero habentur apud B.Ambrosium lib.1.de fide ad Gratianum.Imp.c.3.*

Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis.

¶ Beatus Hieronymus ab angelo verberatur; quia Ciceronis libros legebat. C. VII.

Ex Hieronymo ad Eustochium de custodia virg. Iuo par. 4. cap. 164. Pann.l.2. c.132. LEgimus de beato Hieronymo, quod cum libros legeret Ciceronis ab angelo est correptus, eo quod vir Christianus paganorum figmentis intenderet.

Luc.15. Act.7. Dan.1. Exo.3.& 11. Leuit,1. Matt.2. Rab. ad hũc locũ Matt. *Hinc etiã filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur, qui de siliquis,quas porci manducabãt,ventrẽ suũ replere cupiebat.¶ Hinc etiã Origenes*[a] *cinyphes,& ranas,quibus Ægyptij sunt percussi,vanam dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quod non est ab ecclesiasticis secularium litterarũ quærenda peritia. Sed cõtra legitur, quod Moyses, & Daniel omni scientia Ægyptiorum, & Chaldæorũ eruditi fuerunt. Legitur etiã, quod præcepit Dominus filijs Israel, vt exspoliarent Ægyptios auro,& argento, moraliter instruens, vt siue aurum sapientiæ,siue argentum eloquentiæ apud poetas inueniremus,in vsum salutiferæ eruditionis vertamus. ¶ In Leuitico etiã primitias*[b] *mellis,id est dulcedinem humanæ eloquentiæ,Domino iubemur offerre. ¶ Magi quoq; tria munera obtulerunt Domino,in quib. nonnulli*

nulli tres partes philosophia Volũt intelligi. Deniq;(Vt in expositione psalterij [c] Cassiodorus testatur) omnis splendor rhetoricæ eloquẽtiæ, omnis modus poeticæ locutionis, qualibet Varietas decoræ pronunciationis a diuinis scripturis sumpsit exordiũ. ¶ *Hinc & Ambrosius [d] ait super epist. Colossensium*[*Omnis ratio sciẽtiæ supernæ, Vel terrenæ creaturæ in eo est, qui est caput earum, & auctor: Vt qui hunc nouit, nihil Vltra quærat, quia hic est perfecta Virtus, & sapiẽtia; quidquid alibi quęritur, hic perfecte inuenitur. In Daniele, & Salomone ostẽdit infidelibus se totius auctorem sapientię. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, & Prophetis astrologiam, geometriam, & alia huiusmodi: quę ideo despecta sunt a nostris, quia nihil Valent ad salutẽ, sed mittunt in errorem: & dum his student, curã animę non habent. Qui Vero Christum nouit, thesaurum sapiẽtię, & scientię inuenit; quia id nouit, quod Vtile est.*]

a ¶ Origenes] *In homilia 4. ad c. 7. Exodi, ranas quidem comparat poetis; ciniphes autem dialecticis.*

b ¶ Primitias] *Leuitici cap. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Vbi in glossa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Isychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem beati apostoli Pauli possunt Deo offerri.*

c ¶ Cassiodorus] *In prologo psalterij. c. 15. & sequenti multis verbis Cassiodorus diuinæ scripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis psalmi 6. valde videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

d ¶ Ambrosius] *Ex B. Ambrosij principio expositionis capitis secundi epistolæ ad Colossenses, hæc summatim collecta sunt, referunturque in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idẽ caput secundum, cuius Anselmi verbis, Gratiani verba magnopere sunt similia.*

Hinc ẽt Beda lib. 2. Rerũ, c. 9. in Samuelis allegoricis expositionib.

¶ Non prohibeantur clerici sacras litteras legere. C. VIII.

TVrbat acumen legentiũ, & deficere cogit, qui eos a legendis sæcularib. litteris omnimodo æstimat prohibendos; in quibus † si qua inuenta sunt vtilia, quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientia, vel litteris Ægyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen superstitiones simul & delicias horrebant. Nec ipse magister gentium aliquot versus poetarum suis vel scriptis indidisset, vel dictis. Iuo p. 4. c. 85. Pann. l. 2. c. 133. † *al. quibus vbilibet inuenta Vtilia.*]

2 *Cur ergo legi prohibentur, quę tã rationabiliter legẽda probantur? Sed sęculares literas quidã legunt ad Voluptatem, poetarum figmentis, & Verborum ornatu delectati: quidã Vero ad eruditionem eas addiscunt, Vt errores gentilium legendo detestentur, & Vtilia, quæ in eis inuenerint, ad Vsum sacrę eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter sęculares litteras addiscunt. Vnde B. Gregorius quemdam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat; sed quia contra episcopale officium pro lectione Euangelica, grammaticam populo exponebat.* l. 9. reg. epist. 48. Infra 86. dist. c. cum multa.

Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam in explanatione proœmij.

¶ Sæculares litteræ legendæ sunt, ne ignorentur. C. IX.

Pann. l. 2. c. 134. LEgimus aliqua, ne negligãtur [a]; legimus, ne ignoremus; legimus, non vt teneamus, sed vt repudiemus.

a ¶ Negligantur] *Sic etiam in Pannormia, sed in originali & in vno Gratiani manuscr.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pseudoeuangelijs. Sed non est mutatum ob glossam.*

Item Hieronymus ad c. 1. epistola ad Titum.

¶ Grammatica legenda est, vt per eam sacræ scripturæ intelligantur. C. X.

Pann. l. 2. c. 135. SI quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam, vt rationem recte loquendi habeat, & inter falsa & vera diiudicet, non improbamus [a]. ¶ Geometria quoque, & arithmetica, & musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, Iuo p. 4. c. 167. Apostolos non ignorare. ¶ Grammaticorum [b] autem doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vsus assumpta.

Pann. l. 2. c. 136. a ¶ Non improbamus] *Absunt ista duæ voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio epistolæ ad Titum,* & cognitionem veritatis, quæ est iuxta pietatem, *ita scripsit.* Est plane veritas, quæ non habet pietatem; & si quis grammaticam, &c.

b ¶ Grammaticorum] *Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Isidori lib. 3. de summo bono, c. 13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

Exemplo Danielis probatur non esse peccatum sæcularibus litteris erudiri. C. XI.

Poly. l. 4. t. 7. † *non Vule*] orig. & Polyc. & sic deinceps. QVi de mensa Regis, & de vino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur; vtique si ipsam sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, nunquam acquiescerent dicere, quod non licebat. Discunt autem, non vt sequantur; sed vt iudicent, atque conuincant: quomodo si quispiam aduersus mathematicos velit scribere imperitus mathematicis, risui pateat: & aduersus philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente *Act. 7.* doctrinam Chaldæorum, qua & Moyses omnem sapientiam Ægyptiorum didicerat. Hiero. in prologo in Danielem. *Idem.* ¶ Si quando cogimur litterarum sæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omisimus; non nostræ est voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimæ necessitatis; vt probemus ea, quæ a sanctis prophetis ante secula multa prædicta sunt, tam Græcorum quam Latinorum, & aliarum gentiũ litteris contineri.

Item ex synodo Eugenij [a] Papæ secundi.

¶ Magistros, & doctores episcopi congruis locis constituant. C. XII.

Iuo p. 4. c. 214. Ans. l. 7. c. 2. Pol. l. 4. t. 32. DE quibusdam locis ad nos refertur neque magistros, neque curam inueniri pro studio litterarum. Idcirco in vniuersis episcopis, subiectisque plebibus, & aliis locis, in quibus necessitas occurrerit,

rit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magistri & doctores cõstituantur; qui studia litterarum, liberalium artium dogmata assidue doceant: quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mandata.

a ¶ Eugenii] *Apud Anselmum citatur ex synodo habita Romæ in consist. Lateran.* n *Beato . . . . . . In polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenij: ex quo etiam citat Iuo. Inuentum vero est in synodo Eugenij Papæ II. & in synodo Leonis IIII. quarum synodorum, vt alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam synodi a Gregorio VII. Romæ habitæ, talis cuiusdam capitis hæc ponitur summa,* Vt omnes episcopi artes litterarum in suis ecclesiis doceri faciant.

Item Augustinus contra Faustum Manichæum, lib.13.c.15. † — † *sed ibi fusius.*

¶ Auctoritatibus gentilium, eorum vanitas retunditur atque conuincitur. C. XIII.

SI quid veri de Deo Sybilla, vel Orpheus, aliive gentium vates, aut philosophi prædixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam; non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. Quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem Angelorum, & confessionem dæmoniorum; tantũ inter auctoritatem prophetarum, & curiositatẽ sacrilegorum. *Ibidẽ infra.*

Item Clemens Papa I. epist.5. ad suos discipulos.

¶ Ad intelligentiam sacrarum scripturarum, sæcularium peritia necessaria ostenditur. C. XIIII.

4 RElatum est nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes aduersantur sacris † doctrinis: & prout eis videtur, non secundum traditionem patris, sed iuxta sensum suum, docere videntur. Multis enim quidam, vt audiuimus, vestrarum partium ingeniosi † homines ex iis, quæ legunt, verisimilitudines capiunt. Et ideo diligenter obseruandum est; vt lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit; sed fieri non oportet. Non enim sensum †, quem extrinsecus adulteretis, alienum, & extraneum debetis quærere; aut quoquo modo ipsum scripturarum auctoritate confirmare: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligẽtiam discere scripturarum, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit; vt ipse possit ea, quæ recte suscepit, competenter asserere. Cum ex diuinis scripturis integram quis, & firmam regulam veritatis susceperit: absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

† *al. sanis.*

† *secundum ingenium hominum*] orig.

† *al. sensum extrinsecus alienum.*

Item Isidorus in lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 13.

¶ Quare prohibetur Christianus poetica figmenta legere. C. XV.

Iuo p. 4. c. 167. Pano. l. 2. c. 137. 4 IDeo prohibetur Christianus figmenta legere poetarum; quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim solum thura offerendo, dæmonibus immolatur; sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Ex Greg. in l. 1. pastor. c. 1. Matth. 15. Psal. 35. *Vt itaq; ex præmissis apparet, imperitia sacerdotibus semper esse debet aduersa: quia cum per ignorantiam cæcati alijs ducatum præstare cœperint, ambo in foueam cadunt: Vnde dicitur in psalmo [Obscurentur oculi eorum, ne videant; & dorsum eorum semper incurua.] Cum. n. obscurantur illi, qui præeunt; ad ferenda onera peccatorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaq; sacerdotibus, vt ignorantiam a se quasi quamdam pestem abijciant. Licet enim seruus nesciens voluntatem domini sui, & non faciens, dicitur vapulare paucis; non tamen hoc de omnib. generaliter intelligitur. Ait enim* Luc. 12. Psal. 68. *Apostolus [Qui ignorat, ignorabitur.] Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere, vt bene ageret.*

1. Cor. 14. *Vnde Augustinus ait in lib. quæst. veteris, ac noui testamenti, quæst. 67.*

C. XVI.

NOn omnis ignorans immunis est a pœna. Ille enim ignorans potest excusari a pœna, qui a quo disceret, non inuenit. Istis autem hoc ignosci petit, qui habentes a quo discerent, operam non dederunt. Huiusmodi nō licet ignorare: accipiant ergo veniam, si conuertantur.

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori. Est autem responsio ad quæstionem, quam præmisit B. Augustinus his verbis:* Quid est, Luc. 23. Gen. 20. quod in carne positus Saluator ait: Pater ignosce illis; non enim sciunt; quid est, quod ignoscitur? maxime cum dicat rex Abimelech ad Deum: numquid gentem ignorantem perdes? Non omnis ignorans immunis est, &c. *In extremo autem addita sunt nonnulla ex ipso B. Augustino, quo sententia sit integrior.*

DISTINCTIO XXXVIII.

Burc. l. 1. c. 100. Iuo p. 5. c. 202. Ansl. 7. c. 144. 1 CVm itaque voluntaria ignorantia omnibus noxia sit; sacerdotibus est periculosa.

ps *Vnde in concilio Tolet. 4. c. 24. legitur.*

¶ Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda est. C. I.

1. Tim. 4. Ibid. inferius. Conc. Arel. 4. c. 3. IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus apostolus dicens ad Timotheum [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ;] & [semper permane in his.] Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones, vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina

doctrina consistat: atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina.

Item ex eodem Tolet. 4. c. xxv.

¶ Officialem libellum ab episcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur. C. II.

QVando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem a suo sacerdote accipiant, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant; ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant. Cum vero ad Litanias, vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddāt, qualiter susceptū officium celebrent, vel baptizēt. Bur. l. 2. c. 57. Ans. l. 7. c. 113. Iuo p. 3. c. 23.

Item Leo episcopus ad clerum, & plebem Constantinopolitanæ Vrbis, epist. 22.

¶ Inscitia sacerdotum nec excusatione digna est, nec venia. C. III.

SI in laicis vix tolerabilis videtur inscitia; quanto magis in iis, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia? Ans. l. 7. c. 119.

Item Ca[illegible]nus Vniuersis episcopis per Apuliam, & Calabriam constitutis, epist. 3. Pol. l. 4. ti. 4. Burch. l. 2. c. 160.

¶ Canones non licet sacerdotibus ignorare. C. IIII.

NVlli sacerdotum liceat canones † ignorare, nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obuiare. Quæ enim a nobis res digne † seruabitur; si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur? Iuo p. 6. c. 251. Ans. l. 7. c. 108. Poly. l. 4. t. 4. † *al. suos canones.*

Item ex dictis Augustini.

¶ Quæ sint sacerdotibus necessaria ad discendum. C. V.

QVæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum; id est, liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, cōputus, canon pœnitentialis, psalterium, homiliæ per circulum anni Dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnū defuerit; sacerdotis nomen vix in eo constabit: quia valde periculosæ sunt euangelicæ minæ; quibus dicitur [Si cæcus cæco ducatum præstet; ambo in foueam cadunt.] † *al. digna.* Bur. l. 2. c. 2. & l. 19. c. 8. Ansel. l. 7. c. 109. Poly. l. 4. t. 31.

¶ *Ceteri etiam Collectores Augustinum citant. Fere autem omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officiis ecclesiasticis, & alibi.* Iuo p. 6. c. 22.

Item ex 7. synodo c. 2. Pann. l. 3. c. 24.

¶ Quæ oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus. C. VI.

OMnes psallentes repromittimus Deo [In iustificationibus tuis meditabor, nō obliuiscar sermones tuas. Quod omnes quidem Christianos obseruare saluberrimum est; sed præcipue hos, qui hierarchicam consecuti sunt dignitatem. Vnde definimus, omnem, qui ad episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus psalterium nosse; vt ex hoc & omnis clerus, qui sub ipso fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter a metropolitano; si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transitorie tam sacros canones, & *Matth. 15.* Mutatus est periodi ductus. Iuo p. 5. c. 372. *Psal. 118.*

ſanctum euangelium, quem diuini Apoſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam; atque ſecundum mandata Dei conuerſari, & docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia enim ſummi ſacerdotii noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita, id eſt vera diuinarum ſcripturarum diſciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionyſius. Quod ſi diſceptauerit, & ita libenter facere, & docere minime ſpoponderit; nullatenus conſecretur. Ait enim prophetice Deus[Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.]

Cap. 1. eccl. Hierarchiæ.

Oſee 4.

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 3.

¶ De eodem. C. VII.

PLacuit †, vt ordinandis epiſcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur; ne ſe aliquid contra ſtatuta concilii feciſſe pœniteat †.

† *al. pœniteant.*] *al. aſſerant.*

Item Zepherinus Papa epiſt. 1. ad epiſcopos Siciliæ.

¶ Sacræ ſcripturæ inhærentes non obſcurantur iniquitate mundana. C. VIII.

SIcut ſtellas cœli non extinguit nox; ſic mētes fidelium, firmamento inhærentes ſanctæ ſcripturæ non obſcurat mundana iniquitas.

Itē Hieronymus ad Euſtochiū in proœmio comment. in Eſaiam.

¶ Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti. C. IX.

1. *Cor.* 1.

SI iuxta apoſtolum Paulum, Chriſtus Dei virtus eſt: Deique ſapientia, & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem, eiuſque ſapientiam; ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt.

Item Gregorius in paſtorali, par. 1. c. 1.

¶ A Domino ſciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Dei ſunt, ſapiunt, vel ignorant. C. X.

1. *Cor.* 14. Lib. moralium 15. c. 23. mutato verborum ordine.

QVi ea, quæ [a] Dei ſunt, ſapiunt, a Domino ſapiuntur: & qui ea quæ Dei ſunt neſciunt, a Deo neſciuntur, Paulo atteſtante, qui ait [Si quis ignorat, ignorabitur.] *Idem.* Quicunque ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœna.

[a] ¶ Dei ſunt] *In loco indicato legitur:* Qui ea, quæ ſunt Domini neſciunt, a Domino neſciunt. Paulo atteſtante, &c.

Item Auguſtinus Enchiridio ad Laurentium, c. xvij.

¶ Non qui aliquid neſcit, ſed qui putat ſe ſcire quod neſcit, errare probatur. C. XI.

Senten. l. 3. diſt. 38. cap. illud.

† *al. error. q. p. c. cauēdus*] orig.

4 QVamuis errare †, quanta poſſumus cura, cauendum ſit, non ſolum in maioribus, verumetiam in minoribus rebus nec niſi rerum ignorantia poſſit errari; non tamen eſt conſequens, vt continuo erret quiſquis aliquid neſcit: ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit. Pro vero quippe approbat falſum, quod eſt erroris proprium. Verumtamen in qua re quiſque erret, intereſt plurimum. Nam in vna eademque re, & neſcienti ſciens, & erranti non errans recta ratione

præpo-

præponitur. In diuersis autem rebus; id est, cum iste scit alia, ille alia; & iste vtiliora, ille minus vtilia, vel etiam noxia: quis non in eis, quæ ille scit, ei præferat nescientem? sunt enim quædam, quæ nescire, quam scire sit melius.

3 *Sed licet per ignorantiã grãmaticæ artis aliquid vitiosum proferant episcopi, vel presbyteri, non tamen ideo a scholasticis sunt despiciendi: quia morum vitia magis, quam verborum sunt præcauẽda.*

Vnde Augustinus in libro de catechizandis rudibus, c.9.

¶ Non contemnant scholastici ecclesiasticã simplicitatem. C. XII.

SEdulo monendi sunt scholastici [a], vt humilitate induti Christiana, discant non contemnere, quos cognouerint morum vitia, quam verborum amplius deuitare, & cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam etiam præferre consueuerant. *& infra.* His etiam maxime vtile est, nosse ita esse præponendas verbis sententias, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quam disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores, quam formosiores habere amicos. Nouerint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites, & ministros ecclesiæ forte animaduerterint, vel cum barbarismis, & solœcismis Deum inuocare, vel eadem verba, quæ pronunciant, non intelligere, perturbateque distinguere, nõ quia ista minime corrigenda sunt; vt populus ad id, quod plane intelligit, dicat, Amen: sed quia † pie toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, vt sono in foro, sic voto in ecclesia benedici. Itaque forensis illa, nonnumquam forte bona dictio, numquam tamen benedictio dici potest.

Iuo p. 6. c. 383.

† *tamen*] orig.

a ¶ Scholastici] *Vox ista abest ab originali. Sed in eo hæc præcedunt:* Sunt item quidam de scholis vsitatissimis grammaticorum, oratorumque venientes, quos neque inter idiotas numerare audeas; neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. His ergo, qui loquendi arte ceteris hominibus excellere videntur, cum veniunt, vt Christiani fiant, hoc amplius, quam illis illiteratis impartire debemus; quod sedulo admonendi sunt, vt humilitate, &c.

Item Gregorius ad Leandrum episcopum Hispalensem, in præfat. Moral. ad finem.

¶ De eodem. C. XIII.

INdignum vehementer existimo, vt verba cælestis oraculi restringam sub regulis Donati.

¶ *Hoc & duo sequentia capita absunt a multis antiquis exemplaribus, neque glossam habent.*

[*Item Augustinus de vera religione, c.49. & c.50.*]

PALEA. C. XIIII.

LOcutio diuinarum scripturarum secũdum cuiusque linguæ proprietatẽ accipienda est. Habet enim omnis lingua, sua quædam

propria genera locutionum; quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda.

[Item Hieronymus ad Pammachium, epist.52. cuius initium est Christiani, interdum pudoris est.]

PALEA. C. XV.

† al. non fugere. Ecclesiastica interpretatio, etiam si habet eloquii venustatem, dissimulare eam debet, & fugere †; vt non otiosis philosophorum, scholis paucisque discipulis, sed vniuerso loquatur hominum generi.

Item Clemens Papa, epist.3.

¶ Propter opprobrium senectutis, a paruulis, & a minimis non erubescat discere episcopus. C. XVI.

† abest ab originali. *† al. minus.* NVllus episcopus † propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis a paruulis, vel minimis † eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & discere atque agere bona recusat; magis diaboli, quam Christi membrum esse ostenditur: & potius infidelis, quam fidelis monstratur.

DISTINCTIO XXXIX.

1 Gl. *ECce plenarie monstratum est, quod sacerdotes oportet litterarum tam sacrarum, quam sæcularium esse peritos. Nunc quæritur, an sæcularium negotiorum oportet eos habere peritiam. Hanc prælatis esse necessariam multis rationibus probatur. Debent namque prælati subditis non solum spiritualia, sed etiã carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solũ verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia plene possint perficere, sæcularium negotiorum oportet eos habere solertiam: vt eorum cautela & ecclesiæ seruẽtur indemnes, & cuique necessaria pro suo modo ministrentur. Vnde quidam in episcopum electus, a B. Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesiæ dilapidarentur Sic. n. scribit Gregorius clero, & nobilibus Neapol. lib.8. epist.40.*

¶ Sæcularium negotiorum imperiti non sunt in episcopos ordinandi. C. I.

Ans.l.6.c.13. Poly.l.2. t.1. PEtrus diaconus, quem a vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est: & nostis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus.

DISTINCTIO X'..

1 ps *OPortet quoque episcopum esse ornatum, & hospitalē. Ornamenta episcopalia, virtutes debent intelligi, quæ a Domino eis repromittuntur, cum dicitur [Sacerdotes eius induam salutari.] Vnde in veteri testamento varijs vestibus ex præcepto Domini sacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet splendere vita pontificis; vt gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed vita, & mores sanctũ faciunt sacerdotem. Vnde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi se nouerint assecutos.* 1. Tim. 3. Psal. 132. Exod. 28.

Vnde Symmachus Papa ait.

¶ Officium sacerdotij non confert, sed adimit peccandi licentiam. C. I.

NOn nos beatum Petrum, sicut dicitis, a Domino cum sedis priuilegiis, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor illuminat: Quis enim sanctum dubitet esse, quẽ apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiũt, quæ a loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut qui eriguntur, illustrat. Pol. l. 1. t. 7.

¶ Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, est in libro, quẽ pro Symmacho Ennodius diaconus scripsit: uteq; Symmachi nomine citatur. quod cum librum Symmachus, & vniuersa quinta synodus pro causa Symmachi habita sic approbarunt, vt parem ei cum synodis, & Apostolicis decretis auctoritatem tribuerint.

Item Hieronymus ad Heliodorum, epist. 1. Infra 2. q. 7.

¶ Filij sanctorum sunt, qui exercent opera eorum. C. II. c. nõ omnes. Pol. l. 3. t. 8.

NOn est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri iam cũ Christo regnantium: quia hinc dicitur; non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum; sed qui exercent opera eorum. Bur. l. 1. c. 207. Iuo p. 5. c.

a ¶ Quia hinc.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant ceteri collectores.* 321

Item Gregorius.

¶ Morum nobilitas, non loci, vel generis, sacerdotes notificet. C. III. Burc. l. 1. c. 208.

NOs qui præsumus, non ex locorum, vel generis dignitate; sed morum nobilitate innotescere debemus: nec vrbium claritate, sed fidei puritate. Iuo p. 5. c. 322. Pol. l. 3. t. 7.

Item Greg. ad Anastasium presbyterum lib. 6. epist. 29. vel c. 193.

¶ Non loca, vel ordin cd merita nos Deo iungunt. C. IIII.

Pol. ibid. NOn loca, vel ordi s creatori nostro proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti, in Matthaeum, hom. 40. ad c. 21.

¶ Magnitudo peccati, vel dignitatis quemque fortiter deiicit. C. V.

2 HOmo Christianus fortiter cadit in peccato propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis †

† al. gestis. *Item ex dictis † Bonifacij [a] martyris.*

¶ Damnatur Apostolicus, qui suae, & fraternae salutis est negligens. C. VI.

Ivo p. 5. c. 23. 3 SI Papa suae, & fraternae salutis negligens, deprehenditur inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper a bono taciturnus, quod magis officit sibi, & omnibus; nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio gehennae, cum ipso plagis

† al. vapulaturos. multis in aeternum vapulaturus. † Huius culpas istic redarguere praesumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus: nisi deprehendatur a fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere.

a ¶ Dictis Bonifacij.]*Nauclerus Gen. 26 testatur hoc fuisse dictum Bonifacij martyris. Verum Deusdedit presbyter Cardinalis, tit. Apostolorum in Eudoxia tempore Victoris Papae iij. libros quatuor de rebus ecclesiasticis composuit, qui in bibliotheca Vaticana seruantur. Et lib. 1. c. 231. ex gestis (sic habent etiam multi Gratiani codices, & Ivo) Bonifacij martyris, & Archiepiscopi Maguntini sedis Apostolicae legati, haec sanctissimi illius viri de Romano Pontifice, ac sede Apostolica verba refert, in quibus est hoc caput: & quidem ex antecedentibus, & sequentibus valde illustratur.* Sancta Romana ecclesia priuilegio specialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium ecclesiarum post Christum Iesum effecta, secundum Antistitis, vel rectoris sui qualitatem, & valetudinem afficit totius Christianitatis membra; vt illius incolumitati sua respondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilominus eius languoribus suo languore consentiant: & sicut eius gloria iuxta Apostolum conglorificantur, sic eius deiectione deiiciuntur, vt

2. Cor. 1. illud propheticum in eo praecipue compleri deprehendatur [Omne caput

Isa. 14. languidum, & omne cor moerens; a planta pedis vsque ad verticem nõ est in eo sanitas.] Et reuera tanta reuerentia apicem praefatae Apostolicae sedis omnes suspiciunt, vt nõnullam sanctorum canonũ disciplinam, & antiquam Christianae religionis institutionem magis ab ore praecessoris eius, quam a sacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius velle illius nolle tãtũ explorant, vt ad eius arbitrium suam conuersationẽ & ipsi remittant aut intendãt. Quod si, vt summopere sibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator & prudens existens, Deo & hominibus, opere & sermone irreprehensibilem sese conseruare studuerit,

vt

vt vere lateat, vniuersum pene mundũ secum at... ...im, et solicitum post Deum currere facit; ex vtroque sexu populos diu... ...sæ professionis, cõditionis, et ætatis cateruatim in Domino suo super omnia bona ipsius cõstituendus ducit. Si vero suæ, et fraternæ salutis negligens deprehenditur, inutilis, et remissus in operibus suis, et insuper a bono taciturnus (quod magis officit sibi et omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus: cuius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus, nisi forte deprehendatur a fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat; quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertunt propensius pendere. Saluo enim diuinæ omnipotẽtiæ mysterio, vt dignum est, loco ab ipsa secundo illud B. Iob non incongrue aptari sanctæ Romanæ Ecclesiæ potest: [Si destruxerit, nemo est qui ædificet: et si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei: si continuerit aquas omnia siccabuntur: et si emiserit eas, subuertent terram.] nec immerito: cum ipsa specialius in Petro cœli, terræque retentet habenas. Hæc cum omnium fidelium in Christo spiritalis sit mater, nemo debet renuere illius feriri disciplina, vel emendari censura, iuxta illa prouerbia Salomonis [Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abiicit disciplinam, infelix est: et stultus homo despicit matrem suam.] et rursus [Est maledictus a Deo qui exasperat matrem: et maledictio matris eradicat fundamenta;] illa vtique quæ arrogant,* diuisa a sede illius, cui dictum est [Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.] et super arenam concupiscentiæ carnalis, seu humanæ præsumptionis probantur posita: cursus riui minime prosperatur, si a suo fonte diuidatur.

Iob.c.12. *Prou. 1.6.18* *Eccl.3.* **fortasse*] arroganter. *Matth.16.*

Item Augustinus ad Valerium, epist. 148.

¶Non ordines, sed vitæ merita nos Deo commendant. C. VII.

4 ANte omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie, atque adulatorie res agatur; sed nihil apud Deũ miserius, & tristius, & dãnabilius. ¶Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tẽpore difficilius, laboriosius, periculosius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici; & eo tempore, quo discere cœperam, vis mihi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.

Ansel. l.6.c. 196. Iuo p.6.c. 389. Ans.l.6.c. 186.

Item Isidorus.

¶Corrumpitur, & ad terram sacerdotium trahitur, nisi legaliter, & iuste seruetur. C. VIII

SIcut viri, & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio vnum perficit corpus; ita clericatus, & sacerdotium vnum faciunt presbyterũ, & electio & consecratio vnum faciunt episcopum: quæ omnia vnum efficiunt corpus: quod citius

corrumpitur, & ad terram trahitur, nisi legaliter seruetur, nisi iuste viuendo laudetur.

Item Ambrosius lib. de paradiso, c. 4.

¶ Gratia non locus saluat animam. C. IX.

†*Quo loci illud aduerte*] orig. 5 Illud † autem animaduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum facta, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa quæ in meliore loco, hoc est in paradiso, facta est, inferior reperitur.

Item Gregorius, lib. 6. reg. epist. 5. seu c. 169.

De eodem. C. X.

† *al. Quamlibet.* *Gen. 19.* Quælibet † occulta loca sine gratia Dei animam saluare non possunt: quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus electorum. Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate fuit iustus: in monte peccauit. Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim paradiso iucundius? quid cælo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cœlo peccando cecidit.

Idem.

¶ De eodem. C. XI.

Burc. l. 1. c. 206. Iuo p. 5. c. 320. Adam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est: hoc est, quia Dei nobilitatem a se deiecit, nobilitate loci priuatus est.

¶ *Primo libro B. Gregorij in Ezechielem homil. 9. leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur:* Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti in Matthæum, hom. 43. ad c. 23.]

¶ Non est verus sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos. C. XII.

6 Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes; multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super cathedram; quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed homo locum; non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa; qui male sederit, iniuriam facit cathedræ; ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedens, siquidem bene vixeris, & bene docueris, omnium iudex es: si autem bene docueris, & male vixeris, tui solius condemnator eris †. Nam bene viuendo & bene docendo, populum instruis quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & male viuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. *Idem.* ¶ Quicunque desiderauerit † primatum in terra, inueniet confusionē in cœlo; nec

1. Pet. 3. †*al. es.* Ibid. homil. 35. ad c. 20. †*al. desiderat.*

nec [a] inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit; nec vnusquisque eorum festinet, quomodo ex iis maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore, ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.

a ¶ Nec inter.] *In loco indicato legitur*, vt inter seruos Christi non sit de primatu certamen, nec vnusquisque, &c. *Sed obstitit glossa ne mutaretur.*

DISTINCTIO XLI.

1 ps *ECce quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus; sed praeterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet & incessu; habitu, vt nec fulgidis nec sordidis se vestibus ornet. Vt enim ait Hieronymus,* [b] *nec affectatae sordes, nec exquisitae deliciae laudem pariunt; quod tam de vestibus, quam de cibis intelligendum est.*

a ¶ Hieronymus.] *Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit*; nec affectatae sordes, nec exquisitae munditiae conueniunt Christiano. *Ad Nepotianum quoque in eandem fere sententiam*, vestes pullas aeque deuita, vt candidas, ornatus, vt sordes pari modo fugiendae sunt, quia alterum delicias alterum gloriam redolet.

*Vnde Augustinus ait lib.3. de doctrina Christiana, c.*10

¶ Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis. C. I.

QVisquis rebus praetereuntibus restrictius vtitur, quàm sese habent mores eorum, cum quibus viuit, aut intemperans, [a] aut superstitiosus est. Quisquis vero sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat; aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non vsus rerũ, sed libido vtentis in culpa est. *& infra.* ¶ Quid igitur locis & temporibus, & personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vtatur; insipiens autem foedissima gulae flamma in vilissimum olus ardescat, & sanius † quisque maluerit, more Domini, pisce vesci, quam lenticula, more Esau nepotis Abrahae, aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleraeque bestiae, quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.

Iuo p.4.c.24 Pan.l.2.c.195. † *al. sanus* *Luc.* 24. *Gen.* 25.

a ¶ Intemperans.] *Apud sanctum August. & Iuonem legitur*: temperans. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Idem super Epistolam Ioannis.

¶ Non cibus sed appetitus in culpa est. C. II.

Deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ. Dauid enim aquam male concupitam effudit, & Helias carnes comedit.

*2. Reg. 23. 3. Reg. 17.

¶ *In operibus B. Augustini aut impressis, aut manuscriptis, quæ hactenus ad manus venerint hæc non sunt inuenta. Ceterum apud Prosperum de vita contemplatiua l. 2. c. 22. eadem fere leguntur:* Nec deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiãtur, officiunt: et viles cibi plerumque abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est quod sanctus Dauid aquæ in se concupiscentiam castigauit; atque eam sibi a suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit: et sancto Heliæ perceptio carnium non concupita non nocuit.

Idem de Verbis Domini secundum Mattheum, serm. 5.†

†*ad illa Verba*] petite & dabitur vobis] *sed paulo aliter.*

¶ Contra suæ infirmitatis consuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur. C. III.

Non cogantur diuites pauperum cibis vesci: vtantur consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant aliter se non posse: si consuetudinem mutant ægrotant. Vtantur superfluis, dent inopibus necessaria. Vtantur pretiosis, dent pauperibus vilia.

Idem lib. 2. quæst. Euang. c. 11.

¶ Æquanimitas tolerandi, non vsus vel abstinentia cibi iustitiam facit. C. IIII.

Iuo p. 4. c. 23. *Matt. 11. & Luc. 7.*

Quod dicit Dominus in Euangelio [Iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis] ostendit filios sapientiæ intelligere nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non se corrumpendi, atque opportune sumendi, vel non sumendi ea, quorũ non vsus, sed concupiscentiã reprehendenda est. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuendum est. Neque quãtum sumas, interest multum cum videamus aliorum stomachum citius saturari; & eos tamen illi ipsi paruo quo satiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti; & vel ante ora positas epulas, si id in tempore opus sit, cum tranquillitate aspicere, neque tangere. Magis ergo interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque personæ suæ, & pro suæ valetudinis necessitate qui capiat, sed quanta facilitate, & serenitate animi careat, cũ his vel oportet, vel necesse est carere, vt illud in animo Christiani compleatur, quod Apostolus dicit. [Scio & minus habere: scio

scio & abũdare: vbiq; & in omnibus imbutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo, qui me cõfortat.] *Philip. 4.*

Item ex concilio Gangrensi, c. vltimo

Temperantia ciborum, & vestium, non dissolutio eorum laudatur. C. V.

PArsimoniam cum veste humili non reprobamus: sicut etiam ornatum ᵃpræter corporis diligentiam infucatum laudamus. Dissolutos autem, & fractos in vestibus incessus non recipimus: & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tanquam sanctos, & viles recipimus pietatem in priuatis domibus non concludentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorantes: & congregationem in ecclesia factam ad vtilitatem communem recipimus, & bona opera, quæ ᵇsupra vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus: & omnia, quæ conueniunt traditionibus Apostolicis, & sanctarum scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus. Iuo p. 8. c. 321.

a ¶ Præter corporis.] *Est ex prisca versione. Græce est:* διὰ τὴν ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπερίεργον. *id est:* propter corporis tantum curam minime superuacaneã atque operosam. *sed ob glossam non est mutatum.*
b ¶ Supra vires.] *In prisca illa versione est:* iuxta vires. *Dionysiana habet vt Grat. Græce autem:* τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις, διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας. *id est*, eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ secundum traditiones per ecclesiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Constantinopolitano, lib. 1. reg. epist. 24.

¶ Sub specie virtutis sæpe se vitia ingerunt. C. VI.

SÆpe se vitia esse virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parsimonia, effusio, largitas, crudelitas, zelus iustitiæ, remissio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 15.

¶ Meritis fidei, & vitæ, non diuitiis, episcopalis auctoritas quæritur. C. VII.

EPiscopus vilem supellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatẽ fide, & vitæ meritis quærat. *Ibid. c. 14.* Bur. l. 2. c. 209.
¶ Hospitium quoque non longe ab ecclesia habeat. Iuo. p. 6. c. 284.

Item ex eodem, c. 45.

¶ De eodem. C. VIII.

CLericus professionem suam & habitu, & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat. Ans. l. 7. c. 202.

Sicut ergo in cibis mores eorum, cum quibus viuimus, obseruare monemur; sic & de indumentis intelligendũ est. Vt enim alibi dicitur; [*Quisquis contẽptu his, cum quibus viuit, lautiora sibi, vel austeriora præ ceteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intẽperans sui, aut superstitiosus est.*] *In incessu autẽ debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (vt Augustinus ait) inæqualitatẽ indicat mentis. Vnde historiographus ille cum eius mutabilitatem describeret, cuius conscientia excita † curis mentẽ vastabat; † inter cetera hoc etiam notabile iudicauit, dicens* [*Citus modo, & modo tardus incessus.*]

Supra ea. c. quisquis. epist. 109. ad Monachas habetur sensus.
Salust. de Catilina.
† *al. excitata. al. exagitatam*
† *al. vexabat*

DISTINCTIO XLII.

I ps *HOspitalem vero sacerdotẽ esse oportet, ne sit in numero eorũ, quibus in iudicio dicetur* [*Hospes eram, & nõ suscepistis me.*] *Qui enim Apostolum secutus, alios ad hospitalitatẽ debet inuitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domũ propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum a seipso, & a domestica ecclesia sua debet exigere quod postea populis imperet: si primũ, imitando Christum, ipse debet facere, quæ postea populum doceat, necesse est, vt pauperes hospitio recipiat, quo ad hospitalitatem facilius suo exẽplo subditos attrahat.* ¶ *Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hospitio meruerunt recipere; quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerũt; quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit; quomodo etiam secundum Hieronymum, aliena rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur: ac si per opera pietatis se instruat, vt & præsentis vitæ subsidia, & æternæ claritatis præmia a Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur.* ¶ *Vnde Apostolus scribens ad Timotheũ ait* [*Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicũ vtilis est; pietas autẽ est vtilis ad omnia, habens promissionem vitæ quæ nunc est, & futuræ.*] *Ab hac quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit.* ¶ *Si enim vidua in ecclesia recipi prohibetur; quæ pauperes non recepit hospitio, quæ pedes sanctorum non lauit, quæ omne opus bonum non est executa; multo magis sunt prohibendi a sacerdotio, qui ab opere pietatis probãtur alieni. Vnde † hospitalitatis opera despicientes, in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est, c.* 11.

Matth. 25.
Gen. 18. & 19
Glo. ord. Gen. 19. ex Alcuino. in regula Monacharũ c. de paupertate.
1. *Tim.* 4.
1. *Tim.* 5.
31. q. 1. qũo.
† *al. Vnde quidam.*

¶Non sunt despiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent. C. I.

SI quis despicit eos, qui fideliter agapas, † id est conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

Bur. l. 19. c. 12.
Iuo p. 15. c. 136.
Ansl. 5. c. 76

Hinc

Hinc etiam Ioannes Euangelista in epistol' sua quendam Diotrephem excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia eijciebat. In hospitalitate autẽ non est habendus delectus personarum; sed indifferenter quibuscunque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus. *Epist.3.*

Vnde Ioannes Chrysostomus in epist. ad Hebraeos hom. xi. ad c.6.

¶ In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio. C. II.

2 QViescamus ab hac absurda curiositate, & diabolica & peremptoria.† Si enim in clero se electum esse dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est: circa maiora periculum vertitur; non enim das, sed accipis. Si vero pro nutrimento postulat, nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, numquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset: Sed quoniam omnes recipiebat, suscepit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus: sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate. *† al perniciosa.*

Sed licet ipsa cõuiuia despiciẽda nõ sint; non tamẽ in ecclesiis celebrari, nec clericos ad ea cõuocatos ex eis partes sibi tollere oportet.

Vnde in Laodicensi concilio, c.27.

¶ Clerici ad agapem vocati partes sibi non tollant. C. III.

NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos [a] ad agapem † vocatos, partes tollere propter iniuriam [b], quae ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari. Ansl.l.5.c. 77. Iuo p.3.c. 138.

a ¶ Clericos] *In concilio Graeco, & prisca etiam versione additur*, vel laicos.

b ¶ Propter iniuriam] *Graece est:* διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προστρίβεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ, *id est*, eo quod ecclesiastico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem, c.28.

¶ In locis Deo sacratis nec comedere, nec accubitus sternere liceat. C. IIII.

4 NOn oportet in basilicis, seu in ecclesiis agapem facere, & intus [a] maducare, vel accubitus sternere. Bur.l.3.c.82. Iuo p.3.c.32. Ansl.l.5.c.78.

a ¶ Et intus] *Graece est*, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ: *quod Dionysius vertit, se* nec intra domum Dei. *sed apud Balsamonem abest vox*, Dei.

Item in concilio Carthaginensi 3. c.30.

¶ Nisi necessitate coacti clerici in ecclesia non conuiuentur. C. V.

NVlli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam Bur.l.3.c.83. Iuo p.3.c.74.

ab huiusmodi conuiuiis, quantum potest fieri, prohibeantur.

In reg. B. Benedicti, c. 52. Bur. l. 3. c. 81. Iuo p. 3 c. 71. † al. laudibus.

Item ex dictu B. Benedicti Abbatis.

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

ORatorium hoc sit, quod dicitur; nec ibi quidquam aliud geratur, vel condatur, quam quod diuinis ministeriis conueniat.

Item Augustinus epist. 109. de regula monachorum.

¶ De eodem. C. VII.

Sensus non verba. Isidorus Etymo. l. 15 c. 4. Smaragdus in re. B. Benedicti. c. 52. Bur. l. 3. c. 80. Iuo p. 3 c. 72.

IN oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur; vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

DISTINCTIO XLIII.

Cant. 5. ex glossa inter lin. ibi. Ad Oceanū epist. 83. & glo. or. in 1. Tim. 3. in ver. doctorem.

1 *PVdicus quoque debet esse sacerdos, vt & moribus, & verbū pudorem indesinenter exhibeat. Vnde in canticis canticorum gena sponsæ, id est prædicatores, turturi comparantur.* ¶ *Debet etiā gratiā docendi habere: quia, vt Hieronymus ait* [*innocens, & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum, & baculo* [a] *pastorum, lupi sunt arcendi.*] *In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.*

a ¶ Baculo] *In epistola B. Hieronymi legitur,* baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.*

Vnde Gregorius par. 2. sui pastoralis, c. 4. ait.

¶ De discretione prædicationis, & silentii. C. I.

SIt rector discretus in silentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiæ, pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat dicens [Canes muti, non valentes latrare.] Hinc rursus queritur, dicens [Non ascēdistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.] Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis, voce libera, huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere, quid est aliud, quam tacendo terga præbuisse? qui nimirum si pro grege se obiicit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus

Ioan. 10. *Esa. 56.* *Ezech. 13.* *Thren. 2.*

rursus delinquenti populo dicitur] Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent] Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur, qui dum fugitiua esse præsentia indicant, quæ sunt ventura manifestant: quos diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt: Clauis quippe apertionis est sermo correctionis; quia increpatio culpam detegit, quam sæpe nescit ipse etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait [Vt potens sit in doctrina sana exhortari; & eos, qui contradicunt, redarguere.] Hinc per Malachiam dicitur [Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est] Hinc per Esaiam Dominus admonet dicens [Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.] Præconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, quod super pastores primos in linguarum specie spiritus sanctus insedit; quia nimirum, quos repleuerit, de se protinus loquētes facit. Hinc Moysi præcipitur, vt tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur; vt videlicet prædicationis voces habeat; ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat: scriptum quippe est [vt audiatur sonitus, quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu Domini; & non moriatur. Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur; quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud, quam recta opera debemus accipere? propheta testante, qui ait [Sacerdotes tui induantur iustitia.] Vestimentis itaq; illius tintinnabula inhærent; vt † vitæ viam cū linguæ sonitu ipsa quoque bona opera sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquēdum præparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat; ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit [Habete sal in vobis & pacem habete inter vos.] Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait [Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.] Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico, vno exterius cortice multa interius grana mu-

Ad Tit.1. *Malach.2.* *Esa.58.* *Act.2.* *Exod.28.* *Psal.131.* *† al. fi.* *Mar.9.* *Rom.12.* *Exod.28.*

niuntur;sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum prorumpat; hoc,quod iam præmisimus, per semetipsam ve-
Mar.9. ritas discipulis clamat.[Habete sal in vobis,& pacem habete inter vos: ac si figurate per habitum sacerdotis dicat; mala punica tintinnabulis iungite,vt per omne,quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est solicita intentione rectoribus, vt ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimie & inordinate proferātur: quia sæpe dictorum virtus perditur,cum apud corda audientium, loquacitatis incauta importunitate leuigatur; & auctorem suum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ seruire audito-
Leuit.15. rib. ad vsum profectus ignorat. Vnde bene p Moysem dicitur[Vir, qui fluxum seminis patitur, immundus est.] In mente quippe audientium, semen secuturæ cogitationis est qualitas auditæ locutionis;quia dum per aurem sermo concipitur , cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi sapientibus prædicator egregius semi-
Act.17. niuerbius est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur,immundus asseritur;quia multiloquio subditus,ex eo se inquinat:quod si ordina-
† al.corde. te promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda † potuisset:dumque incautus per loquacitatem defluit,non ad vsum genetis,sed ad immunditiam semen effundit. Vnde Paulus quoque,cum
2.Tim.4. discipulum de instantia prædicationis admoneret, dixit, [Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum , insta opportune, importune: dicturus [importune,] præmisit [opportune;] quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vtilitate se destruit, si habere importunitas opportunitatem nescit.

Item Clemens epistola 3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus sacra non sunt committenda
C. II.

Matth.10. 2 IN mandatis habemus,vt venientes ad ciuitatem discamus prius,
Mar.8. quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus; quanto magis nosse conuenit, quis, qualisve sit is , cui immortalitatis verba cre-
Matth. 7. denda sunt? Soliciti enim , & valde soliciti esse debemus,ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas vtile est viri huius habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his,de quibus non potest dubitari, quod bona sint,emendatus est,& inculpabilis;hoc est, si sobrius,si misericors,si iustus, si mitis,& humanus(quæ vtique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona virtutum , & quod deest fidei,& scientiæ, conferatur:& in quibus maculari eius vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur.

Si vero

Si vero in iis, quæ palam sunt, peccatis inuolutus permanet, & inquinatus; non me oportet ei aliquid de secretioribus, & remotis diuinæ scientiæ proloqui; sed magis protestari & conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus recte agentem non oportet audire; prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino respondere, auditorum causa vtile non videtur: ne forte existiment nos responsionis penuria declinare certamen; & fides eorum lædatur non intelligentium propositum nostrum.

Item Anacletus, epist. 1. omnibus episcopis.

¶ Verba prædicationis persecutoribus suis prælati non subtrahant. C. III.

3 Scimus autem multos ob id infestare doctores, vt eos perdant, & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vires suppetunt) a recta æmulatione, & bona intentione † recedere debent; scientes, quia beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Iuo par. 5. c. 237. † *al. institutione.* *Matth. 5.*

Item Gregorius Venantio, lib. 1. epist. 33.

¶ Non est mundus a sanguine subiectorum, qui Dei consilium illis non annuntiat. C. IIII.

Ephesiis Paulus dicit [Mundæ sunt manus meæ a sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annuntiarē omne consilium Dei vobis.] Mundus ergo a sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium annuntiare noluisset: quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit. *Act. 20.*

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium est, Proposueramus.]

¶ Æternæ damnationis pœnam incurrit prædicator, qui semen diuini verbi non spargit. C. V.

Dispensatio est † nobis cælestis seminis iniuncta. væ si non sparserimus: væ si tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamet; quanto magis cuilibet exiguo metuendum est: Proinde, sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu, & ecclesiæ correctione quod congruit; ita his (quod absit) non mediocre periculum est; qui cum debeant parere, despiciunt. † *Dispensatione nobis*] orig. 1. *Cor.* 9.

4 *Pariter quoq; obseruare debet sacerdos, ne indignis, & non intelligentibus secreta mysteria, sua prædicatione reserare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi; non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Vnde in expositione [Beati immaculati dicitur.] Vitium est secreta mysteria vulgare indignis: quod fit vel loquacitate incauta, dum sine iudicio volat irreuocabile verbum; vel adulatione, vt ei placeat, cui secreta reuelat,* Glossa ordi. ex Ambr. ser. 2. in psal. 118. in versi. [Abscondi eloquia tua.]

vel iactatione scientiæ; ut plura scire videatur.] In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat esse discretio in prædicatione sacerdotum: quasi forte arroganter, tanquam torto naso, sacerdotalis officij iudicatur indignus.

DISTINCTIO XLIIII.

Rom. 13. Hier. in epi. ad Amandũ, & Aug. de Tẽp. serm. 65. Greg. in pastor. p.3.c. 20. 4. Reg. ult. secundum lxx.

1 *CVm autem vinolentus esse prohibetur, gulæ intemperantiam* p̄s *nequaquam habere permittitur. Neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur. Utrumque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat scribens Romanis [Non in comessationibus & ebrietatibus.] Ventris namque ingluuies ad luxuriam prouocat facile; & omne opus bonum dissoluit. Unde venter & genitalia sibimetipsis vicina sunt: ut ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum.] Hinc etiam Nabuzardam princeps coquorum muros Hierusalẽ destruxisse legitur: quia venter cui multitudo coquorum deseruit, ædificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque de altari viuere, non luxuriari quærat, ut ait Hieronymus. [Tibi o sacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.] Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxiæ: qui festiuos, & solennes dies non aliter se digne celebrare putant, nisi comessationibus deseruiant.*

Unde Augustinus scribit ad Aurelium episcopum, epist. 64.

¶ Non est vacandum comessationibus, & ebrietatibus. C. I.

In Michæã c.3. in extremo. Iuo par. 13. c. 68.

† *abest ab orig. Iuo & aliquot manuscriptis Gratiani.*

COmessationes, & ebrietates ita concessæ, & licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorũ martyrũ non solum per solennes dies (quod ipsum quis nõ lugendũ videat, qui hæc non carneis oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrẽtur *& post pauca.* Non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur: magis docendo, quàm iubendo; magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium. †Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur; cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictam futuram; ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur spiritales, aut spiritalibus proximi; quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo frangatur.

Cõc. Aquisg. cap. 160. Burc. l. 2. c. 131. Iuo par. 6. c. 250.

Item ex concilio Laodicensi, c. 24.

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. C. II.

NOn oportet [a] clericos seruientes à presbyteris usq; ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes usque ad ministros, aut lectores, aut exorcistas, aut ostiarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito continentiæ sunt, tabernas [b] intrare.

Cle-

a ¶ Clericos ferulentes] *Grace est ἱερατικοὺς, quod Dionysius vertit,* sacro ministerio dedicos: *quam versionem concilium Aquisgranense, Burchardus & Iuo, asptulerunt.*

b ¶ Tabernas.] *Sequebatur in impressis,* nisi causa necessitatis: *qua sunt expuncta, quia neque in plerisque manuscriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipso concilio Laodicensi, aut Aquisgranensi (vbi c. 69. hoc idem repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can Apost. 54.*

Item ex sexta synodo, c. 9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere voluerit. C. III.

NVlli clerico licet tabernam,[a] aut ergasteriũ habere. Si. n. huiusmodi tabernam ingredi prohibetur; quanto magis aliis ministra e in ea? Si quis vero tale quid fecerit; aut cesset aut deponatur.

a ¶ Tabernam, aut ergasterium] *Grace est* καπηλικὸν ἐργαστήριον, id est cauponatiam tabernam.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.

¶ Nisi necessitate cõpulsi clerici tabernas non ingrediãtur. C. IIII.

CLerici, edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi. Conc. Aquisgran. c. 90. Bur. l. 2. c. 130 Iuo p. 6 cap. 204.

Item Gregorius Natali episcopo, lib. 2. reg. indict 10. epist. 14.

¶ Corripiendus est episcopus, qui conuiuiis occupatur. C. V.

a MVltis ab vrbe tua venientibus, frater charissime, didici, pastorali cura derelicta, solis te conuiuiis occupatum: quæ audita non crederẽ, nisi hæc actionũ† tuarũ experimẽtis adprobarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquã exhortationi inuigiles, sed ipsum quoq; vsum ecclesiastici ordinis ignores; hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus es positus, seruare reuerentiam nescis.

Idem ad eundem, lib. 2 epist. 37.

¶ De eodem. C. VI.

COnuiuia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, recte vestra fraternitas† in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendũ est; quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordetur; nullus ex irrisione reprehenditur; nec in eis inanes sæcularum negotiorũ fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur: cum non plus, quam necesse est, seruitur corpori; sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque si vos in vestris conuiuiis agitis, abstinentium,† fateor, magistri estis.

† *al. sanctitas*

† *al. abstinentia*

[Item ex concilio Nannetensi.]

PALEA C. VII.

NVllus presbyterorum, quãdo ad anniuersariũ diẽ, trigesimum, aut septimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacumque De consec. dist. 5. c. nullus.

Bur.l.2.c.161. Iuo par.6. c.252. † al. in amore. † al. facere permittat.

vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat, nec precatu's amore † sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibend... n cogere, vel se aliena precatione ingurgitare; nec plausus, & risus in... , & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat, aut turpia ioca, vel vrso, vel tornatricibus ante se fieri † patiatur: nec laruas dæmonum [b] ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & a sacris canonibus prohibitum.

¶ Dæmonum] *Burchardus addit*, quas vulgo Talamascas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VIII.

Burd.l.2.c.162 Iuo p.6.c.253 † *decanus, aut aliquis*] Burchar. *Matt.26.*

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis † prior illorum, versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat; & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes; & per vices cibum, & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum Domini; sicut in cœna fecisse legitur: & sic se contineant omnes presbyteri, maxime in talibus locis, vt non vituperetur ministerium illorum.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IX.

Burch. l. 2. c.164. Iuo p.6.c.255 † *al. ministerium.* † *&.* † *al. cibi.* 1. *Cor.* 11. † *al. ingluuie etate.*

QVando presbyteri per Kalendas simul conueniũt post peractum diuinum mysterium †, ad necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium, ibi ad tabulas residẽant: ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent: quia indecens est, & onerosum; sæpe etiam tarde ad ecclesiam redeuntes maius damnũ de reprehensione consequuntur, quod † de grauedine mutua contrahunt, quam lucrum ibi † faciant. Nam de huiusmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit, qui inconueniẽter cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui cœnam Dominicam id est ad collationem verbi sub occasione conueniunt, & ex veritate † ventris causa coniunguntur; reprehensibiles coram Deo, & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maxime vltra tertiam vicem poculum non contingant, & sic ad ecclesias redeant.

Conc. Aquisgran.c. 83. Rab. in pœnit.c. 27. † *ista addita sunt loco cuiusdã glossa.*

Item ex concilio Laodicensi, c.55.

¶ Christiani ex symbolis conuiuia non celebrent. C. X.

3 NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Christianos ex symbolis [quæ † vulgus comessalia appellat] conuiuia celebrare.

Item

Item ex concilio Toletano 3. c. 7.

¶ Sacrarum scripturarum lectio sacerdo[talibus] semper conuiuiis misceatur. [C.] XI.

Bur.l.2.c.169 Iuo par.6. c.260. Rab. in pœ. cap. 28.

PRo reuerentia Dei, & sacerdotum id vniuersa sancta constituit synodus, vt (quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi) in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum; & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Item ex concilio Martini Papa, c. 61. & 66. Apud Marti. Bracar.

¶ De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam dici tertiam clericis comedere licet. C. XII.

Bur.l.2.c.165 Iuo par. 6. c. 256. C.66.

NOn liceat sacerdotes, vel clericos, sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. ¶ Nec oportet clericos, vel laicos religiosos ante sacram horam dici tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, nisi hymno dicto, comedere panem; & post cibos gratias auctori Deo referre.

Si ergo laicis comessationes damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) crassum sensum generat: cum sacerdotalis sensus contra vigil esse debeat, & tenuis: atque ideo edacitatis vitio obnoxij in sacerdotes vngi non debent. Hic enim (vt ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitiorum bello subiacent, nequaquam per prædicationis vsum præesse magisterio ceterorum debent. Epist. ad Nepotianum. Lib. 23.c.10.

DISTINCTIO XLV.

I ps SEquitur [*Non percussorem.*] *Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem, & perturbati sensus, vt percutiat; qui debet esse patiens; sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.* *1. Tim. 3. & ibi glossa ordin. & Ans. ex Hiero. ad Oceanum.*

Vnde Gregorius scribit Ioanni *episcopo Constantinopol. lib. 2. epi. 52. al. c. 91.*

¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet episcopus.* C. I.

Io. Diacon. l.3.c.9. Pol.l.4.ti.9. *2. Tim. 4.*

QVid autem de episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant†, bene fraternitas vestra nouit. Pastores etenim facti sumus, non percussores: & egregius prædicator dicit [Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.

Item in concilio Romano sub Siluestro, c. 17.

De eodem. C. II.

† Nemo] orig.

NEminem † quisqu im peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diac ..., nō episcopus clericum, vel seruitorem ecclesiæ ad cędem perducat. Sed si ita causa exigit clerici; triduo priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem ecclesiam.

Item Gregorius Paschasio episcopo Neapol. lib. 11. epist. 15.

¶ Non asperis, sed blandis verbis, ad fidem sunt aliqui prouocandi. C. III.

QVi sincera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis non asperitatibus debent studere, ne quorū mentē reddita ad † planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à consueta ritus sui volunt cultura suspendere; suas illis magis; quam Dei causas probantur attendere. ¶ Iudæi siquidē Neapoli consistentes questi nobis sunt, asserentes, quod quidam eos à quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis sit licitum festiuitatum suarum solennia colere: sicut eis nunc vsque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quòd si ita se veritas habet, superuacuæ rei videntur operam dare †. Nam, quid vtilitatis est, quando, & si contra longum vsum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conuersionem nihil proficit? Aut cur Iudæis, qualiter cæremonias suas colere debeāt, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, vt ratione potius, & māsuetudine prouocari sequi nos velint, non fugere, vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quæ dicimus, ad sinum matris ecclesiæ Deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat, & de suis illos solennitatibus inquietari denuo non permittat: Sed omnes festiuitates, feriasq; suas, sicut hactenus tam ipsi, quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi, celebrandique licentiam.

† al. plane.

Iuo p. 13. c. 105.

† al. adhibere.

Item Gregorius iiij. in epistola episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis.

¶ Non seueritate, sed beneuolentia subditos prælati corripiant. C. IIII.

LIcet plerumque accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda: plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm seueritas; plus cohortatio, quàm comminatio †: plus charitas quàm potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato viuat. Nam si Dominus statim post trinam negationem beatum Petrum apostolum præceptorem nostrum iudicasset; non tantum ex eo fructum,

Infr. ea. c. licet.

Iuo p. 5. cap. 368.

† al. commotio.

Matt. 26.

ctum, sicut fecit, recepisset. Expectandi ergo, at[illegible]ue corrigendi magis sunt rectores ecclesiæ, quàm statim iudican[illegible] cum maiora negotia, & difficiliores causarum exitus, san[illegible] [illegible]patrum canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia consecrati iubeant sub nostræ sententiæ expectatione suspendi, nostroque moderamine finiri. Vnde necesse est hæc, & alia ecclesiastica quæque negotia post multarum experimenta causarum solicitius perspici †, & diligentius præcaueri, quatenus per spiritum charitatis, & pacis, omnis materies scandalorum: & præsumptio inuidorum [a] atque oppressio simplicium fratrum de ecclesiis Domini auferantur. Et sicut non vult quisquam fratrum se aliorum iudicio prægrauari; ita non audeat alij inferre, quod sibi non vult fieri. Iudæi non sunt cogendi ad fidem: quam tamen si inuiti susceperint cogendi sunt retinere. † prospici.] orig.

a ¶ Inuidorum.] *In epistola Gregorij IIII. (quæ est in sæpe memorato codice bibliothecæ Dominicanæ) & aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur,* Iudæorum.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 56. statutum est.

¶ Sicut non sunt Iudæi ad fidem cogendi; ita nec conuersi ab ea recedere permittuntur. C. V.

DE Iudæis autē præcipit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui enim vult Deus miseretur; & quem vult indurat.] Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo proprij arbitrij voluntate serpenti obediens periit; sic vocante se gratia Dei, propriæ mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrij facultate vt conuertantur, suadendi sunt, non potius impellendi, Qui autem iampridem ad Christianitatem coacti sunt venire (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia iam constat eos sacramentis diuinis sociatos baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis, & sanguinis Domini extitisse participes; oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt vilis, & contemptilis habeatur. Bur. l. 2. c. 72. Iuo p. 1. cap. 276. & p. 13. c. 94. Pan. l. 1. c. 72. *Rom.* 10.

Item Leo Papa, epist. 82. ad Anastasium episcopum Thessalonicensem, c. 1.

¶ Beneuolentia plus quàm seueritas erga corrigendos agat. C. VI.

LIcet nonnumquam accidant, quæ in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis; plus tamen erga corrigendos agat beneuolētia, quàm seueritas: plus cohortatio, quàm cōminatio †: plus charitas, quàm potestas. Sed hi, qui quæ sua quærunt, non quæ Iesu Christi, facilè ab hac lege discernuntur: & dum dominari magis, quàm sup. ea. c. Recet. 1. Pol. l. 4. c. 29. † *al.* commotio.

consulere subditis quærunt, placet honor; inflat superbia: & quod prouisum est ad concordia m, tendit ad noxam.

Item ex canone Apos... c. 28. iuxta priscam versionem.

¶ Deiiciatur ab officio presbyter, & diaconus, & episcopus verberibus timeri quærens. C. VII.

Ansel. l. 6. cap. 159. Poly. l. 4. t. 9. 2. *Pet.* 2.

EPiscopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deiiei ab officio suo præcipimus; quia nusquam nos docuit hoc Dominus. Econtrario vero ipse cum percuteretur, nō repercutiebat: cum malediceretur, nō remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

Item concilio Bracarensi 3. c. 6.

¶ Non verberibus, sed verbis subditos episcopi corripiant. C. VIII.

2. *Tim.* 4. † sic in codice regio. † *Leniter*] orig. *Prouerb.* 23.

CVm beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis cædibus in honoratos † subditos efferuescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo, qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, id est, presbyteri, abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus, & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, non est dignum, vt passim vnusquisque prælatus honorabiliora membra sua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus subiiciat, & dolori: ne dum incaute subdita percutit membra, ipse quoq; debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud, quod quidam sapiens dixit. [Leuiter † castigatus reuerētiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec salutem.] Et ideo, si quis aliter, quam dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, malitia animi tantum, crediderit verberandos; iuxta modum verberum, quæ intulerit, excommunicationis pariter, & exilii sententiam substinebit.

lib. 2. dia. c. 4. *Ioan.* 2. 1. *Cor.* 5. *Act.* 13. Siricius Papa epist. 1. c. 6. lib. 20. c. 6. ad c. 29. Iob. past. p. 2. c. 6. l. 1. reg. epist. 24.

2 *Salomon vero contra admonet dicens [Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius a morte.] Hinc B. Gregorius scribit in dialogo Beatum Benedictum, quemdam monachum virga percutiendo sanasse; quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus flagello facto de funiculis, male versantes in templo flagellauit: & de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apostolus fornicatorem illum satanæ corporaliter vexandū tradidit: & magum illum corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari iubentur. Virgines quoque, si religionis veste deposita aliis se copulauerint, ergastulis retrudi præcipiuntur.*

Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20. lib. par. 4. c. 6.

¶ Disci-

¶ Disciplina non est seruanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina. C. IX.

DIsciplina, vel misericordia multum destituitur: si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet; & iuste consolans misericordia, & pie sæuiens disciplina. Hinc est, quod semiuiui illius vulneribus, qui a Samaritano in stabulum ductus est, & vinum adhibetur, & oleum; vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur, quatenus vnusquisque, qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per vinum mundentur putrida, per oleum sanāda foueantur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul & manna est: quia cum scripturæ sacræ scientia, in boni rectoris pectore, si est virga districtionis, sit & manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait [Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.] Virga etenim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgæ, quæ feriat; sit & consolatio baculi, quæ sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate sæuiens: sit pietas, sed non plus, quam expediat parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Videmus amantem pie, & districte sæuiētem. ¶ Certe cum Israeliticus populus ante Dei oculos pene inueniabilem contraxisset offensam, ita vt eius rector audiret [Descende: peccauit populus tuus,] ac si ei diuina vox diceret: qui tali peccato lapsus est, iam meus non est; atque subiungeret [Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.] ille semel & iterum pro populo, cui præerat, obicem se ad impetū Dei irascentis opponens ait [Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.] Pensemus ergo, quibus visceribus eumdem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri se petiit. Sed tamen iste, qui tanto eius populi amore constringitur, contra eius culpas pensemus, quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim vt petitione prima, ne delerentur, culpæ veniam obtinuit, ad eumdem populum veniens ait [Ponat vir gladium suum super fœmur suum: ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum; & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum: cecideruntque in die illo quasi viginti tria millia hominum.] Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petiit: paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris: foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta seueritas, vt eos, quos diuini-

Luc. 10.
Heb. 9.
Psal. 22.
Exod. 23.
Ibid.

tus feriri, timuerat, ipse iudicii gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret. Vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegauit. Intus amans diuinæ iræ supplicando obstitit: foris sæuiens culpam feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus ostensa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum suum citius exaudiuit agentem pro populo: quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi vtrunque Moyses miscuit, vt ne disciplina deesset misericordiæ, nec misericordia disci-
Iob 29. plinæ. Vnde hic quoque iuxta vtramque virtutem dicitur [Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.] Sedere quippe circumstante exercitu, vigor est, ac disciplina regiminis; mœrentium vero corda consolati, ministerium pietatis.

a ¶ Viginti tria] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, sed in Hebræis, paraphrasi Chaldaica, versione septuaginta, & vulgata est:* tria millia.

Item Augustinus in Enchiridio, c. 72.

¶ Iuste iudicans misericordiam cum iustitia seruat. C. X.

Burc. l. 16. c. 25. §. omnis. OMnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque penso iustitiam & misericordiam portat: sed per iustitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam, peccanti temperat pœnam: vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat: quædam vero per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicio oculis suis proponit, semper timens, & tremens in omni negotio formidat: ne de iustitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condemnetur.

Item Isidorus lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 54.

¶ Qui remittit, & qui corripit, vterq; miseretur. C. XI.

4 senten. dist. 25. ET qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina; & tamen peccatum eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat, vt ei dimittatur; non solum in eo, quod dimittit, atque orat, verum etiam in eo, quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat; quia misericordiã præstat. Multa enim bona præstantur inuitis, quando de eorum consulitur vtilitati, non voluntati; quia sibi ipsi inueniuntur esse inimici.

† *al. Alcuinus.* *Sunt enim multa genera eleemosynarum, de quibus Albinus* † *ait.*

¶ De

¶ De multiplici genere eleemosynarum. C. XII.

TRia sunt genera eleemosynarum: vna corporalis, egenti dare, quidquid poteris: altera spiritualis, dimittere a quo laesus fueris: tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis. Pann.l.2.c. 192.

Item Augustinus, lib. 50. homil. hom. 6.

¶ Eleemosynae pecuniae praefertur eleemosyna cordis. C. XIII.

DVae sunt eleemosynae, vna cordis, altera pecuniae. Eleemosyna cordis est dimittere ei, a quo laesus es. Nam dare aliquid indigēti aliquando quaeris, & non habes; indulgere peccanti, quantum volueris redundat tibi. *& infra.* ¶ Eleemosyna cordis multo maior est qua eleemosyna corporis. *& infra.* ¶ Charitatis eleemosyna sine substantia terrena sufficit sibi, illa vero, quae corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino non sufficit. Pann.l.2.c. 193.

3 *Ex his omnibus apparet, quod nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine seueritatis, nec zelus rectitudinis sine mansuetudine in prelatis debet inueniri. Percussores ergo, qui premissis auctoritatibus ab episcopali officio remouentur, non quilibet corporaliter flagellantes; sed pretermissa mansuetudine ad verbera semper parati intelligendi sunt: qui per flagella non vitia corrigere, sed timeri appetunt, quibus Petrus scribit [Ne sitis dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.] Hinc etiam Gregorius scribit in moralibus, lib. 19. parte 4. c. 23.* 1. Pet. 5. in cap. 29.

¶ Mansuetudo, & districtio ab inuicem non separentur. C. XIIII. Iob. c. 16.

SVnt namque nonnulli ita districti, vt omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque summopere sunt tenenda, vt nec in disciplinae vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum mansuetudine districtionem deserant, disciplinae, quatenus nec a compassione pietatis obdurescant cum contumaces corrigunt; nec disciplinae vigorē molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplinae vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

Item homilia 34. in Euangel.

¶ Vera iustitia miseris compatitur, delinquentibus indignatur. C. XV.

VEra iustitia compassionem habet: falsa vero † dedignationem; quamuis & iusti soleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud est, quod agitur typho superbiae; aliud, quod zelo disciplinae. De dignantur † etenim, sed nō dedignātes. *& post pauca.* ¶ At contra hi, qui de falsa iustitia superbire solent, ceteros quosque despiciunt, nul- † *iustitia*] orig. † *al. indignantur.*

la infirmantibus misericordia condescendunt, & quo se peccatores esse non credunt, eo [illegible]terius peccatores fiunt.

Rabani sunt non Hier. ij cõmentarii. *Item Hieronymus, [illegible] c. 4. Threnorum.*

¶ Peccantes mansuetud[illegible] prouocentur, non austeritate abiiciantur. C. XVI.

Thren. 4. *Esa. 52.*

RECedite, inquiunt, polluti; recedite, abite; nolite nos tangere: nolite in aliquo nobis communicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non sanat ægrotum, non curat infirmum; sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes magis per humilitatis, & mansuetudinis leuam[ine] [illegible]tum student peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde doctor gentium [Factus sum, inquit, infirmus infirmis.] *1. Cor. 9.*

Item ex Origene, homilia 7. in Iosue.

¶ In populum ira Dei deseuit, cum prædicator delinquentes palpat, non corripit. C. XVII.

SEd illud non otiose transmittendum est, quod vno peccante ira Dei super omnem populum venit. Hoc quando accidit? quando sacerdotes, qui populo præsunt, erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne forte male de eis loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores, nolunt complere quod scriptum est [Peccantem coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant.] & iterum [Auferte malum ex vobis ipsis:] nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem [Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.] Neque illud Euangelii implere student, vt si viderint peccantem; primo secrete conueniant: post etiam duobus, vel tribus adhibitis †; quod si contempserit, & post hæc ecclesiæ correctione non fuerit emendatus, de ecclesia expulsum velut gentilem habeant, ac publicanum, & dum vni parcunt, vniuersæ ecclesiæ moliuntur interitum. Quæ ista bonitas? quæ ista misericordia? vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente plebs vniuersa polluitur.

1. Tim. 5. *1. Cor. 5.* *Ibidem.* *Matth. 18.* *† al. arbitris* Greg. posto. *2. p. c. 6.*

Hinc etiam alibi dicitur [Rectorem subditis pietas matrem, disciplina vero patrem exhibeat. 4 ¶ Percussor quoque dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiam vulnerat.

Vnde Anacletus Papa epist. 2. ad Episcopos Italia.

¶ Qui sermone incauto conscientiam percutit infirmorum, percussor vocatur. C. XVIII.

SAne percussor ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oporter,

tet eum, qui secundum doctrinam est, fideler. sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sancta †; & contradicentes redarguere, & recte viuentes, atque rectam fidem tenentes consolidare.

DISTINCTIO XLVI.

1 *Sequitur [Non litigiosum.] Nihil est enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatē auctoritatē putant; & parati ad lites, in subiectos tumidi intonant: quod ex arrogantia, & superbia prouenire manifestum est.* I. ad Tim. 3. & ibi glossa ord. & Ansel. ex Hierony. in epist. ad Oceanum.

Vnde Gregor. scribit in moralibus, lib. 23. par. 5. c. 12. ad cap. 33. Iob.

¶ Arrogantes nesciunt inferre humiliter, quæ docent. C. I.

HOc habet proprium doctrina arrogantiũ, vt humiliter nesciant inferre quod docent: & recta, quæ sapiunt, recte ministrare non possint. In verbis enim eorũ proditur; quod cum docent, quasi in quadam sibi videntur sublimitatis culmine residere: eosque quos docent, vt longe infra se positos, veluti in imo respiciunt †, quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. Recte autem his per prophetam Dominus dicit: [Vos autem cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia:] Cum austeritate enim, & potentia imperant, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominando festinant. At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationem †: quanto ardentius verborum suorum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Cauet enim, ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium sacris sermonibus insectatur.

† *al. despiciunt*

Ezech. 34.
Ibid. c. 13.

† *al. cognitionem.*

2 *Ecce, quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis. Litigiosi namque vel adulationibus animos principũ sibi conciliant: vel fratribus suis detrahendo, infamiæ notam ingerũt; vel inter fratres discordiam seminando, seditionem numquam facere cessant: quæ omnia in prælatis damnabilia esse probantur.*

Vnde Gregor. scribit in moralibus, lib. 18. p. 4. c. 3. ad c. 27. Iob.

¶ De iis, qui peccatoribus adulantur. C. II.

SVnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent quæ increpare debuerunt †. Hinc enim per prophetam dicitur: [Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus; & faciũt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis.] Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quiescatur. Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillum sub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in eo fultus laudib. molliter quiescat. ¶ Hinc rursum scriptum est: [Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.] Parietis quippe nomine, peccati duritia designatur. Ædificare ergo parietem, est

Ezech. 13.

Ibidem.

contra se quempiam e stacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificant; ipsi adulantes quasi nitidum reddant. ¶ Sed sanctus vir
Iob 27. sicut mala de bonis non æstimat, ita iudicare bona de malis recusat, dicens [Absit a me, vt iustos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.]

Hinc etiam in concilio Carthaginensi 4. c. 56. legitur.

¶ Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur. C. III.

Burchar. l. 2. c. 176. Iuo par. 6. cap. 267. Pann. l. 3. c. 173.

CLericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶ Excommunicentur ab episcopo qui fratribus non probanda obiiciunt. C. IIII.

ACcusatores fratrum episcopus excommunicet, qui [a] nō probanda fratribus obiiciunt. Et si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

a ¶ Qui non probanda fratribus obiiciunt] *Verba ista neque in originali, neq. in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶ *Rubrica hac pertinet simul ad hoc caput, & ad duo sequentia.*

Bur. l. 10. c. 66. Iuo p. 11. c. 11. & p. 13. c. 66.

¶ Remoueatur ab officio clericus maledicus; scurra, fratrum profectibus inuidens non promoueatur. C. V.

CLericus maledicus (maxime in sacerdotibus) cogatur ad postulandam veniam; si noluerit, degradetur: nec vmquam ad officium absque satisfactione reuocentur.

Item ex eodem concilio, c. 60.

Ansl. 7. c. 163. Bur. l. 2. c. 172. Iuo par. 6. c. 263. & p. c. 11. c. 79. Pan. l. 3. c. 172.

¶ De eodem. C. VI.

CLericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum censemus.

Item ex eodem, c. 45.

¶ De eodem. C. VII.

Bur. l. 2. c. 16. Iuo p. 6. c. 35.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, nō promoueatur.

Item ex eodem, c. 67.

¶ Non sunt ordinandi, qui seditionibus vacant. C. VIII.

Agath. cōci. cap. 69.

SEditionarios statuimus numquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriarum suarum vltores.

Item ex concilio Leodicensi, c. 5.

Bur. l. 2. c. 17. Iuo p. 6. c. 36. † al. sesquiplá.

¶ Vsuras exigere clericis minime licet. C. IX.

NOn licet fœnerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel vsuras, vel lucra, quæ sescupla † dicuntur, accipere.

Item

Item Leo Papa episcopis per Campaniam, epist. 1. c. 4.

¶ Nec suo nomine, nec alieno clericus fœnerator existat. C. X.

SIcut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens est enim, crimen suum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere † & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus.

Ansl. l. 7. c. 150. Bur. l. 2. c. 12. Iuo p. 6. c. 66. † *al. accipere.*

DISTINCTIO XLVII.

1 ps QVod autem in fine huius capituli, Vsurarij ordinari prohibentur; inde est, quod Vsuram exercentes cupiditati deseruire probantur: cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur: quia tales facile a iusto deuiarent. *I. Tim. 3.*

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 44. legitur.

¶ Diaconus, presbyter, & episcopus exigens vsuras, nisi desierit, deponatur. C. I.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras a debitoribus exigẽs, aut desinat, aut certe deponatur.

Item ex concilio Niceno, c. 17.

¶ Vsuras exigens siue clericus siue subiectus regulæ, deiiciatur. C. II.

Bur. l. 2. c. 119. Iuo par. 6. c. 195. & p. 13. c. 15. Pannor. l. 3. cap. 175. inf. 14. q. 4. c. 8. ex alia versione.

QVoniam multi sub regula constituti auaritiam, & turpia lucra sectantur, obliti que diuinæ scripturæ dicentis [Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram,] mutuum dantes, centesimas exigunt, iuste censuit sancta, & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, aut † ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiolia, id est, sescupla [a] † exigens; vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiiciatur a clero, & alienus existat a regula.

Pol. l. 4. t. 31. Rab. l. pœn. c. 32. Burc. l. 2. c. 129. Ansl. l. 7. c. 154. Iuo par. 6. c. 196. & p. 13. c. 8. † *redundat ista particula.* † *al. sequipla.* † *al. sesquipla.*

a ¶ Sescupla] *Hoc sesquialterarum vsurarum genus, quamuis grauissimum, in frugibus humidis, vel arentibus Constantinus lege permiserat, quæ nunc extat in codice Theodosiano, lib. 2. tit. vlt. de vsuris. l. 1. Eodem pertinet, quod scribit B. Hieronymus in commentarijs in Ezechielem, lib. c. 6. 18. his verbis.* Solent in agris frumenti, & milii, vini, & olei, ceterarumque specierum vsuræ exigi, siue, vt appellat sermo diuinus superabundantiæ: verbi gratia, vt hiemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vsuras clericis interdicunt, voluerunt etiam sescuplam frugum expresse ijsdem interdicere. Postea vero in aliis conciliis, & a Romanis Pontificibus, genus omne vsurarum tanquam iuri naturali, ac diuino contrarium tam clericis, quam laicis fuit interdictum, quemadmodum apparet in Decretalibus tit. de vsur.*

Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c. 25. in 29. cap. Iob scribit dicens,

¶ Temporalibus lucris deseruientes, Deo nequaquam militare probantur. C. III

OMnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cælestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt: in oratione vero coram Domino vel vnius horæ momento lassantur: sæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitiis, atque honoribus tolerant: & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriose quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. ¶ Hi itaque quasi aliarũ arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, & in cœlestibus debiles; sed longius, atque distantius studiosos se Deo exhibent, quam sæculo fuisse meminerunt. ¶ Nam cum quibusdam per prædicatorem nostrum dicitur [Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrę. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitię in sanctificationẽ:] eorum proculdubio infirmitati condescẽditur, ac si eis apertius diceretur, si nequaquã amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas aeris[a], quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.

Rom. 6.

a ¶ Aeris.] *Apud B. Gregorium legitur*, sancta libertas hæredes: *vel*, sancta libertas charitatis, quam in carne: *In vno autem exemplari Gratiani Vaticano*, cœlestis conuersationis, *quod in glossa explanandam dictionem*, aeris, *affertur.*

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.

¶ Ad sacros ordines vsurarij promoueri non debent. C. IIII.

Ansl. 6. c. 9. Pol. l. 2. t. 1.

DE Petro insuper ad nos peruenisse cognoscite, quod solidos dedit ad vsuram: quod vos oportet cũ omni subtilitate perquirere: & si ita constiterit, alium eligite, & ab huius vos persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus vsurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero subtili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit (quia persona eius nobis ignota est, & vtrũ ita sit de simplicitate eius, quod ad nos perlatum est, ignoramus) cum decreto a vobis facto ad nos eum venire necesse est; vt vitam moresque illius solicitius inquirentes,

rentes, sensum quoque pariter agnoscamus, vt si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eo (adiuuante Domino) desideria compleamus.

Item ex conc. Eliberitano, c, 20.

¶ Degradetur clericus, qui vsuras accipere detegitur. C. V.

SI quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere; placuit degradari, & abstinere. Iuo p. 13. c. 12. Pan. l. 3. c. 156.

Item Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano, epist, 51.

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdotem oportet. C. VI.

2 VIrum catholicum, & præcipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scriptura [Post concupiscentias tuas non eas.] Mens enim potentiæ † auida nec abstinere nouit a vetitis, nec gaudere concessis, nec ᵃpietati adhibere consensum. Ans. l. 7. c. 140. *Eccl.* 18. † *al. pecuniæ.*

ᵃ ¶ Nec pietati.] *Hoc postremum orationis membrum abest ab originali: sed habetur etiam apud Anselmum.*

Item Gregorius, lib. 7. epist. 100.

¶ Qui cupiditatem a se non abscindit, bonorum auctori inhærere non valet. C. VII.

BOnorum auctori inhærere aliter non valemus, nisi cupiditatem a nobis (quæ omnium malorum radix est) abscindamus. 1. *Tim.* 6.

Item Ambrosius de eo, quod scriptum est in Euangelio [Hominis cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit.] *Serm.* 81. *Luc.* 12.

¶ Auari est hominum bona inuadere, quorum necessitatibus subuenire valet. C. VIII.

SIcut ij, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident; ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis adstricta, semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat; gratius aurum intuetur, quam solem: † ipsa eius oratio, & supplicatio ad Dominum, aurũ quærit. *& post pauca.* ¶ Interdum etiam vsuræ arte nequissima ex ipso auro aurum nascitur. Sed quid agis? Nec satietas vmquam, nec finis aderit cupiditati. *& infra.* ¶ Sed ais: quid iniustum est, si cum aliena non inuadam, propria diligentius seruo? O impudens dictum. Propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem, quando de vẽtre matris existi: quibus quæso facultatibus, quibusque subsidiis stipatus ingressus es? *& post pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, quod est cõmuneᵃ, quod plus quam sufficeret, sumptum etiam violẽter obtentum est. *& infra.* ¶ Numquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? vt tu quidem esses affluens, & abundans, aliis vero deesset, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per

Ex Basilij homilia ad eũdem Euangelij locum. † *solem vidit*] orig.

virtutem patientiæ coronare? Tu vero [susceptis Dei muneribus, & si in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum; si tam multorum vitę subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, quã qui multorum alimenta suũ † non vsum, sed abundantiam, & delitias facit? Neque enim minus est criminis habenti tollere, quam possis, & abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est; quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot † te ergo scias inuadere bona, quot † possis præstare, quot velis.

† *al. non suam.*
† *al. T. antorum.*
† *al. quantu.*

a ¶ Commune] *Apud B. Ambrosium legitur*, Proprium nemo dicat, quod e communi plus, quam sufficeret, sumptum, & violenter obtentum est. *sed ob glossam non est mutatum.*

II. Oceano. 3 *Necesse est etiã, vt ille, qui ordinãdus est. [sua domui sit bene præpositus] id est, si in laici habitu vxorẽ habuit, vel filios, a vitijs ad virtutũ studia, & verbo, & exemplo prouocet, vt quod postea præcepturus est populo, prius exigat a domesticis. Vnde Apostolus Ephesis scribit, vt vxores suas sicut sua corpora diligant, & filios suos non ad iracundiã prouocẽt, sed enutriant illos in omni disciplina, & correctione Domini. Vnde cũ Paulus ad Tim. scribens dixisset [sua domui bene præpositũ] statim subiũxit habentem filios sibi subditos in omni castitate] [nõ in accusatione luxuriæ.] nõ. n. taliũ cohabitatione cohabitator frontẽ habet alios redarguẽdi. Vnde de B. Iob legitur, quod pro filiis suis quotidiana offerebat Deo sacrificia, offerens holocausta per singulos, quos tanta charitatis perfectione in vnũ constrinxit, vt quisq; eorũ in suo die conuiuiũ fratrib. pararet, & ad epulandũ secũ tres sorores suas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere dissimulauit, ac falsa pietate superatus di linquentes filios ferire noluit, (sicut in libro Regũ legitur) apud districtũ iudicẽ semetipsum cum filijs crudeli damnatione percussit: vnde ei diuina voce dicitur [Honorasti filios tuos magis, quã me.] Hinc etiã Dauid erga filios benignitatẽ, nõ disciplinæ seueritatẽ exercens, eorum iuuentutẽ experimento didicit perniciosam, quorum pueritiã vaga licẽtia permisit esse volupinosam. Vnus quippe eorum sororẽ suã stupro corrũpens, a fratre eius, Absalone videlicet, inter epulas, quas fratrib. suis fraudolenter parauerat, obtruncatus est. Absalon vero, postquam veniã a patre obtinuit, de regno illũ expulit, & ad concubinas eius ingressus est; demum per inuia deserti patrẽ persequens, quercui inhæsit, atq; ita suspẽsus interijt. Hinc etiã Paulus ad Timoth. scribit, dicẽs: [Qui suorum, & maxime domesticorum curã nõ habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior.] Iure ergo, qui domui suæ nescit præesse, in episcopum ordinari prohibetur, & qui in re minima, de qua sibi familiarior debet cura inesse, fidelis non est, quomodo in ecclesia Dei (vbi tot sunt, & alieni) sollicitam diligentiam adhibebit? Vnde Hierony-*

1. Tim. l. 3. & ibi glossator.
Ephesi. 5.
1. Tim. 3.
Tit. 1.
Iob 1.
1. Reg. 2.
2. Reg. 13.
2. Reg. 16.
2. Reg. 18.
1. Tim. 5.
In comm. ad cap. 1. epist. ad Titum.

ronymus [*Non enim † iustus polluitur ex vitiis filiorum, sed libertas † itaque*] *ab Apostolo ecclesiæ principi reseruatur; ut talis fiat, qui nō timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere.*] orig.

4 *Quod tunc fiet, si non erit, quod sibi imputetur. Cum enim gressus hominis a domino dirigantur, nec sint in homine eius via: corripere quicem potest, corrigere autem non valet: pulsare potest, non aperire: manus comprimere, non animum mutare.* Psal.16. Hiere.10.

Vnde Augustinus clero, & populo Hipponensi, epist.137.

¶ Bonorum hominum disciplina mores immutare non valet. C. IX.

Qvantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quam arca Noe, vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus est, aut melior sit, quam domus Abrahæ, vbi dictum est; [Eiice ancillam, & filium eius,] aut melior sit, quam domus Isaac: cui de duobus geminis dictum est [Iacób dilexi, Esau autem odio habui.] *& infra.* ¶ Simpliciter autem fateor charitati vestræ coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo, Deo seruire cœpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasteriis profecerunt; ita non sum expertus peiores, quam qui in monasteriis ceciderunt, † ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum [Iustus iustior fiat: & sordidus sordescat adhuc. Gen.9. Gen.21. Malach.1. † *al. defecerunt.* Apoc.22.

Item Cyprianus, lib.1. epist.3. Cornelio Papæ.

¶ Conuitia perditorū a via rectitudinis nos mouere non debent. C. X.

Qvod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit, frater, dare operam; ne quis culpa nostra de ecclesia pereat: si quis autem vltro & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii inculpatos futuros credimus, qui cōsulimus sanitati; illos solos in pœnis remansuros, qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus a via recta & a certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruat dicens [Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.] Gal.1.

DISTINCTIO XLVIII.

1 *Prohibentur etiam neophyti in episcopos ordinari, ut qui heri erat catechumenus, hodie non fiat episcopus: qui heri erat in theatro, hodie non sedeat in ecclesia: qui vespere erat in circo, hodie non ministret altario: qui dudum fuerat fautor histrionum, hodie non sit consecrator virginum. Causa autē huius prohibitionis est secundū Apostolū, ne elatus in superbiā, tamquā religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinā diaboli. Mometaneus nāq; sacerdos nescit habere humilitatem, obseruare modos personarum, vel se contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non* 1.Tim.3. glossa ordinaria.ibidē, & Hi.Oceano.

pauperibus erogauit. In *arrogantiã (quæ est ruina diaboli) incidunt, qui puncto hora nec dum discipuli fiunt magistri: & sicut Innocentius ait [Miserum est eum fieri magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus.] Vnde in Niceno concilio, c. 2. legitur.*

Epist. 12. ad Aurelium.

¶ Neophytus in episcopum non est ordinandus. C. I.

Mart. Brac. episc. c. 22.

QVoniam multa siue per necessitatem, siue ex quacunque [a] causa, contra regulam gesta sunt; ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel instructi statim ad spiritualem baptismum venissent, & continuo, cum baptizati, etiam ad episcopatum, vel presbyterium prouecti sunt; recte igitur visum est de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus est, vt catechumenus, & post baptismum multa probatione indiget. Euidens namque est apostolicum præceptum, dicens [Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat & laqueum diaboli.] Si vero præcedente † [b] tẽpore aliquod mortale [c] peccatum admiserit, & conuictus duobus, vel tribus testibus fuerit; cesset a clero, qui huiusmodi est. Si quis vero præter hæc fecerit, tãquã cõtraria statutis sancti † concilij gerẽs; ipse præcipitabitur de statu sui cleri.

1. *Tim.* 3. † *al. procedente*] orig. † *al. magni.*

a ¶ Quacumque causa.] *Grace est*, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων: *quod Dionysius vertit*, aut alias cogentibus hominibus.

b ¶ Præcedente.] προιόντος, id est procedente, *sed ob glossam non est mutatum.*

c ¶ Mortale.] *abest vox ista a prisca versione. Grace est*, ψυχικόν τι ἁμάρτημα, *quod Dionysius vertit*, delictum animæ.

Et l. 5. epist. 51. Vigilio epis. Arelat. Pol. l. 2. t. 2. Ans. l. 6. c. 26 Iuo p. 5. c. 131

Neophyti vero hodie appellantur, propositum sacræ religionis noui ter assumentes.

Vnde B. Gregorius scribit Syagrio episcopo, & aliis episcopis, lib. 7. epi. 100.

Quis dicatur Neophytus. C. II.

SIcut neophytus tunc dicebatur, qui initio † [a] sanctæ fidei erat eruditione plantatus; sic modo neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores † sacros irrepserit. ¶ Ordinate ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui ad summi † loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. Scimus autem, quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccẽtur: ne si ante pondera, quàm solidentur, accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant.

† *al. in instio.* † *al. ordines.* † *al. summo.*

a ¶ Initio sanctæ.] *In lib. 7. epist. 100. vbi habetur prior pars huius capitis vsque ad versi.* Scimus autem. *legitur*, in sanctæ fidei erat conuersatione plantatus. *lib. autem 5. epistola 51. siue c. 95. (vbi & eadem fere iisdem verbis habentur, ac præterea sequens pars vsque ad finem) legitur hoc loco*, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

DISTINCTIO XLIX.

ps *Ecce a quibus vitijs debeant esse immunes, qui in episcopum sunt ordinandi. Qui enim intercessores pro populo ad Deum parantur, necesse est ut eius gratiam bene vivendo mereantur. Unde Gregorius ait in pastorali. ¶ Solicite formidandum, ne qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido novimus; quia, cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Qui ergo adhuc desiderijs terrenis adstringitur; caveat, ne districti irā iudicis gravius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Solerter ergo se quisque metiatur; nec † locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc vitium damnabiliter regnat: nec is, quem crimen depravat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.* † ne] orig.

Idem in eod. pastorali eod. c. xi. continenter.

Sacrificium Deo non offerat, qui vitiis est maculatus. C. I.

Hinc etenim superna voce ad Moysem dicitur [Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, nō offerat panes Domino Deo suo: nec accedat ad ministerium eius.] Ubi & repente subiungitur [Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus †.] Cæcus quippe est, qui supernæ contemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit, quo gressus operis porrigat, † nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur [Pedes sanctorum suorum servabit; & impii in tenebris conticescent.] ¶ Claudus vero est, qui quidem, quo pergere debeat, aspicit; sed per infirmitatē mentis, vitæ viam perfectæ † non valet tenere, quam videt: quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo per desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit [Remissas manus, & dissoluta genua erigite; & gressus rectos facite pedibus vestris; ut non claudicans quis erret, sed magis sanetur. ¶ Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores, fœtoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur; per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde & in laude sponsę dicitur [Nasus tuus, sicut turris, quæ est in libano:] quia nimirum sancta ecclesia, quæ ex

† *herniosus*] vulgata. † *al. dirigat.* *1. Reg. 2.* † *al. perfectæ.* *Heb. 12.* *Cant. 7.*

causis singulis tentamenta prodeant, per discretionẽ conspicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum æstimari hebetes nolunt, sępe se quibusdã exquisitionibus plus quam necesse est, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Vnde hic quoq; subditur: [vel grandi, & torto naso.] Nasus enim grandis, & tortus est, discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plus quam decet, excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. ¶ Fracto autem pede, vel manu est, qui viam Dei pergere omnino non valet; atq; a bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, saltem cum infirmitate teneat; sed ab his omnimodo alienus existat. ¶ Gibbus vero est; quem terrenę solicitudinis pondus deprimit, ne vmquam ad superna respiciat; sed solis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui & si quando aliquid ex bono patriæ cœlestis audierit, ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere pręgrauatus, cordis faciem non attollit: quia cogitationis statum erigere non valet; quem terrenæ solicitudinis vsus curuum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit [Incuruatus sum, & humiliatus vsquequaque.] Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans ait. [Semen autem, quod in spinis cecidit, hi sunt, qui audiunt verbum, & a solicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitę euntes suffocantur, & non referunt fructum.] ¶ Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmantes † palpebræ grossescunt: quæ quia infusione crebra atteruntur, etiam acies pupillę vitiatur. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitæ operatio sauciat: qui videre recta subtiliter per ingenium poterant; sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit: cui bene per Angelum dicitur, [collyrio inunge oculos tuos, vt videas.] Collyrio quippe oculos, vt videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶ Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur: quia arrogantia sapientię, seu iustitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra, videt: albuginem tolerans, nihil videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis, si stultum se, peccatoremq; intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorẽ sibi iustitiæ, siue sapientiæ tribuit; a luce se supernæ cognitionis excludit: & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur [Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt] ¶ Iugem vero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsq; ad operationẽ prosilit, nimirũ feruor intimus, vsq; ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus sauciat: quia dum in cogitatione

Margin notes: *Psal.* 118. — *Luc.* 8. — † *infirmitate*] origin. — *Apoca.* 3. — *Rom.* 1.

gitatione voluptas non reprimitur, etiā in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat [Tentatio vos non apprehendat, nisi humana:] ac si aperte diceret. Humanum quidem est, tentationem in corde perpeti: dæmoniacum vero est in tentationis certamine in operatione superari. ¶ Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis auaritia vastatur in mente: quę si in paruis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati tædio excrescens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quasi delectat, exulcerat: dum adipiscenda quæque cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit, quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum quoque virtutum per hanc pulcritudo deprauatur; & quasi totum corpus exasperat; quia per vniuersa vitia animum supplantat, Paulo attestante, qui ait: [Radix omnium malorum est cupiditas.] Ponderosus vero est, qui turpitudinem non exercet opere; sedtamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vsque ad opus nefarium rapitur; sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur; quæ profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est; qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde: & quamuis praua non exerceat opere; ab his tamen non euellitur mente, nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere; quia grauat hunc in abditis pondus turpe. ¶ Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur; panes Domino offerre prohibetur: ne [a] profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuastant. ¶ Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus, qualiter pertimescat, ostendimus; nunc is, qui ad illud digne peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonstremus.

1. Cor. 10.

1. Tim. 6.

Sic & Arnobius.

a ¶ Ne profecto] *Sic etiam in originali impresso. In aliquot Gratiani manuscriptis legitur,* Nec profecto diluere aliena delicta valet is, quem adhuc propria deuastant.

Item Hieronymus super Malachiam ad c. 1.

¶ Indoctus, terrena lucra sectans, vitiosus ordinari non debet. C. II.

Sensus aliqua ex parte.

SAcerdotes nomen Domini despiciunt, & quantum ad se, panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt: quiq; dato munere sacerdotium præsumunt. Panem quoq; polluit, qui doctrinā Domini in populo male dispergit †: & qui honorat potentem, & despicit pauperem. *Et infra.* ¶ [Si offeratis cæcū ad immolandum, nonne

† al. dispersit.

contra se quempiam e[…] stacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpet[…]antibus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificant; ipsi adula[…]es quasi nitidum reddant. ¶ Sed sanctus vir

Iob 27. sicut mala de bonis non æstimat, ita iudicare bona de malis recusat, dicens [Absit a me, vt iustos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.]

Hinc etiam in concilio Carthaginensi 4. c. 56. legitur.

¶ Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur. C. III.

Burchar. l. 2. c. 176. Iuo par. 6. cap. 267. Pann. l. 3. c. 173.

CLericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶ Excommunicentur ab episcopo qui fratribus non probanda obiiciunt. C. IIII.

ACcusatores fratrum episcopus excommunicet, qui [a] nõ probanda fratribus obiic[i]unt. Et si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

a ¶ Qui non probanda fratribus obiiciunt] *Verba ista neque in originali, neque in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶ *Rubrica hæc pertinet simul ad hoc caput, & ad duo sequentia.*

Bur. l. 10. c. 66. Iuo p. 11. c. 11. & p. 13. c. 66.

¶ Remoueatur ab officio clericus maledicus; scurra, fratrum profectibus inuidens non promoueatur. C. V.

CLeric[u]s maledicus (maxime in sacerdotibus) cogatur ad postulandam veniam; si noluerit, degradetur: nec vmquam ad officium absque satisfactione reuocentur.

Item ex eodem concilio, c. 60.

Ans. l. 7. c. 163. Bur. l. 2. c. 172. Iuo par. 6. c. 263. & p. c. 11. c. 79. Pan. l. 3. c. 172.

¶ De eodem. C. VI.

CLericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum censemus.

Item ex eodem, c. 45.

Bur. l. 2. c. 16. Iuo p. 6. c. 35.

¶ De eodem. C. VII.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, nõ promoueatur.

Item ex eodem, c. 67.

¶ Non sunt ordinandi, qui seditionibus vacant. C. VIII.

Agath. cõci. cap. 69. Bur. l. 2. c. 17. Iuo p. 6. c. 36.

SEditionarios statuimus numquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriarum suarum vltores.

Item ex concilio Leodicensi, c. 5.

¶ Vsuras exigere clericis minime licet. C. IX.

† *al. sesquiplas.*

NOn licet fœnerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel vsuras, vel lucra, quæ sescupla † dicuntur, accipere.

Item

Item Leo Papa episcopis per Campaniam, epist. 1. c. 4.

¶ Nec suo nomine, nec alieno clericus fœnerator existat. C. X.

Sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens est enim, crimen suum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere † & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus.

Ansl. 7. c. 150. Bur. l. 2. c. 12. Iuo p 6. c. 66.

† *al. accipere.*

DISTINCTIO XLVII.

1 ps *Quod autem in fine huius capituli, vsurarij ordinari prohibentur; inde est, quod vsuram exercentes cupiditatis deseruire probantur: cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur: quia tales facile a iusto deuiarent.*

1. Tim. 3.

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 44. legitur.

¶ Diaconus, presbyter, & episcopus exigens vsuras, nisi desierit, deponatur. C. I.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras a debitoribus exigẽs, aut desinat, aut certe deponatur.

Item ex concilio Niceno, c. 17.

¶ Vsuras exigens siue clericus siue subiectus regulæ, deiiciatur. C. II.

Bur. l. 2. c. 119. Iuo par. 6. c. 195. & p. 13. c. 15. Pannor. l. 3. cap. 175. inf. 14. q. 4. c. 8. ex alia versione. Pol. l. 4. t. 31. Rab. l. pœn. c. 32. Burc. l. 2. c. 129. Ansl. 7. c. 154. Iuo par. 6. c. 196. & p. 13. c. 8.

Quoniam multi sub regula constituti auaritiam, & turpia lucra sectantur, obliti que diuinæ scripturæ dicentis [Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram,] mutuum dantes, centesimas exigunt, iuste censuit sancta, & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, aut † ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiolia, id est, sescupla [a] † exigens; vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiiciatur a clero, & alienus existat a regula.

[a] ¶ Sescupla] *Hoc sesquialterarum vsurarum genus, quamuis grauissimum, in frugibus humidis, vel arentibus Constantinus lege permiserat, qua nunc extat in codice Theodosiano, lib. 2. tit. vlt. de vsuris. l. 1. Eodem pertinet, quod scribit B. Hieronymus in commentarijs in Ezechielem, lib. c. 6. 18. his verbis.* Solent in agris frumenti, & milii, vini, & olei, ceterarumque specierum vsuræ exigi, siue, vt appellat sermo diuinus superabundantiæ: verbi gratia, vt hiemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vsuras clericis interdicunt, voluerunt etiam sescuplam frugum expresse ijsdem interdicere. Postea vero in alijs concilijs, & a Romanis Pontificibus, genus omne vsurarum tanquam iuri naturali, ac diuino contrarium tam clericis, quam laicis fuit interdictum, quemadmodum apparet in Decretalibus tit. de vsur.*

† *redundat ista particula.*

† *al. sequipla.*

† *al. sesquipla.*

Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c. 25. in 29. cap. Iob scribit dicens,

¶ Temporalibus lucris deseruientes, Deo nequaquam militare probantur. C. III

OMnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cælestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt: in oratione vero coram Domino vel vnius horæ momento lassantur: sæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitiis, atque honoribus tolerant: & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriose quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. ¶ Hi itaque quasi aliarũ arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, & in cœlestibus debiles; sed longius, atque distantius studiosos se Deo exhibent, quam sæculo fuisse meminerunt. ¶ Nam cum quibusdam per prædicatorem nostrum dicitur [Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrę. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitię in sanctificationẽ:] eorum proculdubio infirmitati condescẽditur, ac si eis apertius diceretur, si nequaquã amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas aeris[a], quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.

Rom.6.

a ¶ Aeris.] *Apud B. Gregorium legitur*, sancta libertas hæredes: *vel*, sancta libertas charitatis, quam in carne: *In vno autem exemplari Gratiani Vaticano*, cœlestis conuersationis, *quod in glossa explanandam dictionem*, aeris, *affertur*.

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. *epist.* 40.

¶ Ad sacros ordines vsurarij promoueri non debent. C. IIII.

Ansl. 6. *c.* 9.
Pol.l. 2. *c.* 1.

DE Petro insuper ad nos peruenisse cognoscite, quod solidos dedit ad vsuram: quod vos oportet eũ omni subtilitate perquirere: & si ita constiterit, alium eligite, & ab huius vos persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus vsurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero subtili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit (quia persona eius nobis ignota est, & vtrũ ita sit de simplicitate eius, quod ad nos perlatum est, ignoramus) eum decreto a vobis facto ad nos eum venire necesse est; vt vitam moresque illius solicitius inquirentes,

rentes, sensum quoque pariter agnoscamus, vt si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eo (adiuuante Domino) desid-ria compleamus.

Item ex conc. Eliberitano, c. 20.

¶ Degradetur clericus, qui vsuras accipere detegitur. C. V.

SI quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere; placuit degradari, & abstinere. Iuo p. 13. c. 12.

Item Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano, epist. 51. Pan. l. 3. c. 156.

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdotem oportet. C. VI.

2 VIrum catholicum, & præcipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scriptura [Post concupiscentias tuas non eas.] Mens enim potentiæ † auida nec abstinere nouit a vetitis, nec gaudere concessis, nec ᵃpietati adhibere consensum. Ans. l. 7. c. 140. Eccl. 18. † al. pecunia.

ᵃ ¶ Nec pietati.] *Hoc postremum orationis membrum abest ab originali: sed habetur etiam apud Anselmum.*

Item Gregorius, lib. 7. epist. 100.

¶ Qui cupiditatem a se non abscindit, bonorum auctori inhærere non valet. C. VII.

BOnorum auctori inhærere aliter non valemus, nisi cupiditatem a nobis (quæ omnium malorum radix est) abscindamus. 1. Tim. 6. Serm. 81.

Item Ambrosius de eo, quod scriptum est in Euangelio [Hominis cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit.] Luc. 12.

¶ Auari est hominum bona inuadere, quorum necessitatibus subuenire valet. C. VIII.

SIcut ij, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident; ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis adstricta, semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat; gratius aurum intuetur, quam solem: † ipsa eius oratio, & supplicatio ad Dominum, aurũ quærit. *& post pauca.* ¶ Interdum etiam vsuræ arte nequissima ex ipso auro autum nascitur. Sed quid agis? Nec satietas vmquam, nec finis aderit cupiditati. *& infra.* ¶ Sed ais: quid iniustum est, si cum aliena non inuadam, propria diligentius seruo? O impudens dictum. Propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem, quando de vẽtre matris existi: quibus quæso facultatibus, quibusque subsidiis stipatus ingressus es? *& post pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, quod est cõmuneᵃ, quod plus quam sufficeret, sumptum etiam violẽter obtentum est. *& infra.* ¶ Numquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? vt tu quidem esses affluens, & abundans, aliis vero deesset, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per

Ex Basilij homilia ad eũdem Euangelij locum. † *solem videt*] orig.

virtutem patientiæ coronare? Tu vero (susceptis Dei muneribus, & si in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum; si tam multorum vitę subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, quā qui multorum alimenta suū † non usum, sed abundantiam, & delitias facit? Neque enim minus est criminis habenti tollere, quam possis, & abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est; quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot † te ergo scias inuadere bona, quot † possis præstare, quot velis.

† al. non suam.

† al. Tanto-rum.

† al. quan-tu.

a ¶ Commune] *Apud B. Ambrosium legitur*, Proprium nemo dicat, quod e communi plus, quam sufficeret, sumptum, & violenter obtentum est. *sed ob glossam non est mutatum.*

Hi. Oceano. 1. Tim. 1.3. & ibi glossa tor. 3 *Necesse est etiā, ut ille, qui ordinādus est [sua domui sit bene præpositus] id est, si in laici habitu uxorē habuit, vel filios, a vitijs ad virtutū studia, & verbo, & exemplo prouocet, ut quod postea præcepturus est populo, prius exigat a domesticis. Unde Apostolus Ephesijs scribit, ut uxores suas sicut sua corpora diligant, & filios suos non ad iracundiā prouocēt, sed enutriant illos in omni disciplina, & correctione Domini. Unde cū Paulus ad Tim. scribens dixisset [sua domui bene præpositū] statim subiūxit habentem filios sibi subditos in omni castitate] [nō in accusatione luxuriæ.] nō.n. taliū cohabitatione cohabitator frontē habet alios redarguēdi. Unde de B. Iob legitur, quod pro filiis suis quotidiana offerebat Deo sacrificia, offerens holocausta per singulos, quos tanta charitatis perfectione in unū constrinxit, ut quisq; eorū in suo die conuiuiū fratrib. pararet, & ad epulandū secū tres sorores suas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere dissimulauit, ac falsa pietate superatus delinquentes filios ferire noluit, (sicut in libro Regū legitur) apud districtū iudicē semetipsum cum filijs crudeli damnatione percussit: unde et diuina voce dicitur [Honorasti filios tuos magis, quā me.] Hinc etiā Dauid erga filios benignitatē, nō disciplinæ seueritatē exercens, eorum iuuentutē experimento didicit perniciosam, quorum pueritiā vaga licētia permisit esse voluptuosam. Unus quippe eorum sororē suā stupro corrūpens, a fratre eius, Absalone videlicet, inter epulas, quas fratrib. suis fraudolenter parauerat, obtruncatus est. Absalon vero, postquam veniā a patre obtinuit, de regno illū expulit, & ad concubinas eius ingressus est; demum per inuia deserti patrē persequens, quercui inhæsit, atq; ita suspēsus interijt. Hinc etiā Paulus ad Timoth. scribit, dicēs: [Qui suorum, & maxime domesticorum curā nō habet, fidē negauit, & est infidelis deterior.] Iure ergo, qui domui suæ nescit præesse, in episcopum ordinari prohibetur, & qui in re minima, de qua sibi familiarior debet cura inesse, fidelis non est, quomodo in ecclesia Dei (ubi tot sunt, & alieni) sollicitam diligentiam adhibebit? Unde Hierony-*

Ephes. 5.
1. Tim. 3.
Tit. 1.
Iob 1.
1. Reg. 2.
2. Reg. 13.
2. Reg. 16.
2. Reg. 18.
1. Tim. 5.
In comm. ad cap. 1. epist. ad Titum.

ronymus [*Non enim* † *iustus polluitur ex vitiis filiorum, sed libertas* † *itaque*] *ab Apostolo ecclesiæ principi reseruatur; vt salus fiat, qui nō timeat* orig.
propter vitia liberorum extraneos reprehendere.]

4 *Quod tunc fiet, si non erit, quod sibi imputetur. Cum enim gressus hominis a domino dirigantur, nec sint in homine eius via: corripere* *Psal.*16.
quidem potest, corrigere autem non valet: pulsare potest, non aperi- *Hiere.*10.
re: manus comprimere, non animum mutare.

*Vnde Augustinus clero, & populo Hipponensi, epist.*137.

¶ Bonorum hominum disciplina mores immutare non valet. C. IX.

Qvantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quam arca Noe, vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus est, aut melior sit, quam domus Abrahæ, vbi dictum est; *Gen.* 9.
[Eiice ancillam, & filium eius,] aut melior sit, quam domus *Gen.* 21.
Isaac: cui de duobus geminis dictum est [Iacob dilexi, Esau autem odio habui.] *& infra.* ¶ Simpliciter autem fateor charitati vestræ coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo, *Malach.*1.
Deo seruire cœpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasteriis profecerunt; ita non sum expertus peiores, quam qui in monasteriis ceciderunt, † ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum [Iustus iustior fiat; & sordidus sordescat adhuc. † *al. defecerunt.* *Apoc.*22.

*Item Cyprianus, lib.*1. *epist.*3. *Cornelio Papæ.*

¶ Conuitia perditorū a via rectitudinis nos mouere non debent. C. X.

Qvod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit, frater, dare operam; ne quis culpa nostra de ecclesia pereat: si quis autem vltro & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii inculpatos futuros credimus, qui cōsulimus sanitati; illos solos in pœnis remansuros, qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus a via recta, & a certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruat dicens [Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.] *Gal.*1.

DISTINCTIO XLVIII.

1 Prohibentur etiam neophyti in episcopos ordinari, & qui heri erat catechumenus, hodie non fiat episcopus: qui heri erat in theatro, hodie non sedeat in ecclesia: qui vespere erat in circo, hodie non ministret altario: qui dudum fuerat fautor histrionum, hodie non sit consecrator virginum. Causa autē huius prohibitionis est secundū Apostolū, ne elatus in superbiā, tamquā religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinā diaboli. Momētaneus nāq; sacerdos nescit habere humilitatem, obseruare modos personarum, vel se contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non ps I.Tim.3. glossa ordina. ibidē, & Hi. Oceano.

pauperibus erogauit. In *arrogantiã (quæ est ruina diaboli) incidant, qui puncto horæ nec dum discipuli fiunt magistri: & sicut Innocentius ait [Miserum est eum fieri magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus.] Vnde in Niceno concilio, c. 2. legitur.*

Epist. 12. ad Aurelium.

¶ Neophytus in episcopum non est ordinandus. C. I.

Mart. Brac. episc. c. 22.

QVoniam multa siue per necessitatem, siue ex quacunque [a] causa, contra regulam gesta sunt; ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel instructi statim ad spiritualem baptismum venissent, & continuo, cum baptizati, etiam ad episcopatum, vel presbyterium prouecti sunt; recte igitur visum est de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus est, vt catechumenus, & post baptismum multa probatione indiget. Euidens namque est apostolicum præceptum, dicens [Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat & laqueum diaboli.] Si vero præcedente † [b] tẽpore aliquod mortale [c] peccatum admiserit, & conuictus duobus, vel tribus testibus fuerit; cesset a clero, qui huiusmodi est. Si quis vero præter hæc fecerit, tãquã cõtraria statutis sancti † concilij gerẽs; ipse præcipitabitur de statu sui cleri.

1. *Tim.* 3. † *al. procedente*] orig. † *al. magni.*

a ¶ Quacumque causa.] *Græce est*, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων: *quod Dionysius vertit*, aut alias cogentibus hominibus.
b ¶ Præcedente.] προϊόντος, id est procedente, *sed ob glossam non est mutatum.*
c ¶ Mortale.] *abest vox ista a prisca versione. Græce est*, ψυχικόν τι ἁμάρτημα, *quod Dionysius vertit*, delictum animæ.

Neophyti vero hodie appellantur, propositum sacræ religionis nouiter assumentes.

Vnde B. Gregorius scribit Syagrio episcopo, & aliis episcopis, lib. 7. epi. 100.

Et l. 5. epist. 51. Vigilio epis. Arelat. Pol. l. 2. t. 2. Ans. l. 6. c. 26 Iuo p. 5. c. 131

Quis dicatur Neophytus. C. II.

SIcut neophytus tunc dicebatur, qui initio † [a] sanctæ fidei erat eruditione plantatus; sic modo neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores † sacros irrepserit. ¶ Ordinate ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui ad summi † loci fastigia post positis gradibus per abrupta quærit ascensum. Scimus autem, quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccẽtur: ne si ante pondera, quàm solidentur, accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant.

† *al. in initio.* † *al. ordines.* † *al. summo.*

a ¶ Initio sanctæ.] *In lib. 7. epist. 100. vbi habetur prior pars huius capitis vsque ad versi.* Scimus autem. *legitur*, in sanctæ fidei erat conuersatione plantatus. *lib. autem 5. epistol. 51. siue c. 95. (vbi & eadem fere iisdem verbis habentur, ac præterea sequens pars vsque ad finem) legitur hoc loco*, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

DI-

DISTINCTIO XLIX.

ps *Ecce a quibus vitijs debeant esse immunes, qui in episcopum sunt ordinandi. Qui enim intercessores pro populo ad Deum parantur, necesse est vt eius gratiam bene viuendo mereantur. Vnde Gregorius ait in pastorali. ¶ Solicite formidandum; ne qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido nouimus; quia, cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desiderijs terrenis adstringitur; caueat, ne districti irā iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Solerter ergo se quisque metiatur; nec † locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc vitium damnabiliter regnat: nec is, quem crimen deprauat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.* † *ne*] orig.

Idem in eod. pastorali eod. c. xi. continenter.

Sacrificium Deo non offerat, qui vitiis est maculatus. C. I.

Hinc etenim superna voce ad Moysem dicitur [Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, nō offerat panes Domino Deo suo: nec accedat ad ministerium eius.] Vbi & repente subiungitur [Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus †.] Cæcus quippe est, qui supernæ contemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit, quo gressus operis porrigat, † nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur [Pedes sanctorum suorum seruabit; & impii in tenebris conticescent.] ¶ Claudus vero est, qui quidem, quo pergere debeat, aspicit; sed per infirmitatē mentis, vitæ viam perfectæ † non valet tenere, quam videt: quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo per desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit [Remissas manus, & dissoluta genua erigite; & gressus rectos facite pedibus vestris; vt non claudicans quis erret, sed magis sanetur. ¶ Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores, fœtoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur; per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude sponsę dicitur [Nasus tuus, sicut turris, quæ est in libano:] quia nimirum sancta ecclesia, quæ ex

† *herniosus*] vulgata.
† *al. dirigat.*
1. Reg. 2.
† *al. perfecte.*
Heb. 12.
Cant. 7.

causis singulis tentamenta prodeant, per discretionē conspicit, & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum æstimari hebetes nolunt, sępe se quibusdā exquisitionibus plus quam necesse est, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Vnde hic quoq; subditur: [vel grandi, & torto naso.] Nasus enim grandis, & tortus est, discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plus quam decet, excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. ¶ Fracto autem pede, vel manu est, qui viam Dei pergere omnino non valet; atq; a bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, saltem cum infirmitate teneat; sed ab his omnimodo alienus existat. ¶ Gibbus vero est; quem terrenę solicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad superna respiciat; sed solis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui & si quando aliquid ex bono patriæ cœlestis audierit, ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere pręgrauatus, cordis faciem non attollit: quia cogitationis statum erigere non valet; quem terrenæ solicitudinis vsus curuum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit [Incuruatus sum, & humiliatus vsquequaque.] Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans ait. [Semen autem, quod in spinis cecidit, hi sunt, qui audiunt verbum, & a solicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitę euntes suffocantur, & non referunt fructum.] ¶ Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmantes † palpebræ grossescunt: quæ quia infusione crebra atteruntur, etiam acies pupillę viciatur. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitæ operatio sauciat: qui videre recta subtiliter per ingenium poterant; sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit: cui bene per Angelum dicitur, [collyrio inunge oculos tuos, vt videas.] Collyrio quippe oculos, vt videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶ Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur: quia arrogantia sapientię, seu iustitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra, videt: albuginem tolerans, nihil videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis, si stultum se, peccatoremq; intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorē sibi iustitiæ, siue sapientiæ tribuit; a luce se supernæ cognitionis excludit: & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur [Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt] ¶ Iugem vero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsq; ad operationē prosilit, nimirū feruor intimus, vsq; ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus sauciat: quia dum in cogitatione

Psal. 118.
Luc. 8.
† *infirmitate*] origin.
Apoca. 3.
Rom. 1.

gitatione voluptas non reprimitur, etiã in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat [Tentatio vos non apprehendat, nisi humana:] ac si aperte diceret. Humanum quidem est, tentationem in corde perpeti: dæmoniacum vero est in tentationis certamine in operatione superari. ¶ Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis auaritia vastatur in mente: quę si in paruis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati tædio excrescens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quasi delectat, exulcerat; dum adipiscenda quæque cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit, quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum quoque virtutum per hanc pulcritudo deprauatur; & quasi totum corpus exasperat; quia per vniuersa vitia animum supplantat, Paulo attestante, qui ait: [Radix omnium malorum est cupiditas.] Ponderosus vero est, qui turpitudinem non exercet opere; sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vsque ad opus nefarium rapitur; sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur; quæ profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est; qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde: & quamuis praua non exerceat opere; ab his tamen non euellitur mente, nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere; quia grauat hunc in abditis pondus turpe. ¶ Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur; panes Domino offerre prohibetur: ne[a] profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuastant. ¶ Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus, qualiter pertimescat, ostendimus; nunc is, qui ad illud digne peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonstremus.

1. Cor. 10.

1. Tim. 6.

Sic & Arnobius.

a ¶ Ne profecto] *Sic etiam in originali impresso. In aliquot Gratiani manuscriptis legitur,* Nec profecto diluere aliena delicta valet is, quem adhuc propria deuastant.

Item Hieronymus super Malachiam ad c. 1.

¶ Indoctus, terrena lucra sectans, vitiosus ordinari non debet. C. II.

Sensus aliqua ex parte.

SAcerdotes nomen Domini despiciunt, & quantum ad se, panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt; quiq; dato munere sacerdotium pręsumunt. Panem quoq; polluit, qui doctrinã Domini in populo male dispergit †; & qui honorat potentem, & despicit pauperem. *Et infra.* ¶ [Si offeratis cæcũ ad immolandum, nonne

† *al. dispersit.*

¶ Presbyter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reparari valet. C. III.

PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris præsentium legatione † consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum, aut permanere aut reuocari posse cognoscas. Circa quem tamen mitius agendum est: quia commissum facinus facili dicitur professione confessus.

Ansl. 8. c. 26.
† al. relatione.

Item Ioannes VIII. Cenomantico † Vticensi episcopo.

† al. Cannomoco Venetensi.

¶ Post perpetratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest. C. IIII.

MIror minus doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare; imo (quod est ineptius) nobis suadere velle, vt ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcumque pœnitentiam concedendum; cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remediis curatus, salutis possit inuenire suffragium.

Iuo par. 6. c. 114. & p. 10. c. 51. Pann. l. 3. cap. 153.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui paganum occidit. C. V.

CLericum, qui paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cum discreti sint milites sæculi a militibus ecclesiæ; nō conuenit militibus ecclesiæ militare sæculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire.

Iuo par. 6. c. 120.

Item Osbaldo Chorepiscopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. C. VI.

DE his clericis, pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendendo, paganum occiderunt, si postea per pœnitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltem paganū occiderit, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit: satiusque est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi, c. 50.

malum est? &c.] superius accusati de panibus, nunc accusantur de victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti; magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat; vtpote pedem in diuersa ponentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: cui potest inferri illud de libro Regum [Vsquequo claudicatis in duas partes?] Languidum offert, qui vitiosum habet pro religioso; quique tardum, & pigrum probat [b] patientem, dicens illum negligentiæ redarguendum. Indignum est enim dare Deo, quod dedignatur homo.

b ¶ Probat patientem] *Sic interpungitur etiam in manuscriptis, & in glossa; cum tamen ita posset etiam distingui;* & pigrum probat, patientem dicens illum, &c.

DISTINCTIO I.

1 ps *EX præmissis auctoritatibus liquido monstratum est, quod varijs criminibus irretiti in sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autem de eisdem quæritur, vtrum post peractam † pœnitentiam, vel in proprijs ordinib. remanere, aut ad maiores gradus conscendere valeant. Multorum auctoritatibus, varijs criminibus irretiti a proprijs ordinibus deijciuntur, & ab accessu maiorum prohibentur.*

† *al. actam.*

Vnde Gregorius ait Constantio Mediolanensi episcopo, lib. 4. epist. 17. siue c. 61.

¶ Lapsi in suum ordinem reparari non possunt. C. I.

Ansel. 8. c. 35. & l. 11. c. 13. Iuo p. 6. c. 80. Pann. l. 3. cap. 145. Pann. l. 3. c. 141.

SI lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia concedatur; vigor canonicæ proculdubio frangitur disciplinæ: dum pro reuersionis spe, prauę actionis desideria quisque concipere non formidat. *& post pauca.* ¶ Illud igitur præ omnibus studete, vt lapsos, in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo reuocare suadeat: ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse vindicta.

Item Martinus Papa I. Amando episcopo.

¶ Qui post suam ordinationem labitur, depositus permanebit. C. II.

QVi semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit; deinceps iam depositus erit; nullumquę gradum sacerdotii poterit adipisci.

Item Gregorius Papa Sabiniano episcopo, lib. 7. epist. 25.

Presby-

¶ Presbyter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reparari valet. C. III.

PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris præsentium legatione † consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum, aut permanere aut reuocari posse cognoscas. Circa quem tamen mitius agendum est: quia commissum facinus facili dicitur professione confessus. Ansl.8.c.26. † al. relatione.

Item Ioannes VIII. Cenomantsco † Vticensi episcopo. † al. Cannomoco Venetensi.

¶ Post perpetratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest. C. IIII.

MItor minus doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare; imo (quod est ineptius) nobis suadere velle, vt ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcumque pœnitentiam concedendum; cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remediis curatus, salutis possit inuenire suffragium. Iuo par.6.c.114. & p.10.c.51. Pann.l.3. cap.153.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui paganum occidit. C. V.

CLericum, qui paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cum discreti sint milites sæculi a militibus ecclesiæ; nõ conuenit militibus ecclesiæ militare sæculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire. Iuo par. 6. c.120.

Item Osbaldo Chorepiscopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. C. VI.

DE his clericis, pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendendo, paganum occiderunt, si postea per pœnitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltem paganũ occiderit, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit: satiusque est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite apperendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi, c.50.

¶ Cadat ab officio episcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. C. VII.

SI episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit; ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi, quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Apud Marti. Bracar.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 26.

¶ Qui homicidii, facto, aut præcepto, aut consilio post baptismum conscius fuerit, clericus non ordinetur. C. VIII.

Ansl. l. 7. c. 11. Ex can. 18. Apost. † *al. relictã.* † *al. sua communionem recipiat.*

SI quis viduam, aut ab alio dimissam † duxerit, non admittatur ad clericatum. Quod si irrepserit, deiiciatur. Similiter, si homicidii aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione [a] post baptismum conscius fuerit, & per aliquam supreptionem ad clericatum venerit; deiiciatur, & in fine vitæ suæ † laicam communionem tantummodo recipiat.

[a] ¶ Defensione] *In codice Lucensi regio (in quo sunt etiam hæc capitula a Martino Bracharensi episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione conciliorum tribus tomis, in margine legitur,* assensione, *cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburiensi, c. 11. circa finem.*

Item Gregorius Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.

¶ De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt. C. IX.

Pol. l. 4. t. 39. Ansl. l. 8. c. 20. Iuo p. 6. c. 78. Pan. l. 3. c. 133.

PEruenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante, ad ministerii sui officium reuocari: Quod omnino fieri prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit; sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium vlterius non accedat.

Idem Venantio Lunensi episcopo, lib. 4. epist. 5. seu c. 49.

¶ De eodem. C. X.

Polyc. ibid. Ansl. l. 8. c. 21. Iuo p. 6. c. 83. Eodem li. 4. episto. 16. seu cap. 60. Pan. l. 3. c. 132.

ACcedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [a] perlatum est. Peruenit namque ad nos, quia, postquam pro crimine lapsus sui, a sacerdotii ordine est deiectus, ad explendum ministerium sacerdotii præsumpsit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit; eum sacri corporis, & sanguinis Dominici participatione priuatum in pœnitentiã redigat: ita vt vsque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit, vt ei iuste ad recipiendam inter laicos communionem, & ante exitum, debeat misereri; hoc in tuæ fraternitatis ponimus potestate: *& infra.* ¶ Præterea ad frater-

ad fraternitatis tuæ consulta respondentes statuimus, diaconum & abbatem de portu Veneris, quem indicas cecidisse, ad sacrũ ordinem non debere, vel posse vllo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te conuenit: cuius si postea actus, conuersatioque meruerit priorem inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, standi locum obtineat. Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris loco lapsi diaconi, alium, qui hoc officiũ implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterum, vt nunquam ad sacri ordinis ministerium præsumat accedere, scriptis cauere decreuimus: sed eum in insula Gorgona, atque Capraria solicitudinem de monasteriis gerere, & in eo, in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

a ¶ Presbytero] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorij. & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur* expresbytero. *itemque inferius in hoc eodem capite:* Saturninum vero expresbyterum, *sine vt in expressu B. Gregorij,* expresbytero. *Depositos enim presbyteros, expresbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant, exmonachos appellabant, sicut illi qui consulatum, aut quæsturam gesserant, exconsules, aut exquæstores vocari soliti fuerant.*

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 39. seu 6. 203.

¶ Loco lapsi alius ordinandus est. C. XI.

Ansl. 8. c. 25.

POstquam quemquam criminaliter abscedentem, † in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari; & vltra tres menses ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt: ne cadente pastore dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet; fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet episcopum ordinare.

† *al.* eadem. dist. 75. quoniam.

Item Martinus Papa I. in epistola ad Amandum.

¶ Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare. C. XII.

SI post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & prævaricationis peccato fuerit † deprehensus obnoxius, omnimodo prohibendum est, eum manibus lutulentis, atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare.

† *al.* deprehendatur] orig. 33. q. 2. c. hoc ipsum.

2. *Econtra exẽplu, & auctoritatib. probatur post actã pœnitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad maiores cõscendere. Maria enim soror Aaron postquã lepra percussa est, quia in Moysem murmurauerat, acta pœnitentia a peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron autẽ post conflatum vitulum, etiam in summum sacerdotem consecratus est. Dauid post adulterium, & homicidium spiritum prophetiæ recepit,*

Num. 12. Exod. 32. 1. Reg. 13. & 12. † *al.* pristino. *3. Reg. 21.*

& in proprio gradu permansit. Achab quoque post mortem Nabuthæ viri sanctißimi per pœnitentiam humiliatus in regia sede remansit. Et vt prætereamus multa exempla veteris testamenti, Petrus negauit Christum, & tamen postea princeps Apostolorũ factus est: Paulus Stephanũ lapidauit, & tamẽ a Deo in Apostolũ electus est. Multi quoq; ab hæresi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in suis ordinibus sunt recepti: alij vero ad episcopalem etiã gradum sunt promoti, vtpote Augustinus, & alij complures.

Matth.26. Ioan.21. Act.7.&9.

¶ De eodem. PALEA. C. XIII.

Burc.l.1.c.233. Iuo in prologo. Pano.in prologo c.32. † al. iudicatus. Sixtus Papa Sixtus Papa
Sixtus Papasij. 35.q.9.c. Gregorius. † al. & communicauit.

IOannes Chrysostomus a duabus synodis orthodoxorum episcoporum fuit diiudicatus †, sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Ancyræ Galatiæ depositus fuit: sed postmodum proprium recepit episcopatum. Asclepius diiudicatus a synodo, ecclesiã suam postea recepit. Lucius episcopus Adrianopolites damnatus a Papa Iulio recepit ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesiæ suæ. Simili modo Polychroonium eiusdem ecclesiæ Hierosolymitanæ Pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum episcopũ damnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesiæ suæ. Misenum [b] episcopum a Felice Papa damnatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit, † & ecclesiæ suæ restituit. Leontius, dum esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbyterii honore priuauerat, sanctæ ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Ibas namque episcopus diiudicatus fuit, sed sancta synodus canonica suam illi restituit ecclesiam. Rothadum vero episcopum sanctæ Suessionensis ecclesiæ a synodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium † Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

† *al. Suffrenum*] vel *Suffredum*] vt infra 6. q. 3. denique Suffredus.

¶ *Caput hoc a vetustioribus codicibus abest, in vulgatis inscribebatur.* Item ex epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inscriptio sublata est, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs historijs sunt collecta, & aliqua longe post Cyrillum & Hierosolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum & Iuonem vlla talis inscriptio est, sed tantum in Pannormia.*

b ¶ Misenum] *Antea legebatur,* Nicænum. *Emendatum est ex Burchardo, Iuone, &c. Gregorius. infra 35.q.9. Atque in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai primi leguntur :* Sicut beatus Papa Felix Vitalem, & Misenum episcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti consenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica imo communione priuauit.

Præterea Calixtus Papa I. de huiusmodi scribit ita, epist.2. ad episcopos Galliarum.

¶ Clerici

¶ Clerici post lapsum in suis ordinibus reputari possunt.
C. XIIII.

POnderet vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra ait scriptura [Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.] Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordine corrumpamus. ¶ Sed si aliquis lapsus quocumque modo fuerit, porremus eum, & fraterno corripiamus affectu; sicut ait B. Apostolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans seipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate; & sic adimplebitis legem Christi.] Porro sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dominum negasse pœnituit: sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam peccantibus pollicetur, dicens [Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.] Errant enim qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra † traditas ecclesiæ claues disputare, & agere videntur: de quibus dictum est. [Quæcumque solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo.] Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. ¶ Nos vero indubitanter iam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles post dignam satisfactionẽ posse redire ad honores credimus; testante Domino per Prophetam [Numquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat?] Et Propheta Dauid pœnitentiam agens dixit: redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.] Ipse namque post pœnitentiam, & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo gesserint, vtrumque facere posse. Docuit enim quando dixit [Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur.] Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat [Sacrificium Deo spiritus contribulatus.] Videns enim Propheta scelera sua mundata per pœnitentiam, non dubitauit prædicando, & Domino libando curare aliena. *Et infra.* ¶ Mundatur ergo homo a peccato, & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio iuxta prædictas auctoritates. Videat, ne amplius peccet, vt sententia Euangelii maneat in eo [Vade, & amplius noli peccare.] Vnde ait Apostolus [Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.] *Et infra.* ¶ Sententiam, fratres, quæ misericordiam vetat, non solum tenere, sed & audire refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.

Tob. 4.
Burc. l. 19. c. 42.
Iuo p. 6 c. 48.
† *non perdamus eũ, sed fra.*] oti.
Gal. 6.
Ezech. 18.
Pol. l. 4. t. 38.
Pann. l. 8. c. 348.
† *al. traditas ecclesia claues despicere videntur*] infra ex August. c. vt constitueretur.
Matt. 19.
Greg. l. 2. epist. 53.
Psal. 40.
Psal. 50.
Ioan. 8.
Rom. 6.

causis singulis tentamenta prodeant, per discretionẽ conspicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum æstimari hebetes nolunt, sæpe se quibusdã exquisitionibus plus quam necesse est, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Vnde hic quoq; subditur: [vel grandi, & torto naso.] Nasus enim grandis, & tortus est, discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plus quam decet, excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. ¶ Fracto autem pede, vel manu est, qui viam Dei pergere omnino non valet; atq; a bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, saltem cum infirmitate teneat; sed ab his omnimodo alienus existat. ¶ Gibbus vero est, quem terrenę solicitudinis pondus deprimit, ne vmquam ad superna respiciat; sed solis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui & si quando aliquid ex bono patriæ cœlestis audierit, ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem non attollit: quia cogitationis statum erigere non valet; quem terrenæ solicitudinis vsus curuum tenet. Ex horum quippe specie psalmista di-

Psal. 118. cit [Incuruatus sum, & humiliatus vsquequaque.] Quorum culpam

Luc. 8. quoque per semetipsam veritas reprobans ait. [Semen autem, quod in spinis cecidit, hi sunt, qui audiunt verbum, & a solicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitę euntes suffocantur, & non referunt fructum.] ¶ Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe o-

† infirmitate] origin. culis pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmantes † palpebræ grossescunt: quæ quia infusione crebra atteruntur, etiam acies pupillę vitiatur. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitæ operatio sauciat: qui videre recta subtiliter per ingenium poterant; sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit: cui bene per Angelum dicitur,

Apoca. 3. [collyrio inunge oculos tuos, vt videas.] Collyrio quippe oculos, vt videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶ Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur: quia arrogantia sapientię, seu iustitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra, videt: albuginem tolerans, nihil videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis, si stultum se, peccatoremq; intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorẽ sibi iustitiæ, siue sapientiæ tribuit; a luce se supernæ cognitionis excludit: & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud

Rom. 1. se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur [Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt] ¶ Iugem vero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsq; ad operationẽ prosilit, nimirũ feruor intimus, vsq; ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus sauciat: quia dum in cogitatione

gitatione voluptas non reprimitur, etiā in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum diceret [Tentatio vos non apprehendat, nisi humana:] ac si aperte diceret. Humanum quidem est, tentationem in corde perpeti: dæmoniacum vero est in tentationis certamine in operatione superari. ¶ Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis auaritia vastatur in mente: quę si in paruis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati tædio excrescens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quasi delectat, exulcerat: dum adipiscenda quæque cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit, quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum quoque virtutum per hanc pulcritudo deprauatur, & quasi totum corpus exasperat; quia per vniuersa vitia animum supplantat, Paulo attestante, qui ait: [Radix omnium malorum est cupiditas.] Ponderosus vero est, qui turpitudinem non exercet opere; sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vsque ad opus nefarium rapitur; sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur; quæ profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est; qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde: & quamuis praua non exerceat opere; ab his tamen non euellitur mente, nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere; quia grauat hunc in abditis pondus turpe. ¶ Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur; panes Domino offerre prohibetur: ne [a] profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuastant. ¶ Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus, qualiter pertimescat, ostendimus; nunc is, qui ad illud digne peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonstremus.

1. Cor. 10.

1. Tim. 6.

Sic & Arnobius.

a ¶ Ne profecto] *Sic etiam in originali impresso. In aliquot Gratiani manuscriptis legitur,* Nec profecto diluere aliena delicta valet is, quem adhuc propria deuastant.

Item Hieronymus super Malachiam ad c. 1.

¶ Indoctus, terrena lucra sectans, vitiosus ordinari non debet. C. II.

Sensus aliqua ex parte.

Sacerdotes nomen Domini despiciunt, & quantum ad se, panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt; quiq; dato munere sacerdotium pręsumunt. Panem quoq; polluit, qui doctrinā Domini in populo male dispergit †: & qui honorat potentem, & despicit pauperem. *Et infra.* ¶ [Si offeratis cæcū ad immolandum, nonne

† al. dispersit.

¶ Presbyter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reparari valet. C. III.

PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris præsentium legatione † consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum, aut permanere aut reuocari posse cognoscas. Circa quem tamen mitius agendum est: quia commissum facinus facili dicitur professione confessus. Ansl. 8. c. 26. † al. relatione.

Item Ioannes VIII. Cenomantico † Vticensi episcopo. † al. Cannomoco Venetiensi.

¶ Post perpetratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest. C. IIII.

MIror minus doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare; imo (quod est ineptius) nobis suadere velle, vt ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcumque pœnitentiam concedendum; cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remediis curatus, salutis possit inuenire suffragium. Iuo par. 6. c. 114. & p. 10. c. 51. Pann. l. 3. cap. 153.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui paganum occidit. C. V.

CLericum, qui paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cum discreti sint milites sæculi a militibus ecclesiæ; nō conuenit militibus ecclesiæ militare sæculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire. Iuo par. 6. c. 120.

Item Osbaldo Chorepiscopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. C. VI.

DE his clericis, pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendendo, paganum occiderunt, si postea per pœnitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltem paganū occiderit, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit: satiusque est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi, c. 50.

¶ Cadat ab officio episcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. C. VII.

SI episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit; ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi, quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Apud Marti. Bracar.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 26.

¶ Qui homicidii, facto, aut præcepto, aut consilio post baptismum conscius fuerit, clericus non ordinetur. C. VIII.

Ansl. l. 7. c. 11. Ex can. 18. Apost. † *al. relictã.* † *al. sua communionem recipiat.*

SI quis viduam, aut ab alio dimissam † duxerit, non admittatur ad clericatum. Quod si irrepserit, deiiciatur. Similiter, si homicidii aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione [a] post baptismum conscius fuerit, & per aliquam surreptionem ad clericatum venerit; deiiciatur, & in fine vitæ suæ † laicam communionem tantummodo recipiat.

a ¶ Defensione] *In codice Lucensi regio (in quo sunt etiam hæc capitula a Martino Bracharensi episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione conciliorum tribus tomis, in margine legitur,* assensione, *cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburiensi, c. 11. circa finem.*

Item Gregorius Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.

¶ De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt. C. IX.

Pol. l. 4. t. 39. Ansl. l. 8. c. 20. Iuo p. 6. c. 78. Pan. l. 3. c. 133.

PEruenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante, ad ministerii sui officium reuocari: Quod omnino fieri prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit; sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium vlterius non accedat.

Idem Venantio Lunensi episcopo, lib. 4. epist. 5. seu c. 49.

¶ De eodem. C. X.

Polyc. ibid. Ansl. l. 8. c. 21. Iuo p. 6. c. 83. Eodem li. 4. episto. 16. seu cap. 60. Pan. l. 3. c. 132.

ACcedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [a] perlatum est. Peruenit namque ad nos, quia, postquam pro crimine lapsus sui, a sacerdotii ordine est deiectus, ad explendum ministerium sacerdotii præsumpsit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit; eum sacri corporis, & sanguinis Dominici participatione priuatum in pœnitentiã redigat: ita vt vsque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit, vt ei iuste ad recipiendam inter laicos communionem, & ante exitum, debeat misereri; hoc in tuæ fraternitatis ponimus potestate: *& infra.* ¶ Præterea ad frater-

ad fraternitatis tuæ consulta respondentes statuimus, diaconum & abbatem de portu Veneris, quem indicas cecidisse, ad sacrū ordinem non debere, vel posse vllo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te conuenit: cuius si postea actus, conuersatioque meruerit priorem inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, standi locum obtineat. Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris loco lapsi diaconi, alium, qui hoc officiū implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterum, vt nunquam ad sacri ordinis ministerium præsumat accedere, scriptis cauere decreuimus: sed eum in insula Gorgona, atque Capraria solicitudinem de monasteriis gerere, & in eo, in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

a ¶ Presbytero] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorij, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur* expresbytero. *itemque inferius in hoc eodem capite:* Saturninum vero expresbyterum, *sine vt in exprofis B. Gregorij*, expresbytero. *Depositos enim presbyteros, expresbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant, exmonachos appellabant, sicut illi qui consulatum, aut quæsturam gesserant, exconsules, aut exquæstores vocari soliti fuerant.*

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 39. seu c. 203.

¶ Loco lapsi alius ordinandus est. C. XI.

Ansl. 8. c. 25.

POstquam quemquam criminaliter abscedentem, † in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari; & vltra tres menses ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt: ne cadente pastore dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet; fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet episcopum ordinare. † *al. eadem.* dist. 75. quoniam.

Item Martinus Papa I. in epistola ad Amandum.

¶ Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare. C. XII.

SI post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & prævaricationis peccato fuerit † deprehensus obnoxius, omnimodo prohibendum est, eum manibus lutulentis, atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare. † *al. deprehendatur*] orig. 33. q. 2. c. hoc ipsum.

a. Econtra exēplis, & auctoritatib. probatur post actā pœnitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad maiores cōscendere. Maria enim soror Aaron postquā lepra percussa est, quia in Moysem murmurauerat, acta pœnitentia a peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron autē post conflatum vitulum, etiam in summum sacerdotem consecratus est. Dauid post adulterium, & homicidium spiritum prophetiæ recepit, Num. 12. Exod. 32. 1. Reg. 13. & 12. † *al. pristino.* 3. Reg. 21.

& in proprio gradu permansit. Achab quoque post mortem Nabuthæ viri sanctißimi per pœnitentiam humiliatus in regia sede remansit. Et vt prætereamus multa exempla veteris testamenti, Petrus negauit Christum, & tamen postea princeps Apostolorū factus est: Paulus Stephanū lapidauit, & tamē a Deo in Apostolū electus est. Multi quoq; ab hæresi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in suis ordinibus sunt recepti: alij vero ad episcopalem etiā gradum sunt promoti, vtpote Augustinus, & alij complures.

Matth.26. Ioan.21. Act.7.& 9.

¶ De eodem. PALEA. C. XIII.

IOannes Chrysostomus a duabus synodis orthodoxorum episcoporum fuit diiudicatus †, sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Ancyræ Galatiæ depositus fuit: sed postmodum proprium recepit episcopatum. Asclepius diiudicatus a synodo, ecclesiā suam postea recepit. Lucius episcopus Adrianopolites damnatus a Papa Iulio recepit ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesiæ suæ. Simili modo Polychronium eiusdem ecclesiæ Hierosolymitanæ Pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum episcopū damnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesiæ suæ. Misenum [b] episcopum a Felice Papa damnatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit, † & ecclesiæ suæ restituit. Leontius, dum esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbyterii honore priuauerat, sanctæ ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Ibas namque episcopus diiudicatus fuit, sed sancta synodus canonica suam illi restituit ecclesiam. Rothadum vero episcopum sanctæ Suessionensis ecclesiæ a synodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium † Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

Burc.l.1.c. 233. Iuo in prologo. Pann.in prologo c.32. † *al. iudicatus.* *Sixtus Papa ij.* 35.q.9.c. *Gregorius.* † *al. & communicauit.* † *al. Suffrenum*] vel *Suffredum*] vt infra 6.q. 3. denique Suffredus.

¶ *Caput hoc a vetustioribus codicibus abest, in vulgatis inscribebatur.* Item ex epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inscriptio sublata est, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs historijs sunt collecta, & aliqua longe post Cyrilium & Hierosolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum & Iuonem vlla talis inscriptio est, sed tantum in Pannormia.*

b ¶ Misenum] *Antea legebatur,* Nicænum. *Emendatum est ex Burchardo, Iuone, & c. Gregorius. infra 35.q.9. Atque in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai primi leguntur :* Sicut beatus Papa Felix Vitalem, & Misenum episcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti consenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica imo communione priuauit.

Præterea Calixtus Papa I. de huiusmodi scribit ita, epist.2. ad episcopos Galliarum.

¶ Clerici

¶ Clerici post lapsum in suis ordinibus reputari possunt.
C. XLIIII.

Ponderet vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacta ait scriptura [Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.] Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinē corrumpamus. ¶ Sed si aliquis lapsus quocumque modo fuerit, porremus eum, & fraterno corripiamus affectu: sicut ait B. Apostolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate; & sic adimplebitis legem Christi.] Porro sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dominum negasse pœnituit: sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam peccantibus pollicetur, dicens [Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.] Errant enim qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra † traditas ecclesiæ claues disputare, & agere videntur: de quibus dictum est. [Quæcumque solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo.] Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. ¶ Nos vero indubitanter iam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles post dignam satisfactionē posse redire ad honores credimus; testante Domino per Prophetam [Numquid [e] qui dormit, non adiiciet vt resurgat?] Et Propheta Dauid pœnitentiam agens dixit: redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.] Ipse namque post pœnitentiam, & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo gesserint, vtrumque facere posse. Docuit enim quando dixit [Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur.] Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat [Sacrificium Deo spiritus contribulatus.] Videns enim Propheta scelera sua mundata per pœnitentiam, non dubitauit prædicando, & Domino libando curare aliena. *Et infra.* ¶ Mundatur ergo homo a peccato, & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio iuxta prædictas auctoritates. Videat, ne amplius peccet, vt sententia Euangelii maneat in eo [Vade, & amplius noli peccare.] Vnde ait Apostolus [Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.] *Et infra.* ¶ Sententiam, fratres, quæ misericordiam vetat, non solum tenere, sed & audire refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.

Tob. 4.
Burc. l. 19. c. 42.
Iuo p. 6. c. 48.
† *non perdamus eū, sed fra.*] oti.
Gal. 6.
Ezech. 18.
Pol. l. 4. t. 38.
Pann. l. 8. c. 348.
† *al. traditas ecclesiæ claues despicere Vi-dentur*] in-fra ex Augu-gust. c. vt constitue-retur.
Matt. 19.
Greg. l. 2. *epist.* 53.
Psal. 40.
Psal. 50.
Ioan. 8.
Rom. 6.

a ¶ Nunquid] *In epistola Calixti, & apud collectores indicatos legitur:* nunquid, qui cadit, non adiiciet, vt resurgat? et qui auersus est, non reuertetur? *& alibi:* nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed vt conuertatur, et viuat. *Quæ duæ sententiæ habentur Hierem. 8. & Ezechiel. 33. Sed ob glossam nihil est mutatum.*

Item Hieronymus ad c. 3. Malachia.

¶ In pristinum gradum post pœnitentiam reuocari possunt sacerdotes. C. XV.

Mal. 3. 1. Pet. 4. Ezech. 9.

ET purgabit filios Leui: tempus est enim vt iudicium incipiat a domo Dei.] & alibi scribitur. [A sanctis meis incipite.] In filiis autem Leui omnem sacerdotalem intellige dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi, vt purum aurum remaneat, & argentum; quid de ceteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati; tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hierusalem, hoc est pro iis, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conspiciunt [sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui:] vt quomodo in principio placuerunt Deo, sic post peccatum, & pœnitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum sorde purgati.

Rabanus in pœni. c. 1. Bur. l. 19. c. 43. Iuo p. 6 c. 85. Pannor. l. 3. c. 147.

Item Gregorius Secundino, lib. 7. epist. 53.

¶ Lapsi reparari possunt. C. XVI.

QVia sanctitas tua hoc a nobis requisiuit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse, alias resurgendi, alias nequaquam posse. Ideo a nos generales synodos a Nicæna incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramur; quia ipsam sequentes ceteræ in cunctis canonicis sententiis vnanimiter concordant. Nos vero præcedentes patres sequi debemus, qui auctore Deo, a sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes vsque ad quartum altaris ministrum, hanc formam seruandam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore; ita & † in crimine; & quem maior sequitur culpa, maiore plectatur vindicta & sic postea † pœnitentia credatur esse fructuosa. ¶ Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem. *& infra.* ¶ Ad fontem misericordiæ recurrentes Euangelii proferamus sententiam. [Gaudeo, inquit, super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quam super nonaginta nouem non errantibus relictis in deserto †, humero pii pastoris ad ouile reportatam Dominus ipse testatur. Si ouis perdita errans post inuentionem ad ouile humero reportatur; cur post pœnitentiam ad ecclesiæ ministerium lapsus non reuocetur? Sicut b in Apoca-

† al. & crimine. *† al. vindicta, quæ post pœnitentiã.* *Luc. 15.* *† in deserto]* abest ab ori.

Apocalypsi dicitur de ministro ecclesiæ [Memento vnde excideris, & *Apoca. 2.* age pœnitentiã, & prima opera fac.] Quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipsum beatum Petrum Apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pœnitentia secuta est, & post pœnitentiam misericordia data est; quia postea ab Apostolatu eum non expulit; qui ante quidem ipsum se negare prædixit.

a ¶ Ideo nos] *In duabus editionibus epistolarum B. Gregorij legitur.* ideo generalissima, quæ a Nicæno concilio incipiunt, cum reliquis quattuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In vno manuscripto codice est,* generalissime. *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem, Pannormiam.* Nam nos generaliter, *ceteroqui parum a Gratiano discordant.*
b ¶ Sicut] *Hinc vsq; ad versi.* Quid enim. *in aliquot codicibus epistolarum excusis, & duobus manuscriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

Idem super Ezechielem, homil. 9. ad c. 2.

¶ Post acerrimam pœnitentiam lapsi reparamus.
C. XVII.

QVid est hoc, quod prophetæ iacenti dicitur, [Sta supra pedes tuos, & loquar tecum.] Quid enim iacenti loquebatur, cur non se, nisi stanti promittit esse locuturum? Sed sciendum, quia alia sunt, quæ iacentes, alia, quæ stantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur, vt surgat; stanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cœperimus, dignum est, vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans ergo propheta visionem spiritalem vidit, & cecidit: cadens vero iam monitionis verbum suscepit, vt surgeret: surgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret. Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus, cum iam de æternitatis timore aliquid sentire cœperimus, dignum est, vt ad pœnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostrã subtiliter cognoscentes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur.

Idem libro 18. moralium. cap. 16. ad cap. 28. Iob.

¶ De eodem. C. XVIII.

PEtrum de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiæ a terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici, quod fuit; quia iam incipit esse, quod non fuit †.

Item Hieronymus ad c. 3. Michea.

¶ Post condignam pœnitentiam pristina recipiuntur officia.
C. XIX.

Cvm exaudiero eos, dabo eis virtutem spiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in præsenti loco posse docere aliquem post peccatum; si tamen vitia pristina, pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid post adulterium, & homicidium loquitur in psalmo [Asperges me hyssopo, & mundabor; lauabis me, & super niuem dealbabor.[Nec sua tantum puritate contentus est; sed infert[Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me:]cumque hoc feceris [docebo, ait, iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur.]

Psal. 50.

Idem Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum.

¶ De eodem. C. XX.

Infra de pœn. dist. 2. c. si enim. §. Iesus. *Zach. 2.* Et capitular. l. 7. c. 311.

Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, quamquam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus copulauit ecclesiam; tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus a dextris eius: & candida illi deinceps vestimenta redduntur.

Item ex concilio Agathensi, c. 2.

¶ Per pœnitentiam clerici correcti gradum suum, & dignitatem recipiant. C. XXI.

Iuo p. 6. c. 366.

Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur, & si qui prioris gradus elati superbia, communionem fortasse contempserint; aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita, vt cum eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum, dignitatemque recipiant.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 17.

Apud Martinum Bracharensem. Burch. l. 3. c. 179. ex Bracharensi. Iuo p. 3. c. 173. ex Martino & 240. ex Bracharensi.

¶ De eodem. C. XXII.

Si quis presbyter aut, diaconus [a] inuentus fuerit aliquid de ministeriis ecclesiæ venundasse; quia sacrilegium cōmisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamen episcopi dimittendum est, siue dignus sit, siue indignus in suo recipi debeat gradu: quia multoties hoc ipsum, quod de sacrosancto altario contaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

a Diaconus] *Sequebatur:* aut subdiaconus. *quæ duæ dictiones expunctæ sunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[*Item Augustinus ad Bonifacium*

PALEA [b] C. XXIII.

b ¶ Palea] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani hæ duæ paleæ non habentur: sed post finem capitis,* si quis presbyter. *sequitur continenter,* Quomodo igitur *sunt*

sunt tamen in multis, atque in ijs quidem a quibus plerumque paleæ absunt. Ac videntur summa quædam partim præcedentium capitum. ondetet. & quia sanctitas *partim sequentis*, vt constitueretur. *quod refertur ex Augustino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has paleas hæc eadem irrepere.*

Bene valet sacerdos restitui ad honorem suum post peractam pœnitentiam: dicet in hoc diuersi diuersa sentiant, dicentes non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est propter simulatas pœnitentias quorundam, & propter affectatas honorum dignitates.

PALEA. C. XXIIII.

Sacerdos quidem si cadit, valet, & habet restitutionis locum post dignam peractam pœnitentiam, in honorem suum propheta attestãte, qui ait [nunquid qui cadit, non adiiciet, vt resurgat?] Et beatus Gregorius hoc dicit ad Secundinũ inclusum amicum suum. Etiam ab ipso propheta in hoc argumentum habemus: qui cum post peractum adulterium, & homicidium perpetrauit; tamen postea peracta digna pœnitentia per Dei gratiam ad pristinum officium restituitur. *Hiere.8.* Greg.l.7. epist.53.

3 *Quomodo igitur huiusmodi auctoritatum dissonantia ad concordiam reuocari valeat, breuiter inspiciamus. Sunt quidã, quos non odiũ criminis, sed timor vilitatis, & amissio proprij gradus & ambitio celsioris ad pœnitentiã cogit. Hos sacri canones irrecuperabiliter †deijciunt: quia qui simulatione pœnitentiæ, vel affectione honoris a Deo non consequitur veniam, nec ab ecclesia reparationẽ meretur. Vnde Augustinus scribit ad Bonifacium epist.50.* †*al. irreparabiliter.*

¶ Quare constitutum est in ecclesia, ne post pœnitentiam quis ad clericatum redeat. C. XXV.

Vt constitueretur in ecclesia, ne quispiam post alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat; non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ. Alioquin contra claues datas ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est [quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo.] Sed ne forte etiam de ceteris †criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret pœnitentiam; seuerissime placuit, vt post actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo sit clericus: vt desperatione temporalis altitudinis, medicina maior, & verior esset humilitatis. Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore suo perstitit. Et beatũ Petrum, quando amarissimas lacrymas fudit, vtique Dominum negasse pœnituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo superuacua putanda est posteriorum diligentia, quia vbi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus totius muniretur; experti, credo aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morbo- In capitular. adiectis.c. 132. Pol.l.6.t.20. Ans.l.8.c.3. Iuo in promo. & p.6. c.386. Pan. in prologo c.8. †*al. derelictis.*

rum. Verum in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.

Infra 23.q.4. ipsa pietas.§. verum.

Extat inter opera B. Cypriani lib. 2. epistola 7.

Item ex epistola cleri Romani missa Papa Cypriano.

¶ Reparationis beneficium non nisi post pœnitentiam potest concedi. C. XXVI.

Ans.l.8.c.20.

ABsit a Romana ecclesia vigorem suum tam profana facilitate dimittere, & neruos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere, vt cum adhuc non tantum iaceant, sed & cadant euersorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum vtique non profutura præstentur, & noua per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimãtur, vt miseris ad euersionem maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim poterit indulgentię medicina proficere †, si etiam ipse medicus intercepta pœnitentia indulget periculis? si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non est curare, sed si dicere verum volumus, occidere.

† al. procedere.

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali.*

Item Cyprianus in sermone de lapsis.

¶ Impœnitentibus venia concedi non potest. C. XXVII.

Ans.l.8.c.32.

SI quis præpropera festinatione temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse aut audet Domini pręcepta rescindere; non tantum nihil prodest, sed obest lapsis. Prouocasse est iram non seruasse sententiam: nec misericordiam prius Dei deprecandam putare; sed contempto Domino, de sua facilitate præsumere *& infra.* ¶ Mandant aliqua martyres fieri: si iusta, si licita, si non contra ipsum Dominum a Dei sacerdote facienda; sit obtemperantis facilis, & prona consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri; sed si scripta non sunt in Domini lege, quæ mandant; ante est, vt sciamus illos de Deo impetrasse quod postulant; tunc facere quod mandãt. Neque enim statim videri potest de diuina maiestate concessum, quod fuerit humana pollicitatione promissum. Nam & Moyses pro peccatis populi petiit, nec tamen peccãtibus veniam cum petiisset, accepit.

† al. Massonem. al. Masseenum] orig.

Item Isidorus ad Massanum † episcopum.

Ans.l.8.c.37. Pol.l.4.t.39. Iuo p. 6.c. 397.p.15. 57.& 86.

¶ Qui sunt reparandi post lapsum, vel qui non. C. XXVIII.

DOmino sancto, meritisque beato fratri Massano episcopo salutem. Quod in epistolis venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet,

delicet, quod in canone [a] Ancyrano, capite 19. † legitur, post lapsum Bur.l.15.c.43
corporalem restaurandum honoris gradum post pœnitentiam; alibi & 73.
vero legitur, post huiusmodi delictum nequaquam reparandum anti- Pann.l.3.
qui ordinis meritum; hæc diuersitas hoc modo soluitur. Illos enim cap. 149.
ad pristinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præ Rab.p.l.1.c.1
cessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. At contra hi, Conc. Neo-
qui neque a vitio corruptionis † emendantur, atque hoc ipsum carna- cæsar. cap.1.
le delictum, quod admittunt, vendicare quadam superstitiosa temeri- †al. corporis
tate nituntur; nec gradum vtique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est determinãda sententia, vt necesse sit illos restaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepisse merentur diuinæ pietatis. Hi enim non immerito consequuntur ademptæ † dignitatis statum; qui per emendationem pœnitentiæ †al. adepta.
recepisse noscuntur remedium vitæ. Id autem ne forte magis sit ambiguum, diuinæ auctoritatis sentẽtia confirmetur. Ezechiel quidem propheta sub typo præuaricatricis Hierusalem ostendit post pœnitentiæ satisfactionem pristinum posse restaurari honorem. [Confunde- Ezech.16.
re, inquit, ô Iuda, & porta ignominiam tuam.] & post paulum: [Et tu, inquit, & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem tuam.] ¶ Quod dixit [Confundere] ostendit post † peccati opus debere quemque erubescere, & post confessionem pro admissis sceleribus verecũdam frontem humi prostratam demergere, pro eo quod dignum confusione perpetrauerit opus. Deinde præcepit, vt post ignominiam, & deiectionem nominis sui, siue dignitatis, reuertatur ad suam antiquitatem. Ergo dum quisque post opus confessionis suæ confunditur, atque ignominiam portans, depositionem suam cum humilitate luget; reuocari secundum prophetam ad priorem statum poterit. Item Ioannes Euangelista Angelo Ephesi ecclesiæ inter cetera quędam similia scribit. [Me- Apoc.2.
mor esto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac; alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius.] ¶ Ecce [b], in quantum valui, concilii Ancyrani antiquam plane, & plenam auctoritatem sacris testimoniis explanaui, ostendens eum posse restaurari in proprio gradu, qui pœnitentiæ satisfactionem nouerit propria delicta deflere. Qui vero negligit, nec luget, quę gessit, & lugẽda sine vllo pudore religionis, vel timore iudicii diuini committit; eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari cognoscas. In fi- Infra 33.q.2.
ne [c] autem huius epistolæ hoc adiiciendum putaui, vt quotiescumque c.hoc ipsum.
in gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illius concilii magis teneatur sententia, cuius aut antiquior, aut potior extat auctoritas

†al. post confusionem, sed est peccati.

a ¶ *Sic habet hoc caput in epistola quæ nuper vnà cum aliis Isidori operibus est impressa Parisiis, & ita inscribitur,* Isidori Hispalen. archiepiscopi epistola ad Massanum episcopum, Domino sancto, meritisque beato, &c. *In epistola autem longiore, eodem argumento, & iisdem pene verbis, (quæ & ibidem, & antea Antuerpiæ*

cum libris de summo bono impressa est) non sit hoc loco mentio concilij Ancyrani: sed tamen in editione Parisiensi titulus hic est. Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola de restituendis in pristinam dignitatem clericis pœnitentibus. seu. Explanatio canonum aliquot Ancyrani concilii. *Verumtamen in canone illo xix. versionis Dionysii (qui apud Græcos, & in alijs versionibus vigesimus est) ubi legitur*, perfectionem consequi secundum pristinos gradus. *Græce est*, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας, *id est*, secundum gradus, qui eo deducunt. *& Balsamon longe aliam sententiam elicit, quam Isidorus.*

b ¶ Ecce]*Hic in epistola longiore multa interijciuntur.*

c ¶ In fine]*Hæc nunc leguntur in longiore epistola, non autem in alia, quam cetero qui Gratianus videtur secutus.*

Quicunque igitur pro criminibus suis digne Deo pœnitentiam obtulerint, auctoritate Gregorij, & Augustini, & Hieronymi, & Isidori gradum pristinæ dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed timore vtilitatis, vel ambitione honoris falsas Deo pœnitentias offerunt, in pristini honoris gradum reparari minime poterunt.

Sed obijcitur illud Hormisdæ Papæ, qui scribit omnibus episcopis per vniuersas prouincias. a

¶Diaconus, aut presbyter in adulterio deprehensi reparari non possunt. C. XXIX.

Arausicum cap. 23. & Aurel.l.5.c.4 Pan.l 3.c.98. Ansl.11.c.87.

SI quis a diaconus, aut presbyter post acceptam benedictionem leuiticam cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio suo deiiciatur. ¶ Ecce manifeste constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum sancto b spiritu suggerente conscriptos, & secundum sententias cccxviii. episcoporum, quas etiam Gallicani canones continere videntur, clerici in adulterio deprehensi, aut ipsi confessi, aut ab aliis conuicti ad honorem redire non possunt. Sed quia forte non desunt, quibus pro nimia pietate suprascripta sanctorum patrum seueritas minime placeat; sciant se cccxviii. episcoporum, qui fuerunt congregati in concilio Niceno, & reliquos statuerunt canones, sententias reprehendere, vel damnare. Sed forte maior est in illis pietas, quam in supra scriptis trecentis decem & octo episcopis? maior est in illis misericordia, quam in sancto Ioanne apostolico Papa? maior charitas, quam in reliquis sanctis sacerdotibus, qui hoc † exemplo remedia ecclesiarum suis definitionibus deliberauerunt? Et ideo aut prompta † voluntate præceptis illorum consentiant; aut si non fecerint, omnibus illis contrarios se, & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista iustitiæ inimica benignitas, palpare criminosos, & vulnera eorum vsque in diem iudicii incurata seruare? ¶ Quod si eos durissimam pœnitentiam per plures annos videremus agere; tunc nos & saluti eorum possemus consulere, & statuta canonum deberemus temperare. Cum vero in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel

Supra c. miror.

† *al. pro exemplo & remedio.*] Ansel.

† *al. prona.*

di, vel plangendi appareat, nec beatum Dauid imitentur, qui dicit [Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.] & illud [Cinerem tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam,] nec eos ieiuniis, vel lectionibus vacare videamus: possumus agnoscere, si ad pristinos honores redirēt, cum quāta negligentia, & cū quanto corpore, & animæ suæ inimica securitate permanerent; credentes, quod sic eis, non acta pœnitentia digna, dimiserit Deus, qūo sacerdotes indulsisse videntur. Vere dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa, & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos causam dicturi sunt, dicente, quod dum aut asperitatem linguæ eorum expectauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus, non recolentes illud, quod in vetere testamento scriptum est: quia vno peccante, contra omnes ira Dei desæuiit.

Psal. 6. *Psal. 101.* *Num. 16.*

a ¶Si quis.] *Hinc vsque ad vers.* Ecce, *sunt ex c. 23. concilij Arausici, quod videtur citatum fuisse ab Hormisda, siue alio quisquis fuerit huius capitis auctor. Anselmus quidem & ipse Hormisdam citat.*

b ¶Sancto spiritu.] *Apud Anselmum legitur*, à sancto Ioanne Papa transmissos, & cccviij. episcoporum sententias, *quod videtur conuenire cum his, quæ paulo inferius habentur,* Maior est in illis misericordia, quam in sancto Ioanne Apostolico Papa?

Item Hieronymus. †

† *al. ex dictis Hieronymi.*

Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire. C. XXX.

Pol. l. 4. c. 39. Bur. l. 19. c. 78. Iuo p. 15. c. 91.

QVicumque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare. Reuerti enim in pristinum gradum post lapsum † difficile est.

¶ *Simile quiddam priori parti huius capitis habetur in can. 27. Basilij ad Amphilochium, & in can. 26. synodi in Trullo.*

† *post lapsum*] desunt fere in omnibus exemp.

Item Basilius.[c]

¶ Lapsus post pœnitentiam altario tantum ministret. C. XXXI.

Bur. l. 19. c. 80. Iuo p. 15. c. 19.

QVi sub † gradu ceciderit post pœnitentiam, & contentus fiat baptizare, communionem infirmis dare, & altario tantummodo ministrare.

† *a suo gradu.*

c ¶Basilius.] *Iuo citat ex dictis Augustini. Habetur nonnihil ad hanc rem faciens in epistola Basilij ad Amphilochium can. 27. Sed propius etiam ad hanc sententiam accedit. can. 14. concilij Aurelianensis primi & canon nonus concilij Neocæsariensis (qui habetur infra 15. q. 8. qui admisit.) præcipue si hic legatur, quemadmodū in plerisque Gratiani codicibus,* communionem infirmis dare, non autem sacrificare, & altario ministrare. *Similem quandam sententiam refert ex nouella Leonis Balsamon ad canonem 21. synodi in Trullo.*

Item

Item ex concilio Ancyrano, c. 1. & sequentibus.

¶ De sacerdotibus, diaconis, & laicis, qui idolis thurificant. C. XXXII.

Burch. l. 5. c. 40. & 41. Iuo p. 2. c. 49. & 50. Pol. l. 6. ti. 12. c. 2.

† *illum*] prisca versio.

c. 3.

PResbyteros, qui immolauerunt, & postea certamen iterum iniecerunt, si [a] ex fide luctati sunt, & non ex compacto ad ostentationem, vt caperentur, ipsi fecerunt; hos placuit honorem quidem sedis propriæ tenere, offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotibus officiis fungi non liceat. ¶ Diaconi similiter, qui immolauerunt, postea vero iterum reluctati sunt, alias † quidem honorem habere oportet; cessare autem debent ab omni sacro ministerio, ita vt nec panem, nec calicem offerant, nec [b] Euangelium pronuncient; nisi forte aliqui episcoporum conscii sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere, Penes ipsos ergo erit de his potestas. ¶ Qui autem fugientes comprehensi sunt, vel a domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinuere torméta, aut in custodiam trusi proclamauerunt se Christianos esse, & eousque adstricti sunt, vt manus eorum comprehendentes violenter attraherét, & funestis sacrificiis admouerent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur, confitentes iugiter se Christianos esse & luctum rei, quæ contigit, incessabiliter ostendentes omni deiectione & habitu, & humilitate vitæ, hos velut extra delictum constitutos, a communionis gratia non prohiberi decernimus. ¶ Si vero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam, vel propter quorumdam ignorantiam, statim recipiantur. ¶ Hoc autem similiter & de clericis, & de laicis obseruari conuenit. ¶ Perquisitum est autem & illud, si possunt etiam laici, qui in has necessitatis angustias inciderút, ad clericatus ordinem promoueri. ¶ Placuit ergo & hos, tamquam qui nihil peccauerunt, si & præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium prouehi. ¶ De his autem, qui negauerunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiuscemodi (quod factum est sub tyrannide Licinii) placuit sanctæ synodo, quamuis humanitate probentur indigni; tamen eis beneuolentiam commodari.

Conci. Nicænum 1. c. 14.

a ¶ Si ex fidei] *Hic verba concilij sunt in compendium redacta: omnino autem versio Dionysii, quam attulerunt Burchardus & Iuo, & propius accedit ad verba Græca. Sunt tamen nonnulla in hoc capite emendata, & locupletata ex versionibus, quas Gratianus videtur secutus.*

b ¶ Nec Euangelium pronuntient] *In versione antiquiore est,* nec pronunciét, *in alia, quam Burchardus attulit,* vel prædicando, *Græce,* κηρύσσειν: *quod proprie significat Euangelium, & fidei doctrinam prædicare.*

Sed illud Hormisda Papa desidiosos, & negligentes, non vere pænitentes reparari prohibet. ¶ Illud auté Hieronymi fatetur hoc esse difficile, non impossibile. ¶ Basilius autem circa delinquentes rigorem

rem iustitia seruandum ostendit, quem circa pœnitentes alij relaxandum misericorditer affirmāt. ¶ *Possunt & aliter distingui præmissæ auctoritates. Quorum.n.crimina manifesta sunt: ante vel post ordinationē a sacris ordinibus deijciendi sunt: quorum autem peccata occulta sunt, & satisfactione secreta secundum sacerdotis edictum purgata; in proprijs ordinibus remanere possunt. Vnde Nicolaus Papa Carolo archiepiscopo, & eius suffraganeis.* Raba pœn. c.1. In gestis cōcilii Wormatiensis, c.11.

¶ Non potest restitui in sacerdotem, cuius crimen fuerit manifestum. C. XXXIII. Vide Iuonē par.10.c.

SAcerdotes, si in fornicationis laqueum ceciderint, & † criminis manifestus, siue ostensus fuerit actus: sacerdotis non possunt † habere honorem secundum canonicæ institutionis auctoritatem. 180. Pann.l.3. 136.

Item Rabanus archiepiscopus scribit ad Hersbaldum, lib. pœn. c. 1. † *al. aut.*

¶ Qui valeant reparari post lapsum, vel non. C. XXXIIII.

DE his vero visum est nobis scribendum, qui sacros ordines habentes, ante, vel post ordinationem contaminatos se esse in capitalibus criminibus confitentur. In quibus, vt mihi videtur, hæc distantia esse debet; vt hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in periurio, furto, atque fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus; secundum canonum sacrorum instituta, a proprio gradu decidant: quia scandalum est populo Dei tales personas suprà † se positas habere; quas vltra modum vitiosas esse constat. Nempe inde retrahuntur homines a sacrificio Dei (sicut quondam, Heli filiis peccantibus, fecisse leguntur) & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum prauis exemplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis absconditè a se admissis, per occultam confessionem coram oculis † Dei præsente etiam sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos grauiter deliquisse queruntur; si [a] se per ieiunia, & eleemosynas, vigiliasque, & sacras orationes purgare certauerint, his etiā gradu seruato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est.

Burc. l.19.c. 150. Iuo p.6.c. 400. Pann.l.3.c. 152. † *al. superpositas.* 1.Reg.21. † *al. angelis.*

a ¶ Si se per ieiunia] *Sic etiam in manuscriptis, & apud Iuonē, & Pannormiam. In originali autem legitur,* si veraciter pœnituerint, & se per ieiunia. *Itemque Burchardus, qui cap. hoc citat ex concilio Ilerdensi.*

4 *De lapsis etiam in hæresim hoc conseruandum est, vt ante sententiam concilij nullus eis communicet. Vnde Cyprianus Papa Antoniano ait inter cetera, lib. 4. epist. 2.*

¶ A communione abstineant, qui lapsis ante restitutionem communicatur. C. XXXV.

DE eo autem, † quod statuendum esset circa causam lapsorum, distuli; vt cum quies, & tranquillitas data esset, & episcopis in Ansl.l.8.c.28. † *al. tamen.*

vnum conuenire indulgentia diuina permitteret; tunc communicato, & librato de omnium collatione consilio, statueremus, quid fieri oporteret: Si quis vero ante consilium nostrum, & ante sententiam de omnium consilio statutam, lapsis temere communicare voluisset, ipse a communicatione abstineretur.

Supra ca. c. clericũ,& c. de his cleri-cis,& c. mi-ror.

Quod vero supra de homicidiis statutum legitur; intelligendum est, quando facultas effugiendi datur; nec necessitate clauduntur ob sidionis. Ceterum, cum necessitate angustati effugere non possunt, si tunc homicidium admiserint, purgati per pœnitentiam, & officio, & communioni reddantur.

Vnde in concilio Ilerdensi, c. 1. legitur.

¶ Post duorum annorum pœnitentiam, officio, & communioni restituantur clerici, qui in obsidionis positi necessitate sanguinem fuderunt. C. XXXVI.

DE his clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, vt qui altario ministrant, & Christi corpus, & sanguinem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectant, ab omni humano sanguine, etiam hostili se abstineant. Quod si in hoc inciderint, duobus annis tam officio, quam communione corporis Domini priuentur, ita vt his duobus annis, vigiliis, ieiuniis, orationibus, & eleemosynis pro viribus, quas Dominus donauerit, expientur: & ita demum officio, vel communioni reddantur: ea tamen ratione, ne vlterius ad officia potiora proueha ntur. Quod si in definito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint, protelandæ ipsius pœnitentiæ tempus in potestate maneat sacerdotis.

Casu quoque si clericus homicidium fecerit, in proprio gradu ex dispensatione remanere permittitur.

Vnde Vrbanus II scribit Guernerto Narbonensi episcopo.

¶ Qui casu homicidium facit, ex dispensatione in ordine suo permaneat. C. XXXVII.

Pan. l. 3. c. 154.

CLerico iaciente lapidem, puer dicitur interemptus: Nos pro amore tuo in suo ordine eum permanere permittimus, vt tamen semper in pœnitentia, & timore permaneat.

Item Stephanus V. Sichiberto Corsicæ episcopo.

¶ De eodem. C. XXXVIII.

Pan. l. 3. c. 155.

QVia te quasi obnoxium iudicas, eo quod a Sarracenis captus homines interfecisse videris; benefacis. Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris, inde canonice nullo modo iudicaris.

Si vero ira presbyter commotus aliquem interfecerit, & si animum occidendi non habuerit; perpetuo tamen depositus erit.

Vnde Nicolaus Papa scribit Hosbaldo Chorepiscopo Quadrãtino.

¶ Chore-

a ¶Chorepiscopo.] *Antea legebatur*, coepiscopo, *emendatum est ex omnibus, quæ collata sunt, vetustis Gratiani exemplaribus, optimeque conuenit verbis Nicolai.*

¶Perpetuo careat officio presbyter, qui ira commotus, licet extra animum, aliquem interfecerit. C. XXXIX.

STudeat sanctitas tua persuadere episcopo tuo, sibi canonicum sociare numerum collegarum, id est sex ex vicinis prouinciis fratres, & coepiscopos suos: quibus tecum iunctis, & decernentibus, diligenter inuestigate, & omni nisu scrutari procurate, quatenus inuenire valeatis, vtrum percussione iam nominati presbyteri, an ceruicis fractione idem diaconus, vt fertur, extinctus est. Et siquidem a sæpe fato presbytero non ad mortem percussus est, sed ex equo cadens ceruice fracta interiit: secundum arbitrium vestrum pro percussione, incaute agenti presbytero pœnitentiam competentem indicite: & aliquanto tempore a Missarum solenniis suspendatur; denuo post hæc ad sacerdotale rediturus officium. † Quod si veraciter qualicumque percussione istius presbyteri, ille mortuus est diaconus; nulla hunc ratione ministrare sacerdotis more decernimus: quoniam etsi volũtatem occidendi non habuit; furor tamen & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodiit, in omnibus, sed præcipue in Dei ministris multipliciter inhibentur, atque vbique damnantur. Verum si presbyter adeo vestro studio obnoxius † forte claruerit, pręcipimus, vt tale beneficiũ sibi ecclesiæ suæ concedatur; quo & ipse, & sui sufficienter possint habere suæ substentationis solatium.

Iuo p. 10. c. 24.

† *al. noxius*] Iuo.

Item ex concilio Maticen. [b] *c. 6.*

b ¶Maticensi.] *Burchardus, & Iuo citant ex concilio Moguntino: in nullo tamen eorum, quæ extant habetur. Simile vero aliquid legitur in concil. Vormac. c. 27.*

¶ De eodem. PALEA. C. XL.

QVi vero odij meditatione, vel propter cupiditatem, Iudæum, vel Paganum occiderit; quia imaginem Dei, & spem futuræ conuersionis exterminat †, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteat.

Bur. l. 6. c. 33. Iuo p. 10. c. 162.

† *al. extinxit.*

¶ De eodem. PALEA. C. XLI.

SI quis homicidium fecerit, si episcopus est, xv. annos pœniteat, & deponatur, cunctos quoque dies vitę suæ peregrinando finiat. presbyter xij. annis pœniteat, tres † ex his in pane, & aqua; & deponatur superioris sententia. Diaconus x. annis pœniteat, tres in pane, & aqua; & ad gradum cuiuslibet sacerdotij accedere non præsumat.

Ansl. l. 11. c. 35

† *al. quatuor.*

Item ex concilio Ancyrano, c. 22. §. eos vero.

Ex prisca versione.

Et Tribur. cap. 52.

¶ Quinquennio a communione abstineant, qui casu homicidium faciunt. C. XLII.

Pol. l. 6. c. 10. Bur. l. 6. c. 15. Iuo p. 10. c. 25 & 144. † *al. humanior.*

EOs vero, qui non voluntate, sed casu homicidium fecerit, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociauit, secundum gradus constitutos; hæc [a] vero humana † quinquennii tempus tribuit.

a Hæc vero] *Græce est*, ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει, *id est.* Secunda vero quinquennii tempus explebit. *Atque ita fere Burchardus, & Iuo ex Dionysii versione. & infra ea. cap.* Si quis voluntate.

Et in concil. Worm. c. 39. Rab. pœni. cap. 14. Bur. l. 6. c. 19. Ansel. l. 11. c. 36. Iuo pat. 10. c. 22. & 148.

Item ex concilio Elibertiano, c. 5.

¶ Quibus temporum spatiis a communione abstineat, quæ voluntate, vel ancillam suam interfecerit. C. XLIII.

SI qua fœmina zeli furore accensa, flagellis verberauerit ancillam suam, ita vt infra tertium diem animam eum cruciatu effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post quinque annorum tempora (acta legitima pœnitentia) ad communionem placuit admitti. Quod, si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Item ex capitulis Martini Bracharensis episcopi, c. 78.

¶ De his, qui voluntate, vel casu homicidium faciunt. C. XLIIII.

Iuo p. 10. c. 39

SI [illegible] voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam ecclesiæ ca[illegible]e semper subiaceat, & communionem in exitu vitæ suæ recipi[illegible] [illegible]i autem non voluntarie, sed casu aliquod homicidium fecerit, prior canon septem annis agere pœnitentiam iussit; secundus canon quinque mandauit.

Item ff. tit. de furtis. L. Qui saccum.

¶ De eodem. C. XLV.

Pandect. lib. 47. tit. 2. leg. 79.

QVi saccum habentem pecuniam surripuerit; furti actione, etiam sacci nomine, tenetur; quamuis non sit ei animus sacci surripiendi.

Contra animum, non opus puniri, lib. 9. cod. titu. ad leg. Cornel. de sicariis, exemplo sacrarum litterarum, Diocletiani, & Maximiani colligitur.

¶ De eodem C. XLVI.

EVm, qui asseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præbita videatur, si hoc ita est, neq; super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundũ id, quod adnotatione nostra comprehensum est, volumus liberari.

[*Item Imperator Antoninus C. ad leg. Cornel. de sica. l. 1.*]

¶ PALEA

PALEA. C. XLVII.

FRater vester rectius fecerit, si se præsidi prouinciæ obtulerit. Qui si probauerit non occidendi animo hominem a se esse percussum, remissa homicidii pœna secundum militarem disciplinam sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quę ex improuiso, casu potius, quã fraude accidunt; fato plerumque, non noxæ imputantur.

Hinc & Gelasius † Papa. † *al. Pelagius.*

¶ De eodem. C. XLVIII.

QVantum dicit iste Placidus †, anno præterito dictum est de vxore illius; quia subito inter caballos inuenta est, & dum traherentur caballi, collisa est illa, & abortum fecit. Quod si ita est; forte si caballos alienos tulerit; inde est culpabilis. Nam de muliere, quæ casu inter caballos confracta est, vbi voluntas illius non agnoscitur perniciosa fuisse, non potest, nec debet addici per leges. † *al. Placidus.*

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. XLIX.

HI, qui arbores incidere videntur, si contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt, atque innoxii; quia nec voluntate eorum, nec desiderio, homicidium perpetratum est. Si vero aliqua culpa eorum, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur aduenisse; abiiciendi sunt a gradu, & in sacro ordine nullatenus suscipiendi.

Item ex concilio Wormatiensi, c. 29.

¶ De eodem. C. L.

SÆpe contingit, dum quis operi necessario insistens arborem inciderit, vt aliquis subtus ipsam veniens deprimatur. Et idcirco, si voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum est; vt homicida, pœnitentiæ debet omnino submitti. Quod si non voto, non incuria illius, non denique scientia contigit; sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrens sub arbore improuisus deuenit, & sub ipsa oppressus est; incisor arboris non tenetur pro homicida. Bur. l. 6. c. 32. Iuo p. 10. c. 150.

Item ex concilio Triburiensi, c. 36. [Sed ibi copiosius.]

De eodem. C. LI.

SI duo fratres in silua arbores succiderint, & appropinquante casura ipsius arboris frater dixerit fratri, caue; & ille fugiens in pressuram arboris inciderit, & mortuus fuerit; viuens frater innocens de sanguine germani diiudicetur. Bur. l. 6. c. 22. Iuo p. 10. c. 151.

Præmissis auctoritatib. lapsis permittitur, vt post pænitentiã in suis ordinib. reparari valeãt: ad maiorẽ autem conscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur, imo penitus prohibetur.

Vnde in Ilerdensi concilio, c. 5. legitur.

15.q.8. hi qui. Rabanus pœn. c.1. Burc. l.19.c. 74. Iuo p.15.c. 87.

¶ Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conscendere. C. LII.

HI, qui altario Dei deseruiunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciẽte, digne pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos proliziore tempore ab ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri. ¶ Quod [a] si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & [b] veluti sues in volutabris luti iacuerint; non solum dignitate officij careant; sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

a ¶ Quod si iterato.] *Hinc vsque ad finem absunt à codicibus illis Gratiani, à quibus palea abesse solent. In alio autem hic præpositum est nomen palea.*
b ¶ Et veluti sues in volutabris luti iacuerint.] *Hæc non leguntur in antiquis editionibus conciliorum, Coloniensi, ac Parisiensi, duobus codicibus Vaticanis, Lucensi regio, neque infra 15.q.8.c. Hi qui. Sunt tamen apud Iuonem, & in editione Colon. 4. volum.*

Sed exemplo beati Petri (qui postquã trina negationis maculas, confessione diluit amoris; non solum in gradu sui apostolatus remansit, verum etiam in pastorem totius ecclesiæ a Christo institui meruit) probantur lapsi post dignam pænitentiam non solum propria officia retinere: sed etiam ad maiora posse conscendere. Quod autem beatus Petrus post negationem pastor ecclesiæ a Domino sit institutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in homilia Dominicæ resurrectionis de eodem principe Apostolorum scribit dicens.

Hom. 21. in Euang.

¶ Petrus post culpam negationis princeps Apostolorum a Domino est institutus. C. LIII.

COnsiderandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & seipsum negare permisit. ¶ Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit ceteris, vt ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambrosius in serm. 47. de fide Petri.

¶ Post negationem in fide, & gradu Petrus profecit. C. LIIII.

FIdelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit; atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. Tamquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis, ecclesiarum petra dicitur; sicut ait Dominus

Matt. 16.

[Tu

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam] Petram enim tanquam saxum immobile totius corporis † Christianitatis compagem, molemque contineat. † *operis Christiani.*]

6 *Item obijcitur; pœnitentes* † *ad sacros ordines promoueri nōn debent: non ergo lapsi post pœnitentiā ad maiora pertingere possunt.* †*al. solenniter pœnitentes.*

Vnde in concilio Carthaginensi 4.c.68.& 69.legitur.

¶ Non ordinetur clericus ex pœnitentibus. C. LV. Pol.l.2.t.31. Ans.l.7.c.20.& 23. Bur.l.2.c.35. Iuo p.6.c.136.& p.15.c.5. Pann.l.3.c.60. c.69.

EX pœnitentibus, quamuis sit bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit: deponatur a clero: quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem sciens Episcopus ordinauerit talem, etiam ipse ᵃ ab Episcopatu suo ordinādi duntaxat potestate priuetur. Simili sententiæ subiacebit Episcopus; si sciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam, vxorem habuit, aut secundam.

a ¶ Ipse ab] *In originali legitur*, ipse ab episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate priuetur. *al.* ipse Episcopatus sui, *quemadmodum & apud Iuonem, par.15.c.5.*

Item Siricius Papa Himerio Episcopo, epist.1.c.15.

¶ Bigamus, pœnitens, viduæ maritus, sacræ militiæ se ingerens, sine spe promotionis in suo ordine permaneat C. LVI.

QVicumque pœnitens, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus, ad sacram militiam indebite, & incompetenter irrepserit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, quo inuenitur, ordine perpetua stabilitate permaneat. Ans.l.7.c.17. 20.21.

Item ex concilio Gerundensi, c.9.

¶ Non prohibeatur a clero, qui pressus languore per communionem pœnitentiæ benedictionem accepit. C. LVII.

SI † ᵃ vero, qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & postmodum reconualescens caput pœnitentiæ in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum. † *Is vero*] manuscr. & orig.

Item Hormisda Papa omnib. Episcopis per vniuersas prouincias constitutis.

¶ Qui ad pœnitentiam agendam in monasterio retruditur, presbyter non ordinetur. C. LVIII.

SI ille, qui vltro petit pœnitentiā, quamuis eam perfecte agat, non potest Episcopus, aut presbyter ordinari, ita vt etiam si per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea conuincitur pœnitentiam accepisse, deiiciatur: ille ergo qui inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monasterium, (qui vtique nihil aliud, quam pœnitens dicendus est) qua cōscientia ad sacerdotium venire permittitur? nemo mihi alia Supra c. ex pœnitentib. Pol.l.2.ti.31. Ans.l.7.c.22 & l.xi.c.87.

quælibet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel cccxviij. Episcoporum, vel reliquorum canonum cõstituta, obiiciat: quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

Item Gelasius Vrbis Romæ Episcopus omnibus Episcopis per Lucaniam, &c. c. 5.

¶ Bigamus, vel quilibet post pœnitentiam sacris non applicetur ministeriis. C. LIX.

Ansl. 7. c. 18. † al. fas esse bigamos. † al. mysteriis.

NOn confidat quisquam Pontificum bigamos †, aut coniugia sortientes ab aliis derelicta, siue quoslibet post pœnitentiam, vel sine litteris, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis cõgruentis expectatione discussos, diuinis seruitutis applicare ministeriis †.

Item Innocentius Agapito, & ceteris, epist. 6.

¶ Pœnitentes nec etiam clerici fieri possunt. C. LX.

In conc. Niczeno, c. 10.

CAnones apud Nicæam constituti, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt.

Hoc non de quibuslibet pænitentibus intelligitur, sed de illis tantum, qui post actam pænitentiam sæcularis militia cingulū acceperunt. De quibus Innocentius Episcopus scribit Victricio Rothomagensi Episcopo, epistola 2. c. 2.

¶ Non debet fieri clericus, qui post remissionem peccatorum, militiæ cingulum habuit. C. LXI.

Ansl. 7. c. 13.

SI quis post remissionem peccatorum, cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Lib. 2. de pœnit. cap. 10. De pœni. distin. 3. c. reperiũtur. & c. fi. Hug. lib. de sacram. p. 14 cap. 4. Ambro. ibi.

Potest & aliter intelligi. Est quadam pænitētia, quæ solennis appellatur, quæ semel tantum in ecclesia conceditur: de qua Ambrosius ait, [Sicut vnum est baptisma; ita Vnica est pænitentia.] Item [Non est secundus locus pænitentia.] [Merito reprehēduntur a, qui sæpius agendam pænitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si Vere agerent pænitentiam, iterandum postea non putarent.]

a ¶ Reprehenduntur] *Legebatur.* reperiuntur. *Emendatum est hic ex originali: quod tamen fieri non potuit infra c. reperiuntur. de pænitentia. dist. 3. quia vox,* reperiuntur, *ibi est initium capitu.*

Item Augustinus ad Macedonium, epistola 54.

¶ De eodem. C. LXII.

Infra de pœ. dist. 8. c. quãuis. Magister l. 4 dist. 14. c. 3. luo par. 15. cap. 24.

QVamuis caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel tantum in ecclesia concedatur, ne medicina b nimis vtilis vilis habeatur; tamen quotidie peccantibus numquam per pœnitentiam venia negatur.

b ¶ Ne medicina] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani caput hoc est coniunctum superiori. Locum enim Diui Augustini suo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur:* Ne medicina vilis, minus vtilis esset ęgrotis; quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo,

Deo, quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis ini quitatis obstringit, adhuc iterum parcis? &c.

Hæc autem pœnitentia quomodo imponēda sit, in Agathensi concilio legitur, in quo sic statutum est, c. 15. Capitul. l. 5. c. 58. & l. 7. cap. 310.

¶ Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant. C. LXIII.

POEnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionē manuum & ciliciū super caput a sacerdote (sicut vbique constitutum est) consequatur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur: & nisi digne pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facile committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum. Burch. l. 19. cap. 27. Iuo p. 15. c. 17

Item ex eodem [a].

¶ Quæ sint seruanda in solenni pœnitentia. C. LXIIII.

IN capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt pœnitentiam, ante fores ecclesiæ se repræsententent Episcopo ciuitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu & vultu protestantes. Ibi adesse debent decani, id est, archipresbyteri parochiarum, & [b] presbyteri pœnitentium, qui eorum conuersationem diligēter inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos † gradus iniungere. Post hæc eos in ecclesiam introducant †, & cum omni clero septem pœnitentiales psalmos in terra prostratus Episcopus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent manus eis imponat; aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cū gemitu & crebris suspiriis denūciet eis, quod sicut Adam proiectus est de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab ecclesia abiiciūtur: post hæc iubeat ministris, vt eos extra ianuas ecclesiæ expellāt: clerus vero prosequatur eos cū responsorio [In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c.] vt videntes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atque commotam, non paruipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna rursus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, ecclesię liminibus repræsententur.

Burch. l. 19. cap. 26. Iuo p. 15. c. 45

† *al. præfixos*

† *al. introducat.*

Gen. 3.

a ¶ Ex eodem] *Ex Agathensi etiam citant Burchardus & Iuo. & Rhebaldus Cardinalis (qui tempore Paschalis Pontifi. claruit) in libro suo de pœnitentia publice non iteranda. In vno tamē manuscripto Burchardi exemplari citatur ex Pœnitentiali Romano. Sententia vero huius capitis magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano, a pag. 24. vsque ad 30.*

b ¶ Et presbyteri] *Apud Burchardum legitur*, id est presbyteri.

¶ *Hanc pœnitentiam nulli vnquam clericorum agere conceditur, atq; ideo huiusmodi pœnitentes ad clerum admitti prohibentur.*

Vnde in Carthaginensi concilio 5. c. 11. statutum est.

Burc.l.19. cap.72. Iuo p.15.c.85 Capitul. 5. cap. 66. † al. Confirmatū.] orig.

¶ Clericis non imponatur manus, tamquā pœnitentibus. C. LXV.

Confirmādum † est, vt si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit remoueri: non eis manus tamquam pœnitentibus, vel tamquam fidelibus laicis imponatur, neque vmquam permittendum, vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.

Vnde in Carthaginensi concilio 5. c. 11. statutum est.

¶ Nec clerico pœnitentiam agere, nec pœnitenti ad clericatum accedere permittitur. C. LXVI.

Ansl.7.c.20. Bur.l.19.c.49 Iuo p.6.c.54. & p.15.c.65.

Illud quoq; nos par fuit prouidere, vt sicut pœnitentiam agere cuiquā non conceditur clericorū, ita & post pœnitudinē, ac reconciliationem nulli vmquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamuis sint omnium peccatorum cōtagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorū instrumenta suscipere, qui dudum fuerunt vasa vitiorum.

† al. 92.

Item Leo Papa Rustico Narbonensi, epist. 90. † *c. 2.*

¶ Presbyteris, & diaconis tamquam pœnitentibus non debent manus imponi. C. LXVII.

Pol.l.4.t.39. Bur.l.19.c.71 Iuo p.6.c.67.

Alienū est a cōsuetudine ecclesiastica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconii gradu fuerint cōsecrati, ii pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi: quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundū quod scriptum est: [Sacerdos [a] si peccauerit, quis orabit pro eo?] Vnde huiusmodi lapsis ad promerendū misericordiam Dei priuata est expetēda secessio [b]: vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

a ¶ Sacerdos] *Vulgo sæpe indicatur in margine locus iste ex 1. Reg. 2. vt infra de pœnitentia, dist. 1. c. si sacerdos. cum tamen in eo scripturæ loco in vulgata legatur,* Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? *Verum B. etiam Gregorius ad illum locum in morali interpretatione, talem sententiam elicit,* Quis ei intercessor remanet, cum ille se transgrediendo præcipitat, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est?

b ¶ Secessio] *Sic emendatum est ex antiquis codicibus. & epistola ipsa. & hanc lectionem habuit auctor glossæ, quod ex manuscriptis glossis constat: idcirco & in ea emendandum. Antea legebatur*, est expetenda successio.

In cap. Martini Bra.c.23. Pol.l.2.t.31. Bur.l.2.c.37. Ansl.l.7.c.31. Iuo par. 6. c.138. Pan.l.3.c. 61. † al. Apostolum] ori.

Probantur etiam auctoritate Toletani concilij primi, huiuscemodi pœnitentes ad clerum non admittendi: in quo, capite secundo sic statutum est.

¶ Causa necessitatis ad clerum pœnitentes admittantur. C. LXVIII.

† Expœnitentem] in cap. Martini Bracb.

Placuit vt pœnitētes nō admittantur ad clerum, nisi tantū si necessitas, aut vsus exegerit, & tunc inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita vt Euangelia, aut epistolam nō legant. ¶ Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur, ita vt manū non imponāt, nec sacra contingant. Eum † vero pœnitentē dicimus, qui post baptismū, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque

misque peccatis publicam pœnitentiam gerens sub cilicio † diuino † *al. cōcilio.* fuerit reconciliatus altario.

7 *Apostata quoque ad clericatus officium admitti non debent.*
Unde in concilio Arelatensi 2. cap. 25.

¶ Ad clericatus officium non admittantur apostatæ. C. LXIX. Rab.pœn. c.33.

HI, qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad sæcularem † redeunt conuersationem, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt: sine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille sit, post pœnitentiam sæcularem habitum accipere non præsumat. Quod si præsumpserit, ab ecclesia alienus habeatur. Burc.l.19. c. 67. Iuo par. 15. c.81. † *saeculum redeunt*] orig.

DISTINCTIO LI.

1 ps ECce, quod criminosi, vel non vere pœnitentes, vel publicani pœnitentiam agentes, a sacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoque sancta mater ecclesia, ut curiales, aut post baptismā militantes, aut in foro decertātes a sacris prohibeantur ordinibus.

Unde ait Innocentius Papa Episcopis in Toletana synodo constitutis, epist. 24. c. 2.

¶ Post baptismum militantes, vel in foro decertantes, a sacris prohibentur ordinibus. C. I.

ALiquantos † ex his, qui post acceptam baptismi gratiā in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium esse comperimus, e quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur: aliquātos ex militia, qui cum potestatibus obedierunt, sæua † necessario præcepta sunt executi: aliquantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quę sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates, & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotii peruenisse, quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenisse. Quæ si singula discutienda mandemus, nō modicos motus, aut scandala Hispaniensib. prouinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus: idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestrę maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi saltem nūc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, vt quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur. † *Quantos enim*] orig. & per interrogationē. † *seuera* orig.

Idem Felici Episcopo Nucerino, epist. 4. c. 3.

¶ De quibus laicis aliqui ad clericatum non possunt peruenire. C. II.

DEsignata sunt genera laicorum, de quibus ad clericatum peruenire nō possunt, id est si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curi- Poly.l.2.t.31. Ansl.l.7.c.10. Iuo p.6.c.95.

alibus autem manifesta est, quoniam etsi inueniantur huiusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius a curia † repetuntur, cauendum ab his est propter tribulationem, quæ sæpe de his ecclesiæ prouenit.

† *al. ad curiam.*

Idem Victricio Episcopo Rothomagensi, epist. 2. c. xi.

¶ Non admittantur curiales ad clericale officium. C. III.

Iuo par. c. 349.

PRæterea frequenter quidam ex fratribus nostris, curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus postea maior tristitia, cum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia nascitur de accito. † ¶ Constat enim eos in ipsis muneribus † etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorum, & † mimorum apparatibus, aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum solicitudo, & tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus Imperatore præsente, cum pro his sæpius rogaremus, quam ipse nobiscum positus cognouisti: quibus † non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiã in sacerdotio constituti ingens molestia, vt redderentur, instabar.

† *al adscitu.*
† *al. muneriis.*
† *al. vel munerum.*
† *al. ex quibus*] orig.

Idem ex concilio Toletano primo, c. 8.

¶ Non promoueatur ad diaconatum, qui post baptismum ad fidelem necandum accinctus fuerit. C. IIII.

SI quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconii non accipiat dignitatem.

¶ Ad necandos fideles.] *Verba hæc non sunt in codice Lucensi Regio.*

Idem ex concilio Toletano 4. c. 18.

¶ A quibus debet esse immunis, qui in episcopum ordinatur. C. V.

Q[illegible] in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, [illegible]celera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi [illegible], qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut naturali defectu membrorum, aut decisione, aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui seruili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti, vel laici sunt, qui seculari malitiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscii literarum sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel aucto-

auctoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicunque ergo deinceps ad ordinem sacerdotii postulatus, & in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit; & examinatus, probabili vita, & doctrina extiterit, tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta, cum omnium clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuersis comprouincialibus episcopis, aut certe a tribus, in sacerdotem die Dominica consecrabitur, conniuentibus ceteris, qui absentes sunt, literis suis, & magis auctoritate, vel præsentia eius, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli, † comprouincialibus ibidem conuenientibus. ¶ Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum, ad gradũ sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. † *al. a*

a ¶ Aut decisione aliquid] *Addita hæc sunt ex concilijs olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis. In nouissima vero Coloniensi editione, legitur*, vel defectione, *pro*, vel defectione.
b ¶ Aut fornicarias] *In codice Lucensi Regio legitur*, ad fornicationes: *quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis, vt supra dist. 34. cap. a qui. est annotatum.*

DISTINCTIO LII.

QVi vero prætermissis aliquibus gradibus non superbia, sed negligentia ad maiorem ascenderit, tamdiu a maioribus abstineat, quousque congruo tempore prætermissos accipiat.
Vnde Alexander II. scribit Grimaldo † Cõstantinensi † Episcopo. † *al. Rainaldo. al. Rumaldo.* † *al. Cõstantiensi.*

¶ De eo, qui subdiaconatus ordine postposito, diaconus & presbyter est ordinatus. C. I.

SOlicitudo dilectionis tuæ studuit consulere, vtrum portitor istarum literarum, diaconatus, & presbyteratus officium idoneus sit peragere, necne; cum ad id præpostero † cursu, subdiaconatus ordine postposito, negligentia potius, quam superbia cognoscatur ascendisse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mandamus, vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quattuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas. Iuo p. 6. c. 406. † *al. præpropere.*

¶ *In libro peruetusto est epistola eiusdem Alexandri ad Geruasium Rhemensem archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantiensi Episcopo se dedisse narrat.*

Et Tribur. cap. 52.

¶ Quinquennio a communione abstineant, qui casu homicidium faciunt. C. XLII.

Pol. l. 6. c. 10. Bur. l. 6. c. 15. Iuo p. 10. c. 25 & 144. † al. humanior.

EOs vero, qui non voluntate, sed casu homicidium fecerit, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociauit, secundum gradus constitutos; hæc ª vero humana † quinquennii tempus tribuit.

ª Hæc vero] *Græce est*, ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει, *id est.* Secunda vero quinquennii tempus explebit. *Atque ita fere Burchardus, & Iuo ex Dionysii versione. & infra ca. cap.* Si quis voluntate.

Et in concil. Worm. c. 39. Rab. pœni. cap. 14. Bur. l. 6. c. 19. Ans. l. 11. c. 36. Iuo par. 10. c. 22. & 148.

Item ex concilio Eliberitano, c. 5.

¶ Quibus temporum spatiis a communione abstineat, quæ voluntate, vel ancillam suam interfecerit. C. XLIII.

SI qua fœmina zeli furore accensa, flagellis verberauerit ancillam suam, ita vt infra tertium diem animam cum cruciatu effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post quinque annorum tempora (acta legitima pœnitentia) ad communionem placuit admitti. Quod, si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Item ex capitulis Martini Bracharensis episcopi, c. 78.

¶ De his, qui voluntate, vel casu homicidium faciunt. C. XLIIII.

Iuo p. 10. c. 39

S[illegible] voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam ecclesiæ ca[illegible] semper subiaceat, & communionem in exitu vitæ suæ recipi[illegible] autem non voluntarie, sed casu aliquod homicidium fecerit, prior canon septem annis agere pœnitentiam iussit; secundus canon quinque mandauit.

Item ff. tit. de furtis. L. Qui saccum.

¶ De eodem. C. XLV.

ª Pandect. lib. 47. tit. 2. leg. 79.

QVi saccum habentem pecuniam surripuerit; furti actione, etiam sacci nomine, tenetur; quamuis non sit ei animus sacci surripiendi.

Contra animum, non opus puniri, lib. 9. cod. titu. ad leg. Cornel. de sicariis, exemplo sacrarum litterarum, Diocletiani, & Maximiani colligitur.

¶ De eodem C. XLVI.

EVm, qui asseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præbita videatur, si hoc ita est, neq; super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundũ id, quod adnotatione nostra comprehensum est, volumus liberari.

[*Item Imperator Antoninus C. ad leg. Cornel. de sica. l. 1.*]

¶ PALEA

PALEA. C. XLVII.

FRater vester rectius fecerit, si se præsidi prouinciæ obtulerit. Qui si probauerit non occidendi animo hominem a se esse percussum, remissa homicidii pœna secundum militarem disciplinam sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quę ex improuiso, casu potius, quã fraude accidunt; fato plerumque, non noxæ imputantur.

Hinc & Gelasius † Papa. † *al. Pelagius.*

¶ De eodem. C. XLVIII.

QVantum dicit iste Placidus †, anno præterito dictum est de vxore illius; quia subito inter caballos inuenta est, & dum traherentur caballi, collisa est illa, & abortum fecit. Quod si ita est; forte si caballos alienos tulerit; inde est culpabilis. Nam de muliere, quæ casu inter caballos confracta est, vbi voluntas illius non agnoscitur perniciosa fuisse, non potest, nec debet addici per leges. † *al. Placidus.*

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. XLIX.

HI, qui arbores incidere videntur, si contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt, atque innoxii; quia nec voluntate eorum, nec desiderio, homicidium perpetratum est. Si vero aliqua culpa eorum, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur aduenisse; abiiciendi sunt a gradu, & in sacro ordine nullatenus suscipiendi.

Item ex concilio Wormatiensi, c. 29.

¶ De eodem. C. L.

SÆpe contingit, dum quis operi necessario insistens arborem inciderit, vt aliquis subtus ipsam veniens deprimatur. Et idcirco, si voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum est; vt homicida, pœnitentiæ debet omnino submitti. Quod si non voto, non incuria illius, non denique scientia contigit; sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrens sub arbore improuisus deuenit, & sub ipsa oppressus est; incisor arboris non tenetur pro homicida. Bur. l. 6. c. 32. Iuo p. 10. c. 150.

Item ex concilio Triburiensi, c. 36. [*Sed ibi copiosius.*]

De eodem. C. LI.

SI duo fratres in silua arbores succiderint, & appropinquante casura ipsius arboris frater dixerit fratri, caue; & ille fugiens in pressuram arboris inciderit, & mortuus fuerit; viuens frater innocens de sanguine germani diiudicetur. Bur. l. 6. c. 22. Iuo p. 10. c. 151.

Præmissis auctoritatib. lapsis permittitur, vt post pœnitentiã in suis ordinib. reparari valeãt: ad maiorẽ autem conscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur, imo penitus prohibetur.

Vnde in Ilerdensi concilio, c. 5. legitur.

15.q.8. hi qui. Rabanus pœn.c.1. Burc. l.19.c. 74. Iuo p.15.c. 87.

¶ Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conscendere. C. LII.

HI, qui altario Dei deseruiunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciēte, digne pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri. ¶ Quod [a] si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & [b] veluti sues in volutabris luti iacuerint; non solum dignitate officij careant; sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

a ¶ Quod si iterato.] *Hinc vsque ad finem absunt à codicibus illis Gratiani, à quibus paleæ abesse solent. In alio autem hic præpositum est nomen palea.*

b ¶ Et veluti sues in volutabris luti iacuerint.] *Hæc non leguntur in antiquis editionibus conciliorum, Coloniensi, ac Parisiensi, duobus codicibus Vaticanis, Lucensi regio, neque infra 15.q.8.c. Hi qui. Sunt tamen apud Iuonem, & in editione Colon. 4. volum.*

Sed exemplo beati Petri (qui postquā trinæ negationis maculas, confessione diluit amoris; non solum in gradu suo apostolatus remansit, verum etiam in pastorem totius ecclesiæ a Christo institui meruit) probantur lapsi post dignam pœnitentiam non solum propria officia retinere: sed etiam ad maiora posse conscendere. Quod autem beatus Petrus post negationem pastor ecclesiæ a Domino sit institutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in homilia Dominicæ resurrectionis de eodem principe Apostolorum scribit dicens.

Hom. 21. in Euang.

¶ Petrus post culpam negationis princeps Apostolorum a Domino est institutus. C. LIII.

COnsiderandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & seipsum negare permisit. ¶ Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit ceteris, vt ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambrosius in serm. 47. de fide Petri.

¶ Post negationem in fide, & gradu Petrus profecit. C. LIIII.

FIdelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit; atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. Tamquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis, ecclesiarum petra dicitur; sicut ait Dominus

Matt. 16.

[Tu

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam] Petram enim tanquam saxum immobile totius corporis † Christianitatis compagem, molemque contineat. † operis Christiani.]

6 *Item obijcitur, pœnitentes † ad sacros ordines promoueri non debent: non ergo lapsi post pœnitentiã ad maiora pertingere possunt.* † al. solenniter pœnitentes.

Vnde in concilio Carthaginensi 4. c. 68. & 69. legitur.

¶ Non ordinetur clericus ex pœnitentibus. C. LV. Pol. l. 2. t. 31.

EX pœnitentibus, quamuis sit bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit: deponatur a clero: quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem sciens Episcopus ordinauerit talem, etiam ipse [a] ab Episcopatu suo ordinãdi duntaxat potestate priuetur. Simili sententiæ subiacebit Episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam, vxorem habuit, aut secundam. Ansl. l. 7. c. 20. & 23. Bur. l. 2. c. 35. Iuo p. 6. c. 136. & p. 15. c. 5. Pann. l. 3. c. 60. c. 69.

a ¶ Ipse ab] *In originali legitur*, ipse ab episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate priuetur. *al.* ipse Episcopatus sui, *quemadmodum & apud Iuonem, par. 15. c. 5.*

Item Siricius Papa Himerio Episcopo, epist. 1. c. 15.

¶ Bigamus, pœnitens, viduæ maritus, sacræ militiæ se ingerens, sine spe promotionis in suo ordine permaneat C. LVI.

QVicumque pœnitens, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus, ad sacram militiam indebite, & incompetenter irrepserit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, quo inuenitur, ordine perpetua stabilitate permaneat. Ansl. l. 7. c. 17. 20. 21.

Item ex concilio Gerundensi, c. 9.

¶ Non prohibeatur a clero, qui pressus languore per communionem pœnitentiæ benedictionem accepit. C. LVII.

SI † [a] vero, qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & postmodum reconualescens caput pœnitentiæ in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum. † Is vero] manuscr. & orig.

Item Hormisda Papa omnib. Episcopis per vniuersas prouincias constitutis.

¶ Qui ad pœnitentiam agendam in monasterio retruditur, presbyter non ordinetur. C. LVIII.

SI ille, qui vltro petit pœnitentiã, quamuis eam perfecte agat, non potest Episcopus, aut presbyter ordinari, ita vt etiam si per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea conuincitur pœnitentiam accepisse, deiiciatur: ille ergo qui inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monasterium, (qui vtique nihil aliud, quam pœnitens dicendus est) qua cõscientia ad sacerdotium venire permittitur? nemo mihi alia Supra c. ex pœnitentib. Pol. l. 2. ti. 31. Ansl. l. 7. c. 22 & l. xi. c. 87.

quælibet contra auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, vel cccxviij. Epiſcoporum, vel reliquorum canonum cõſtituta, obiiciat: quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum ſanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.

Item Gelaſius Vrbis Romæ Epiſcopus omnibus Epiſcopis per Lucaniam, &c. c. 5.

¶ Bigamus, vel quiliber poſt pœnitentiam ſacris non applicetur miniſteriis. C. LIX.

Anſ. l. 7. c. 18. † *al. fas eſſe bigamos.* † *al. myſteriis.*

NOn confidat quiſquam Pontificum bigamos †, aut coniugia ſortientes ab aliis derelicta, ſiue quoſlibet poſt pœnitentiam, vel ſine litteris, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut paſſim nulla temporis cõgruentis expectatione diſcuſſos, diuinis ſeruituros applicare miniſteriis †.

Item Innocentius Agapito, & ceteris, epiſt. 6.

¶ Pœnitentes nec etiam clerici fieri poſſunt. C. LX.

In conc. Nicæno, c. 10.

CAnones apud Nicæam conſtituti, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt.

Hoc non de quibuſlibet pœnitentibus intelligitur, ſed de illis tantum, qui poſt actam pœnitentiam ſæcularis militiæ cingulũ acceperunt. De quibus Innocentius Epiſcopus ſcribit Victricio Rothomagenſi Epiſcopo, epiſtola 2. c. 2.

¶ Non debet fieri clericus, qui poſt remiſſionem peccatorum, militiæ cingulum habuit. C. LXI.

Anſ. l. 7. c. 13.

SI quis poſt remiſſionem peccatorum, cingulum militiæ ſæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Poteſt & aliter intelligi. Eſt quædam pœnitẽtia, quæ ſolennis appellatur, quæ ſemel tantum in eccleſia conceditur: de qua Ambroſius ait, [*Sicut vnum eſt baptiſma; ita vnica eſt pœnitentia.*] *Item* [*Non eſt ſecundus locus pœnitentiæ.*] [*Merito reprehẽduntur* [a], *qui ſæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Chriſto. Nam ſi vere agerent pœnitentiam, iterandum poſtea non putarent.*]

Lib. 2. de pœnit. cap. 10. De pœni. diſtin. 3. c. reperiũtur. & c. ſi. Hug. lib. de ſacram. p. 14 cap. 4. Ambro. ibi.

a ¶ Reprehenduntur] *Legebatur,* reperiuntur. *Emendatum eſt hoc ex originali: quod tamen fieri non potuit infra c. reperiuntur. de pœniten. diſt. 3. quia vox,* reperiuntur, *ibi eſt initium capitis.*

Item Auguſtinus ad Macedonium, epiſtola 54.

¶ De eodem. C. LXII.

Infra de pœ. diſt. 8. c. quãuis. Magiſter l. 4 diſt. 14. c. 3. luo par. 15. cap. 24.

QVamuis caute, & ſalubriter prouiſum ſit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ ſemel tantum in eccleſia concedatur, ne medicina [b] nimis vtilis vilis habeatur; tamen quotidie peccantibus numquam per pœnitentiam venia negatur.

b ¶ Ne medicina] *In aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani caput hoc eſt coniunctum ſuperiori. Locum enim Diui Auguſtini ſuo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur:* Ne medicina vilis, minus vtilis eſſet ęgrotis; quæ tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere

Deo,

Deo, quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis ini quitatis obstringit, adhuc iterum parcis? &c.

Hac autem pœnitentia quomodo imponēda sit, in Agathensi concilio legitur, in quo sic statutum est, c. 15. Capitul. l. 5. c. 58. & l. 7. cap. 310.

¶ Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant. C. LXIII.

POEnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionē manuum & ciliciū super caput a sacerdote (sicut vbique constitutum est) consequatur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur: & nisi digne pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facile committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum. Burch. l. 19. cap. 27. Iuo p. 15. c. 17

Item ex eodem [a].

¶ Quæ sint seruanda in solenni pœnitentia. C. LXIIII.

IN capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt pœnitentiam, ante fores ecclesiæ se repræsentent Episcopo ciuitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu & vultu protestantes. Ibi adesse debent decani, id est, archipresbyteri parochiarum, & [b] presbyteri pœnitentium, qui eorum conuersationem diligēter inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos † gradus iniungere. Post hæc eos in ecclesiam introducant †, & cum omni clero septem pœnitentiales psalmos in terra prostratus Episcopus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent manus eis imponat; aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cū gemitu & crebris suspiriis denūciet eis, quod sicut Adam proiectus est de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab ecclesia abiiciūtur: post hæc iubeat ministris, vt eos extra ianuas ecclesiæ expellāt: clerus vero prosequatur eos cū responsorio [In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c.] vt videntes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atque commotam, non paruipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna rursus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, ecclesię liminibus repræsententur.

Burch. l. 19. cap. 26. Iuo p. 15. c. 45
† *al. præfixos*
† *al. introducat.*
Gen. 3.

a ¶ Ex eodem] *Ex Agathensi etiam citant Burchardus & Iuo, & Rhebaldus Cardinalis (qui tempore Paschalis Pontifi. claruit) in libro suo de pœnitentia publice non iteranda. In vno tamē manuscripto Burchardi exemplari citatur ex Pœnitentiali Romano. Sententia vero huius capitis magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano, a pag. 24. vsque ad 30.*

b ¶ Et presbyteri] *Apud Burchardum legitur,* id est presbyteri.

¶ *Hanc pœnitentiam nulli vmquam clericorum agere conceditur, atq; ideo huiusmodi pœnitentes ad clerum admitti prohibentur.*

Vnde in Carthaginensi concilio 5. c. 11. statutum est.

Burc.l.19. cap. 72. Iuo p.15.c.85 Capitul. 5. cap. 66.

¶ Clericis non imponátur manus, tamquã pœnitentibus. C. LXV.

CONfirmãdum † est, vt si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit remoueri: non eis manus tamquam pœnitentibus, vel tamquam fidelibus laicis imponatur, neque vmquam permittendum, vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.

† *al. Confirmatũ.*] orig.

Vnde in Carthaginensi concilio 5. c. 11. statutum est.

¶ Nec clerico pœnitentiam agere, nec pœnitenti ad clericatum accedere permittitur. C. LXVI.

Ansl.7.c.20. Bur.l.19.c.49 Iuo p.6.c.54. & p.15.c.65.

ILlud quoq; nos par fuit prouidere, vt sicut pœnitentiam agere cuiquã non conceditur clericorũ, ita & post pœnitudinẽ, ac reconciliationem nulli vmquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamuis sint omnium peccatorum cõtagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorũ instrumenta suscipere, qui dudum fuerunt vasa vitiorum.

† *al. 92.*

Item Leo Papa Rustico Narbonensi, epist. 90. † *c. 2.*

¶ Presbyteris, & diaconis tamquam pœnitentibus non debent manus imponi. C. LXVII.

Pol.l.4.t.39. Bur.l.19.c.71 Iuo p.6.c.67.

ALienũ est a cõsuetudine ecclesiastica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconii gradu fuerint cõsecrati, ii pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi: quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundũ quod scriptum est: [Sacerdos [a] si peccauerit, quis orabit pro eo?] Vnde huiusmodi lapsis ad promerendũ misericordiam Dei priuata est expetẽda secessio [b]: vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

a ¶ Sacerdos] *Vulgo sæpe indicatur in margine locus iste ex 1. Reg. 2. vt infra de pœnitentia, dist. 1. c. si sacerdos. cum tamen in eo scripturæ loco in vulgata legatur,* si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? *Verum B. etiam Gregorius ad illum locum in morali interpretatione, talem sententiam elicit,* Quis ei intercessor remanet, cum ille se transgrediendo præcipitat, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est?

In cap. Martini Bra.c.23. Pol.l.2.t.31. Bur.l.2.c.37. Ansl.l.7.c.31. Iuo par. 6. c.138. Pan.l.3.c. 61.

b ¶ Secessio] *Sic emendatum est ex antiquis codicibus, & epistola ipsa, & hanc lectionem habuit auctor glossæ, quod ex manuscriptis glossis constat: idcirco & in ea emendandum. Antea legebatur,* est expetenda successio.

Probantur etiam auctoritate Toletani concilij primi, huiuscemodi pœnitentes ad clerum non admittendi: in quo, capite secundo sic statutum est.

† *al. Apostolum*] ori. † *Expœnitentem*] in cap. Martini Brach.

¶ Causa neceßitatis ad clerum pœnitentes admittantur. C. LXVIII.

PLacuit vt pœnitẽtes nõ admittantur ad clerum, nisi tantũ si necessitas, aut vsus exegerit, & tunc inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita vt Euangelia, aut epistolam nõ legant. ¶ Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur, ita vt manũ non imponãt, nec sacra contingant. Eum † vero pœnitentẽ dicimus, qui post baptismũ, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque

misque peccatis publicam pœnitentiam gerens sub cilicio † diuino † *al. cōcilio.* fuerit reconciliatus altario.

7 *Apostata quoque ad clericatus officium admitti non debent. Vnde in concilio Arelatensi 2. cap. 25.*

¶ Ad clericatus officium non admittantur apostatæ. C. LXIX. Rab.pœn. c.33.

HI, qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad sæcularem † redeunt conuersationem, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt: sine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille sit, post pœnitentiam sæcularem habitum accipere non præsumat. Quod si præsumpserit, ab ecclesia alienus habeatur. Burc.l.19. c. 67. Iuo par.15. c.81. † *sæculum redeunt*] orig.

DISTINCTIO LI.

1 ps ECce, quod criminosi, vel non vere pœnitentes, vel publicani pœnitentiam agentes, a sacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoque sancta mater ecclesia, vt curiales, aut post baptisma militantes, aut in foro decertātes a sacris prohibeantur ordinibus.

Vnde ait Innocentius Papa Episcopis in Toletana synodo constitutis, epist. 24. c. 2.

¶ Post baptismum militantes, vel in foro decertantes, a sacris prohibentur ordinibus. C. I.

ALiquantos † ex his, qui post acceptam baptismi gratiā in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium esse comperimus, e quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur: aliquātos ex militia, qui cum potestatibus obedierunt, sæua † necessario præcepta sunt executi: aliquantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quę sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates, & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotii peruenisse, quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenisse. Quæ si singula discutienda mandemus, nō modicos motus, aut scandala Hispaniensib. prouinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus: idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestrę maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi saltem nūc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, vt quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur. † *Quantos enim*] orig. & per interrogationē. † *seuera* orig.

Idem Felici Episcopo Nucertino, epist. 4. c. 3.

¶ De quibus laicis aliqui ad clericatum non possunt peruenire. C. II.

DEsignata sunt genera laicorum, de quibus ad clericatum peruenire nō possunt, id est si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curi- Poly.l.2.t.31. Ansl.7.c.10. Iuo p.6.c.95.

alibus autem manifesta est, quoniam etsi inueniantur huiusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius a curia † repetuntur, cauendum ab his est propter tribulationem, quæ sæpe de his ecclesiæ prouenit.

† *al. ad curiam.*

Idem Victricio Episcopo Rothomagensi, epist. 2. c. xi.

¶ Non admittantur curiales ad clericale officium. C. III.

Iuo par. c. 349.

PRæterea frequenter quidam ex fratribus nostris, curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus postea maior tristitia, cum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia nascitur de accito. † ¶ Constat enim eos in ipsis muneribus † etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorum, & † mimorum apparatibus, aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum sollicitudo, & tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus Imperatore præsente, cum pro his sæpius rogaremus, quam ipse nobiscum positus cognouisti: quibus † non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiã in sacerdotio constituti ingens molestia, vt redderentur, instabat.

† *al. adscita.* † *al. muneris.* † *al. Vel munerum.* † *al. ex quibus*] orig.

Idem ex concilio Toletano primo, c. 8.

¶ Non promoueatur ad diaconatum, qui post baptismum ad fidelem necandum accinctus fuerit. C. IIII.

SI quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconii non accipiat dignitatem.

¶ Ad necandos fideles.] *Verba hæc non sunt in codice Lucensi Regio.*

Idem ex concilio Toletano 4. c. 18.

¶ A quibus debet esse immunis, qui in episcopum ordinatur. C. V.

QVi in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut naturali defectu membrorum, aut decisione, * aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui seruili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti, vel laici sunt, qui seculari malitiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscii literarum sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel aucto-

auctoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicunque ergo deinceps ad ordinem sacerdotii postulatus, & in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit; & examinatus, probabili vita, & doctrina extiterit, tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta, cum omnium clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuersis comprouincialibus episcopis, aut certe a tribus, in sacerdotem die Dominica consecrabitur, conniuentibus ceteris, qui absentes sunt, literis suis, & magis auctoritate, vel præsentia eius, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli, † compro uincialibus ibidem conuenientibus. ¶ Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum, ad gradũ sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. † al. a

4 ¶ Aut decisione aliquid] *Addita hæc sunt ex concilijs olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis. In nouissima vero Coloniensi editione, legitur*, vel defectione, *pro*. vel desectione.

6 ¶ Aut fornicarias] *In codice Lucensi Regio legitur*, ad fornicationes: *quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis, vt supra dist. 34. cap. 4 quæ est annotatum.*

DISTINCTIO LII.

Qui vero prætermissis aliquibus gradibus non superbia, sed negligentia ad maiorem ascenderit, tamdiu a maioribus abstineat, quousque congruo tempore prætermissos accipiat.

Vnde Alexander II. scribit Grimaldo † Cõstantiensi † Episcopo. † al. Rainaldo. al. Rumaldo.

¶ De eo, qui subdiaconatus ordine postposito, diaconus & presbyter est ordinatus. C. I. † al. Cõstantiensi.

Solicitudo dilectionis tuæ studuit consulere, vtrum portitor istarum literarum, diaconatus, & presbyteratus officium idoneus sit peragere, nec ne; cum ad id præpostero † cursu, subdiaconatus ordine postposito, negligentia potius, quam superbia cognoscatur ascendisse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mandamus, vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quattuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas. Iuo p. 6. c. 406. † al. præpostere.

¶ *In libro peruetusto est epistola eiusdem Alexandri ad Geruasium Rhemensem archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantiensi Episcopo se dedisse narrat.*

DISTINCTIO LIII.

dist. 51. designata. 1 ps *Curiales autem, ut supra scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab ecclesia repetuntur, plurima incommoda ecclesia consequitur. Vel quia ijdem curiales non voto religionis, sed ut officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt.*

Unde Gregorius Papa scribit lib. 7. reg. epist. 11. Episcopis Siciliæ de lege Mauritij Augusti.

¶ Quate sit constitutum, ne curiales ordinentur. C. I.

Iuo par. 10. c. 124. Legem, quam piissimus Imperator dedit, ne fortasse hi, qui militię, vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis conuertantur, vestrę studui fraternitati transmittere; hoc maxime exhortans; quod hi, qui sæculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesię præpropere suscipiendi non sunt, quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter, quam vixerant, viuunt; nequaquam student sęculum fugere, sed mutare. Quod si etiam tales quoq; monasterium petunt; suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a ratiociniis † publicis absoluti fuerint. ¶ Si qui vero ex militaribus viris [a] in monasteriis conuerti festinant; non sunt temere suscipiendi; nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari; & tu · monachicum habitum Deo auctore suscipere.

† *al. actionibus*] orig.

a ¶ Viris] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonem legitur*, numeris, *vt significentur milites in breuiculo, seu matricula descripti.*

DISTINCTIO LIIII.

1 ps *Serui autem ordinari prohibentur, nisi a proprijs dominis libertatem legitimam consequantur.*

Vnde Leo Episcopus scribit epistola prima omnibus episcopis per Campaniam, &c.

¶ Seruus ad clericatus officium non promoueatur. C. I.

Pol. l. 2. ti. 31. Ansl. 7. c. 28. Bur. l. 2. c. 22. in fin. Iuo p. 6. c. 64. Nullus [b] episcoporum seruum alterius ad clericatus officium promouere præsumat, nisi forte eorum petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eo vendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregandus, vt a castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

b ¶ Nullus] *Caput hoc videtur confectum ex titulo, qui in codice canonum præponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte posteriore ipsius decreti, in qua exceptio eorum, quæ prius statuit, continetur: prior autem pars, quæ hic deest, habetur infra ca. eap. admittuntur.*

Item ex concilio [a] *Triburiensi.*

¶ De

¶ De seruili conditione nullus ad sacros ordines deueniat. C. II.

NVlli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius a propriis dominis legitimam libertatem consequantur: cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur, & si nullus contradixerit, rite consecrabuntur. Porro seruus non canonice consecratus, postquam de gradu ceciderit, eius conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

Polyc. ibid. Bur.l.2.c.21. Iuo p. 6. c. 41. Pan.l.3.c.48.

a ¶ Concilio Triburiensi] *Huius capitis in conci. Tribur. cap. 29. sententia potius habetur, quam verba, quæ aliqua ex parte videntur conuenire cum iis, quæ scribuntur primo libro capitularium, c. 33. de ordinatione seruorum. versi. & quandocumque.*

[*Ex concilio Carthaginensi* [b] *primo, cap. 8.*]

PALEA. C. III.

MAgnus episcopus Astiagensis dixit, quid dilectioni vestræ videtur, procuratores: actores & executores, seu curatores pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: si post deposita vniuersa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent & cum laude, cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati; ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt, recte omnia statuit sanctitas tua; ideoque ita est, & nostra ista quoque sententia.

Extra de oblig. ad ratioc. non ordin. c. magnus. Bur.l.2.c.36. Iuo p.6.c. 137.

b ¶ Carthagi.] *In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Iuone, decretal. in c. vni. de oblig. ad ratioci.*

c ¶ Ecclesia infamatur] *Sic emendatum est ex concilio, & decretal. & Burchardo, & Iuone. Antea legebatur,* ab ecclesia infirmentur.

Item ex concilio Toletano nono, c. II.

¶ Post donum libertatis famuli ecclesiæ reuocentur in clerum. C. IIII.

QVi ex familiis † ecclesiæ seruituri deuocantur in clerum ab episcopis suis, necesse est, vt libertatis percipiant donum: & si honestæ vitę claruerint meritis; tunc demum maioribus fungantur officiis. Quos vero flagitii sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis religet in catenam.

Iuo p.6.c. 373. † *al. famulis.*

Qui autem ordinandi, a dominis suis libertatem consequuntur, ab eorũ patrocinio penitus debent esse alieni, & in nullo eorum obsequiis inueniantur obnoxii.

Vnde in concilio Toletano quarto, c. 72. legitur.

¶ Ad clericatum suscipiuntur, qui nullo obsequio retento, a Dominis suis libertatem percipiunt. C. V.

QVicumque libertatem a dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi in eis obsequiũ patronus retentet; isti, si sine crimine † sunt ad clericatus ordinem liberi suscipiantur; quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro

Pol.l.2.t.37. Bur.l.2.c.25 Iuo p.6.c. 126. Pan.l.3.c.46. † *crimine capitali*]

eo, quod adhuc patroni seruitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi, ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis serui.

Capi.l.1.c.88 [*Item ex concilio Toletano* [a], 82. *cap.*]

Extra de ser. non ordi.c.2 Bur.l.2.c.31. Iuo p.6.c.132 Pan.l.3.c.163.

PALEA. C. VI.

DE seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos promouentur †, placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere: & statutum est, vt nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere præsumat; nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et, si quilibet seruus dominũ suum fugiens, aut per † litteras, aut adhibitis testibus munere cõductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, decretum est, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si verò auus, vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filiũ genuerit, & ipse filius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & verum seruus sit, ignotum † sit, & postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit, sancitum est, vt si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. ¶ Si vero eum catena seruitutis a castris dominicis abstrahere voluerit, gradũ amittat, qui iuxta sacros canones, vilis persona manens, sacerdotii dignitate fungi non potest.

† *indiscrete promouebãtur.*] capitu. † *aut lati-tans.*] capit. † *ignorauerit.*] capitu.

[a] ¶ Toletano] *Sic etiam citatur apud Burchardum & Iuonem. In Pannormia vero a versi.* si quilibet seruus. *citatur ex 1. lib. capitularium, vbi integrum extat hoc caput, atq; etiam caput post hoc secundum.* De rebus vero illorum.

Ex cõcil. Toleta. 1. c. 10.

Itẽ ex cõcilio Martini Papæ [1. *ex c. Mart. Episcopi Bracar. c.* 46.]

¶ Sine patroni consensu ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus. C. VII.

SI quis obligatus est tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus: nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.

[*Ex concilio Toletano* [a], *capitulo secundo.*]

PALEA. C. VIII.

Bur.l.2.c.23. Iuo p.6.c.38. † *al. peculio.* † *vendicare.*] capitul.

DE rebus vero illorum, vel peculiari †, qui a propriis dominis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos iure promoueãtur, statutum est, vt in potestate dominorum consistat quidquid ante libertatem habuerunt, verum illis concedere, an sibi retinere † voluerint.

[a] ¶ Toletano] *Hæc Palea in capitularibus habetur coniunctè cum Palea antecedente.* De seruorũ. *sed apud Burchardum, & Iuonem ex eod. Tolet. separatim referuntur.*

Ceterum si a Dominis suis libertatem consecuti nõ fuerint, & ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint, presbyter peculij amissione mulctetur, diaconus vero, aut vicarium pro se præstabit, aut in seruitutem reuocabitur: ceteri vero gradus non possunt quemquam a nexu seruitutis absoluere.

† *al. Martino.*

Vnde Gelasius scribit Martino †, *& Iusto Episcopis.*

¶ Seruus

¶ Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium, peculii amissione mulctetur. C. IX.

EX antiquis regulis, & nouella synodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias seruituti, cingulo cœlestis militiæ non præcingi †. Sed nescio vtrum ignorantia, an voluntate rapiamini, ita vt ex hac causa † nullus pene Episcoporum videatur exsortis. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumstrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur constitutum. ¶ Actores siquidem illustris viri filii nostri Amandi grauiter conqueruntur homines suo iuri debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum concilium (quod tantorum collectione † Pontificum sub omnium saluberrimæ prouisionis assensu constat esse perfectum) huiusmodi personæ suscipi non deberent: verũ etiã si qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint ignorantia faciente, suscepti: eliminati prorsus, & exuti religioso priuilegio ad dominorũ suorũ possessiones iusta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres charissimi, eos, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstrauerint detineri, discussos, & obnoxios approbatos, custodito legũ tramite, sine intermissione restituite: ita vt si quis iam ex his presbyter reperitur, in eodẽ gradu peculii sui † amissione mulctatus maneat. Diaconus vero aut vicarium præstet, aut si non habuerit, ipse reddatur. Reliqua vero officia sciant neminem posse ab hac obnoxietate, si conuincitur, vendicari; quatenus hoc ordine custodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratione turbentur.

Sensus in ep. ad episc. per Lucaniam. &c. c. 16. Pol. l. 2. ti. 31. Ans. l. 7. c. 29. † *al. culpa.* Iuo p. 6. c. 353. Pann. l. 3. c. 164. † *al. colla-tione.* † *al. sui sola.*

Idem Herculentio, Stephano, & Iusto Episcopis.

¶ Seruus, clericus factus, seruituti obnoxius maneat. C. X.

FRequens equidem, & assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra nouiter directa cogitantes, obnoxias possessionibus †, obligatasque personas venientes ad clericalis officii cingulum non refutant. ¶ Nuper enim actores illustris feminæ Placidæ, petitorii oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis, siue Clusitanæ † vrbis antistitem, Antiochum seruum iuris patronæ suæ (absentis dominæ occasione capta) ad presbyterii honorem vsque produxisse, eiusque fratrem Leontium clericalis officii priuilegio decorasse. Et ideo, fratres charissimi, inter supradictos actores, & eos, qui extremæ conditionis repetuntur obiectu, cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus, vt omni veritate discussa, si reuera obiectam sibi maculam, iustæ refragationis non poterit ratione diluere, Leontium clericum, quem gradus præfinitus legibus non defendit, ad sequendam conditionis suæ necessitatem modis omnibus reddi iubeatis: Antiochum vero, quia propter sacerdotium reconciliari † non potest, si in sua ecclesia in hoc, in quo est, honore collocare desiderat domina, non velut

Poly. ibid. Ans. l. 7. c. 30. † *al. possessoribus.* Iuo p. 6. c. 354. Pan. l. 3. c. 165. † *al. Cusilinatis.* † *al. retolli.*

redditum sibi habeat, sed pro mysteriorum celebratione susceptum.

a ¶ Reddi iubeatis] *In plerisque vetustis exemplaribus Gratiani, Anselmo, Iuone, & Polycarpo legitur,* redhibete. *sed ob glossam non est mutatum.*

Idem Rufino, & Aprili episcopis.

¶ De eodem. C. XI.

Supra dist. x. c. xi. Iustin. nouell. constit. 123. circa fin. Deusdedit p. 4. Iuo p 6. c. 104. & p. 4. c. 179. Pann. l. 2. c. 150.

QVi aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni; nisi qui impunitum tantum æstimet transire commissum? Actores siquidem filiæ nostræ illustris, & magnificæ fœminæ Maximæ, petitorii nobis insinuatione conquesti sunt, Siluestrum, atque Candidum originarios suos contra constitutiones, quæ supradictæ sunt, & contradictione præeunte a Lucerino Pontifice diacones ordinatos; Ideo, fratres charissimi, tantæ præuaricationis excessus noueritis sagacius inquirendos, & si constiterit querelam veritate fulciri; continuo, qui contradictione præeunte non legitime sunt creati, a sacris officiis repellantur.

Idem episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1. cap. 16.

¶ Nec ad religiosæ vitæ propositum, nec ad clericatus officium serui sine dominorum consensu admittantur. C. XII.

Pol. l. 4. t. 34. Ans. l. 7. c. 196. Iuo p. 6. c. 100.

GEneralis etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur vniuersi passim seruos, & originarios dominorum iura possessionumque [a] fugientes, sub religiosæ conuersationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conniuentibus quoque præsulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amouenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena peruadi, aut publica videatur disciplina subuerti: præcipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conueniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi, conditioneque iurgari; aut videri (quod absit) obnoxia. Quibus solicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasteriis præesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ seruituti, vel religiosis congregationibus putauerint applicandas nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ † testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se proprii honoris non ambigant, communionisque subituros, si super hac re cuiusquã verax nos querela pulsauerit. ¶ Magnis quippe studiis secundum beatum Apostolum præcauendum est, ne fides, & disciplina Domini blasphemetur. *Idem.* ¶ Nihil perire credimus ecclesiasticis vtilitatibus; si, quæ sunt aliena, reddantur.

c. 47. Iuo p. 16.

† *al. scriptionis.*

1. *Tim.* 6. 2. *Pet.* 2.

a ¶ Possessionumque] *Emendatum sic est ex decreto Gelasii, cum antea legeretur,* possessionemque. *Nam originarij non solum dominis, sed fundis, ac possessionibus addicti erant. l. quemadmodum & l. originarios lib. xi. Cod. titu. de agricol. Ac propterea supra in c. frequens. non est mutata vox,* possessionibus, *quamuis in plerisque vetustis codicibus legatur,* possessoribus.

b ¶ Idem

b ¶ Idem] *Hac non sunt inuenta apud Gelasium, neque apud ceteros collectores habentur.*

3 *Hoc tunc obseruandum est, cum dominus & seruus eiusdem professionis inueniuntur. Ceterum si Iudaus mancipium Christianum emerit, iudicis, vel episcopi auctoritate, etiam eo inuito, ad libertatem debet perduci.*

Vnde Gregorius Libertino prafecto Sicilia lib. 2. epi. 37. seu c. 76.

¶ Ad libertatem perducantur mancipia Christiana a Iudæis comparata. C. XIII.

MAncipia Christiana, quæcumque Iudæum comparasse patuerit, ad libertatem iuxta legum præcepta sine omni ambiguitate perducite; ne quod absit, Christiana religio Iudæis subdita polluatur. *Item ex concilio Toletano 3. c. 14.*

C. ne Iudæus Christianũ mancipium. §. nulla.

¶ Officia publica Iudæis non sunt committenda. C. XIIII.

NVlla officia publica Iudæis † iniungantur, per quæ eis occasio tribuatur, Christianis pœnam inferre. Si qui vero Christiani ab eis iudaismi ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio ad libertatem, & religionem redeant Christianam.

† *al. Iudaos opus est agere.*

De his autẽ, qui in infidelitate empti, ad gratiam baptismi venire desiderant, quid fieri debeat, Gregorius Papa scribit Fortunato Neapolitano episcopo lib. 5. epist. 31. seu c. 131.

Ioan. diac. l. 4. nu. 47.

¶ In libertatem vendicentur serui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt. C. XV.

FRaternitatem vestram de his oportet esse solicitam. Et si de Iudæorum seruitio nõ solum Iudæus, sed etiam quisquam paganorum fieri voluerit Christianus, postquam voluntas eius fuerit patefacta, ne hunc sub quolibet ingenio, vel argumento, cuipiam Iudæorum venundandi facultas sit; sed his, qui ad Christianam cõuerti fidem desiderat, defensione vestra in libertatẽ modis omnibus vendicetur. ¶ Hi vero, quos huiusmodi oportet seruos amittere, ne forsitan vtilitates suas irrationabiliter æstiment impediri, solicita vos hæc conuenit consideratione seruare; vt si paganos, quos mercimonii causa de externis† finibus emerint, intra tres menses dum emptor, cui † venditi fuerint, non inuenitur, fugere ad ecclesiam forte contigerit, & velle se fieri di† xerint Christianos, vel etiam extra ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint: pretium eorum a Christiano scilicet emptore percipiant. Si autem post præfinitos tres menses quibusdam huiusmodi seruorum velle suũ edixerit †, & fieri voluerit Christianus; nec aliquis eum postmodum emerit †, nec dominus qualibet occasionis specie audeat venundare, sed ad libertatis proculdubio præmia perducatur: quia hũc non ad vendendum, sed ad seruiendum sibi dicitur † comparasse †.

Iuo p. 13. c. 106. Pol. l. 7. t. 14.

† *al. extraneis.*

† *cui venди debeant*] orig.

† *al. dixerit.*

† *emere*] orig.

Ioan. diac. l. 4. c. 46.

† *intelligitur*] orig.

† *al. reseruasse.*

[*Idem Ianuario Caralitano episcopo, lib. 3. epist. 9.*]

PALEA. C. XVI.

Iuo par.13. cap. 102.

SI quilibet Iudæorum seruus ad venerabilia loca confugerit causa fidei, nullatenus eum patiamini præiudicium substinere: sed siue olim Christianus, siue nūc fuerit baptizatus, sine vllo Christianorum [a] pauperum damno religioso ecclesiasticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

a ¶ Christianorum] *Ioannes diaconus in vita S. Gregorij, lib. 4. nume. 46. referens hanc epistolam, & Iuo p. 13. c. 102. habent hanc vocem: quæ tamen abest a codicibus epistolarum S. Gregorij tam impressis, quam manuscriptis, qui sunt collati.*

[*Item ex concilio Toletano* 12. *c.* 9.]

PALEA. C. XVII.

Bur.l.4 c.86. Iuo p.1.c.280 † *Vt si*] orig.

ET si † Iudæorum serui nondum adhuc cōuersi ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur.

[*Item ex concilio Matisconensi* 1. *c.* 16.]

PALEA C. XVIII.

Bur.l.4.c.88 Iuo par.1. cap.282.

PRæsenti concilio, Deo auctore, sancimus, vt nullum Christianum mācipio Iudæo deinceps seruiat; sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicumq; Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, similiter faciat; quia nefas est, quem Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, blasphemum Christianæ religionis in vinculis tenere. Quod si acquiescere his quæ statuimus, quicumque Iudæus noluerit; quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium † ipsum cum Christianis, vbicumque voluerit, habitare.

† *al. mancipio ipsi.*

a ¶ Præsenti] *Caput hoc eodem modo refertur a Burchardo, & Iuone: in concilio tamen ipso paulo aliter habetur, & nonnulla desunt.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 10.

¶ De eodem. C. XIX.

Pol.l.2.ti.31. Bur.l.2.c.24 Iuo p.6. c.125. Iustinian. de sanctissi.epi. §.si seruus.& in authen. si seruus. de episc. & cleri. Authen. de monachis.§. hinc autem.

SI seruus, absente, vel nesciente domino, Episcopo tamen sciente, quod seruus sit, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, Episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si vero episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicauerint ordinari, simili redhibitioni teneantur obnoxii.

Item constitutio nona.

¶ De eodem. C. XX.

SI seruus sciente, & non contradicente domino, in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipso, quod constitutus est, liber, & ingenuus erit. Sed si ignorante domino, liceat ei intra spatium vnius anni & seruilem fortunam probare, & seruum suum accipere. Verum etiam si legitimo probato experimento monachus efficiatur, euadit iugum seruitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monaste-

monasterio permanere: postea vero si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Episcopalis enim ordo liberat a fortuna seruili, vel adscriptitia, sed non a curiali, siue officiali: nam & post ordinationem durat. Sed & ius patriæ potestatis soluit episcopalis dignitas. Adscriptitios vero in ipsis possessionibus clericos etiam præter voluntatem domi norum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant.

Tit. de sanctis. episcopis. §. sed & quidem. Auth. epistolis, de episco. & cler. eod. Auth. sed epistolis eod. Auth. adscriptitios eod.

¶ *Extat hoc caput ad verbum in epitomis nouellarum constitutionum ab Irnerio descriptis, quæ post codicē poni solent; itemq; nouella 123. c. 26. per Iulianū antecessorem. Verba autem quæ addita erant in titulo*, Leo Imperator omnibus episcopis, *videntur illuc irrepsisse ex sequenti titulo.*

Item Leo Papa omnibus Episcopis, epist. 1. c. 1.

¶ De eodem. C. XXI.

ADmittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii (tamquam seruilis vilitas hunc honorem iure capiat) prouehuntur. *& infra.* Ab his itaque fratres charissimi, omnes vestræ prouinciæ abstineant sacerdotes: & non tantum ab his, sed etiam † ab aliis originariis, vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi forte eorū petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vendicāt potestatis.

Ansel. 7. c. 25. Bur. l. 2. c. 22. Iuo p. 6. c. 64.

† *& ab aliis, qui aut originali, aut alicui* orig.

4 *De seruis monasterij quæritur, an ecclesiasticis officijs possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut supra dictum est, nisi a proprijs Episcopis libertatem consequantur. Porro seruus monasterij libertatem cōsequi non* [a] *valet. non ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quod autē liber fieri non possit, probatur auctoritate octauæ synodi, in qua sic statutum legitur.*

a ¶ Non valet] *In primo Vaticano post hæc verba sequitur:* qui enim sunt monasterii in nullius ius transire possunt. Vnde ne abbas potest dicere, hoc meum est: non ergo, &c. *Caput autem, quod nunc a Gratiano citatur, alibi repertum non est, quam apud Isidorum Hispalensem in reg. monach. c. de famil. vita.*

¶ Monasterii seruum abbati, vel monacho non licet liberum facere C. XXII.

ABbati, vel monacho monasterii seruum non licebit facere liberum. Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non potest. Nam sicut etiam sæculi leges sanxerunt, non potest possessio alienari, nisi a proprio domino.

Isidorus Hispal. in reg. monach. c. de famil. vita.

Hac auctoritate prohibentur serui adipisci libertatem recedendi ab obsequijs monasterij: sed non prohibentur nancisci libertatē promouendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus monasterij obsequijs perpetuo deseruire: ac sic seruus monasterij & libertatem adipisci, & sacris officijs associari valet. Vnde in alio capitulo præfatæ constitutionis hac causa redditur [Iniustum [b] *est enim, vt monachis rurale opus facientibus, serui eorū otio torpeāt, ac delitijs affluant.]*

b ¶ Iniustum] *Insta 17. q. 4. c. in venditionibus. versi. iniustum. hoc ipsum citatur ex concilio Agathensi, vbi etiam extat, c. 56.*

Quod autē serui ecclesiarum (quo nomine etiā monasterij seruos significari intelligimus) ad sacra religionis propositū debeāt assumi, † al. præsidēs *auctoritate Grego. probatur, qui in generali synodo residens † dixit.*

¶ Si conuersationis probatæ fuerit famulus ecclesiæ, potest ordinari. C. XXIII.

† al. ex.
Ex decretis P. Gregorii in extremo 12. li. regesti, & aliqua ex parte l. 4. ep. 44. Ioan. di aco. l. 2. c. 16. In cōci. Tribur. c. 29. Ansel. l. 7. c. 184. Pol. l. 6. t. 16.

MVltos de † ecclesiastica familia, seu sæculari militia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi in diuino seruitio valeant familiarius in monasteriis conuersari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici iuris domi nium occasionem præbemus. Si vero festinantes ad omnipotentis Dei seruitium incaute retinemus; illi inuenimur negare quædam, qui dedit omnia. Vnde necesse est, vt quisquis ex iuris ecclesiastici seruitute, vel sæcularis militiæ, ad Dei seruitium conuerti desiderat; probetur prius in laico habitu cōstitutus. Et si mores illius, atque cōuersatio, bono desiderio illius testimoniū ferunt; absq; vlla retractatione seruire in monasterio omnipotenti Deo permittatur; vt a seruitio humano liber recedat, q diuino amore districtiorē subire appetit seruitutē: Si autem & in monastico habitu, secundum Patrū regulas irreprehensibiliter fuerit conuersatus; post præfixa sacris canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet ecclesiasticum officium prouehatur: si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in testamēto veteri morte mulctantur.

Ecce quomodo serui ad clericatum assumi valeant; vel quomodo non admittantur. Liberti quoque non sunt promouendi ad clerum, nisi ab obsequijs sui patroni fuerint absoluti. Vnde in concilio Elibertano, cap. 80.

¶ Absque patroni assensu liberti non promoueantur ad clerum. C. XXIIII.

PRohibendum est vt liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clerum non prouehantur.

DISTINCTIO LV.

I ps — C*Orpore vero vitiati similiter a sacris officijs prohibentur. Vnde Gelasius Papa episcopis per Lucaniam, & Brutios constitutis, epist. 1. c. 2. & 3. scribit dicens.*

¶ Qui de monasterialibus discipulis ad clericale munus accedit, & de laicis: ante acta eius vita examinetur. C. I.

Iuo p. 3. c. 142 & 143. Pol. 2. t. 31. Ansl. 7. c. 47

PRiscis igitur pro sui reuerentia manentibus conditis (quæ, vbi nulla vel rerum, vel temporum perurget angustia, regulariter conuenit custodiri) eatenus [a] ecclesiis, quæ vel cunctis sunt priuatæ † ministris, vel sufficientibus vsqueadeo despoliatæ seruitiis, vt plebibus ad se pertinētibus diuina munera supplere non valeāt, tam instituēdi, quam promouendi clericalis obsequii sic spatia dispensanda concedimus: Vt si quis

si quis monasterialibus disciplinis eruditus ad clericale munus accedit, etiam de laicis anteacta eius vita requiratur. ¶ Ne sit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia sordidatus, vel corpore vitiatus, vel seruilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica pœnitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione discussus.

a ¶ Eatenus ecclesiis] *Restitutus est hic locus ex epistola Gelasii, & Iuone.*

b ¶ Monasterialibus] *Hic de industria videntur Gelasii verba mutata, & in compendium redacta, integra autem referuntur infra dist. 77. c. si quis & ibi legenda.*

Item ex concilio Arelatensi, 3, c. 3.

¶ Annuæ suspensioni subiaceat, qui præter canonum formam aliquem ordinat. C. II.

NVllus pœnitentem, nullus bigamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam prope omnium canonum instituta contineant; tamē ne cuiquam sacerdotum supplicantium (sicut iam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat; necesse fuit, vt nunc seueriorem regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere. & ideo, quicumque ab hac die contra ea, quæ superius sunt comprehensa, clericum ordinare præsumpserit; ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno integro Missas facere † non præsumat. Quam rem si quis obseruare noluerit, & contra constitutum fratrum faciēs Missas celebrare præsumpserit: ecclesiæ [c] communione priuetur, & ab omnium fratrum communione † nouerit se alienum: quia dignum est, vt seueritatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter a sanctis patribus instituta obseruare contemnit.

† *al. celebrare.*

† *al. charitate.*

c ¶ Ecclesiæ communione priuetur] *Hæc verba non sunt in ipso concilio, & videntur idem significare, ac sequentia: sunt tamen in vetustis quoq; Gratiani codicibus.*

Item Hilarius in concilio Romano ab ipso habito, cap. 3. [paulo tamen aliter.]

¶ Non ordinentur pœnitentes, vel illitterati. C. III.

POEnitentes, vel inscii litterarum, aut aliqua membrorum damna perpessi ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis autem talium cōsecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet. Ans. l. 7. c. 16.

Corpore autē vitiati intelliguntur non casu, sed propria voluntate abscisi. Vnde in canonibus Apostolorum, c. 22. & 23. legitur.

¶ Qui semet ipsum absciderit, non ordinetur. C. IIII.

SI quis abscidit semetipsum [id est, † si quis amputauit sibi virilia] non fiat clericus: quia sui est homicida, & Dei conditionis inimicus. ¶ Si quis cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur; quia sui est homicida.

Ex prisca versione.

† *ista est glossa in vetere versione.*

Item ex concilio Arelatensi 2, c. 7.

P

Item ex concilio Arelatensi, 2.c.7.

¶ Non producantur ad clerum, qui seipsos abscindunt. C. V.

†*Si qui*] ori.

HI †, qui se, carnali vitio repugnare nescientes, abscindunt; ad clerum peruenire non possunt.

Item Innocentius scribit Felici Nucerіano episcopo, epist. 4. c. 1.

¶ Non est ordinandus, qui partem digiti volens sibi abscidit. C. VI.

In conc. Tribur. c. 33. Pol. l. 2. c. 31. Bur. l. 2. c. 14. Iuo p. 6. c. 58. Ansl. l. 7. c. 35. Pan. l. 4. c. 43 †*al. vindicata.*

QVi partẽ cuiuslibet digiti sibi ipsi volẽs abscidit: hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curã impendit, aut aliquid faciens se nõ sponte percussit: hos canones præcipiũt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, nõ abiici †. ¶ In illis enim voluntas est iudicata †, quæ sibi ausa fuit ferrum iniicere [a]: in istis vero casus veniam meruit.

a ¶ Iniicere] *In originali sequitur,* quod scilicet & alii id facere dubitari non possit; in istis, &c.

Similiter vero intelligendum est de ijs, qui per languorẽ a medicis secantur, aut a barbaris abscinduntur, aut a dominis castrantur.

Vnde in Niceno concilio, cap. 1. legitur.

¶ Qui per languorem a medicis desecatur, ad clerum valet admitti. C. VII.

In Tribu. ib. Ansl. l. 7. c. 36. Poly. ibid. † ἐξιτραζόμενον. † ἄλλως ἄξιοι.

SI quis a medicis propter languorem desectus est; aut a barbaris excisus, hic in clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscidit; hunc & in clero constitutũ † abstinere conuenit, & deinceps [b] nullum debere talium promoueri. Sicut autẽ hoc claret, quod de his, qui hanc rem affectant, audẽtq; semetipsos abscindere, dictum sit, sic eos, quos aut barbari, aut domini castrauerũt, si inueniuntur aliàs † dignissimi; tales ad clerum suscipiat regula.

b ¶ Et deinceps] *Hu verbis nihil respondet in Græco vulgato codice: sed optime apud Balsamonem quemadmodum & in Carthaginensi 6. in capitulis Nicænæ synodi a Tesilone, & Theaństo versis.*

Item ex canone Apostolorum Vigesimo primo.

¶ Licite ordinetur episcopus, qui per hominum insidias eunuchizatur. C. VIII.

EVnuchus, si per [a] insidias hominum factus est, vel si in persecutione, eius amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, fiat episcopus [b].

a ¶ Per insidias] ἐξ ἐπηρείας, id est, ex insultu, & iniuria.

b ¶ Episcopus] *In Græcis exemplaribus non habetur vox ista, & videtur subintelligi* κληρικός.

Item ex Martino Bracharensi episc. in capitulis synod. Græc. c. 21

¶ Non

¶ Non excluduntur a clero, qui a medicis, vel barbaris, vel a dominis suis castrantur. C. IX.

SI quis pro ægritudine naturalia a medicis secta habuerit, similiter & qui a barbaris, aut dominis suis fuerint castrati, & morib. digni fuerint visi, hos canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem sanus, non per disciplinam religionis, & abstinentiæ, sed per abscissionem psalmati a Deo corporis existimans posse a se carnales concupiscentias amputari, castrauerit se; non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam ante fuerit promotus ad clerum; prohibitus a suo ministerio deponatur. Iuo par. 6. cap. 374. Pan. l. 3. c. 56.

Item ex concilio Ilerdensi. Concordat Triburiense cap. 33. Bur. l. 2. c. 15.

¶ Non prohibetur a sacris ordinibus, qui a medicorum incisione claudus efficitur. C. X.

SI quis in infirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus. Iuo p. 6. c. 34. Pan. l. 3. c. 42.

Item Stephanus Roberto Metensi episcopo. Iuo p. 6. c. 118 Pan. l. 3. c. 42.

¶ Non prohibetur a clero, qui digitum sibi casu abscidit. C. XI.

LAtor præsentium Flauius † scilicet clericus ad sanctam sedem Apostolicam veniens, detulit a te nobis directam epistolam, qua in dagare studuisti, eum a Normannis nuperrime captum, sinistræ manus digitum habere abscissum: sciscitans, si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem valeat promoueri, an non. ¶ Quod & nos reperientes, quia solertia tua magis super hoc solicita a sede Apostolica doceri flagitat, normā iustitię semper sequi exoptās, studiū tuę sanctitatis merito collaudamus, reuerentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est, quod a Normannis digitum ipsum habeat abscissum, ad promouendum (si aliàs dignus fuerit) nihil nocebit: eo quod quid de his, qui a dominis, vel medicis, siue a paganis non sponte tale quid patiuntur, sacri censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus. † *al. Flauianus.*

Item Gelasius Papa Palladio episcopo.

¶ Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non admittitur. C. XII.

PRæcepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore non patiuntur venire, ita & si quis in eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amittere nō potest, quod tempore suę sinceritatis accepit. ¶ Stephanus siquidem presbyter petitorio nobis defleuit oblato, quod habetur in subditis, Olim sibi ante annos plurimos collatam presbyterii dignitatem quam re vero immaculati corporis iudicio † susceptisset; sed nuper propter prouinciæ vastitatem (quam Thusciæ præ omnibus, Barbarorum feritas Ans. l. 7. c. 39. Iuo par. 6. cap. 107. Pan. l. 3. c. 55. Pol. l. 2. t. 31. † *in eo actu*] Iuo. † *al. indicio.*

diuersa sectantium, & ambiguitas inuexit animorũ) dum imminentes gladios euadere fugæ præsidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens, interiores partes corporis interuisse suggessit, quæ vix adhibita curatione bieunio potuissent abstergi †. Et ideo frater charissime, supradicto locum suum, dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta mysteria, sicut consueuit, exerceat. Neque enim conuenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum in inualetudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

† al. abstringi.

e ¶ Quod habetur] *Sic est emendatum ex Anselmo, & antiquis codicibus Gratiani. Nam hac est vsitata forma in epistolis Romanorum Pontificum, ubi propria verba petitionum subiungunt. Antea legebatur,* quod haberet.

2 *Hoc autem nõ de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amiserit, licet desit voluntas; tamen sacerdotium adipisci non potest.*

† al. Pelagius.

Vnde Gelasius † scribit Rufino episcopo.

¶ Non sunt præstanda iura sacerdotii, cui oculus erutus est. C. XIII.

Polycar. ibi. Ans.l.11.c.69 *Matth.* 5.

SI euangelica admonitio iracundiam nec vsque ad verbum furentem prosilire permittit, ne si Racha fratri suo quis dixerit, sit gehennæ ignis: quali putamus pœna plectendum esse, qui non solum pugno impie percussit in leuitici hominem officii ministerio seruientem; sed quasi non sufficeret ad cædem manus, ita (instigante se diabolo) raptus est ad iracundiam, vt fuste non solum percuteret, sed etiã erueret oculũ fratris? Et quamuis huiusmodi excessus grauiori esset pœna plectẽdus; bene tamẽ fraternitas tua fecit, ab officio eũ presbyterii remouere. Hoc tamẽ solicitudinis tuæ sit, vt locũ ei pœnitẽtiæ ei constituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communione concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbyterum. Nam illi, cui erutus est oculus, non possunt secundum canones sacerdotii iura cõcedi. Neque enim aliquid ei prodest, quod oculum inuitus amisit; cum nec volens quisquã oculum amisisse credendus est, nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotiũ adipiscendũ nõ impediret, suis excepisse regulis inuenimus: sed hoc tantummodo ad prohibitionem suffecisse videmus patribus, vt qui careret oculo, sacerdotii officiũ adipisci non possit. Sed nec illi vllatenus, quam in compensationem iniuriæ sacratus ordo concedi poterit, qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare, vt & ille officium, in quo erat, amitteret, & iste prouectus sui perderet facultatem.

Iuo p.6.c.111

DISTINCTIO LVI.

1 *Presbyterorum etiam filij ad sacra officia nõ sunt admittendi.*
ps *Vnde Vrbanus Papa secundus ait.*

¶ Filii presbyterorum a sacris prohibentur officiis. C. I.

PResbyterorũ filios a sacris altaris ministeriis remouemus; nisi aut in cœnobiis, aut in canoniis † religiose probati fuerint conuersati.
2 *Sed hoc intelligendum est de illis, qui paternæ incontinentiæ imitatores fuerint. Verum si morum honestas eos commendabiles fecerit; exemplis & auctoritatibus non solum sacerdotes sed etiam summi sacerdotes fieri possunt.*

[*Vnde Damasus Papa scribit.*]

PALEA, C. II.

OSius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi presbyteri. Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolæ. Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluerii † episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi. Felix enim tertius, natione Afer ex patre episcopo Valerio natus est. Itẽ Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originem duxit. Complures etiam alii inueniuntur, qui de sacerdotibus nati Apostolicæ sedi præfuerunt.

¶ *In aliquo vetusto Gratiani codice adscribitur hic nomen Palea. In decimo Vaticano, & alijs quibusdam habetur coniuncte cum verbis superioribus Gratiani a versi.* Felix enim tertius, *vsque ad finem. In alio autem satis etiam emendato ista eadem cohærent cũ superioribus: sed post illa verba,* ex patre Gordiano presbytero originem duxit, vnde Damasus Papa scribit. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolæ, Agapitus filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma, Siluerius Papa filius Hormisdæ episcopi Romæ. Complures etiam, &c. *Nec vero magnopere mirandum est hac omnibus ex Damaso citari, qui vixit ante istos, qui hic enumerantur. Liber enim qui Pontificalis dicitur, vbi hæc scripta suis locis leguntur, a Damaso cœptus est scribi: ideoque licet ab alijs multa deinde sint addita; retinuit tamen primi auctoris nomen: Iuo quidem eadem fere ista refert ex Gestis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam huius capitis, saltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptum esse constat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite, & capite penultimo huius distinctionis. Auctor vero Paleæ, dum vnum per se caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præsertim in repetitione Felicis tertij, & illud de Osio temere adiunxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.*

Hinc Augustinus ait libro de bono coniugali, c. 16.

¶ Vitia parentum filiis non imputantur. C. III.

VNdecumque homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant, honesti & salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est; & eo male vtentibus

In concilio Claremontensi, cap. 25. & Melphiensi, & in cõcilio Inn. ij. cap 19. Sentẽtia est in conc. Latera. sub Alex. iij. p. 19. c. 2.
Ex decretis Greg. vij. & Vrbani ij.
† *al. canonicis. al. canonicis regularibus.*
Ansl. 6. c. 1. 150.
Iuo p. 6. c. 410.
Pan. l. 3. c. 51.
In Põtificali.
† *al Hormisda.*
Iuo in prologo.
Pan. in prologo, c. 30. & lib. 3. c. 52.
Sent. 4. dist. 33. 32 q. 4. sicut. §. vndecumque. in fine.
Iuo in prologo, & p. 6 c. 415.
Pan. in prologo, c. 29.

male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filii adulterorum, nulla est defensio adulterii; † sic mali filii coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

† al. adulteriorum] Gl. ad illa verba, *Iudas autē genuit, &c.* Sent. ibid.

Item Ioannes Chrysostomus homilia tertia in Matthaeum.

¶ De eodem. C. IIII.

Iuo par. 6. cap. 414.

NVmquam de vitiis erubescamus parentum, sed vnum illud quęramus,[a] & amplectamur, virtutem videlicet. Huiusmodi enim etiā si alienigenam quis habeat matrē, etiā si fornicatione pollutā, vel quolibet eiusmodi dedecore sordidatam; nihil tamen de eius aut vtilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobriis. *Idem infra.* ¶ Non est omnino, nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis, aut cu[...]andus: nemo inde vere aut obscurus aut clarus est: imo etiam (si quiddam[b] a communi opinione abhorrēs dicendū est) nescio quomodo ille magis resplendet, qui ex parentibus a virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

a ¶ Quæramus] *In versione, quæ nunc vulgata est, legitur,* atque omnibus studiis assequamur nobilitari propriarum honore virtutum. *Græce integer locus ita habet:*

παιδεύωμεν καὶ ἡμᾶς· διὰ τούτων μηδέποτε ἐγκαλύπτεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων κακίᾳ, ἀλλ' ἓν μόνον ἐπιζητεῖν, τὴν ἀρετήν.

b ¶ Siquiddam a communi] *Sic est emendatum ex Græco, εἰ δὲ χρή τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν. Antea legebatur, quemadmodū fere & in Vulgata versione, & apud Iuonem,* vt consideratius aliquid dicamus, aut expressius.

Item Hieronymus in epistola ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani.

¶ Non parentum, sed propria culpa quemque condemnat.
C. V.

Iuo par. 6. cap. 413.

NAsci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur; sed illius, qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, quæ fouet; non semen, quod in sulcis iacitur; non humor, & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant; sed, verbi gratia, fur, & latro, qui fraude, & vi eripit semina; sic in generatione hominum recipit terra, id est vulua, quod suum est, receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit, & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur, idemque est corporis creator, & animæ. Noli despicere bonitatem figuli tui, qui te psalmauit, & fecit, vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui in vtero virginis ædificauit sibi domum. Iephte inter viros sanctos Apostoli voce numeratus meretricis est filius. Sed audi. Esau de Rebecca, & Isaac genitus

Eccl. 33. *2. Cor.* 1 *Iudic.* 11.

hispidus

hispidus tam mente, quã corpore, quasi bonum triticum in lolium, auenasque degeneraret: quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est, atque virtutum.

Item Augustinus contra Faustum, lib. 22. c. 64.

¶ Iniquitates parentum filiis obesse non possunt. C. VI.

SPonsus ille, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, suis congruẽs inuitatis, nasci etiam voluit de bonis & malis: quo exemplo discant fideles parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. *Matth. 22.*

¶ *Apud B. Augustinum lib. 22. contra Faustum, c. 64. sic legitur,* Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde sponsus ille suis congruens inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam nasci voluit de bonis, & malis. *Et ex his compositum est hoc caput.*

Item Gregorius ad Columbũ episcopũ Numidiæ, lib. 10. epist. 8.

¶ Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deiicit gradu. C. VII.

SAtis peruersum; & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustra pro quorundam voluntatibus quis priuetur, quem sua culpa, vel facinus ab officii, quo fungitur, gradu non deiicit.

Item Hieronymus.

¶ Ex adulterinis nati coniunctionibus a sacerdotio non prohibentur. C. VIII.

DOminus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commistionibus nasci, nobis magnam fiduciam præstans, vt qualicumque modo nascamur, dum tamen eius vestigia imitemur ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est Pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus; ita qualicumque ordine natus sit aliquis, tantum † vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, sitque litteratus, & vir vnius vxoris; nequaquam a sacerdotio repellitur. Iudas enim Patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua, & ex illo concubitu nati sunt Phares, & Zaran: inde postea Salmon, qui fuit dux in deserto: inde Obeth; [a] inde quoque Booz, inde postea Isai, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est; ideoque si filii eius sumus; quæ ipse fecit, nos imitari debemus.

Ansel. l. 6. c. 149. Pol. l. 2. ti. 31. † *al. tamen* *Gen. 38.* *Ruth. 4.*

a ¶ Inde Obeth] *In primo capite Euangelij S. Matthæi: Booz dicitur genuisse Obeth.*

Itẽ Augustinus de Vnico baptismo contra Donatistas, lib. 1. c. 13.

¶ A populo Dei non separat aliquem materna conditio, sed propria culpa. C. IX.

ISmael, vt separaretur a populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraterna discordia; nec profuit potestas vxoris, cuius ma- Iuo p. 8. c. 61. Pan. l. 6. c. 47.

gis filius erat; quia per ipsius iura coniugalia, & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus.

3 *Contra Bonifacius martyr scribēs Echeldobaldo Regi Anglorum.*

¶ Vitia parentum etiam ad posteros transferuntur. C. X.

Iuo par.8. c. 224. SI gens Anglorum (sicut per istas prouincias diuulgatum est, & nobis in Francia, & in Italia improperatur, & ab ipsis paganis improperium est) spretis legalibus connubiis, adulterando, & luxuriando, ad instar Sodomiticę gentis fœdam vitam duxerit: de tali commistione meretricum æstimandum est degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouissime nec in bello sæculari fortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam: sicut aliis gentibus Hispaniæ, & Prouinciæ, & Burgundionum populis contigit: quæ sic a Deo recedentes, fornicatæ sunt, donec iudex † omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantes [a] legem Dei, id est † per Saracenos venire, & sæuire permisit.

† al. vindex. *† al. etiam.*

a ¶ Per ignorantes] *In epistola B. Bonifacij martyris, (quæ vnà cum multis alijs extat manuscripta in codice sæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ) legitur:* per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. *cum qua lectione concordant aliquot vetusta Gratiani exemplaria, & fere etiam Iuo.*

supra ead. p. presbyterorum. *Vnde Vrbanus in fine superioris capitis distinguendo subiunxit.*

¶ Si religiosi inuenti fuerint filii sacerdotum, ordinentur. C. XI.

¶ *Rubrica huius capitis abest ab aliquot vetustis (neque enim est capitis distinctio) & præponitur sequenti capiti.* apostolica.

† al. canonicis. NIsi aut in cœnobiis, aut in canoniis † religiose probati fuerint conuersari.

Item Alexander II.

Ansl.l.6.c.29. ¶ De eodem. C. XII.

APostolica auctoritate præcipimus vobis, vt si eum, qui ab ecclesia electus est, altero digniorem esse, canonicamq; eius electionem probaueritis; fulti nostra auctoritate consecretis. Nam pro eo, quod filius sacerdotis dicitur, si ceteræ virtutes in eum conueniant, non reiicimus; sed suffragantibus meritis conniuendo eum recipimus.

Hoc autem, quod de filijs sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesiæ introductum videtur: & quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regula trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit Bartholomæo Turon. archiepisc.

¶ Filii sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si ceteræ virtutes in eis inueniantur. C. XIII.

Ansl.l.6.c.29. Pannor.l.3. c.53. COEnomanensem electum pro eo, quod filius sacerdotis dicitur si ceteræ virtutes in eum conueniunt, non reiicimus, sed, suffragantibus

gantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, vt hoc pro regula in posterum assumatur, sed ad tempus ecclesiæ periculo consulitur. Supra ca. Osius.

Cum ergo ex sacerdotibus nati, in summos Pontifices supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione, sed de legitimis coniugijs nati: quæ sacerdotibus [a] *ante prohibitionem vbique licita erant, & in orientali ecclesia vsque hodie eis licere probatur.*

Quod autem vitium originis semini imputari negatur, videtur esse contrarium illi sententiæ [Adulterorum filij abominatio sunt Domino.] sed sicut supra dictum est de presbyterorũ filijs; ita & hoc de filijs adulterorum intelligendum videtur, vt illi dicantur esse abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hæreditaria successione descendunt. Similiter & illud Vrbani intelligendum est, quod ipse scribit Petronio Legionensi episcopo. Sapi. 3. sed paulo aliter.

a ¶ Sacerdotibus ante] *Hic ostendit aperte Gratianus se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina ecclesia presbyteris etiam licuisse uti coniugio, quod in ecclesia Græcorum & olim & nunc permissum est. Id vero minime ita esse superius initio dist. 31. est adnotatum. De illis vero, quos antea narrauit creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est eos, antequam patres ipsorum ullo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.*

¶ De eodem. C. XIIII.

QVia simpliciter ad sedem Apostolicã veniens humiliter peccatum confessus es, quod Pontificii tui videbatur officium impedire, videlicet, quod ex matre non legitima procreatus sis, quam viuente propria vxore pater tuus cognouisse dignoscitur: †Nos Apostolicæ mansuetudinis gratia admonente a ceteris, quæ sacerdotium impediunt, criminibus, tam tui professione, quam fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunem te agnoscentes, & vitam tuam religiosam audientes, ab huius peccati vinculo absolutum in suscepto sacerdotali officio confirmamus. Pan. l. 3. c. 54. † *al. dicitur.*

DISTINCTIO LVII.

1 ps I *Tem, qui in ægritudine constitutus baptizatur; presbyter ordinari non debet.*

Vnde in Neocæsariensi concilio, c. 12. legitur.

¶ Non ordinetur presbyter, qui in ægritudine constitutus baptizatur. C. I.

SI quis in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Nõ enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est: nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut † hominum raritas exegerit. Pol. l. 2. ti. 31. Bur. l. 4. c. 43. Iuo par. 1. c. 227. & p. 6. c. 101.

¶ *Quod canon hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia obseruatum: quemadmodũ ex epist. Cornelij Papæ de Nouatiano patet, cuius verba relata ab Eusebio Historia Eccles. lib. 6. c. 35. istuc spectantia hæc sunt:* Qui quidem, vbi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam grauem morbum, vt iam ferme mori putaretur, incidisset; in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus baptismum accepit: *& paulo post eum de ipsius ordinatione agit,* † *al. &*

adiungit: Qui quidem episcopus, non solum ab vniuerso clero, sed etiam a multis laicis vetitus; quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum assumi; magnopere postulabit, sibi potestatem dari, huic soli manus in sortem presbyterii imponendi.

DISTINCTIO LVIII.

1 ps ITem ex monachali habitu nullus assumitur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit oblatus voluntate proprii Abbatis.

Paulo aliter. *Vnde Gregorius scribit Mariano episcopo Rauennati, lib. 7. epistola* 18.

¶ Monachus non ordinetur clericus, nisi voluntate abbatis episcopo fuerit oblatus. C. I.

NVllus ad ecclesiasticum officium ex monasterio producatur monachus: nisi quem abbas loci admonitus propria voluntate obtulerit episcopo.

& in Afri. c. 47. *Item ex concilio Carthaginensi 5. c.* 13.

¶ De eodem. C. II.

SI quis de alterius monasterio repertum,[a] vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituere:[b] episcopus, qui hoc fecerit, a ceterorum communione seiunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit, & ille neque clericus,[c] neque præpositus perseueret.

a ¶ Repertum] *Græce legitur*, ἐάν τις ἀπ' ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηταί τινα, id est, si quis ab alieno monasterio receperit aliquem.

b ¶ Constituere] *Antea sequebatur*, sine licentia abbatis, & monachorum: *quæ verba sunt expuncta; quia absunt a concilio Carthag. & Africano, & plerisque vetustis Gratiani codicibus.*

DISTINCTIO LIX.

1 ps ITem, qui ecclesiasticis disciplinis imbuti, & temporum approbatione discussi non sunt, ad summum sacerdotium non aspirent. *Vnde ait Zozimus Papa ad Isichium Salonitanum episcopum, epist.* 1.

Ansl. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 102. supra dist. 36. ¶ Non aspiret ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus. C. I.

QVi ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem nõ est, & temporum † approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat: & non solum in eo ambitio inefficax habeatur; verum etiam in † ordinatores eius, vt careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum.

† *temporis*] orig.
† *ordinatores eius careant.*

Idem[a] eadem epistola.

¶ Ad

¶ Ad sacerdotale officium, nullus, nisi per singulos gradus probatus accedat. C. II.

SI officia sæcularia principem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per singulos † gradus examinatis, temporibus deferunt, quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cœlesti militia, quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum, repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret; cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quam discere? Assuescat in Domini castris, in lectorum primitus gradu diuini rudimenta seruitii; nec illi vile sit exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia anteacta testentur. Iure inde summi Pontificis locum sperare debebit. Facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorum; qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas etiam his locis, vbi solitudo est, talium reperitur, dum † parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse iudicii. Rarũ est enim omne, quod magnum est.

Ansl. 6. c. 28.
† *al. plurimos*] orig.
† *al. dum per parochias.*

a ¶ Idem] *Caput hoc antea tribuebatur Urbano. Emendata est inscriptio ex plerisque vetustis Gratiani exemplaribus: habetur enim in eadem epistola.*

Item Gregorius lib. 7. reg. epist. 110.

¶ Cuiuslibet meriti laicus ad summum non aspiret sacerdotium. C. III.

HOc ad nos peruenisse non dissimili dignum detestatione complectimur, quod quidam desiderio honoris inflati, defunctis episcopis tonsurantur, & fiunt repente ex laicis sacerdotes: atque inuerecunde religiosi propositi † ducatum arripiunt; qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus quod isti subiectis præstaturi sunt, qui antequã discipulatus limen attingant, tenere magisterii locum non formidant? Qua de re necesse est, vt quamuis inculpati quisque sit meriti; ante tamen per distinctos ordines ecclesiasticis exerceatur officiis.

Ansl. 6. c. 32.
Pol. l. 2. tit. 1.
† *al. propositi.*

Item Cælestinus episcopis Galliarum, epist. 2. c. 3.

¶ Non aspiret ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus. C. IIII.

ORdinatos vero quosdam, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta, huius vsurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus, cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequẽtissime cautũ est, debeat perueniri, vt minoribus initiati officiis

Bur. l. 1. c. 18.
Iuo p. 5. c. 72.

ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit. omnis vitæ institutio hac ad id, quo tendit, se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit, præceptor non potest esse litterarum. Qui non per singula stipendia creuerit, ad meritum ordinem stipendii non potest peruenire. Solum sacerdotium inter ista, rogo, vilius est, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur?

DISTINCTIO LX.

1 p. *Ecce ostensum ex parte est, qui possint ad sacerdotij ordinem promoueri, & qui non. Nunc autem considerandum est, ex quibus ordinibus in archipresbyterum, vel præpositum, vel episcopum, vel archiepiscopum sint eligendi.*

De his ita statutum est in concilio Vrbani Papæ, celebrato Aluernia.

¶ Archipresbyter, vel decanus, aut archidiaconus non nisi diaconus, aut presbyter ordinetur. C. I.

NVllus episcopus in ecclesia sua, nisi diaconus sit, archidiaconum instituere, nec archipresbyterum, aut decanum, nisi presbyteri sint, ordinare præsumat. Quod, vt districtius teneatur, apostolica auctoritate prohibemus, & interdicimus.

¶ *In capitibus manuscriptis concilij Claræmontensis habiti ab Vrbano II. (quæ non sunt decreta ipsius concilij, sed summa quædã ipsorũ) in tertio hæc leguntur, quæ ad præsentem canonem faciunt:* vt nullus fiat decanus in ecclesia, nisi presbyter; nullius archidiaconus, nisi leuita.

Item Calixtus Papa.

¶ Nullus in præpositum, vel archipresbyterum, nisi presbyter; nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur. C. II.

NVllus in præpositum, nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, nisi presbyter, nullus in archidiacònum, nisi diaconus ordinetur.

¶ *Et rubrica, & caput emendata sunt ex manuscriptis codicibus.*

Item I*nnocentius secundus in concilio Romano, c.* 10.

¶ De eodem. C. III.

Concordat Eugenius ij. in conc. Rhemensi, c. 6. Pann. l. 8. c. 140.

INnouamus autem, & præcipimus, vt nullus in archidiaconum, vel decanum, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Archidiaconi vero, vel decani, vel prępositi, qui infra ordines prænominatos existunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore suscepto priuentur: prohibemus autem, ne adolescentibus, vel infra sacros ordines constitutis,

ſtitutis, ſed qui prudentia, & merito vitæ clareſcunt, prædicti concedantur honores.

Horum vnum propter procacitatem quorumdam ſtatutum eſt, qui nomen præpoſituræ adepti, officium contemnunt, nolentes fieri ſacerdotes: alias enim inane eſſet, cum etiam in epiſcopum eligi poſſint in ſubdiaconatu conſtituti, iuxta illud Vrbani[a] Papæ.

a ¶ Vrbani] *In c. a multis. extra de ætate & qualit. tanquam decretum Vrbani primi citatur: Apud Iuonem vero, & in Pannormia ex ſynodo Beneuentana quæ tempore Victoris tertij, cui Vrbanus ſecundus ſucceſſit, habita fuit: Nam Vrbanus primus centum plus minus annis Nicænam ſynodum anteceſſit.*

¶ Non eligatur in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. C. IIII.

NVllus in epiſcopum eligatur, niſi in ſacris ordinibus religioſe viuens fuerit inuentus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum, & preſbyteratum. Hos ſiquidem ſolos † primitiua legitur habuiſſe eccleſia: ſubdiaconos vero, quia & ipſi altaribus miniſtrant, opportunitate exigēte concedimus; ſi tamen ſpectatæ ſint religionis, & ſcientiæ. Quod ipſum non ſine Romani Pontificis, vel metropolitani licentia †[b] fieri permittimus. Iuo p. 5. c. 72. Pan. l. 3. c. 5. † *al. ſacros.* † *al. ſcientia.*

Alterum vero, vt in epiſcopum, vel archiepiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis ſtatutum eſt.

b ¶ Licentia] *Sic mutatum eſt ex dicto cap. a multis, Iuone, & Pannormia, quamuis etiam in vetuſtis Gratiani codicibus legatur,* ſcientia.

DISTINCTIO LXI.

1 gs *ITem laici non ſunt in epiſcopos eligendi: ſed per ſingulos ordines prius ſunt probandi.*

Vnde Gregorius Brunichildæ Reginæ Francorum, libro 7. reg. epiſtola 113.

¶ Sacerdotes ex laicis non ſunt ordinandi. C. I.

SAcerdotale officium veſtris in partibus in tantam (ſicut didicimus) ambitionem perductum eſt, vt ſacerdotes ſubito, quod graue nimis eſt ex laicis ordinentur. Anſ. l. 6. c. 77. Pol. l. 2. tit. 1

Item Hormiſda Papa epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, ep. 3. c. 1.

¶ De eodem. C. II.

IN ſacerdotibus eligendis curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis. *Et infra:* Longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur eccleſiæ. Poly. ibid. Anſ. l. 6. c. 22.

Idem eodem loco continenter.

¶ De eodem. C. III.

Ansel. ibid. Polycar. ibi.

NOn negamus esse in laicis Deo placitos mores; sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelium. Discere prius quisque debet, antequam doceat, & exemplum religiosæ conuersationis de se potius aliis præstare, quam sumere. Emendatiorem esse conuenit populo, quem necesse est orare pró populo. Longa obseruatione religiosus cultus tradatur, vt luceat: & clericalibus obsequiis erudiendus inseruiat, vt ad venerandi gradus summam perductus, quis sit fructus humilitatis, ostendat. *& infra.* ¶ Nec tantum de laicis consecrari inhibemus; sed nec de pœnitentibus quidem quisquã ad huiusmodi gradum profanus temerator aspiret. Satis illi postulanti sit venia: qua conscientia absoluat reum, qui sè peccata sua populo scit teste confessum? Quis enim quem paulo ante vidit iacentem, veneretur antistitem? Præferens memorandi † criminis labem, non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

† *al. miserãdi.*] ori.

¶ *In plerisque vetustis Gratiani codicibus caput hoc coniunctum est superiori, quemadmodum est in ipsa Hormisdæ epistola.*

Item Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginẽsem episcopum, epistola 12.

¶ De eodem. C. IIII.

Polycar. ibi. Ansl.l.6.c.34.

MIserum est eum magistrum fieri, qui numquam discipulus fuit; eum summum fieri sacerdotem, qui numquã in vllo gradu obsecutus fuerit sacerdoti.

Item Leo episcopus ad episcopos Africanos. epist. 85. *al.* 87. *c.* 1.

¶ De eodem. C. V.

Iuo p.5.c.105

MIramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati, aut per ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, vt indignis quibusque, & lõge extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigiũ, & gubernatio ecclesię crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere; nec pręstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium, salus est subditorum: & vbi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. ¶ Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipsius † tamen initii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, vt bòno peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. ¶ Quod si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterque curandum est, vt in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum; quanto magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status, & ordo nutabit; si, quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vbi est illa beati Pauli Apostoli per

1.q.1.c.principatus. Poly.ibid. Ansl.l.6.c.2. † *al. ipso.*

Ansl.l.6.c.35.

stoli per spiritum Dei emissa præceptio? qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur; & proinde vnicuique nostrum dicitur [Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.] Quid [b] est cito manus imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris †, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis; nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet † in eligendo sacerdote iudicium; ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona prætermittendum est, quod institutis generalibus continetur: nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra † diuinæ legis præcepta collatus. *& infra.* ¶ Merito sanctorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quorum omnis ætas a puerilibus exordiis vsque ad perfectiores † annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipend a cucurrisset, vt vnicuique testimonium prior vita præberet, nec posset de eius prouectione dubitari; cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci premium deberetur. ¶ Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est peruenire, & notari ambitus solent quos probitatis documenta non adiuuant, quam diligens, & quam prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, & cœlestium dignitatum?

1. *Tim.* 5.
Inf. dist. 78. quid est manus.
† *al. obedientia.*
Polyc. ibid.
† *al. sectatur*
† *de præuaricatione collatus*] oti.
† *al. prouectiores.*

a ¶ Principatus] *In plerisque manuscriptis Gratiani codicibus legitur,* principatus, & cetera, & infra. Quod si, & c. *Id autem factum videtur, quia infra 1. q. 1. c. principatus. citatur hic versiculus. prout notatur in glossa, quæ in illis etiam vetustis exemplaribus est, in quibus alia glossa non habentur.*

b ¶ Quid est] *Sic in iisdem manuscriptis legitur:* Quid est cito manus imponere, &c. & Infra: Sicut enim. *& in margine citatur,* Infra distinct. 78. cap. quid est manus.

Item ex concilio Laodicensi, c. 12.

¶ Non sunt eligendi ad episcopatum, nisi quos probabilis vita commendat. C. VI.

Sup. dist. 24. c. episcopi.

Episcopum non oportet præter iudicium metropolitanorum, & finitimorum episcoporum constitui ad ecclesiæ principatum. Nec eligantur, nisi hi, quos multo ante nota, probabilisque vita commendat; & nihilominus, si in sermone fidei, & † recta operatione per suam conuersationem fuerint probati.

† καὶ τῇ τῷ ἐνθέῳ λόγῳ πολιτείᾳ.

Item Cælestinus ad episcopos Apuliæ, & Calabriæ, epist. 3. c. 2.

¶ De eodem. C. VII.

Nicol. ad Mich. Imp. in ep. quæ incipit, *Principatū.*

Quid proderit per singula clericos stipendia militasse, & omnem egisse in Dominicis castris ætatem; si hi, qui præfuturi sunt, ex

Polycar. ibi. Ansl.l.7.c.33. † *al. prapo-stero.* † *constitutis decretalib.*] origina.

laicis requirantur? qui vacantes sæculo, & omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpropero † in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transcendere, & in aliud vitę genus (calcata reuerentia ecclesiasticę disciplinæ) transire? Talibus itaque fratres charissimi, qui iuris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus, necesse est obuiemus: hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus; ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & sinat fieri; vnde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutorum † decretalium fiat.

Item Leo, epist. 85. al. 87. c. 1. ad episcopos Africanos.

¶ Rudibus, & imperitis gubernacula ecclesiæ non sunt committenda. C. VIII.

Polycar. ibi. Ansl.l.6.c.138 Iuo p.5.c.105 in fine.

STatuimus [b], ne in aliquo Apostolica, & canonica decreta violentur; & ne his ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescii, & totius humilitatis ignari, nō ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium, cum valde iniquum sit, & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis.

a ¶ Statuimus] *In epistola ipsa coniunguntur verba huius capitis cum extremis verbis capitis,* Miramur, *supra ead. hoc modo:* quam diligens, & quam prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, et cœlestium dignitatum; ne in aliquo apostolica et canonica decreta violentur, et his ecclesia Domini, &c. *totaque oratio per interrogationem profertur.*

His omnibus auctoritatibus laici prohibentur in episcopatū eligi. 2 *Econtra beatus Nicolaus ex laico electus est in episcopum: beatus Seuerus ex lanificio assumptus est in archiepiscopum: beatus Ambrosius, cū nondum esset baptizatus, in archiepiscopū est electus.* ¶ *Sed sciendum est, quod ecclesiastica prohibitiones proprias habent causas, quibus cessantibus cessant & ipsa. Vt enim laicus in episcopum non eligeretur, hac causa fuit, quia vita laicalis ecclesiasticis disciplinis per ordinem nō erudita nescit exempla religionis de se præstare alijs, quæ in seipsa experimento non didicit. Cum ergo quilibet laicus merito suæ perfectionis clericalem vitam transcendit, exemplo beati Nicolai, & Seueri, & Ambrosii, eius electio potest rata haberi. Vnde idem Ambrosius in epist. 82. ad Vercellenses ait de se ipso.*

C. IX.

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiam. Sed si non deest humilitas competens sacerdotio; vbi causa non hæret, vitium non imputatur. Itaq; ordinationem meam occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt †.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori. Nam Gratianus (quod sæpe facit) sententiam potius beati Ambrosij afferre voluit, quam ipsa omnino atq;*

ne atque eadem seruato ordine verba referre: locus enim integer sic habet. Quam resistebam, ne ordinarer; postremo cum cogerer, saltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præscriptio, valuit impressio. Tamen ordinationem meam occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi defuit; vis cogentis est: si non deest humilitas competés sacerdotio, vbi causa non hæret, vitium non imputatur.

Item obijcitur illud Sardicensis concilij, c. 13.

¶ Scholasticus ex foro, aut ex administratione postulari potest episcopus. C. X.

Osius episcopus dixit. Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissime tractetur: si forte aut diues laicus [b], aut scholasticus de foro, aut de † administratione episcopus fuerit postulatus; vt non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus: & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen episcopatus. Bur. l. 1 c. 27. Iuo p. 5. c. 71. *† al. ex administratore.*

b ¶ Laicus] *Abest vox ista a concilio: sed ob glossam non est inducta.*

c ¶ De foro, aut de administratione] *Græce tantummodo est,* ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς.

3 *Sed aliud est postulari, aliud eligi. Postulatur nexibus curiæ adstrictus ab Imperatore: clericus alterius ciuitatis a suo episcopo; sed non eligitur aliquis, nisi in sacris ordinibus constitutus. Est enim electio cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati; postulatio vero simplici petitione. Quam distinctionem B. Gregorius innuit in regesto, lib. 2. epist. 19. scribens Benenato episcopo.* In ordine Romano. Et alibi sæpe, & infra ead. c. obitum.

¶ Electio episcopi debet fieri cum solennitate decreti, omnium subscriptionibus roborari. C. IX.

Episcopus, dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti subscriptionibus omnium roborati, & dilectionis tuæ testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat.

Sic beatus Ambrosius [a] ante susceptum baptisma ab Imperatore est postulatus, non electus.

a ¶ Ambrosius] *Quod synodus elegerit Ambrosium, & non Imperator, ostenditur in c. Valentinianus. infra dist. 63. Ac de sua electione ipsemet Ambrosius refert aliqua lib. 1. officio. c. 1. & de pœnit. lib. 2. c. 8. & in epistola ad Vercellenses.*

4 *Item clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi in electione ijs, qui bene militant in propria ecclesia. Vnde Calestinus Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 4.*

¶ Extranei emeritis in suis ecclesiis non præponantur. C. XII.

Nec emeritis in suis ecclesiis clericis peregrini, & extranei, & qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui bene de suorum ciuium merentur testimonio, præponantur. Poly. ibid. Ans. l. 6. c. 11. Deusde. p. 1.

Idem eadem epistola, c. 5.

¶ De eodem. C. XIII.

Deusdedit ibid. Poly. ibid. Ansl.l.6.c.25. Burc.l.1.c.7. Iuo p.5.c.61. Pan.l.3.c.67.

NVllis inuitis detur episcopus. Cleri [a], plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur ecclesia, si de ciuitatis ipsius clero cui est episcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) potent reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt; vt aliqui de alienis ecclesiis merito præferantur. Habeat vnusquisque fructum suæ militiæ in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minime alter obrepat: nec alii debitam alter sibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas clericis retinendi, si se viderint prægrauari, & quos sibi ingeri ex transuerso agnouerint, non timeant refutare. Qui etsi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus est, debent habere iudicium.

a ¶ Cleri] *Hinc vsq. ad versi.* Tunc. *sunt addita ex orig. & referuntur infr. 63. c. cleri.*

PALEA. C. XIIII.

Ex regula S. Benedicti, c. 64.

IN ordinatione præpositi illa semper consideretur ratio, vt hic constituatur, quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem Dei, siue etiam pars congregationis (quamuis paruam) saniori consilio elegerit. Vitæ autem merito, & sapientia eligatur, qui ordinandus est, etiamsi vltimus fuerit in ordine congregationis. Quod si etiam omnis congregatio vitiis suis (quod absit) consentientem personam pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenus in notitiam episcopi, ad cuius diœcesim pertinet locus ipse, vel ad † alios vicinos præpositos, vel Christianos claruerint; prohibeant prauorum præualere consensum & domui Dei constituant dignum dispensatorem.

† *Vel abbatibus, Vel Christianis vicinis claruerint.*

a ¶ Palea] *Hæc Palea abest ab omnibus vetustis exemplaribus Gratiani, quæ sunt collata. Extat autem in regula S. Benedicti, ex qua nonnulla sunt emendata.*

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, libr. 8. reg. epist. 40.

¶ De eodem. C. XV.

Ansl.6.c.13.

STudii vestri sit, etiam alium, qui aptus sit, prouidere, vt † si forte Petrus, quem a vobis electum asseritis, huic ordini non videatur idoneus fit, in quē † se vestra declinare possit electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, vt si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeat, non habere.

† *Vt si forte huic ordini hic non videatur idoneus*] orig.
† *quo*] orig.

Item Gregorius Barbaro episcopo, lib. 11. epist. 16.

¶ De eodem. C. XVI.

Ioan. diac. l.3.c.22. Deusde. p.1. Ansl.l.6.c.26.

OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutæ ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter delegamus: Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quidquid est in patrimonio eiusdem, a quoquam præsumatur ecclesiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ admonere

nere festinet, vt remoto studio, vno eodemque cōsensu talem sibi præficiendum expectant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuæ testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat. ¶ Commonemus etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas ecclesia: (nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire nō credimus, potuerit inueniri) prouisurus ante omnia; ne ad hoc [a], cuiuslibet conuersationis, vel meriti laicæ personæ aspirare præsumant; ne & conatus eorum habeatur inefficax, & in periculum ordinis tui (quod absit) incurras. Monasteria autem si qua sunt in ipsius constituta parochia, sub tua cura, dispositioneque quousque illic proprius fuerit ordinatus episcopus, esse concedimus. Polycar. ibi.

a ¶ Ne ad hoc] *Similis clausula est etiam eodem lib. proxima epistola 17. & lib. 2. indict. 10. ep. 19. Benenato episcopo. & epist. 26. Ioanni episcopo Scyllaceno. & libr. 7. indict. 3. epist. 25. Fortunato episcopo Neapolitano. Ex quibus locis, collatis veteribus codicibus harum epistolarum, emendatus est hic locus, vt non multum discrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verum in recentioribus editionibus epistolarum B. Gregorij in epistola hic citata legitur,* ne ad id cuiuslibet conuersationis, vel meriti laicam personam aspirare permittas.

Item Pelagius Papa Eucarpo Messanensi episcopo.

¶ De eodem. C. XVII.

Catinensis ecclesiæ visitationem tibi iniungimus, cuius episcopum de hac luce transisse suscepta cleri relatione didicimus. Impossibile enim est, vt nos in prouincia illa dumtaxat in Syracusanis partibus alii cuilibet causas, quæ ad Deum pertinet, committamus, nisi forte talem per te Deus nunc in Catinensi ecclesia eligere voluerit; de cuius conscientia possimus esse securi, vt a te labores istos paulum remouere possimus. Mox ergo dilectio tua ad supradictā Catinensem ecclesiam pergat, & hominem de clero, qui nec vxorem habeat, nec filios, nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat, atque suadeat: & statum eum ad vrbem Romanam cum decreto, & testificatione relationis tuæ transmitte. Polyc. ibid. Ans.l.6.c.44.

Item Gregorius Passiuo episcopo, lib. 10. epist. 13.

¶ Qui in episcopum eligitur, non sit reus criminum, quæ sacra lex morte punit. C. XVIII.

Bene nouit fraternitas vestra, quam longo sit tempore Aprutium † pastorali solicitudine destitutum †: vbi diu quæsiuimus, quis ordinari debuisset, & nequaquam potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis, in psalmodiæ studio, in amore orationis valde laudatur, & religiosam vitam omni modo agere dicitur; hunc volumus, vt fraternitas vestra ad se faciat venire, & de anima sua

† *Aprutium ciuitas*] ori. † *destituta*] orig.

admoneat, quatenus in bonis studiis crescat. Et si nulla ei crimina, quę per legis sacrę regulam morte mulctanda sunt, obuiant; tunc hortandus est, vt vel monachus, vel a vobis subdiaconus fiat: & post aliquantum temporis, si Deo placuerit, ipse ad pastoralem curam debeat promoueri.

Cui autem visitatio iniungitur, nihil de rebus eiusdem ecclesiæ a quoquam præsumi patiatur. Vnde Gregorius Gaudentio episcopo, lib. 4. epist. 12. seu cap. 56.

¶ Non patiatur a quoquam præsumi de rebus ecclesiæ, cui eius fuerit iniuncta visitatio. C. XIX.

Ansl. 5. c. 12. QVoniam Festus Capuanæ ecclesiæ episcopus in Romana ciuitate positus, de hac luce migrauit: curæ nobis fuit (quæ vniuersis ecclesiis a nobis impenditur) ad fraternitatē tuā præsentia scripta dirigere, vt memoratæ ecclesię visitator accedas: sic tamen, vt nihil de pro-uētionibus † clericorū, reditu, ornatu, ministeriisq;, vel quidquid præfati loci esse patuerit, a quoquam præsumi patiaris; sed omnē vigilantiam, atque cautelam circa clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ exhibere te conuenit; vt in vigiliis, obsequioque ecclesiastico sedulo, ac deuote debeant deseruire.

† *al. prouectionibus.*

DISTINCTIO LXII.

I ps BReuiter monstratum est, ex quibus ordinibus in quos gradus sunt eligendi. Nunc videndum est, a quibus sunt eligendi, & consecrandi. Electio, clericorum est a: petitio, plebis.

Vnde Leo Papa Rustico Narbonensi episcopo, epist. 90. al. 92. c. 1.

a ¶ Est] *In vulgatis codicibus sequebatur,* consensus principis. *In manuscriptis vero partim legitur,* consensus plebis, *partim,* petitio plebis: *atque ita est emendatum.*

¶ Non sunt habendi inter episcopos, qui nec a clericis eliguntur, nec a plebibus expetuntur. C. I.

Pol. l. 2. t. 1. Bur. l. 1. c. 2. Ansl. l. 6. c. 75. Iuo p. 5. c. 65. NVlla ratio sinit, vt inter episcopos habeātur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a prouincialibus † episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Vnde cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur; quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod nec † docetur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in eis ecclesiis ordinati sunt, &c. *Vt infra in causa simoniacorum.*

† *al. comprouincialib.* † *al. non.*

Item Cælestinus Papa ad episcopos Apuliæ, & Calabriæ, ep. 3. c. 3.

Infra 1. q. 1. c. si qui.

¶ Populus non debet præire, sed subsequi. C. II.

Pol. l. 6. tit. 1. Bur. l. 15. c. 13 DOcendus est populus, non sequendus: nosq; si nesciunt, eos quid liceat, quidve non non liceat, commonere, non his consensum præbere

præbere debemus, Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita; sentiet censuram sedis Apostolicæ minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est, vt per seueritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ propriis rectoribus carent, ecclesias volumus innotescat, vt nullus sibi aliqua spe forsitan blanditus illudat. Iuo p.16.c.14. Deusde. p. 1.

Nisi autem canonice electus fuerit, consecrari non debet. Vnde Calixtus Papa secundus.

¶ Non consecretur in episcopum, nisi canonice electus. C. III.

NVllus in episcopum, nisi canonice electum, consecret. Quod si præsumptum fuerit; & consecrans, & consecratus absque recuperationis spe deponatur.

DISTINCTIO LXIII.

1 ps LAici vero nullo modo se debent inserere electioni. *Vnde Hadrianus Papa in 8. synodo Constātinopoli sub ipso celebrata.*

In Pontificali est mentio huius decre.

¶ Laici electioni Pontificum non se inserant. C. I.

NVllus laicorum principum, vel potentum semet inserat electioni aut promotioni Patriarchæ Metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio; præsertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum, vel ceterorum laicorum habere coueniat. *& infra.* ¶ Quisquis autem sæcularium principum, & potentum, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem & consonantem, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit; anathema sit, donec obediat & consentiat quidquid ecclesia de electione & ordinatione proprii præsulis se velle monstrauerit.

Ansl.l.6.c.23. & 72. Iuo par.5. c.122. Pan.l.3.c.8. Deusde. p.1 Infra c. proximo. Pol. l.2.t.1.

¶ *Hic citantur partes quædam vigesimi secundi canonis octauæ synodi sub Hadriano Papa II. habitæ, & ab Anastasio bibliothecario latinitate donata.*

Item ex octaua synodo, actione prima.

¶ De eodem. C. II.

HAdrianus Papa secundus (quod Nicolaus prędecessor eius dispo suerat) missos suos, Donatum scilicet Hostiensem episcopum, & Stephanum Nepesinum episcopum, & Marinum diaconū sanctæ Romanæ ecclesiæ ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Constantinum, & Leonem Augustos, Constantinopolim direxit, cum quibus & Anastasius bibliothecarius Romanæ sedis, vtriusque linguæ, Gręcę, & Latinæ peritus perrexit: & synodo congregata (quam octauā, vniuersalem synodum illuc conuenientes appellauerunt) exortum schisma de Ignatii depositione, & Photii ordinatione sedauerūt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes †, & promotiones episcoporum concordans prioribus conciliis, clericorum electione, ac decreto episcoporum collegii fieri sancta hæc & vniuersalis synodus diffinit, & statuit: atque iure

Ansl.l.6.c.23. Iuo p.5.c.122. Pann.l.3.c.8. Deusdedit p.1. Pol.l.2.tit.1. † *Promotiones & consecrationes*] orig.

promulgat, neminem laicorum principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat cõfusio, vel cõtentio; præsertim cum in talibus nullã potestatẽ quemquam potestatiuorum, vel ceterorum laicorum habere conueniat: sed silere, & attendere sibi, vsquequo regulariter a collegio ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si vero quisquam laicorum ad contractandum †, & cooperandũ inuitatur ab ecclesia, licet huiusmodi, cum reuerentia, si forte voluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesia † salutem promouet[a].

† *al. concertandum*] or. & alii colle. † *al. & ecclesia.*

Caput est collectoris arbitratu cõpositum.

a ¶ Promouet] *Si hic addatur ver.* Quisquis. *ex capite antecedente, erit integer 22. canon 8. synodi. In vulgatis sequebatur vox,* clerus, *quæ in vetustioribus est glossa interlinearis.*

Item ex historia tripertita, lib. 7. c. 8.

¶ Electioni episcoporum Imperator interesse non debet.
C. III.

VAlentinianus Imperator veniens ab oriente ad Hesperias partes (vt refert historia ecclesiastica) mortuo Auxentio Arianæ perfidiæ magistro, qui Mediolanensem ecclesiam, vt lupus dilaniauerat, cum vellet catholicum, Deo ordinante, ibi consecrare episcopum, euocans episcopos, hæc eis locutus est. Nostis aperte, eruditi quippe diuinis eloquiis, qualem oporteat esse Pontificem, & quod non deceat eum verbo solo, sed etiam conuersatione gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testemq; doctrinæ cõuersationem bonã habere. Talẽ itaque in pontificali constituite sede; cui & nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus, & eius monita, dum tamquam homines deliquerimus, necessario velut curantis medicamenta suscipiamus. Hæc cum dixisset Imperator, petiit synodus, vt magis ipse decerneret sapiens, & pius existens. At ille, super[a] vos est, inquit, talis electio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi, de episcopali sede tractabant. *Et infra.* ¶ Cum autẽ ordinatione diuina Ambrosius nondum baptizatus, electus fuisset; exultans Imperator ait: Gratias ago tibi domine Deus omnipotens, & saluator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora; tu autem animas; & meam sententiam ostendisti tuæ iustitiæ conuenire. Cumq; sanctus Ambrosius cõtristaretur de hoc, quod acciderat (vt idem ipse in suis epistolis scribit) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit; & ego adiutor, & defensor tuus (vt meum ordinem decet) semper existam.

In episto. ad Vercellenses

¶ Super

a ¶ Super vos] *Vera lectio est*, supra nos, *μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. Sed ob glossam non est restituta.*

Item Nicolaus Papa I. Lothario regi.

¶ Auctoritate Apostolica, non regio fauore episcopus est eligendus. C. IIII.

PОrro scias, quia relatum est nobis, quod quicumque ad episcopa Iuo par. 5.
tum in regno tuo prouehendus est: non nisi fauentem tibi per- c. 356.
mittas eligi. Idcirco Apostolica auctoritate sub diuini iudicii obtesta-
tione iniungimus tibi, vt in Treuerensi vrbe, & in Agrippina Colonia
nullum eligi patiaris, antequam relatum super hoc, nostro Apostolatui fiat.

Item ex concilio Parisiensi primo, c. 8.

¶ Non recipiatur a comprouincialibus, qui regia ordinatione episcopale culmen est adeptus. C. V.

SI per ordinationem regiam honoris istius culmen peruadere ali- Iuo p. 5. c.
quis nimia temeritate præsumpserit; a comprouincialibus loci i- 123.
psius episcopis † recipi nullatenus mereatur, quem indebite ordina- Pann. l. 3. c. 9.
tum cognoscunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra † *al. episco-*
interdicta † præsumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus, & ab i- *pus.*
psorum omnium charitate semotus. † *al. indi-*

Item ex concilio Laodicensi, c. 13. *cta*] orig.

Bur. l. 2. c. 8.

¶ De eodem. C. VI. Iuo p. 6. c. 28.

NOn est permittendum turbis electionem eorum facere, qui Ansl. l. 6. c. 38.
sunt ad sacerdotium promouendi. al. 43.

Item ex [a] *septima synodo, qua est secunda Nicana* 350. *episc. c. 3.* Deusde. p. 1.

& 4.

¶ Irrita sit electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principibus facti. C. VII. Can. Apost. 31.

OMnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principibus infra 16. q.
facta, irrita maneat, secundum regulam, quæ dicit [Si quis epi 7. c. si quis.
scopus sæcularibus potestatibus vsus, ecclesiã per ipsos obtinuerit, de- Iuo par. 5.
ponatur; & segregentur [b] ab ecclesia omnes, qui illi communicant.] c. 120.

a ¶ Ex septima] *Citabatur antea ex secunda actione sexta synodi. Restitutus est locus ex Iuone.* Ansl. l. 6. c. 8.

b ¶ Et segregentur] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est*, segregetur. *Sed plerisq; cum vulgata lectione conuenit. In canone 31. Apostolorũ Græce sic legitur:* καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες, *& infra 16. q. 7. c. Si quis episcopus, vbi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur:* & segregetur, omnesque, qui illi communicant, *eodemque modo est apud Anselmum. Verum in versione Anastasii bibliothecarij legitur quemadmodum apud Gratianum, & conuenit cum versione prisca, ac Dionysiana.* Burc. l. 3. c. 109. Deusde. ibi. Apud Martinum Bracharensem. c. 1.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 1.

¶ Non eligantur a populo, qui sunt promouendi ad clerum. C. VIII.

Sup.dist. 24. episcopi. & dist. 61. episcopum. Bur.l.1.c.10. Iuo p.5.c.64. Ans.l.6.c.8. al. 12.

NOn licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio episcoporum sit vt ipsi eum pr[illegible]ér, si in sermone, & fide, & spirituali vita edoctus sit.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum, atque iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi.

2 *Contra vero scribit B. Gregorius Ioanni episcopo primæ Iustinianæ* † *Illyricæ, lib. 4. epist. 15. seu cap. 59.*

¶ Voluntas principis in ordinatione Pontificis desideratur. C. IX.

Ans.l.6.c.95.

QVia igitur suscepta fratrum, & coepiscoporum nostrorum relatio ad locum vos sacerdotii, totius concilii vnito consensu, & serenissimi principis voluntate declarat accersiri, gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus, qui vitam actusque vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, vt omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoq; in personam fraternitatis tuę per omnia consentimus: atque omnipotentem Dominum deprecamur, vt charitatem vestram, sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

Idem Gregorius Ioanni subdiacono, libro 2, Indictio. 11. epistola 30. seu capite 69.

¶ Clerus, & populus Pontificis electioni intersint. C. X.

Ans.l.6.c.26 Pol.l.1.ti.5.

QVanto Apostolica sedes, Deo auctore, cunctis prælata constat ecclesiis; tanto inter multiplices curas, & illa nos valde solicitat, vbi ad consecrandum antistitem, nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesiæ Mediolanensis episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filii nostri Constantii diaconi sui vnanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid quod ad cautelam pertinet, omittamus; huius idcirco præcepti auctoritate suffultum Genuā te proficisci necesse est. Et qui multi illic Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt, eorum te voluntates oportet conuocatis eis in commune perscrutari. Et si nulla eos diuersitas ab electionis vnitate disterminat, siquidem in prædicto filio nostro Constantio omnium voluntates, atque cōsensum perdurare cognoscis, tūc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostræ auctoritatis assensu solatiante, & auxiliante Domino, facias consecrari, quatenus huiusmodi seruata consuetudine & Apostolica sedes proprium vigorem retineat, & a se concessa aliis sua iura non minuat.

† *al. Gerontio.*

Item Gelasius Papa Philippo, & Geruntino † *episcopis.*

¶ In

¶ In electione episcopi populus debet adesse. C. XI.

PLebs Diotrensis data nobis petitione defleuit diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi. Ac sicut asseritur, is quia vobis iam probatus dicitur, a paucis, & tenuibus putatur electus, cum ad vos† pertineat, vniuersos assidua admonitione compellere, vt omnes in vnum, quem dignum sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensione, consentiant. Et ideo fratres charissimi diuersos ex omnibus sæpe dicti loci parochiis presbyteros, diaconos, & vniuersam turbam vos oportet sæpius conuocare; quatenus non, prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus, sibi quærant sola diuinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas, a constitutus possit reuocare præscriptis. Ansel.5.c.50. †al.nos.

Item Stephanus episcopus seruus seruorum Dei Romano archiepiscopo Rauennati.

¶ De eodem. C. XII.

NOsse tuam fraternitatē volumus ad nostras aures fore peruentum, Imolensem episcopum ab hac luce migrasse, in cuius successoris electione, populi diuisionem prouenisse audiuimus. Quod quia sæpe contingere solet (quærentibus singulis quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi) non adeo miramur. Veruntamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi solicitudinem, vt conuocato clero & populo, talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obuient canones. Sacerdotum quippe est electio; & fidelis populi consensus adhibendus est, quia docendus est populus, non sequendus. Ansel.6.c.36. Philip.2. Supra 62. dist.c.docendus.

Item Nicolaus Papa Ioanni Rauennati archiepiscopo.

¶ De eodem. C. XIII.

EPiscopos per Æmiliam non consecres, nisi post electionem cleri, & populi.

¶ *In vetusto codice Mutinensi sex concilij Romæ habiti referuntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hac eadem re habentur multa in Pontificali manuscripto in gestis Nicolai primi.*

Item Pelagius Papa Iuliano episcopo Grumentino.

¶ De eodem. C. XIIII.

LItteras charitatis tuæ suscepimus; quibus significas, Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesiæ Marcellianensis a clero, & omnibus, qui illic conueniunt, postulari. *Et infra.* ¶ Sed nunc & hoc dicimus, vt si cum omnes eligunt, & vis eum concedere, gratum nobis esse cognosce; & si potest, ante diem sanctum festinet occurrere, vt vel sabbato ipso noctis magnæ post baptismum cum Dei gratia valeat ordinari. Infra dist. 76.c.vlt. Pol l.2.c.29. Ansl.l.6.c.60. Iuo p.6. c.112.

Item Laurentio episcopo Centumcellensi.

¶ Ex facta [a] principis quis ordinatur. C. XV.

Anſl.7.c.94. PRincipali deuotiſſimorum militum, qui illic in ciuitate Centumcellenſi conſiſtunt, relatione ad nos directa ſacram inſinuant ſe clementiſſimi principis imperraſſe, quæ eis presbyterum, diaconum, & ſubdiaconum fieri debere præcepit. Ideo hortamur dilectionem tuam, vt perſonas ipſas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra canones commiſiſſent; & ſi eos inculpabiles repereris, & vitæ ipſorum laudabile teſtimonium videris, veniente mediana ſeptimana † Paſchæ, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus, vnumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promouere.

† *al. hebdomada.*

a ¶ Ex ſacra] *Emendata eſt hæc rubrica, vt indicet illum, de quo agitur, fuiſſe ad petitionem Imperatoris ordinatum: ſacra enim, epiſtolam Imperatoris ſignificat.*

Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Auguſtis.

¶ Papa rogat Auguſtos, vt Reatinam eccleſiam cuidam eiecto dignentur concedere. C. XVI.

REatina eccleſia, quæ per tot temporum ſpatia paſtoralibus curis deſtituta conſiſtit; dignum eſt, vt brachio amplitudinis veſtræ ſubleuetur, ac gubernationis regimine protegatur. Vnde ſaluationis alloquio præmiſſo veſtram manſuetudinẽ deprecamur, quatenus Colono humili diacono eamdem eccleſiam ad regendum concedere dignemini; vt veſtra licentia accepta ibidem eum, Deo adiuuante, conſecrare valeamus epiſcopum. Sin autem in prædicta eccleſia nolueritis †, vt præficiatur epiſcopus, Tuſculanam † eccleſiam, quæ viduata extitit, illi veſtra ſerenitas dignetur concedere, vt conſecratus a noſtro præſulatu Deo omnipotenti, veſtroq; imperio grates peragere valeat.

† *al. Volueritis.*

† *al. Aſcu- lanam.*

Item Rita Comitiſſa.

¶ Regio præcepto ab Apoſtolico Colonus Reatinæ eccleſiæ ordinatur epiſcopus. C. XVII.

NObis dominus Imperator, & Imperatrix per ſuas epiſtolas direxerunt, vt Colonum Reatina eccleſia, quę paſtoris officio per longa iam tempora deſtituta videbatur, epiſcopum facere deberemus, ſicut & fecimus.

Item Stephanus Guidoni Comiti.

S Antoninus parte 2. ti.16.c.1.§.1.

¶ Imperatoris epiſtola in electionis confirmatione deſideratur. C. XVIII.

LEctis ſagacitatis veſtræ apicibus, qui defuncto eccleſiæ Reatinæ antiſtite, clerum, & plebem eiuſdem eccleſię elegiſſe ſibi futurum antiſtitem, nobiſque conſecrãdum veſtro ſtudio directum eſſe, ne ipſa eccleſia diu ſine proprio conſtet paſtore, fatebantur; nos de obitu prioris dolentes, nunc ipſum electum vnanimitate †, & canonica ipſius eccleſiæ electione, vt mandaſtis, rã citiſſime ordinare omiſimus, quod imperialem nobis, vt mos eſt, abſolutionis minime detulit epiſtolam. Pro

† *al. Vnanimes.*

Pro qua scilicet re ambiguum est nobis: ideo voluntati vestræ in hoc parere distulimus; ne augustalis animus durissime hoc, quocumque modo perciperet. Sed scientes ecclesiam Dei sine proprio diu pastore non [illegible]te consistere, gloriæ vestræ mandamus, quoniam aliter nos agere non debuimus, vt vestra † solertia imperiali, vt prisca consuetudo dictat, percepta licentia, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, imperatoria directa epistola tunc voluntati vestræ de hoc parebimus, eumdemque electum Domino adiuuante, consecrabimus: quod, charissime fili, moleste nullo modo suscipias. † *al. Vt a ve- stra.* Ans. l. 6. c. 19. al. 15. Iuo p. 5. c. 348 Deusde. p. 1.

Item Leo Papa primus ad Anastasium Thessalonicensem episcopum, epist. 82. al. 84. c. 6.

¶ Clericorum, & ciuium voluntate metropolitanus est ordinandus. C. XIX.

Metropolitano defuncto, cum in loco eius alius fuerit subrogandus, Prouinciales episcopi ad ciuitatem metropolim † conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atque ciuiũ voluntate discussa ex presbyteris eiusdem ecclesiæ, diaconus optimus ordinetur. † *al. metropolitanum.*

Item Isidorus in lib. officiorum.

¶ Cum clero, & populo archipresbyteri fiat electio. C. XX.

Si in plebibus archipresbyteri obierint aut pro aliquo reatu exinde eiecti fuerint archidiaconus, quanto ocius proficiscatur illuc, & cum clericis, & populis † ipsius plebis electionem faciat, quatenus dignus pastor domui Dei constituatur; & dum ordinatur, eius prouidentia ipsa plebs custodiatur. † *al. presbyteris.*

Item ex gestis Romanorum Pontificum.

¶ Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, nisi eius decretum Imperatori primum præsentetur. C. XXI. In Pontificali Vaticano. in decretis Agathonis, & Tomo 2. cõcil. in decre. eiusdem.

Agatho natione Siculus, cuius legatione fungens Ioannes episcopus Portuensis Dominico die octauarum Paschæ in ecclesia sanctæ Sophiæ publicas Missas coram principe, & patriarcha Latine celebrauit, hic suscepit diualem † secundum suam postulationem, per quam releuata ª quantitas, quæ solita erat dari pro ordinatione pontificis facienda †, sic tamen vt si cõtigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regiam † vrbem secundum antiquam consuetudinem, vt cum eius scientia, & iussione debeat ordinatio prouenire †. ¶ Item Vitalianus natione Signiensis direxit responsales suos cum synodica epistola iuxta consuetudinem in regiam vrbem ad piissimos Principes significans de ordinatione sua. † *iussionem*] orig. † *al. faciẽdi.* † *al. regia vrbe.* † *al. prosperari.* In Pontifi. in gestis Vitaliani Papæ.

Item ex historia ecclesiastica.

¶ Imperator ius habet eligendi Pontificem. C. XXII.

Pann. l. 8. c. 134.

HAdrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas res ecclesiæ postulauit. Carolus vero Romam veniens Papiam obsedit. ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem reuersus Papiam, cepit Desiderium regem: deinde Romam reuersus constituit ibi synodum cum Hadriano Papa in patriarchio Lateranensi in ecclesia sancti Saluatoris: quæ synodus celebrata est a CLIII. episcopis religiosis, & abbatibus. Hadrianus autem Papa cum vniuersa synodo tradiderunt Carolo ius, & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriciatus ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, & episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit: & vt nisi a rege laudetur, & inuestiatur, episcopus a nemine consecretur: & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodauit, & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit.

Item Leo Papa.

¶ Electio Romani Pontificis ad ius pertinet Imperatoris. C. XXIII.

Pann. l. 8. cap. 136.

IN synodo [a] congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris. Ad exemplum beati Hadriani Apostolicæ sedis antistitis; qui domino Carolo victoriosissimo regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem ac ordinationem Apostolicæ sedis, & inuestituram episcoporum concessit: ego quoque Leo episcopus seruus seruorum Dei, cum toto clero, ac Romano populo constituimus, & confirmamus, & corroboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus, atque largimur domino Othoni primo regi Teutonicorum, eiusque successoribus huius regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi successorem, atque summæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos, seu episcopos, vt ipsi ab eo inuestituram accipiant, & consecrationem, vnde debent, exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & archiepiscopis concessit: & vt nemo deinceps cuiusque dignitatis, vel religiositatis eligendi vel patricium, vel Pontificem summæ sedis Apostolicæ, aut quemcumque episcopum ordidinandi habeat facultatem absque consensu ipsius Imperatoris (quod tamen fiat absque omni pecunia) & vt ipse sit patricius, & rex. Quod si a clero, & populo quis eligatur episcopus nisi a supradicto rege laudetur, & inuestiatur, non consecretur. Si quis contra hanc regulam, & Apostolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi subiacere decernimus; & nisi resipuerit, irreuocabili exilio puniri, vel vltimis suppliciis affici.

a ¶ In synodo] *Initium huius capitis videtur esse istud:* Ad exemplum, &c. *verba autem, quæ antecedunt, ipsa quoque pertinere ad titulum, vt integer titulus ita habeat;* Leo Papa in synodo congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris.

Est an-

Est autem Leo octauus, de quo multa scribit Luitprandus in fine libri sexti. & S. Antoninus par. 2. tit. 16. c. 16.

Item Gregorius lib. 4. reg. epist. 34. seu cap. 78. ad Constantiam Augustam.

¶ Præcepto principum, Maximo remittitur, quod absque auctoritate Apostolica ordinatur. C. XXIIII.

SAlonitanæ ciuitatis episcopus me, ac responsali meo nesciente; ordinatus est: & facta res est, quæ sub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eumdem præuaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, vt omnino Missarum solennia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius a serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent. Quod ei sub excommunicationis interpositione mandaui. Qui † contempto me, atque despecto, in audaciam quorumdam secularium hominum, quibus denudata sua ecclesia, præmia multa præbere dicitur, nunc vsque Missas facere præsumit, atque ad me venire secundum iussionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quod in ordinatione sua me, vel responsalem meum prætermittere præsumpsit, ita ex corde laxaui, ac si me auctore fuisset ordinatus. Alia vero peruersa illius, scilicet mala corporalia, quæ cognoui, vel quia cum pecuniis est electus, vel quia excommunicatus Missas facere præsumpsit, propter Deum irrequisita relinquere non possum. *& infra.* ¶ Et si ad me diu venire distulerit, in eo exercere districtionem canonicam nullo modo cessabo.

Poly. l. 1. ti. 5.

† *al. &*] orig.

Item ex concilio Toletano 12. c. 6.

¶ In electione episcoporum, principis desideratur assensus. C. XXV.

CVm † longe lateque diffuso tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auribus decedentis præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera principis electio præstolari; nascitur sæpe, & nostro ordini de relatione talium difficultas; & regiæ potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus substinet, innumerosa † necessitas. Vnde placuit omnibus pontificibus Hispaniæ, atque Galliciæ †, vt saluo priuilegio vniuscuiusque prouinciæ, licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoscumque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani episcopi iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouinciis & in præcedentium sedibus præficere præsules, & decedentibus episcopis eligere successores. sic tamen, vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra trium mensium spatium proprii metropolitani præsentiam visurus accedat.

† *Dum*] orig. in quo hæc oratio pendet ab alio principio.

† *al. iniuriosa.*

† *al. Gallia.*

Electiones quoq; summorũ Pontificũ, atq; aliorũ infra præsulum quondã Imperatorib. repræsentabãtur: sicut de electione B. Ambro-

sit, & B. Gregorij legitur. Quibus exemplis, & præmissis auctoritatibus liquido colligitur, laicos non esse excludendos ab electione, neque principes reijciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quod populus iubetur electioni interesse, nō præcipitur aduocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendū. Sacerdotum enim (vt in fine superioris capituli Stephani Papæ legitur) est electio: & fidelis populi est humiliter consentire. Desideriū ergo plebis requiritur, vt clericorum electioni cōcordet. Tunc .n. in ecclesia Dei rite præficietur antistes; cum populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.

Supra ead.c. nosse.

Vnde Cœlestinus Papa ait ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 5.

¶ Plebis non est eligere, sed electioni consentire. C. XXVI.

Sup. dist. 61. c. nullus.

CLeri, plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur.

Item Leo primus ad episcopos Viennensis prouinciæ, epist. 87. al. 89. [sed paulo aliter, & copiosius.]

Pol. l.2. tit. 1. & ceteri, vt supra.

¶ De eodem. C. XXVIII.

VOta ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum expectātur. *& infra.* ¶ Per pacem, & quietem sacerdotes, qui præfuturi sunt, postulentur: teneatur subscriptio clericorum, honoratorū testimonium ordinis consensus, & plebis.

3 *Principibus vero, atq; Imperatorib. electiones Romanorum Pontificum, atq; aliorum episcoporū referendas vsus, & constitutio tradidit pro schismaticorum, atq; hæreticorum dissensionib. quib. nonnunquam ecclesia Dei concussa periclitabatur: Contra quos legibus fidelissimorū Imperatorū frequenter ecclesia munita legitur. ¶ Repræsentabatur ergo electio Pontificum catholicorum principibus, vt eorum auctoritate roborata nullus hæreticorum, vel schismaticorum auderet contraire, & vt ipsi principes tamquam deuotissimi filij in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, vt ei in omnibus suffragatores existerent; sicut Valentinianus B. Ambrosio supra legitur dixisse [Noli timere; quia & Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus, vt meum ordinē decet, semper existam.] Vnde Stephanus Papa statuit dicens.*

Sup. c. Valentinianus.

¶ Præsentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus. C. XXVIII.

Pan. l.3. c. 1. §. Stephanus Papa.

QVia sancta Romana ecclesia, cui, auctore Deo, præsidemus, a pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte; quæ ob hoc inferuntur, quia absque Imperiali notitia Pontificis fit consecratio; nec canonico ritu, & consuetudine ab Imperatore directi intersunt nuntii, qui scandala fieri vetent: volumus, vt cum instituendus est Pontifex, conuenientibus episcopis, & vniuerso clero, eligatur præsente senatu, & populo qui ordinādus est; & sic ab omnib. electus præsentibus legatis imperialibus consecretur, nullusque sine periculo sui iuramenta, vel promissio-

promissiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere; nisi quæ antiqua exigit consuetudo, ne vel ecclesia scandalizetur, & imperialis honorificentia minuatur.

4 *Verum, quia Imperatores quandoque modum suum ignorãtes, non in numero consentientiũ, sed primi distribuentiũ, imo exterminantiũ esse voluerunt: frequenter etiã in hæreticorum perfidiã prolapsi catholicæ matris ecclesiæ vnitatẽ impugnare conati sunt; ideo sanctorum Patrum statuta aduersus eos prodierunt, vt semet electioni non insererent; & quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur: sicut scriptura quoque diuina dicit,* 4. Reg. 18. *quod Ezechias dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, & fregit serpentẽ æneum, quem fecit Moyses; videlicet, quia illũ serpentẽ Deus fieri iusserat, ne serpẽtina morte populus interiret; deo ipse populus colere, & venerari eũ cœperat: & idcirco destruxit iste, quẽ iubẽte Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista est habẽda in ecclesia; vt si nonnulli ex prædecessoribus, & maiorib. nostris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorẽ, & superstitionẽ, sine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate a posteris destruantur. Postremo præsentib. legatis Imperatorum, & inconsultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratæ, & tandem iidem Imperatores religiosæ mentis affectu præfatis priuilegiis renuntiauerunt; multa insuper donaria ecclesiæ conferentes. Vnde Gregorius*[a] *scribit.*

¶ Inconsultis legatis Imperatoris Hadrianus II. ad Pontificatum eligitur. C. XXIX.

CVm Hadrianus secundus ad Romanum Pontificatum ab ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad præsepe, traheretur ad Lateranense patriarchiũ; certatim a clero, & proceribus, & plebe deportatus est. Quod audiẽtes missi Ludouici Imperatoris moleste tulerunt, indignati scilicet, quod dum præsentes essent, non fuerunt inuitati, nec optatæ a se futuri præsulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quod non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuerit † (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præsulum expectandi, mos per huiusmodi fomitem inolesceret) omnẽ indignationẽ medullitus sedauerunt, & ad salutandũ electum etiam ipsi humiliter accesserunt[b]. Iuo p. 5. c. 16.

a ¶ Gregorius] *Hoc antea citabatur ex Gregorio quarto, cuius esse non potest, cum Hadrianus secundus, de quo hic mentio fit, posterior sit Gregorio quarto. In Pontificalibus vero manuscriptis inter gesta Hadriani secundi, itemque in collectione manuscripta decretorum Romanorum Pontificũ in decretis eiusdem Hadriani secundi habetur.*

b ¶ Accesserunt] *In iisdem Pontificalibus hæc continenter sequuntur:* Audiens hoc Ludouicus Imperator Christianissimus, mox Imperialem scribens epistolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregissent officio præsulem, collaudauit: per quam epistolam videlicet innotuit, nulli quidpiam præmii

fore pro consecratione Romani Pontificis quoquo modo pollicendū: cum ipse hanc nō suorum suggestione, sed Romanorum potius vnanimitate ardentissime cuperet prouenire, maxime, cum reddi, quæ ablata fuerant, non auferri a Romana ecclesia, vel deperire quidquam se diceret anhelare.

Item pactum constitutionis Imperatorum primi Ludouici cum Romanis Pontificibus.

¶ Electio Romanorum Pontificum a Ludouico conceditur Romanis. C. XXX.

S.Antoninus par. 2. tit. 16. cap. 1. §. 2. Volater. l. 3. Ansl. 4. c. 35. Iuo p. 5. c. 15. †al. Sillulis.

EGo Ludouicus Imperator Augustus statuo, & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ tibi beato Petro principi Apostolorum, & per te vicario tuo domino Paschali summo Pontifici, & vniuersali Papæ, & successoribus eius in perpetuum; sicut a prædecessoribus nostris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis Romanam ciuitatem cum ducatu suo, & suburbanis, atque viculis † omnibus, & territoriis eius montanis, & maritimis littoribus, & portubus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis, ac villis in Thusciæ partibus. *Item infra.* ¶ Quando diuina vocatione huius sacratissimæ sedis Pontifex de hoc mundo migrauerit; nullus ex regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publice, aut priuatim veniendi, aut electionem faciendi; nullusque in ciuitatibus, aut in territoriis ad ecclesiæ beati Petri Apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propter hoc facere præsumat: sed liceat Romanis cum omni veneratione, & sine qualibet perturbatione honorificam suo Pontifici exhibere sepulturam, & eum, quem diuina inspiratione, & beati Petri intercessione omnes Romani vno consilio, atque concordia sine qualibet promissione ad Pontificatus ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate, vel contradictione more canonico consecrare; & dum consecratus fuerit, legati ad nos, vel ad nostros successores reges Francorum dirigantur; qui inter nos, & illum amicitiam, & charitatem, ac pacem socient.

[*Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Augustis.*]

¶ Electio, & consecratio Romani Pontificis non nisi iuste, & canonice fiat. C. XXXI. PALEA.

S. Antoninus ibid. Iuo p. 5. c. 14.

INter nos, & vos pacti serie statutum est, & confirmatum, quod electio, & consecratio futuri Romani Pontificis non nisi iuste, & canonice fieri debeat.

[*Item constitutio primi Henrici, & primi Othonis, cum Romanis Pontificibus.*]

¶ Ab Imperatore vel nuntiis eius electioni Romani Pōtificis nullum obstaculum generetur. C. XXXII. PALEA.

Ansl. 4. c. 37. & l. 6. c. 7. Iuo p. 5. c. 52.

COnstitutio primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus. Vt nullus missorum nostrorum cuiuscumque interdictionis argumentum in electione Romani Pontificis componere au-

deat,

deat,omnino prohibemus. *Item.* In electione Romanorum Pontifi cum neque liber, neque seruus ad hoc venire præsumat, vt illis Romanis,quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum Patrum an[illegible]misit consuetudo faciat aliquod impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem [facere] præsumpserit,exilio tradatur.

In legi. Longob... 5 t. de Pontific. l. 3. [abest a Gratia. & Iuo.]

a ¶ Constitutio] *Ex antiquo exemplari Gratiani restitutus est hic titulus: in quo exemplari post titulum istum, interposita rubrica, incipit caput.* Vt nullus, & c. *vt etiam apud Iuonem. Verum, quia receptum est, vt initium huius capitis sit a dictione,* Constitutio. *relicta sunt hæc verba etiam in principio ipsius. Extat vero hoc capitulum in vetustis quoque exemplaribus, in quibus Paleæ esse non solent.*

Item constitutio Othonis.

¶ Iuramentum Othonis, quod fecit domino Papæ Ioanni. C. XXXIII.

TIbi domino Ioanni Papæ ego rex Otho promittere, & iurare facio per patrem, & filium, spiritum sanctum, & per lignum hoc viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum: quod si permittente Domino Romam venero; sanctam Romanam ecclesiam, & te rectorem ipsius exaltabo secundum posse meum; & numquam vitam, aut membra, & ipsum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes: & in Romana vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quidquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem peruenerit, tibi reddam: & cuicumque Italicum regnum commisero, iurare faciam illum, vt adiutor tui sit ad defendendum terram sancti Petri secundum suum posse. Sic me Deus [a] adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

S. Antoninus p. 2. t. 16. cap. 1. §. 16. in medio. Ansl. 1. c. 90. & l. 4. ca. 36.

a ¶ Sic me Deus] *Addita hæc sunt ex Centio Camerario, in cuius libro habentur multa formæ iuramentorum, & extat manuscriptus Romæ.*

Item ex primo libro capitulorum † Caroli, & Ludouici Imperatorum, cap. 84.

† al. capitularium.

¶ Liberum sit clero, & populo de propria diœcesi episcopum eligere. C. XXXIIII.

SAcrorum canonũ non ignari, vt in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore, assensum ordini ecclesiastico præbuimus, vt scilicet episcopi per electionem cleri, & populi secundum statuta canonum de propria diœcesi, remota personarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & sapientię donum eligantur; vt exemplo, & verbis sibi subiectis vsquequaq; prodesse valeant.

Ansl. l. 6. c. 6.

Ex constitutionibus his, & pacto Ludouici Imperatoris deprehenditur, Imperatores illis renuntiasse priuilegijs, quæ de electione summi Pontificis Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni primo Regi Teutonicorum fecerat. Cum ergo præmissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum

tantummodo esse, quaeritur quorum sit ipsa electio; an clericorũ maiores ecclesiæ tantum, an etiam aliorum religiosorum, qui in eadem ciuitate fuerint. Sed (sicut in breuiatione canonum Fulgentij Carthaginensis ecclesiæ diaconi inuenitur) in septimo capitu' ; … ‑ans concilij, & in Gangrensi statutum est, vt ad eligendum episcopũ sufficiat ecclesiæ matricis arbitrium. Nunc autem sicut electio summi Pontificis non a Cardinalibus tantum, verum etiam ab alijs religiosis clericis auctoritate Nicolai Papæ est facienda; ita & episcoporum electio non a canonicis tantum, sed etiam ab alijs religiosissimis clericis; sicut in generali synodo Innocentij Papæ Romæ habita constitutum est: Ait enim.

† *al. septimo Nicano concilio.*
Nic. 2. al. 1. in conc. Roma. c. 1.
Innoc. ij. cap. 28.

¶ Absque religiosorum virorum consilio canonici maioris ecclesiæ episcopum non eligant. C. XXXV.

OBeuntibus sane episcopis, quoniam vltra tres menses vacare ecclesiam sanctorum Patrum prohibent sanctiones, sub anathematis vinculo interdicimus, ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosissimos viros; sed eorum consilio honesta & idonea persona in episcopũ eligatur: Quod si exclusis eisdem religiosis electio fuerit celebrata: quod absque assensu eorum, & conniuentia factum fuerit, irritum habeatur, & vacuum.

Nunc ergo quaeritur, si vota eligentium in duas se diuiserint partes; quis eorum alteri sit praeferendus. De his ita scribit Leo episcopus ad Anastasium Thessalonicensem episcopum epistola 82. al. 84. cap. 5. [sed paulo aliter.]

¶ Cum vota eligentium in duas se diuiserunt partes, quis sit præferendus alteri. C. XXXVI.

Poly. l. 2. ti. 1.
Ans. l. 6. c. 19.
Iuo p. 5. c. 347
Pann. l. 3. c. 6.
† *al. plebs inuita.*

SI forte [quod [a] nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus] vota eligentium in duas se diuiserint partes; metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & studiis iuuatur & meritis; tantum vt nullus inuitis, & non petentibus ordinetur; ne ciuitas † episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.

a ¶ Quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus] *Hæc verba, quæ a ceteris collectoribus non referuntur, non sunt inuenta apud Leonem: sed apud Gregorium, ex quo referuntur infra 8. q. 1. Nec nouum.*

DISTINCTIO LXIIII.

1 *HInc considerandum est, a quibus, vel quo tempore sacri ordines sunt tribuendi; vel quibus in locu patriarchæ, primates, archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi, & reliqui sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur episcopi, in Nicano primo concilio definitum est, in quo sic legitur, c. 4.*

¶ Ab

¶ Ab omnibus comprouincialibus episcopi ordinentur. C. I.

Episcopi ab omnibus, qui sunt in prouincia sua, debent ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente necessitate, vel itineris longitudine, certe tres episcopi debent in vnum congregari, ita vt etiam ceterorum, qui absentes sunt, consensum in litteris teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sane vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

In cōc. Nicęno 2. c. 3. Ans. l. 6. c. 4. & 54. Iuo p. 5. c. 117 Bur. l. 1. c. 27. concordat.

Item Anacletus ad episcopos Italia, epist. 2.

¶ De eodem. C. II.

Ordinationes episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrādæ. *& infra.* ¶ Quod si simul omnes conuenire minime poterunt, assensum tamen suis apicibus [a] præbeāt, vt ab ipsa ordinatione animo nō desint.

D. st. 75. c. ordinationes. Ans. l. 6. c. 53. Bur. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 69. Pan. l. 3. c. 12. & 17. Poly. l. 2. t. 6. Bur. l. 1. c. 30.

a ¶ Apicibus] *In epistola est,* precibus. *Apud Iuonem, & Burchardum,* precibus, & scriptis.

[*Ex concilio Aransicano primo, c. 21.*]

PALEA C. III.

De abiectione eius, quem duo præsumpserint ordinare episcopi in nostris † prouinciis, placuit de præsumptoribus, vt sicubi contigerit duos episcopos tertium ordinare †; & ipse [b], & auctores damnabuntur, quo cautius ea, quæ sunt antiquitus instituta, seruentur.

Iuo p. 5. c. 141 Pan. l. 3. c. 20. † *al. Vestris.* † *al. consecrare.*

¶ *In concilio ipso hoc est initium huius capitis,* Duo si præsumpserint ordinare episcopum, &c. *ac deinde tota res plenius exponitur. Apud ceteros vero collectores eodem fere modo habet, atq; hic: & in multis vetustis Gratiani codicibus adest.*

b ¶ Et ipse] *Sic emendatum est ex originali, & ceteris collectoribus. Antea legebatur,* & episcopi, & auctores.

Item Anicetus in epistola ad episcopos Gallia.

¶ Ceteris assentientibus cum tribus prouincialibus ordinetur episcopus. C. IIII.

Comprouinciales episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentiētibus, a tribus, iussu archiepiscopi consecrari possunt episcopis.

Poly. l. 2. t. 8. Bur. l. 1. c. 28. Pan. l. 3. c. 10. Iuo p. 5. c. 139

Item Innocentius Papa ad Victricium episcopum Rothomagen. epistola 2. cap. 1.

¶ Non ordinetur episcopus extra conscientiam metropolitani. C. V.

Extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopum. Integrum enim est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec vnus episcopus ordinare præsumat episcopum, ne furtiuum præstitum beneficium videatur. Hoc enim & synodus Nicæna constituit, atque definiuit.

Poly. ibid. Iuo p. 5. c. 113 Ans. l. 6. c. 56

Item Gelasius vniuersis per Dardaniam constitutis.

¶ Episcopi a suo metropolitano, & ipse ab eisdem consecretur. C. VI.

Ansl.6.c.41. al.39. ex Gelasio ad Natalem episc. prope idem.

2 QVia per ambitiones illicitas non pudet quosdam e[illegible]um iura turbare, ac priuilegia, quæ metropolitanis, vel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas temeraria præsumptione peruadere; propter quod etiam communionis Apostolicæ desiderant dissidium tenere; quo scilicet ab eius auctoritate diuisi, vel impune proprias vsurpationes exerceant; non respicientes, quia æterno iudici rationem tam de catholicæ sinceritatis iniuria, quam de traditionum præiudiciis paternarum, non sine perpetuę sint damnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint; charitatem vestram duximus instruendam †, vt vos omnes in commune fratres, siue per Dardaniam, siue per quamque contiguam prouinciam constituti, qui vos sub metropolitanis vestris esse meministis, & ab eisdem substitui decernentes †, sicut vetus consuetudo deposcit, vnanimiter statuatis antistites, & vicissim si metropolitanus humanæ conditionis sorte decesserit, a comprouincialibus episcopis, sicut forma trãsmisit, sacrari modis omnib. censeatis: nec quemquã sibi, quod vobis antiqua dispositione concessum est, patiamini vendicare: quatenus & inter ipsas aduersantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenus custodire cesseris: sicut persecutionum tempore diuersarum patres nostros constanter fecisse non dubium est.

† *decedentes.*] vera lectio.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ De eodem. C. VII.

In capitulis Marti. Brachar. c.4. ex conci. Nicæno, c. 4.

3 EPiscopum oportet maxime quidem ab omni concilio constitui. Sed si hoc pro necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres eliganrur †, & omnium præsentium, vel absentium subscriptiones teneantur, & sic postea ordinatio fiat. ¶ Huius autem rei potestas in omni prouincia ad metropolitanum pertineat episcopum.

† *al. colligantur.*

Item ex concilio Niceno 1. c. 6.

¶ Non erit episcopus, qui præter metropolitani sententiam fuerit ordinatus. C. VIII.

Ansl.6.c.42 Deusde. p. 1.

ILlud generaliter est clarum, quod si quis præter sententiam metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna synodus diffiniuit episcopum esse non oportere.

DISTINCTIO LXV.

1 ps *COmprouincialium episcoporum vniuersaliter desideratur consensus in ordinatione episcopi. Quod si aliqui animositate ducti contradicere voluerint, obtinet sententia plurimorum.*

Vnde in Niceno concilio, c.6.

¶ Si

¶ Si ceteris consentientibus ordinationi episcoporum, duo vel tres contradicant, obtineat sententiam plurimorum. C. I.

SAncti communi omnium consensu rationabiliter probato secundum ecclesiasticam regulam, duo, vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

a ¶ Consensu] *Græce legitur*, ψήφῳ εὐλόγῳ οὔσῃ καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικόν. *quod Dionysius vertit*, decreto rationabili, & secundum ecclesiasticam regulam comprobato.

Item ex concilio Martini Papæ. In c. Martini Brachar.

¶ De eodem. C. II.

NOn debet ordinari episcopus absque consilio & præsentia † metropolitani episcopi. Adesse autem oportet omnes, qui sunt in prouincia sacerdotes; quos per suam debet epistolam metropolitanus conuocare. Et quidem si omnes occurrerint †, bene; si autem hoc difficile fuerit, plures oportet occurrere. Qui autem non conuenerint, præsentiam sui per epistolas faciant; & sic omnium facto consensu, ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter, præter quod terminatum est a nobis, fuerit factum; talem ordinationem nihil valere decernimus. 2 ¶ Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta; & aliquis cum malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

c. 3. ex conc. Antioche. † *al. conscientia.* † *al. concurrerunt.*

Item ex concilio Antiocheno, c. 19. c. 18.

¶ De eodem. C. III.

EPiscopus non est ordinandus sine consilio, & præsentia metropolitani episcopi; cui melius erit, si ex omni prouincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest; hi, qui adesse non possunt, propriis litteris consensum suum de ipso designent; & tunc demum post plurimorum siue per præsentiam, siue per litteras consensum sententia consona ordinetur. Quod si aliter, quam statutum est, fiat; nihil valere huiusmodi ordinationem. ¶ Si vero etiam secundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias, & domesticas simultates; his contemptis, sententia de eo obtineat plurimorum.

¶ *Verbis Græcis multo melius respondet altera versio, qua Dionysii est, ideoque illa consulenda.*

Si autem prouinciam primatem habere constiterit; nec etiam a metropolitano absque eius conscientia episcopum consecrare licebit.

Vnde Leo Papa Anastasio episcopo, epist. 82. al. 84. c. 6.

¶ Absque primatis consensu metropolitanus episcopum non ordinet. C. IIII.

DE persona autem consecrandi episcopi, & de cleri, plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat;

Deusde. p. 1. Iuo par. 5. c. 348.

quodque in prouincia bene placuit, scire te faciat, vt ordinationem rite celebrandam tua quoque confirmet auctoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ, aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum.

Item ex concilio Carthaginensi 2. c. 12.

¶ De eodem. C. V.

PLacet omnibus, vt inconsulto primate cuiuslibet prouinciæ, tam facile nemo præsumat, licet cum multis episcopis, in quocumque loco sine eius, vt dictum est, præcepto episcoporum ordinare. ¶ Si autem necessitas fuerit, tres episcopi in quocumque loco sint cum primatis præcepto ordinare debeant episcopum.

Item ex concilio Niceno, c. 6.

¶ Vnicuique ecclesiæ proprius honor seruetur. C. VI.

Ansl. 4. c. 46. Poly. l. 2. t. 21. † *perduret.*] κρατείτω.

MOs antiquus perduret † in Ægypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatẽ, quandoquidem & episcopo Romano parilis ᵃ mos est. ¶ Similiter autem & apud Antiochiam, ceterasque prouincias honor suus vnicuique seruetur ecclesiæ.

a ¶ Parilis] *Græce legitur:* ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν, *id est*, quoniam & Romæ Pontifici hoc vsitatum est. *Quibus verbis nulla paritas Romani, & Alexandrini Patriarchatus inducitur, vt quidam male interpretati sunt. optime Nicolaus primus in epistola ad Michaelem Imperatorem, quæ sunt. De qua incipit,* Proposueramus, *sic scripsit;* Nicæna synodus nouerat Romanæ ecclesiæ omnia Domini sermone concessa: Si omnia, ergo defuit nihil, quod non illi concesserit. Denique si instituta Nicænæ synodi diligenter inspiciantur, inuenietur profecto, quia Romanæ ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementum: sed potius ex eius forma, quod Alexandrinæ ecclesiæ tribueret, particulariter sumpsit exemplum. *Hactenus Nicolaus. Statutum igitur fuit ita in Alexandrina ecclesia obseruandum, quia sic fieret in Romana.*

Item ex eodem, c. 7.

¶ De eodem. C. VII.

† *al. Hierosolyma.*

QVoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, vt Æliæ, id est, Hierosolymorum † episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem manente tamen metropolitanę ciuitati propria dignitate.

Qui vero a comprouincialibus suis cum metropolitani licẽtia fuerit ordinatus, infra constituta tempora eius se repræsentet aspectibus, Vnde in Tarraconensi concilio, c. 5. legitur.

¶ Metropolitano se repræsentet nuper factus episcopus C. VIII.

SI quis in metropolitana ciuitate nõ fuerit episcopus ordinatus, post quam suscepta benedictione metropolitani litteras honorem fuerit episcopis adeptus: id optimum esse decreuimus, vt postmodum statuto

tuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se metropolitani sui repræsentet aspectibus, vt ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius, quod obseruare debeat, recognoscat. Quod si forte hoc implere ne[illegible] synodo increpatus a fratribus corrigatur. Et si forte infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis literis metropolitano indicare procuret.

2 *His auctoritatibus datur intelligi, quod episcopi a comprouincialibus suis debeant ordinari. Sed quæritur, si in prouincia plurimi episcopi fuerint* †, *& contigerit forte vnum remanere episcopū, quid fieri debeat. Ille, quia solus est, ordinare non potest episcopum, comprouinciales enim non habet, cum quibus episcopum consecrare valeat. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendū sit in Sardicensi concilio diffinitur, in quo cap. 5. sic statutum legitur.* † al. nō fuerint.

¶ Si forte vnus tantū in prouincia remanserit episcopus, ad consecrationem episcopi de vicina prouincia conuocentur. C. IX.

SI forte in prouincia vnum tantum cōtigerit remanere episcopum; superstes episcopus conuocet episcopos vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinet comprouinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit, populi conueniant episcopos prouinciæ vicinę, & illi prius commoneant episcopum, qui in eadem prouincia cōmoratur, & ostendant, quod populi petant sibi episcopum rectorem, & doceant iustum esse, vt veniat [a] ipse, & cum eis ordinet episcopum. Quod si litteris conuentus tacuerit, & dissimulauerit, nihilq; rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, vt conueniāt ex vicina prouincia episcopi, & ordinēt episcopum. Burc. l. 1. cap. 26. Iuo par. 5. c. 137.

¶ *Capitulum hoc, quomodo refertur a Gratiano, præcipue in priore parte, neque cum Latino, quod geminum est in tomis conciliorum, multoque minus cum Græco canone conuenit: quinetiam apud Burchardum, & Iuonem varie legitur. Huius vero conc. hi canones a Latinis latine, & a Græcis græce a principio scriptos fuisse Nicolaus Papa Photio scribens in epistola, quæ incipit.* Innumerabilium, *his verbis indicat.* Quomodo autem nō esse apud vos Sardicenses canones tu solus astruere poteris, quando non solum a Latinæ, verum etiam cum aliis a Græcæ linguæ hominibus statuti sunt, & promulgati? Qua de re credibile non est, quod ibi diffinitum est, vnumquemque ipsorum minime propriæ linguæ tradidisse. *Dionysius quoque exiguus in epistola ad Stephanum episcopum, qua ei suam Græcorum canonum interpretationem obtulit, Sardicense concilium a principio inter Latinos Latine editum fuisse, his verbis significat.* Tunc sancti Chalcedonensis Concilii decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus, ne quid præterea notitiæ vestræ credamur velle subtrahere. Statuta quoque Sardicensis Concilii, atque Africani, quæ Latine sunt edita, suis a se numeris cernuntur esse distincta.

a ¶ Vt veniat ipse] *Tam in concilio, quod est in codice canonum, quam quod in collectione Isidori, & apud Burchardum, & Iuonem legitur,* vt & ipsi veniant, & cum ipso ordinent episcopum. *Græcus autem canon ita habet:*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν, ἕνα ἐπίσκοπον ἀπομεῖναι, κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν, καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὰ δὲ

πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίγνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου, χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἐναπομείναντα ἐπίσκοπ, ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως) ὅτι ἀξιοῖ τὰ πλήθη ποι...... δι: δοθῆναι· ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν δὲ τοῦτον ἐκδέχεσθαι, ἵνα παραγένηται. εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὴν ἀντιγράφοι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους χρὴ γενέσθαι. χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους, πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου.

id est, Osius episcopus dixit. Si qua in prouincia, in qua plurimi sunt episcopi, contigerit vnum episcopum morari absentem, neque is propter negligentiam quandam conuenire voluerit, neque episcoporum creationi consentire; populi vero congregati postulent eũ, quem ipsi expetunt, episcopum constitui primum oportet episcopum illum, qui absens moratur, admoneri litteris primatis prouinciæ (nimirum episcopi metropolitani) de populorum postulato, pastorem sibi dari petentium: recte autem se habere puto, eum quoque, vt intersit, expectari †. Quod si neque per litteras rogatus affuerit, ac ne rescripserit quidem, satis faciendum populi voluntati est. Conuocari autem oportet ex vicina etiam prouincia episcopos ad metropolitani episcopi creationem.

† al. admitti

DISTINCTIO LXVI.

† sic Iustini. nouell. 131. in princi.

1 ps *A Rchiepiscopus autem ab omnibus suæ prouinciæ episcopis debet ordinari †.*

Vnde Anicetus Papa in epist. ad episcopos Galliæ.

¶ Ab omnibus suffraganeis suis archiepiscopus ordinetur. C. I.

Extra de tẽ. ord. c. si archiepisco. Poly. l. 2. t. 8. Ans. l. 6. c. 39. Bur. l. 1. c. 28. Iuo p. 5. c. 139. Pan. l. 3. c. 10. Idem reperitur in epist. Aniceti.

A Rchiepiscopus [a] ab omnibus suæ prouinciç episcopis ordinetur. *& infra* [b]. Illud tamen, quod de archiepiscopi consecratione prę dictum est, atque pręceptum, id est, vt omnes suffraganei eũ ordinent, nullatenus immutari licet; quia, qui illis præest, ab omnibus episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin aliter præsumptum fuerit; viribus carere non dubium est; quia irrita erit eius secus acta ordinatio.

a ¶ Archiepiscopus] *Hac prior pars in epistola ipsa, & apud ceteros collectores fusius exponitur.*

¶ *Hic in epistola cũ multa alia sunt interiecta, tum c.* cõprouinciales. *sup. dist. 64.*

Polycar. ibi. Ansl. 6. c. 53. Bur. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 139. Pan. l. 3. c. 17.

De episcopis aũt nõ ordinandis a paucioribus quam trib. episcopis, Anacletus epist. 2. ad episcopos Italiæ scribit, dicens.

¶ Episcopus non minus, quam a tribus episcopis ordinatur. C. II.

POrro & Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem, Domini nuncupatus est frater, a Petro, Iacobo, & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet suis dantibus formam, vt non minus, quam a tribus episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus, vllatenus episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

DISTIN-

DISTINCTIO LXVII.

1 ps PResbyteri vero, & chorepiscopi ab vno episcopo ordinari possunt.

Vnde Anacletus epist. 2. ad episcopos Italiæ.

¶ Sacerdotes ab vno episcopo possunt ordinari. C. I.

RElıqui sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita vt ciues, & alii sacerdotes assensum præbeant, & ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter & diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum episcopi scilicet approbatione, sufficere potest. Poly. ibid. Ans. l. 6. c. 53.

Item in Hispalensi concilio secundo, c. 6. legitur.

¶ De eodem. C. II.

2 EPiscopus sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, solus auferre non potest. 15. quæst. 7. c. sexta. & c. episcopus. 4. sen. dist. 25. B.

DISTINCTIO LXVIII.

1 ps QVaritur de illis, qui ordinantur ab his, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi, an non. Quod vero consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorij, qui scribens Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 32. ait. Pol. l. 2. ti. 35. Ans. l. 7. c. 104. Pan. l. 3. c. 76. Iuo p. 6. c. 82.

¶ Semel consecratus, iterum consecrari non debet. C. I.

SIcut semel baptizatus, iterum baptizari non debet; ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa ad sacerdotium venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo seruari.

Contra Gregorius tertius ad Bonifacium episcopum, epistola 2. scribens testatur.

¶ De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat episcopos non fuisse. C. II.

PResbyteri, quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint illi, qui † ordinant, & dubium est eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinauerunt; si bonæ actionis, & catholici viri sunt, ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omnique lege sancta edocti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrentur: & sic ministerio fungantur. Ans. l. 7. c. 110. Iuo par. 6. c. 117. † *a quibus fuerint ordinati*] ori.

Quod ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi ius habere. Qui autē ab illo cōsecratur, quem non constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille consecrandi ius non habuit, iste ex olei effusione nil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc

quasi primum ad consecrationem veniens ab episcopo sacerdotalem benedictionem, & consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuit, in prima unctione consecutus est consecrationem: in secunda vero non reiteratur consecratio, sed sola unctio: si , , dubium est, an sit baptizatus, vel non: debet baptizari: qui si prius baptizatus non fuerat, consequitur gratiam baptismi: si autem baptizatus erat, nihil accipit in secunda unctione † : nec pertinet hoc ad reiterationem baptismi, sed ad causam salutis. Hoc & de ecclesiis consecrandis similiter obseruandum est.

† *lotione.*

Vnde in Nicano concilio legitur.

¶ Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata. C III.

De cõsecra. dist. 2. c. ecclesia.

ECclesiis semel consecratis Deo nõ iterũ debet consecratio adhiberi; nisi aut ab igne exustę, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumq; semine fuerint pollutæ: quia sicut infans a qualicumq; sacerdote in nomine patris, & filii, & spiritus sancti semel baptizatus, nõ debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dicatus est iterũ consecrandus, nisi propter eas causas, quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eum consecrauerunt.

2 *Inter episcopos, & chorepiscopos autem hae est differentia, quod episcopi non nisi in ciuitatibus, chorepiscopi etiam in vicis ordinari possunt: episcopi formatas tribuunt; chorepiscopi non nisi commendatitias, & pacificas dare valent. Episcopi ius consecrandi habent; chorepiscopi tantum minores ordines tribuunt, leuiticam autem, & sacerdotalem benedictionem non valent praestare. De his ita scribit Leo I. ad episcopos Germaniæ, & Galliæ, epist. 86. al. 88.*

¶ In quibus chorepiscopi ab episcopis differant. C. IIII.

Iuo par. 6. c. 72. Ansel. 7. c. 122. Pol. l. 4. t. 26.

QVamuis chorepiscopis, & presbyteris plurima cum episcopis ministeriorum communis sit dispositio; quædã tamen auctoritatę veteris legis, quædam nouellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut est presbyterorum & diaconorum, aut virginum consecratio; si constitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Si quidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias, vel altaria consecrare licet, nec per impositionem manuum, fidelibus baptizatis, † vel conuersis hæreticis † paracletum spiritum sanctum tradere, nec chrisma cõficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in Missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita sunt chorepiscopis: qui ad exemplum, & formam lxxii. † discipulorum esse noscuntur, vel presbyteris, qui eamdem gestant figuram: quoniam quamquam consecrationem habeant; pontificatus tamen apicem non habent.

† *baptizandis*] orig. & Iuo.
† *ex haresi*] orig.
† *al. lxxi.*

3 *Hi vero propter insolentiam suam, qua officia episcoporum sibi vsurpabant, ab ecclesia hodie prohibiti sunt.*

Vnde Damasus Papa ait ad episcopos Africa, epist. 4.

¶ Ordo

¶ Ordo chorepiscoporum a sacra sede reprobatur. C. V.

Chorepiscopi tam ab hac sacra sede, quam a totius orbis fuerant episcopis prohibiti. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est praua; quia et hi de summo sacerdotis ministerio aliquid praesumant, omni auctoritate caret. *& infra.* ¶ Nam non amplius, quam duos ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, id est duodecim Apostolorum, & septuaginta † discipulorum. Vnde iste tertius processerit, funditus ignoramus. Et quod ratione caret, extirpari necesse est. 4 ¶ Quod autem † episcopi non sint, qui minus, quam a tribus sunt ordinati episcopis, omnibus patet: quoniam, vt bene nostis, prohibitum a sanctis est patribus, vt qui ab vno, vel a duobus sunt ordinati episcopis; nec nominentur episcopi. Si nomen non habeant, qualiter officium habebunt?

Poly. ibid. Ans. l. 7. c. 123.
† *al. lxxij.*
† *al. enim.*

Item Vrbanus secundus.

¶ Apostolorum in ecclesia locum episcopi teneant. C. VI.

Quorum vices in ecclesia habeant episcopi, & qui eis hanc dignitatem dare debeat; sanctus Augustinus ostendit, inquiens, pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filii? Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filii nati sunt tibi: constituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi, qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? Ipsa ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo te putes desertã, quia non vides Petrum; quia non vides Paulum; quia non vides illos, per quos nata es; de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram.] & infra [Filios genuit ecclesia; cõstituit eos pro patribus suis principes super omnem terram.]

In Psal. 44.

DISTINCTIO LXIX.

1 ps *Tonsura vero clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus impositio ab episcopo facta noscatur. Vnde in septima synodo cap. 14. legitur.*

¶ Abbates, quibus ab episcopo manus imponitur, aliquos tonsurare possunt. C. I.

Quoniam videmus sine manus impositione a paruula aetate tonsuram cleri quosdam accipientes, nondumque ab episcopo manus impositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes; praecipimus amodo id minime fieri. Idipsum quoque obseruandum est etiam inter monachos. 2 ¶ Lectoris autem manus impositione † licentia est abbati solummodo in proprio monasterio faciendi; si duntaxat eidẽ abbati manus impositio facta noscatur ab episcopo [secundũ † morẽ praeficiendorũ Abbatũ,] dum constet illum esse

Iuop. 5. c. 176
† *al. imposi-tionem.*
† *Haec non sunt in Graeco canone.*

presbyterum. ¶ Simili etiam modo secundũ antiquam consuetudinẽ chorepiscopos præceptione oportet episcopi promouere lectores.

Item ex concilio Laodicensi, c. 26.

¶ Non exorcizent, qui ab episcopo prouecti non sunt. C. II.

NOn oportet exorcizare eos, qui necdũ ab episcopis sunt promoti, † neque in ecclesiis, neque in domibus.

† *al. prouecti.*

DISTINCTIO LXX.

I ps *AB episcopis alterius ciuitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam a proprio absolute ordinandus est: absoluta enim ordinatio Chalcedonensi concilio prohibetur, & vacuã habere manus impositionem præcipitur: in quo sic statutum est canone 6.*

¶ Nemo ordinandus est absolute. C. I.

Ans. l. 7. c. 105. Pol. l. 2. c. 31. Bur. l. 2. c. 6. Iuo p. 6. c. 26. Pan. l. 3. c. 27.

NEminem absolute ordinari presbyterũ, vel diaconũ, vel quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi [a] manifeste in ecclesia ciuitatis, siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eos aũt, qui absolute ordinãtur, decreuit sancta synodus vacuam habere manus impositionem, & nullum [b] tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit.

a ¶ Nisi manifeste] *Græce legitur: εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο, hoc est:* nisi proprie in ecclesia ciuitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monasterio. qui ordinatur, pronuntietur. *In ordine autem Romano fit mentio talis pronunciationis, episcopi nomine per archidiaconum factæ.* De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad lectorem ad eundem titulum.

b ¶ Nullum tale factum] *Græce, μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν, id est,* nunquam posse operari.

Item ex concilio Vrbani II. *habito Placentiæ.*

¶ Irrita sit ordinatio sine titulo facto. C. II.

S. Antonin⁹ p. 2. c. 1. §. 22.

SAnctorum canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuo perseueret. ¶ Omnino autem in duabus aliquem titulari non liceat, sed vnusquisque in qua titulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione, vnus diuersis præesse possit ecclesiis; canonicus tamen præbendarius, nisi vnius ecclesiæ, in qua conscriptus est, esse non debet. ¶ Si quæ tamen capellæ sunt, quæ suis reditibus clericos substentare non possunt; ea cura ac dispositio præposito maioris ecclesię, cui capellę subditę esse videntur, immineat; & tam de possessionibus, quã de ecclesiasticis capellarum officiis ipse prouideat.

In

In eodem etiam concilio antiquis nouẽ præfationibus decima addita est, quæ ita se habet [Æquum, & salutare, & te in ven. vel assumptione beatæ Mariæ collaudare, benedi. & prædi. quæ, & vnigeni... ... em S.S. obumb. concep. & virginitatis gloria permanente lumen æter. mundo effudit, Iesum Christum dominum nostrum.]

DISTINCTIO LXXI.

1 ps *De clericis vero non ordinandis ab episcopo alterius ciuitatis, in Sardicensi cõcilio, c. 18. & 19 statutum est, in quo Ianuarius episcopus dixisse legitur.*

¶ Clerici ab episcopo alterius ciuitatis non ordinentur. C. I.

ILlud quoque sanctitas vestra statuat, vt nulli episcopo liceat alterius ciuitatis ecclesiasticum hominem [a] solicitare, & in sua diœcesi clericum ordinare. Vniuersi dixerunt, Placet: quia ex his contentionib. solent nasci discordiæ; & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat. ¶ Osius episcopus dixit. Et hoc vniuersi constituimus, C. 19. vt quicumque ex alia parochia voluerit alienũ ministrum sine cõsensu episcopi ipsius, & sine voluntate ordinare, nõ sit rata ordinatio eius.

a ¶ Hominem] *In concilio Latino legitur:* ecclesiasticum ministrum solicitare. & in suis parochiis clericum, &c. *Infra ead. c. primatus. (vbi huius canonis sententia videtur referri) legitur,* vt nemo alterius plebis hominem vsurpet. *Græce autem caput istud, quod in Latino decimum octauum est, non habetur.*

Item Innocentius ad Victricium Rothomagensem episcopum, epist. 2. c. 7.

¶ De eodem. C. II.

DE aliena ecclesia ordinare clericum nullus præsumat, † nisi eius Pannor. l. 3. episcopus precibus exoratus concedere voluerit. c. 64.

Item ex Nicæno concilio, c. 16. in fine. † al. vsurpet.

¶ Qui sine episcopi consensu ordinatur, irrita sit eius ordinatio. C. III. Burch. l. 1. c. 109.

SI quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in sua ecclesia ordinare, cum non habeat consensum illius episcopi, a quo recessit clericus; irrita sit huiusmodi ordinatio. Iuo p. 5. c. 11. ex alia versione.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 20.

¶ Clericus vnius ecclesiæ in alia non ordinetur. C. IIII.

CLericos in suis ecclesiis constitutos, sicut iam diffiniuimus, non Ansl. 6. c. liceat in alterius ciuitatis ecclesiis ordinari: sed quiescant in ea, 125. & l. 7. c. in qua ab initio ministrare meruerunt: exceptis illis, qui proprias ciui- 109. tates perdiderunt, & ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. Si Iuo par. 6. vero quicumque episcopus post definitionem istam ad alium episco- c. 361. pum pertinentem clericum susceperit; placuit sanctæ synodo, & eum, qui suscepit, & eum, qui susceptus est, tamdiu excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus reuertatur ad propriam ecclesiam.

Item Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, l.5.epist.11. seu cap.111.

¶ Apostolica permissione vnius ecclesiæ clericus in altera valeat ordinari. C. V.

Ioan. diac. l.3 c.20. Poly. l. tit.7. Ans.l.7.c.80.

FRaternitatem tuam a nobis petiisse recolimus, vt Gratianum ecclesiæ Benafranæ diaconum tuæ concederemus ecclesiæ cardinandum.ᵃ Et quoniam nec episcopũ, cui obsecundare, nec propriam habet ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere; petitionem tuam non prauidimus differendam. Idcirco scriptis tibi præsentibus eum necessario duximus concedendũ, habituro licentiam diaconum illum, nostra interueniente auctoritate, ecclesiæ tuæ, Deo propitio, constituere cardinalem.

a ¶ Cardinandum] *Antea legebatur,* ordinandum. *Emendatum est ex ipsa epistola. Cardinare vero, seu Cardinalem constituere, (quod est in fine huius capitu) ita videtur B. Gregorius accepisse, vt canonicam translationem significet. Nam cum tempore S. Gregorij canon sextus concilij Chalcedonensis accurate obseruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in ecclesijs (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eum locum ordinaretur, cum aliquis iam ordinatus, necessitate aliqua in aliam ecclesiam transferebatur, vt in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deseruiret, in secunda dicebatur incardinari; quod ex isto nunc indicato loco patere potest, & ex lib.3. epist.14. & alibi. Quod etiam in episcopis B. Gregorius faciebat, lib. 2. indict.10. epist.6. & epist.25. (quod refertur infra 7.q.1 c. pastoralis.) & indict.11. epist.13. & sequenti. quod habetur infra 21. q.1. c. relatio. De hac re Ioannes diaconus lib.3.c 8. & 11. & 16. Gregorium vero Ioannes vij. & facto ipso, & vocabulo in eadem notione accepto, est imitatus; quod ex aliquot manuscriptis ipsius epistolis constat.*

Item ex concilio Carthaginensi 1.c.5.

¶ Sine litteris episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur. C. VI.

Bur.l.2.c.43. Iuo par.6. c.144. Ans.l.6.c. 124. † *al. primatus.* † *ordines*] orig.

PRimatus † episcopus Vegeselitanus dixit. Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui †; neque apud se retinere; nec laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum obtineat † sine conscientia eius episcopi, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit. Hæc obseruantia pacem custodit: Nam & memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet: Sed si forte erit necessarius; petat a collega suo, & per consensum habeat.

Item ex concilio Chalcedonensi, c.13.

¶ Sine litteris commendatitiis clericus extra suam ecclesiam non ministret. C. VII.

Burc.l.2.c. 139. Ans.l.7.c. 162. Pol.l. 4.t. 31.

EXtraneo clerico, & lectori extra ciuitatem suam sine commẽdatitiis litteris proprii episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

Item ex sermone S. Augustini ad populum.

¶ De eodem. C. VIII.

Burc. l. 15.c. 30. Iuo par.16. c.31.

HOrtamur Christianitatem vestram iuxta sanctorum canonũ instituta, vt in ecclesiis a vobis fundatis aliunde veniens presbyter non

non suscipiatur; nisi a vestræ fuerit ecclesiæ consecratus episcopo, aut ab eo per commendatitias litteras suscipiatur.

Item ex concilio Antiocheno, c. 7.

Absque formata clerici peregrini non suscipiantur. C. IX.

NVllum absque forma, [a] quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum clericorum suscipi oportet.

a Formata] *Grace est* μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων, *quod Dionysius vertit*, nullus peregrinorũ sine pacificis, id est cõmendatitiis suscipiatur epistolis *atque ita Burc. & Ivo habent.*

DISTINCTIO LXXII.

1 DImissorias vero litteras episcopus nisi rogatus, non tribuat:
ps sicut statutum est in synodo habita Roma.

Vnde Leo Papa ait.

Nisi eodem petente, nulli dimissoriæ litteræ præstentur. C. I.

EPiscopus subiecto sibi sacerdoti, vel alii clerico, nisi ab ipso postulatus, dimissorias non faciat, ne ovis quasi perdita, aut errans inueniatur. Ans. l. 6. c. 122.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 21.

De eodem. C. II.

CLericum alienum, nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & ostiarii retinent.† Bur. l. 2. c. 42. Ivo p. 6. c. 14. † al. retineant.

Item ex concilio Mileuitano, c. 15.

In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur †. C. III. † al. teneatur.

PLacuit, vt quicumque in vna ecclesia vel semel eligitur; [b] ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

b Eligitur] *In concilio Mileuitano est* vel semel legerit: *itemque in concilio Carthaginensi Græco, c. 91* αἴ ἢ ἅπαξ ἀναγνῷ, *in Africano autẽ, c. 67.* vel semel suscepto officio legerit. Conc. Africanum c. 57.

DISTINCTIO LXXIII.

1 QValiter vero commendatitia, vel dimissoria, seu formata e-
ps pistola facienda sit, videndum est. Debent namque littera Græca interponi in ea epistola, & non sine causa. Græca enim elementa litterarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur, hoc a patrib. cccxviij. Nicææ congregatis saluberrime inuẽtum est, & constitutum; vt formatæ epistolæ hanc calculationis, seu supputationis habeant rationẽ, id est, vt assu-

Ex Attico ad finem concilii Chalcedonensis. Ans. l. 6. c. 121. Ivo par. 6. c. 334.

mantur in supputationem prima Græca elementa patris, & filij, & spiritus sancti, hoc est, π, υ, α: quæ elemēta octogenarium, & quadringentesimum, & primum significant numerum. Petri quoque apostola prima littera, id est, π, quæ numerum octoginta significat ... que, qui scribit episcopi† prima littera; cui scribitur, secunda littera; accipientis, tertia littera; ciuitatis quoque, de qua scribitur, quarta, & indictionis, quæcumque est illius† temporis, enumerus assumatur. Atque ita his omnibus Græcis litteris, quæ, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam, quæcumque fuerit collecta, summam epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expresse†. Addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat ἀμήν.

† *al. epistolam.*
† *al. id.*
† *al. expressam.*

¶ Exemplar formatæ epistolæ, quæ in Nicæna synodo a CCCXVIII. Patribus facta est. C. I.

Burch. l. 2. c. 227. Iuo par. 6. c. 434. simile quiddā multoque magis, c. 435. *Matth.* 10. *Rom.* 12.

IN nomine patris. π. & filii. υ. & spiritus sancti. α. π. Walterio Spirensi episcopo. Ego Burchardus sanctæ Wormaciensis ecclesiæ deuotus, gregis Christi famulus, in Deo vero summæ felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta Euangelica; quæ dicunt [Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, accipiet mercedem prophetæ: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, &c.] & Apostolus iubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sanctorum virorum communicare; tamen propter eos, qui cauteriatam habent suam conscientiam dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti: & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint, sua malitia faciente, fugitiui; & dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint; statutum est a sanctis Patribus, neminem clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo episcopo, & inthronizari in sua ecclesia; nisi habeat a proprio episcopo epistolam, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus fraternitati† vestræ, quod præsens frater noster harum litterarum portitor, nomine Hermannus†, non pro sua nequitia expulsus est a nobis; sed postulantibus fratribus, eo quod ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in cornu altaris canonice; & ordinauimus eū ad gradum presbyterii. Cui etiā has dimissorias, siue commēdatitias litteras facimus; & eum ad vestram dilectam fraternitatē dirigimus: vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine, & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis episcopus in nomine patris†, & filii, & spiritus sancti, & in vnitate sanctæ ecclesiæ, in qua Petro datum est ius ligandi, atque soluendi, absoluo Hermannum presbyterum de ciuitate Wormaciensi indictione x. & licentiam do vobis inthronizādi eum in quacunque ecclesia vultis vestræ parochiæ. ¶ Hanc ergo epistolam Græcis litteris

† *al. paternitatis.*
† *Ecmannus*] Burchar.
† *al.* ω.
† *al. patris π. & filij υ & spiritus sancti α.*
Iuo p. 6. c. 434. simile.

teris hincinde munire decreuimus, & annulo nostræ ecclesiæ firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis incolumem conseruet *a*. π. υ. α. π. β. ι. ζ. ξ. ἀμήν. Data Wormaciæ Idibus Martii, anno Dominicæ incarnationis, M XII. Indictione X.

a ¶ Conseruet] *In hoc & sequenti capite ea tantum sunt emendata, quæ exemplarium auxilio restitui poterant. Cæterum quæ hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt deprauata. Facile autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime respondet exemplum ab Iuone allatum, par. 6. c. 435. si litteræ in extremo 434. capitis positæ, ponantur loco earum, quæ in ipso 435. afferuntur. Addita enim illis dictione, ἀμήν, resultat numerus ibi notatus, id est, I D CCLXXVIII. Bene etiam procedet exemplum cap. 434. si vbi nunc summa est 1539. fiat, 1439. satis sit locum indicasse.*

¶ Incipit epistola formata a CCCXVIII. episcopis, & ab Attico Constantinopolitanæ vrbis episcopo edita. C. II.

SAnctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectendo. A. illius ciuitatis episcopo, v. illius ecclesiæ præsul perpetuæ beatitudinis, optat in Christo salutem π. υ. α. π. De cetero nouerit sancta fraternitas vestra, quod iste clericus Hermannus nomine, nostra in parochia instructus, ac detonsus paruitatem nostram rogauit; quatenus illi commendatitias litteras conscriberemus; quibus vestræ celsitudini commendatus, sub tuitione vestri regiminis degere posset: cuius voluntati consentientes, secundum canonicam auctoritatē litteras ei dimissorias dedimus; per quas & ipsi concedimus, vt sub vestro magisterio diuinæ seruituti insistens suæ deseruiat vtilitati, & vobis licentiam tribuimus, vt, si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promoueatis. Commendatū ergo eum curę vestrę suscipite; & nostris ex partibus absolutū in vestrarum ouiū numero custodite. Quas litteras, vt vigore veritatis firmatæ indubitanter a vobis suscipiātur; litteris Gręcis, vt canonica docet auctoritas, cōfirmare sategimus. Sancta Trinitas vestrā beatitudinē ad regimē sanctę suę ecclesię perpetualiter bene valere concedat, ἀμήν; vel sic, ϙ θ. (quæ eamdē summā exprimunt) indictione x. Continet hęc formata epistola summā numeri, MCCC. XV †. Y. Gręcā in nomine illius primā ponimus: quia Gręci eā in quibusdam locis pro, u, consonāte ponunt; sicut est Δαυίδ, & ευαγγέλιον. Ans.l.6.c. 121. † al. m. ccc. xx6.

a ¶ Ab Attico] *Antea legebatur*, abbatibus. *Restitutus est locus ex coniectura (quod perraro factum est) quoniam euidenti ratione nitebatur.*

b ¶ ἀμήν, vel sic ϙ θ] *Addita sunt hæc ex aliquot vetustis exemplaribus, & vtrisque istis notis idem numerus nonagesimus nonus significatur. In codicib. vero impressis vel nihil erat, vel dictio*, amen. *Latine scripta, in qua nulla est numeri significatio.*

DISTINCTIO LXXIIII.

1 QVaritur de his, qui ab episcopis suis promoueri † cōtemnunt, an inuiti sint sublimandi, an non. De his ita statutum inuenitur in concilio Aurelianensi 3. c. 7. † al. ordinari.

ps

¶ Annuæ suspensioni subiaceat episcopus; qui inuitum ordinare præsumit. C. I.

EPiscopus, qui inuitum, aut reclamantem præsumpse[illegible]rdinare, annuali pœnitentię subditus Missas facere non præsumat.

Item Gregor. Natali episcopo Salonitano, in 1. l. reg. epist. 19.

¶ Nullus promoueatur inuitus. C. II.

Pol.l.2.c.33. Iuo p.6 c.379 †al. adducitur. GEsta, quæ nobis in concilii vestri confecta secretario direxistis, in quibus archidiaconus Honoratus adiicitur, plena esse cognouimus seminę iurgiorum: cum vno eodemq; tempore vna persona nolens ad sacerdotii ordinem prouehitur, quæ tamquam immerita a draconatus officio remouetur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere compellatur inuitus; ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiiciatur iniuste.

In codi. canonum. *Contra innuentur in conc. Carthagin. c. 31.*

¶ Qui ab episcopis suis promoueri contemnunt, a locis suis deiiciantur. C. III.

Iuo p.6.c.42. SI[a] qui clerici ab episcopis suis promoueri contempserint; nec illic maneant, vnde recedere noluerunt.

a ¶ Si qui] *Verba huius capitis sunt titulus sequentis capitis,* Placuit, *qui est proprius canon trigesimus primus concilij Carthaginensis in codice canonũ, & apud Græcos.*

Bur.l.2.c.178 Iuo p.6.c.42. Ans.l.6.c.103 ¶ De eodem. C. IIII.

†al. ecclesiarum nõ obtemperauerint. PLacuit, vt quicumque clerici, vel diaconi pro[b] necessitatibus ecclesiasticarum rerum non obtemperauerint episcopis suis volentib. eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere; nec illic ministrent in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

a ¶ Pro necessitatibus] *Græce est,* διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. *id est,* ob quasdam cogentes causas suarum ecclesiarum.

Item ex concilio Agathensi, c. 23.

¶ Posteriores prioribus episcopi non præponant. C. V.

†al. ne.]oti. EPiscoporum etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi † forte superbia elatus, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat. 2. ¶ Sane si †al. Archidiaconus. officium Archidiaconatus † propter simpliciorem naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem[a] ecclesiæ, quem elegerit episcopus præponendum.

a ¶ Et ordinationem] *Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Coloniensibus legitur,* & ordinationi ecclesiæ, quam elegerit episcopus, præponatur: *tamen in vetere Coloniensi, duobus Parisiensibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo, atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 11. epist. 34.

¶ In

¶ In quo loco quisque ordinatus est, inuitus teneri non debet. C. VI.

QVorumdam ad nos relatione peruenit Cosmam, qui ex monasterio monasterii sanctæ Luciæ a decessore vestro memorandæ † memoriæ Maximiano in ecclesia Syracusana factus subdiaconus, atq; a vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ira nimia tristitia, & loci qualitate vehementer afflictum, vt vitare sibi pœnam existimet, & contritionis † suæ fugam quærat auxilium. Et ideo, quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissemus, nostros volueramus esse præpositos magnæ benignitatis est, si eum in ecclesiam, vbi subdiaconi est functus officio sanctitas vestra reducere, atque illic presbyterum voluerit constituere Cardinalem. Quod & facere, quemadmodum arbitramur, debebitis; si tamen nihil est, quod iuste contra ipsum animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas vt scire possimus, insinuet.

† al. venerandæ.

† al. contristationis.

3 *Verum illud Gregorij de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitudinis callide ab episcopis suis promoneri queruntur. Illud autem Carthaginēsis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis propter necessitatem ecclesiæ volentibus eos ad altiora promouere. Hanc distinctionem ex decreto Simplicij Papæ quilibet corroborare valet, qui scribens Ioanni episcopo Rauennati, epist. 2. ait inter cetera.*

¶ Non est aliquis inuitus ad episcoparum pertrahendus. C. VII.

VBi ista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopum nostrum Gregorium non dilectione †, sed inuidia perpetrasti: quem inexcusabili violentia pertrahi ad re passus es, atque vexari, vt ei honorem tantum non per animi tranquillitatem, sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neq; enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *& infra.* ¶ Denunciamus autem, quod si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, inuitum facere forte credideris; ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ vel Æmiliensis noueris auferendas.

Poly.l.2.t.33. Ans.l.6.c.66. & 67. Bur.l.1.c.29. Iuo p.5.c.140 † al. electione. 11.q.3.c.priuilegium. 25.q.2.c.denuntiamus autem.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. 2. epist. 16. indict. 10. Ans.l.7.c.7?.

¶ De eodem. C. VIII.

HOnoratus archidiaconus ecclesiæ Salonitanæ a sanctæ memoriæ decessore meo, missa supplicatione poposcerat, vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem contra mortem nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ

decessor noster scriptis suis Natali fratri, coepiscopoque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum Archidiaconum inuitum proueheret, neue dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumque & a nobis hęc eidem summopere fuerint interdicta, non solum mandata Dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, pręfatum archidiaconum quasi ad fortiorem honorem prouehens, conatus est arte callida degradare. Vnde actum est, vt eo de archidiaconatus loco summoto alium ascisceret, qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum Archidiaconum arbitramur antistiti suo aliunde displicere non potuisse; nisi quod eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili voluimus, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus, & nunc ego indagatione discutere; sed ipse suorum sibi actuum conscius, personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præsentis præcepti auctoritate diximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natalem fratrem, coepiscopumque nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat adhortari, vt supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, vt consueuit, forte distulerit, vsum ei pallii, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis Apostolicæ contradices †. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseuerare perspexeris; dominici quoque corporis, & sanguinis eumdem antistitem participatione priuabis.

† *al. contradicito.*] orig.

Adhibenda est etiam disciplina; qua nolentes promoueri ad sacros ordines, ad obediendum episcopis suis prouocentur. In minoribus siquidem ordinibus constituti, paulatim per singulos gradus sunt prouehendi; vt contemnentes suis obedire episcopis, doleant sibi esse prælatos quos prius habebant subiectos.

Vnde Gelasius scribit Victori episcopo †.

† *al. episcopo Alexādrino.*

¶ Cum maiores ordinari contempserint, de minoribus promoueantur ordinibus. C. IX.

Ans. l. 7. c. 102 Iuo p. 6. c. 106 Poly. l. 2. c. 31.

CONsuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quod diaconi ad presbyterii gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere) venire detrectant. Quapropter quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio, grauitasque non patitur; vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere †, si † quos habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturiores ætate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promouere, vt qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores †, ipsaque commoda presbyteri propensius, quam diaconi, consequantur: vt hac saltem ratione constricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, & quæstum.

† *al. proficere.* † *al. quia scilicet si quos.* Iuo p. 6. c. 43. † *al. posteriores.*

DISTIN-

DISTINCTIO LXXV.

1 *TEmpus autem consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, ad episcopi benedictionē non eligitur. Omni enim tempore benedicuntur; dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.*

Vnde Anacletus Papa scribit ad episcopos Italiæ, epistola secunda in principio. Sup.dist.64.

¶ Ordinationes episcoporum qua hora fieri debeant. C. I. ordinationes episcoporum.

ORdinationes episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrandæ. Qui simul conuenientes scrutinium diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus in sanctis Euangeliis, quæ prædicaturi sunt, imponentes Dominica die, hora tertia orantes, sacraque vnctione, exemplo † prophetarum, & regum capita eorum, more Apostolorum, & Mosis vngentes; quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto: cuius virtus inuisibilis, sancto chrysmati est permista. & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

Bur.l.1.c.15. Iuo p.5.c.69. Ansl.l.6.c.53. Pan.l.3.c.12. Poly.l.2.t.6. De prophetis. 3. Re. 19. De Moyse Exod.29. De Regibus 1.Reg.10.

2 *Tempus aūt consecrationis, triū mensium spatio clauditur: Vltra quod, nisi necessitate cogēte, episcoporum consecrationes post electionem differri non licet. Vnde in Chalcedonensi concilio, 25. legitur.*

¶ Vltra tres menses non differatur episcoporum ordinatio. C. II.

QVoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere episcoporum; placuit greges sanctæ synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum; nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis † amplius protelari. Si autē a quis episcoporum hæc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ cōdemnationi subiacere; redditus vero eiusdem viduatæ ecclesiæ integros reseruari apud œconomum eiusdem ecclesiæ placuit.

† al. prophetarū exemplo Regum capita perungentium, eos more, &c.

Pol.l.2.t.10. Bur.l.1.c.24. Ansel. l. 6. c.40. Iuo par. 5. c.135.

a ¶ Si autem quis] *Sic etiam in prisca versione. Græce est:* εἰ δὲ μὴ τοῦτον ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτῷ (*al.* ἐκκλησιαστικῷ) ἐπιτιμίῳ. *quæ alter interpres vertit.* Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticæ subiacebit. *De Metropolitano enim loquitur.*

† τῆς ἀναβολῆς.

3 *Ceterorum vero ordinationes non nisi in temporib. certis & diebus, maxime sacerdotum, & leuitarum fieri debent; vespera videlicet sabbati, vel mane diei Dominicæ continuato ieiunio.*

Vnde Zepherinus Papa scribit ad episcopos Ægypti, epist. 2.

Pol.l.2.t.28. Ansl.l.6.c. c.42.

¶ Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. C. III.

ORdinationes presbyterorum, leuitarumque, tempore congruo, multis coram adstantibus, solenniter agite, & probabiles, ac do-

Barc. l.2. c.3. Iuo p.6.c.23. & 47. Poly. ibid. Ansl.l.7.c.44. Iuo p.6.c.71.

ctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum societate, & adiumento plurimum gaudeatis.

Item Leo episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. c. 1.

¶ Presbyteri & leuitæ, qua hora ordinandi sunt. C. III.

QVod a partibus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, a vobis quoque volumus custodiri; vt non passim diebus omnibus sacerdotalis, vel leuitica ordinatio celebretur; sed post diem sabbati eius noctis, quæ lucescit in prima sabbati, exordia † consecrandi eligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunis, & a ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem obseruantiæ erit, si mane ipso dominico die, continuato ieiunio sabbati, celebretur: a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt: quod † ad diem resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratur) pertinere non dubium est.

† *exordia de ligātur, hoc est, sub lege diuini officii substituantur*] orig.

Idem eodem capite.

¶ Quare die Dominico sacerdotum ordinationes celebrentur. C. V.

Iuo p.6.c.70. Pan. l.3.c.13. Actor. 13.

4 QVod [a] die Dominico † ordinationes sacerdotum celebrentur, non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica nouimus venire doctrina; scriptura manifestante, quod cum Apostoli Paulum, & Barnabam ex præcepto spiritus sancti ad Euangelium gentib. mitterent prædicandū, ieiunantes & orātes imposuerunt eis manus: vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curandum sit, ne tantę benedictionis sacramentum negligēter videatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis; si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse seruaueris, vt his, qui cōsecrandi sunt, numquā benedictio †, nisi in die Dominicæ resurrectionis tribuatur: cui a vespera sabbati initiū constat adscribi †: & tantis diuinarū dispensationum † mysteriis est consecrata, vt quidquid est a Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium, in hac per resurrectionem Christi & mors interitum, & vita accepit initium. In hac, &c.

† *al. benedictiones tribuītur*] ori. † *dispositionum.*

[a] ¶ Quod die] *Sumptum est caput hoc ex eodem loco, vnde & antecedens, mutato tamen verborum ordine, & nonnullis initio additis. In ipsa enim epistola post vltima verba præcedentis capitis sequitur continenter.* Nam præter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina: etiam sacra scriptura manifestat, quod cum Apostoli. &c.

[*Item in ordine Romano, c. de gradibus ecclesiæ.*]

¶ De eodem. C. VI. PALEA.

Ansl.l.7.c.61. † *al. non.* Et Gregorius 2. epist. 3.

QVando, & vbi libitum fuerit, vsque ad subdiaconatus officium ordinantur clerici: diaconi vero, atque presbyteri numquam † nisi in publica ordinatione.

Item Gelasius ad episcopos per Lucaniam, epist. 1. c. 13.

¶ De

¶ De temporibus ordinationis. C. VII.

ORdinationes presbyterorum, & diaconorum, nisi certis tem- Pol.l.2.t.28.
poribus, & diebus exerceri non debent; id est quarti mensis ie- Ansl.l.7.c.45.
iunio septimi, & decimi: sed & etiam quadragesimalis initii, ac medi- Iuo par.6.
anæ † hebdomadæ, & sabbati ieiunio circa vesperã nouerint celebran- c.74.
das: nec cuiuslibet vtilitatis causa, seu presbyterum, seu diaconum his Pan.l.3 c.25.
præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati. † *mediana quadragesima die sabbati ieiunio*]

DISTINCTIO LXXVI.

QVibus temporib. ieiunia celebranda sint, Calixtus Papa determinat scribens Benedicto episcopo, epistola prima. orig.

¶ Quibus temporibus ieiunia celebrentur. C. I.

IEiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conueni- Pol.l.3.t.25.
entius nunc per quattuor anni tempora fieri decernimus: vt sicut an- Iuo p.4.c.27.
nus per quattuor voluitur tempora, sic & nos quaternum solenne aga- Pannor.l.2.
mus ieiunium per anni quattuor tempora. c.175.

Item ex concilio Moguntino primo, capitu.34. [sed ibi fusius; hic summatim.]

¶ De eodem. C. II.

COnstituimus, vt quattuor tempora anni ab omnibus communi Capitul.5.
ieiunio obseruentur: id est in mense Martio, hebdomada prima; c.86.
in Iunio, secunda; in Septembri, tertia; in Decembri, quarta. Bur.l.13.c.2.

¶ *Auctor Micrologi c.24. & 25. de hoc ipso Moguntini concilij canone disputans, aperte ait, hoc ex ignoratione traditionis ecclesiasticæ fuisse profectum. Unde Leo Papa ait:* Huius obseruatione, &c. *quod refertur infra ead. dist. cap. 6. Et ne quis occasione horum conciliorum Germanicorum deciperetur; Gregorius septimus (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ ecclesiæ consuetudinem renouauit. De qua re in concilio Claramontensi Urbani secundi, canone primo sic statuitur.* Primum ieiunium quattuor temporum semper fiet prima hebdomada quadragesimæ: secũdum in hebdomada Pentecostes absque genuum flexione cum alleluia, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solennibus fiet; tertium plena hebdomada ante æquinoctium autumnale: quartum plena hebdomada ante Natale Domini, vigilia eiusdem accepta. *Et idem repetitur in altero concilio Placentiæ postea habito, quod est in bibliotheca Vaticana, & citatur infra ead. c. statuimus.* Iuo p.4.c.35. Pan.l.2.c.180. † al. cum. Burc. in fine. Iuo p.4.c.33. Pann.l.2. c.181.

Item ex concilio Salegunstat habito, c.2.

¶ De eodem. C. III.

DE ieiunio autẽ incerto quattuor temporum hanc certitudinem statuimus, vt si calendæ Martiæ in quarta feria, siue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. ¶ Si autem calendæ Martiæ in quintam feriam, aut sextam, aut sabbatum distenduntur; in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, si calendæ Iunii in quarta feria, aut antea euenerint; in subsequenti hebdomada ieiunium celebretur: & si in quinta, aut sexta feria, aut sabbato contigerint; ieiunium in tertiam hebdomadam reseruetur.

† Et hoc sciendum est, quod si quando ieiunium mensis Iunii in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit; non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes, [quia ᵃ vigilia simul, & ieiunium celebrari non debent:] & tunc pr... ... solennitatem spiritus sancti, diaconi dalmaticis induantur, & alleluia cantetur; &, flectamus genua, non dicatur. ¶ Eodem modo de Septembris ieiunio constitutũ est, vt si Calendæ Septembris in quarta hebdomada ieiunandum erit. ¶ In Decembri vero illud obseruandum erit, vt proximo sabbato ante vigiliã natalis Domini celebretur ieiunium; quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigiliam, & ieiunium celebrare non conuenit.

ᵃ ¶ Quia vigilia] *Hæc vsque ad verbum,* debent, *non sunt in ipso concilio impressa ex Burchardo. eadem vero sententia repetitur in fine capitis.*

Contra Vrbanus in concilio Placentino, c. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

Pol.l.3.c.25. STatuimus etiam, vt ieiunia quattuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadragesimæ: secundum in hebdomada Pentecostes: tertium vero in Septembri: quartum in Decembri, more solito fiat.

Item Leo Papa, sermone primo de ieiunio Pentecostes.

¶ De eodem. C. V.

Poly.ibid. IGitur post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini a mortuis resurgentis, ac deinde in cœlos ascendentis, exegimus, postque acceptum spiritus sancti donum, salubriter, & necessarie consuetudo est ordinata ieiunii, vt si quid forte inter ipsa festiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia inordinata præsumpsit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget.

Idem sermone octauo de ieiunio decimi mensis.

¶ De eodem. C. VI.

Poly.ibid. HVius obseruantiæ vtilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis præcipue est constituta ieiuniis: quæ ex doctrina sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Siquidem ieiunium vernum in Quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hiemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus, intelligentes, diuinis nihil esse vacuum præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quattuor Euangelia incessabili tuba discimus, quod & prædicemus, & agamus.

2 *Primum vero mensem, quartum, septimum, & decimum, non Hebræorũ ratione: sed nostra debemus accipere. Primus enim mensis apud*

sis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & praeterea in quinto mense, qui est Augustus vna fuer eu causa ieiunij, Hieronymus in commentarijs ad caput ... Zachariae exponit dicens.

¶ Quare in suprascriptis mensibus ieiunia lex impetrauit. C. VII.

IEiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, (ἀπὸ κοινοῦ enim subauditur mensis) domui Iudae, & Hierusalem, in dies festos vertetur, & gaudium: veritatem tantum Deus quaerit, & pacem. In hoc loco, nostrorum multi multa dixerunt, & inter se dissonantia. *& paucis interiectis.* ¶ Cogimur igitur ad Hebraeos recurrere, & scientiae veritatē de fonte magis, quam de riuulis quaerere † .*& paulo post.* ¶ Ieiunium quarti mensis, qui apud Latinos vocatur Iulius, die septima, & decima eiusdem mensis illud arbitrantur, quando descendens Moyses de monte Sina tabulas legis abiecit, atque confregit, & iuxta Hieremiam muri primum rupti sunt ciuitatis. In quinto mense, qui apud Latinos appellatur Augustus cum propter exploratores terrae sanctae seditio esset in populo, iussi sunt montem non ascendere, sed per quadraginta annos longis † a terra sancta circuire dispendiis, vt exceptis duobus, Chaleb & Iosue, omnes in solitudine caderent. In hoc mense & a Nabuchodonosor, & multa post saecula a Tito & Vespasiano templum Hierosolymis incensum est atque destructum. capta vrbs Bethel, ad quam multa milia confugerant Iudaeorum: aratum templum in ignominiam gentis oppressae a Tito Annio Rufo. In septimo vero, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, & Iudae tribus, ac Hierusalem reliquiae dissipatae. Legamus Hieremiam. Mense decimo (quia apud nos Ianuarius dicitur, eo quod ianua anni sit, atque principium) Ezechiel in captiuitate positus audiuit, & cūctus populus captiuorum, quinto mense templum subuersum: quod dicitur, Dies planctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuistis in luctum, sciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciam Hierusalem, & domui Iuda) in laetitiam, & gaudium & solennitates esse vertendos: ita dumtaxat, si veritatem diligatis, & pacem. Iuxta anagogem, quia nunc ieiunamus, quando sponsus aufertur a nobis, & non meretur eius habere praesentiam; cum reuersus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, vt benefaciat nobis; omnis tristitia vertetur in gaudium, & fames † pristinae sermonis Dei, praesentia doctrinarum eius, & coelestis panis saturitate pensabitur.

Poly. ibid. | Exod. 32. | Hiere. 52. | Num. 14. | † ad terram sanctā.] ori. | 4. Reg. 25. | Hier. 39. & 41. | Hier. 52. | Ezech. 33. | Ioann. 16.

3 *Non autem videntur ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. A die enim Dominica resurrectionis vsq; in diē Pentecostes non indicuntur obseruanda ieiunia. Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61. qui sic incipit.*

¶ De eodem. C. VIII.

† succidamus] ori. & aliquot Gratiani exemplaria vetusta, & recentes editiones
† sic quantitas.] orig.
C. 8.
Coloss. 2.

Scire [a] debet sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & continuata festiuitas: ita vt hoc omni tempore neque abseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succedamus † . *& infra.* ¶ Instar ergo Dominicæ, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies, velut dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est. Nam in Dominica resurgens Saluator, reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus commoratus est. Æqualis ergo eorum necessarium vt esset festiuitas, quorum æqualis esset & sanctitas †. Sic enim disposuit Dominus, vt sic vt eius passione quadragesimę ieiuniis contristaremur: ita eius resurrectione in quinquagesimę feriis lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima; quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia Dauid.* Hunc numerum (quinquagesimum videlicet,) læti celebramus post Domini passionem, remissio culpæ totius debito, chirographo quoq; euacuato, ab omni nexu liberi, & suscipimus aduenientem in nos gratiam spiritus sancti: die Pentecostes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur.

a ¶ Scire debet] *In multis manuscriptis exemplaribus a capite,* ieiunium, *vsque ad c.* post Pascha, *in aliquot etiam vsque ad vltimum, nulla est distinctio capitum. Tamquam enim vnico contextu continentur multæ auctoritates a Gratiano citatæ. Ideo verba ista,* scire debet sanctitas vestra, *cohærent cum extremis verbis Gratiani ad finem præcedentis capitis, atque ita legendum,* Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61. qui incipit. Scire debet sanctitas vestra. *ac deinde subiungendum,* Per hos quinquaginta, &c. *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambrosium paulo aliter habetur.*

Necessario ergo ecclesia constituit, vt post diem Pentecostes ieiunia celebrentur. Sed quod in illis quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur, ex obseruantia necessitate intelligitur.

Vnde idem Ambrosius in eiusdem diei sermone 60. qui sic incipit.

¶ De eodem. C. IX.

† pernoctanter.] orig.
† similis obseruantia similem lætitiam subsequatur.] origina.

Nosse credo [a] vos fratres, Non minore lætitia celebramus diem Pentecostes, quam sanctum Pascha curauimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, vigilias celebrauimus: orationibus pernoctantes † instituimus; vnde necesse est, similem obseruantiam similis lætitia subsequatur.

a ¶ Nosse credo] *Idem euenit in hoc capite, quod in superiore euenisse notatum est. Cohæret enim cum superioribus, prima sermonis periodo, quasi in summam redacta.*

Obseruantia vere similis dicitur, quo ad factum, non quo ad necessitatem.

Vnde Isidorus lib. 1. de ecclesiasticis officiis, c. 42.

¶ De

¶ De eodem. C. X.

POst Pascha vsque ad Pentecostem licet traditio ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandiis relaxauerit; tamen si qui monachorum vel clericorum ieiunare cupiunt, non sunt prohibendi; quia Antonius, & Paulus, & ceteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abstinuisse, neque soluisse abstinentiam, nisi tantum die Dominico.

Item Hieronymus ad Lucinium, epist. 28.

¶ De eodem. C. XI.

VTinam omni tempore ieiunare possimus; quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. *& infra.* Nec hoc dico, quod Dominicis † diebus ieiunãdum putem, & contextas quinquaginta diebus ferias auferam, sed vnaquæque prouincia abundet in suo sensu: & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur. Pol. l. 3. t. 23. *Act.* 13. 20. & 27. † *al. festiuis.* † *al. sexaginta*] orig.

Item Pelagius Papa Petro episcopo Potentino.

¶ Sabbato magno post horam baptismi episcopus valet ordinari. C. XII. Sup. dist. 63. litteras.

DIlectionis tuæ scripta suscepimus; quibus significas Latinum ecclesiæ Grumentinæ diaconum ad episcopatum Marcellionensis ecclesiæ, siue Clusiranæ † ab omnibus fuisse electum: quod iam ante hoc tempus retulisti & iussimus, vt veniret; credentes eos de persona eiusdem ab episcopo suo dimissorias accepisse. Quod si modo fecerunt, facite eum velociter ad vrbem Romanam occurrere, vt si Deus iusserit, in sabbato magno post horam baptismi ordinetur. Quod si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur vsque ad quarti mensis ieiunia substinere. Pol. l. 2. t. 28. Ans. l. 6. c. 59. † *al. Cusilinatis.* Sup. dist. 54. c. frequens.

DISTINCTIO LXXVII.

1 ps *HIs temporibus secundum Anacletum, Zepherinũ, Gelasium, & Pelagium, episcopi, presbyteri, & diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem ex presbyteris eiusdem ecclesiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus nisi per gradus ecclesiæ, debet ad summum sacerdotiũ peruenire. Vnde Caius Papa Felici episcopo, epist. vnica in extremo.* Epist. 12. Anastasio.

¶ Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium aspiret. C. I.

ILlud nos statuentes vobis, & omnibus seruare mandamus, vt ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinati merentur: id est, si quis episcopus esse meretur: sit primum ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum vero sub-

diaconus, deinde diaconus, & postea presbyter; & exinde, si meretur, episcopus ordinetur.

Vnde Zozimus episcopus Vrbis Romae ait ad Isychiū, ep 1.c.3.

¶ Quae interualla temporis in singulis gradibus seruanda sint. C. II.

AnCl. 7.c. 49. Rabanus de instit. cler.l. 1.c.13.

IN singulis gradibus haec tempora sunt obseruanda, si ab [a] infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, vt inter lectores & exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolythus, vel subdiaconus xiiij. annis fiat, & sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, haerere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus datis propriae fidei documentis, presbyterii sacerdotium poterit promereri. de quo loco (si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) summum Pontificatum sperare debebit. *& infra.* ¶ Defensores etiā ecclesiae, qui ex laicis fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerunt esse in ordine clericatus.

a ¶ Si ab infantia] *Prior haec huius capitis pars summatim refertur. Integer locus sic habet.* Si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores vsque ad vigesimum aetatis annum continuata obseruatione perduret. Si maior iam, & grandaeuus accesserit, ita tamen vt post baptismum statim se diuinae militiae desideret mancipari, siue inter lectores, siue inter exorcista, quinquennio teneatur; exinde acolythus, vel subdiaconus quattuor annis; & sic ad benedictionem, &c. *Ac sane in vno etiam peruetusto Gratiani codice, & apud Rabanum, lib.1.c.13. de institut. cleric. legitur:* quattuor annis, *non*, quattuordecim. *Sed ob glossas nihil mutatum, additumve est.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconensem, epist.1.c.9.

¶ De eodem. C. III.

Iuo par.6. c.91.& 92.

QVicumque itaque se ecclesiae vouerit obsequiis [a] sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiae vsque ad [a] vigesimum aetatis annum, si probabiliter dixerit, vna tantum, & ea, quam virginem cōmuni per sacerdotem benedictione percepit, vxore contentus, acolythus, & subdiaconus esse debebit; posteaque ad diaconii gradum (si seipsum primitus, continentia praeeunte, dignum probauerit) accedat. Vbi si vltra [b] quinque annos laudabiliter ministrauerit, congrue presbyterium consequatur. Exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci; si tamen per haec tempora integritas vitae; ac fidei eius

Ibid.c.10. fuerit probata. Qui vero iam aetate grandaeuus meliores propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore statim lectorum, aut exorcistarum numero societur, si tamen eum vnā habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet

stet vxorem. Qui dum inuitatus fuerit expleto biennio, per quinquennium ali[illegible] acolythus, & subdiaconus fiat; & sic ad diaconatum (si per hæc tem[illegible]ora dignus iudicatus fuerit) proueheatur. Exinde iam accessu tempor[illegible]m, presbyterio, vel episcopatui, si eum cleri, ac plebis euocauerit electio non immerito societur.

a ¶ Vigesimum] *In plerisque vetustis exemplaribus, & Gratiani, & epistola, atque apud Iuonem legitur*, trigesimum, *sed in epistola Zozimi, quæ relata est in antecedente notatione*, vigesimum.

b ¶ Vltra] *Sic legitur in omnibus manuscriptis; & in originali ipso. In vulgatis erat*, intra.

Item ex sexta synodo, c. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

Subdiaconus non minor viginti annorum ordinetur. ¶ Si quis vero in aliquo ordine sacerdotali præter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 4.

¶ De eodem. C. V.

Placuit, vt ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populũ non salutent.

Item ex concilio Agathensi, c. 16. & 17.

¶ Minoribus xxv. annis leuitica non præstetur benedictio. C. C. VI.

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus, quam xxv. annorum penitus non committat. ¶ Sane si coniugati iuuenes consenserint ordinari etiam vxorum voluntas ita requirenda est, vt sequestratio mansionis cubiculo, religione promissa, postea quam pariter conuersi fuerint, ordinentur. ¶ Presbyterum vero, vel episcopum, ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti ætatem perueniat, & diaconos ante vigintiquinque nullus metropolitanorum ordinare præsumat: ne per ætatem (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 19.

¶ De eodem. C. VII.

In veteri lege ab anno vigesimoquinto leuitæ in tabernaculo seruire mandantur: cuius auctoritatem in canonibus & sancti patres secuti sunt: Nos & diuinæ legis & conciliorum præcepti immemores, infantes, & pueros, leuitas, facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoque ne vlterius fiat a nobis, & diuina lege, & canonicis admonemur † sententiis, vt † a vigintiquinque annis ætatis leuitæ consecrentur, & a triginta presbyteri ordinentur.

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, epist. 1. c. 3.

Et cõc. Carthag. codicis can. 16. Bur. l. 2. c. 11. Iuo p. 6. c. 31. Pan. l. 3. c. 30. Pol. l. 2. t. 27. Ans. l. 7. c. 96. Iuo par. 5. c. 365.

Burc. l. 2. c. 9. Iuo p. 6. c. 29. Pan. l. 3. c. 28. Pol. l. 2. t. 27. Bur. l. 2. c. 12. Iuo p. 6. c. 32. Pan. l. 3. c. 31. *Num.* 8. † In codice regio.

† *admonemus exemplis.* † *al. sed.*

¶ Per quæ interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

Supra dist. 55 c. 1. Aul. l. 7. c. 47. Iuo par. 3. c. 148.

SI quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis vxorem, nec a marito relictam sortitus ostenditur, si [a] pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, si seruili, aut originariæ non est conditioni obnoxius; si cui iæ iam probatur nexibus absolutus, si assecutus est litteras, sine quibus vix fortassis ostiarii possit implere ministerium.

[a] ¶ Si pœnitentiam] *Hinc usque ad finem addita sunt ex epistola ipsa, vt melius percipiatur nexus sequentis capitis. Nam post verbum,* ministerium, *continenter apud Gelasium sequitur:* vt si his omnibus, quæ sunt prædicta fulcitur, continuo lector, &c.

Item eodem capite, & sequenti.

¶ De eodem. C. IX.

MOnachus [a] vero nouitius morum honestate fulcitur, continuo lector vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolythus: maxime si huic ætas etiam suffragatur: sexto mense subdiaconi nomen accipiat; ac si modestæ conuersationis, honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur præstitisse deuotio. ¶ Si vero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitus in singulis, quæ superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinari personam; quantum inter mundanam, religiosamque vitam constat esse discriminis: quia vtique conuenientia ecclesiæ ministeria reparanda † sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoque magis quod sacris aptum possit esse seruitiis, in eorum quærendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assequenda, decerpitur; vt morũ habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit; ne † per occasionem supplendæ penuriæ clericalis, vitia potius diuinis cultib. intulisse †, non legitimæ familiæ Domini computemur procurasse compendia: Quorum promotionibus, super anni metas, sex menses nihilominus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare conuenit inter personam diuino cultui deditam, & de laicorum conuersatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgẽda credidimus, vt [b] ecclesiis ab hac occasione cessantibus canonum paternorum vetus forma seruetur.

Ibid. c. 4.

† al. deputanda.

† al. nec.

† al. intulisse inducemur.

[a] ¶ Monachus] *Quomodo hic locus in originali habeat, proxima superiore notatione indicatum est.*

[b] ¶ Vt

¶ Vt ecclesiis] *Hæc multo plenius a Gelasio exponuntur*: Vt illis, inquit, ecclesiis, quibus infestatione bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserunt mini[..]cia, renouentur: quatenus his, Deo propitio, restitutis, in ecclesiasticis p[..]ibus subrogandis canonum paternorum vetus forma seruetur; nec contra eos vlla ratione præualeat, quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduersus scita maiorum noua lege proponitur; ceteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendis ordinationibus conuenit tenere sententiam.

DISTINCTIO LXXVIII.

1 *Qva vero ætate sacerdotes ordinari debeant, Bonifacius*[a] *Papa diffiniuit dicens.*

a ¶ Bonifacius] *Ceteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracharensem episcopum in cap. Græc. synod. c. 20. ex Neocæsariensi. c. xi.*

¶ Ante annos triginta presbyter non ordinetur. C. I.

SI quis triginta ætatis suę annos nō impleuerit, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus. Pol. l. 2. t. 20. Bur. l. 2. c. 10.

[*Item in nouellis in Authentica de sanctiss. episcopis* §. *clericos. apud Iulian. Antec. const.* 123. c. 19.] Iuo 6. c. 30. Pan. l. 3. c. 29.

¶ De eodem. PALEA. C. II. Pol. l. 2. t. 27.

NEmo presbyter consecretur, qui minor triginta annis sit: nemo diaconus fiat, qui minor viginti quinque annis sit: nemo lectoribus connumeretur, qui minor xviij. annis fuerit: nemo inter diaconissas consecretur sacrosanctæ ecclesiæ, quæ minor sit xl. annis, vel ad secundum matrimonium peruenerit.

Item Leo Papa ad episcopos Africanos, epist. 85. c. 1.

¶ Non est ordinandus, nisi longo sit probatus examine. C. III.

QVid est manus cito imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ †, ante experientiam disciplinæ, sacerdotalem honorem tribuere nō probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari. Sup. dist. 61. c. miramur. ver. quid est cito.] † *al. laboris.*

Item ex concilio Neocæsariensi, c. xi. Ansl. l. 6. c. 34. Iuo p. 5. c. 105.

¶ Ante triginta annorum ætatem presbyter non ordinetur. C. IIII.

PResbyter ante xxx. annorum ætatem non ordinetur; quamuis sit probabilis vitæ: sed obseruet vsque ad præfinitum tempus. Dominus enim noster Iesus Christus trigesimo anno baptizatus est, & tunc prædicauit. Pol. l. 2. t. 27. Ansl. l. 7. c. 95. Pan. l. 3. c. 29.

Hoc regulare est; vnde & Christus, & Ioannes Baptista, & Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetasse, vel prædicasse. Verum, quia Hieremias, & Daniel ante iuuenilem ætatē spiritum prophetiæ accepisse legūtur, Dauid & Salomon in adolescentia vncti inueniuntur, Ioannes etiā Euangelista, S. Gregor. in Ezechielem hom. 2. *Hier.* 1. *Danie.* 1.

Matt. 4. *cum adhuc esset adolescens, à Domino in Apostolum electus, & cum alijs ad prædicandum missus inuenitur. Paulus quoque Apostolus in*
Act. 7. *adolescentia à Domino electus, & ad prædicandum missus. asseritis ecclesiam similiter, necessitate exigente, nonnullos ante triginta annos ordinare consueuit. Vnde Zacharias Papa, Bonifacio episcopo epist. 6. cuius initium [Benedictus Deus.]*

¶ Necessitate exigente xxv. annorum presbyteri ordinentur. C. V.

SI triginta annorum non reperiuntur, & necessitas exposcit; a viginti quinq; annis & supra leuitæ, & sacerdotes ordinentur.

DISTINCTIO LXXIX.

I ps A *Postolicus autem non nisi à Cardinalibus, & religiosis clericis est inthronisandus. Vnde Nicolaus Papa secundus ait in epistola, qua synodum à se Romæ habitam refert, capitu. 1.*

¶ De eo, qui sine concordi Cardinalium electione inthronizatur. C. I.

Poly. l. 1. t. 4. Ans. l. 6. c. 15. Infra ca. c. si quis pecunia SI quis [a] Apostolicæ sedi sine concordi, & canonica electione Cardinalium eiusdem ecclesiæ, ac deinde sequentium religiosorum clericorum inthronizatur; non Papa, vel Apostolicus, sed apostaticus habeatur.

a ¶ Si quis] *Verba Nicolai in epistola, quæ in voluminibus conciliorum impressa post decreta Nicolai primi habetur, hæc sunt.* Primo namque inspectore Deo est statutum, vt electio Romani Pontificis in potestate Cardinaliũ episcoporum sit, ita vt si quis Apostolicæ sedis sine præmissa concordi, & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum, & laicorum consensu inthronizatur, &c. *Idem fere habetur ad finem illius synodi, & refertur infra c. si quis pecunia.*

Item Symmachus Papa in synodo Romana prima, c. 3. & 5.

¶ Papa superstite, eo inconsulto, de electione futuri Pontificis nemo audeat loqui. C. II.

Bur. l. 1. c. 223. Iuo p. 5. c. 336 Poly. l. 1. t. 4. Ans. l. 6. c. 1. ij SI [a] quis, Papa superstite, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem præstare conuincitur; loci sui honore, vel communione priuetur. Si [b] quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionẽ pro Romano pontificatu commodare, aut pyctacia promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atque decernere; loci sui dignitate, atque † communione priuetur. *& infra.* ¶ Propter occultas fraudes, & coniurationum secretas insidias, quas huius sententia districtionis consequitur †, si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiã consilia eorum, qui contra hanc synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit, particeps actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, subleuetur. Vniuersa synodus, &c.

† al. vel. C. 5. Poly. ibid. † al. persequitur.

¶ Si

a ¶ Si quis Papa] *Initium hoc vsque ad versiculum.* Si quis presbyter. *est caput secundum suggestionis Fulgentij archidiaconi Romanæ ecclesiæ: quod vna cum tribus alijs capit in tomis conciliorum, præcedit primam, vel secundam synodum. sed Symmacho, c hac inscriptione:* Capitula primæ synodi Romanæ suo Symmacho Papa. *In codice vero canonum prænotãtur his verbis.* Tituli decretorũ Papæ Symmachi numero quattuor.

b ¶ Si quis presbyter] *Hæc sunt propria verba capitis tertij ipsius synodi, quod est secundum in codice canonum.*

Item ex concilio Stephani Papæ IIII. † Deusdedit addit, habito in basilica Constantiniana, Act. 3.]

¶ In Apostolatus culmen nullus, nisi ex cardinalibus promoueatur. C. III.

OPortebat, vt hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia (iuxta quod a beato Petro, & eius successoribus institutum est) rite ordinaretur; & in Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconis consecraretur.

Deusde. p. 1. Ans. l. 6. c. 25. Poly. l. 1. c. 4.

Item ex eodem.

¶ De eodem. C. IIII.

NVllus vmquam laicorum, neque ex alio ordine præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri.

Deusdedit ibidem. Polycar. ibi. Ans. l. 6. c. 24. S. Ant. l. 6. cap. 24.

¶ *In Pontificalibus manuscriptis, vno Vaticano, & altero Cardinalis Sirleti in vita Stephani Papæ III. referendo synodum ipsius tempore habitam, hæc leguntur ad caput hoc pertinentia.* Tunc allatis sacratissimis canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodẽ sacerdotali concilio, sub anathemate interdicentes, ne vllus vmquam præsumat laicorum, neque alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri: & alia plura, quæ canonica indigebant correctione, in eodem concilio statuerunt emendanda.

Item ex eodem.

¶ Anathematizetur episcopus, monachus, vel laicus Romanam ecclesiam inuadens, & in gradum filiorum eius prorumpens. C. V.

3 SI quis ex episcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis contra canonum, & sanctorum patrum statuta prorumpens, in gradum filiorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, id est, presbyterorum Cardinalium, & diaconorum ire præsumpserit, & hanc Apostolicam sedem inuadere quilibet ex supradictis tentauerit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit; ipsi, & sibi fauentibus fiat perpetuum anathema. *& infra.* ¶ Si quis resistere præsumpserit sacerdotibus, atq; primatibus ecclesiæ, vel cuncto clero ad eligendũ sibi Romanum Pontificem secundum canonicã † traditionem, anathema sit.

Deusde. ibi. Ansl. l. 6. c. 26. & 27. In Pontificali Roma. manuscri.

† *al. hanc canonicam.*

¶ *Deusdedit presbyter Cardinalis tituli Apostolorum in Eudoxia, p. 2. c. 131. refert multa ex synodo habita a Stephano tertio, in quibus hoc integrum continetur.*

Item ex concilio Leonis Papæ IIII.

¶ Anathema sit, qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit. C. VI.

Deusde. ibid. Ansl. 6. c. 28.

4 SI quis ex sacerdotibus, seu primatibus nobilibus, seu cuncto clero sanctæ Romanæ ecclesiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit; sicut in concilio Bonifacii, & Stephani Papæ legitur statutum, anathema sit.

Item ex concilio Bonifacij Papæ III.

¶ Nullius episcopi fiat electio, nisi post diem tertium depositionis alterius. C. VII.

In Pontificali Rom. manuscri. Ansl. 6. c. 211 Deusde. p. 1. In tomis concil. inter epi. Bonifacii. inf. dist. 97. c. Victor Honorius. Ansl. 6. c 17. † certantes] origina. In fine.

2 NVllus, Pontifice Romano viuente, aut episcopo ciuitatis suæ præsumat loqui, aut partes sibi facere; nisi tertio die depositionis eius, adunato clero, & filiis ecclesiæ: & tunc electio fiat.

3 *Sed quæritur, si duo concertantium temeritate electi fuerint, quis eorum alteri præferendus sit? De his ita scribit Honorius Augustus ad Bonifacium Papam.*

¶ Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati. C. VIII.

SI duo forte contra fas temeritate concertantium † fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem; sed illum solum in sede Apostolica permansurum, quem ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuersitatis consensus elegerit.

4 *Hoc autem capitulum non de eo intelligendum est, qui vno per apostasiam ordinato, a Cardinalibus, & religiosis clericis Apostolicæ sedi inthronizatur; etiamsi ille apostaticus ista cathedram beati Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra Vrbem fieri non valeat. Vnde Nicolaus Papa II. in concilio Romano statuit, dicens.*

¶ De eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonica electione ordinatur. C. IX.

sup. fere idē dist. ea. ca. si quis Apostolicæ. Ansl. 6. c. 16. Pol. l. 1. ti. 4. suo p. 4. c. 8.

5 SI quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Apostolicus, sed apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus episcopis, cum religiosis, ac Deum timentibus clericis, & laicis inuasorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & studio a sede Apostolica repellere, & quem dignum iudicauerint, præponere. Quod si hoc intra vrbem perficere nequiuerint, nostra auctoritate Apostolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem, & vtiliorem Apostolicæ sedi perspexerint; concessa ei auctoritate regendi, & disponendi res, & † vtilitatem sanctę Romanæ ecclesię, secundum quod ei melius videbitur iuxta qualitatē temporis, quasi iam omnino inthronizatus sit.

† al. in.

5 *Electio*

5 *Electio vero Romani Pontificis etiam cum deliberatione praedecessoris f[illegible] debet.*

Unde Symmachus Papa ait in synodo Romana prima.c.4.

¶ Si Papa de electione sui successoris ante decernere non potuerit. C. X.

SI transitus Papæ(quod absit) inopinatus euenerit,vt de sui electione successoris (vt supra placuit) non possit ante decernere, si quidem in vnum totius inclinauerit † ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si autem, vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa eorum, de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum;sic tamē,vt sacerdotio careat,qui captus promissione,non recto iudicio de electione decreuerit.Synodus dixit placet,&c.

Deusde. ibi. Poly.ibid. Ans.l. 6. c. 1. Pan.l.3.c.2. † *al. conne[x]erit.*

6 *Sicut supra monstratum est electio summorum sacerdotū a Cardinalibus, & religiosis clericis fieri debet, electio vero eorum, iudicio diuino reseruata est.*

Unde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist.2.c.2.

¶ Summorum Pontificum electionem sibi Dominus reseruauit. C. XI.

ELectionem vero summorum a sacerdotum sibi Dominus reseruauit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.

Iuo p. 5.c. 138.

a ¶ Summorum) *sequebatur*, Pontificum vel sacerdotum. *Sublatæ sunt duæ priores voces, quia neque in originali, neque apud Iuonem, neque in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

DISTINCTIO LXXX.

1 *LOca vero, in quib. primates, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, presbyteri sunt ordinādi, hæc sunt secundum Lucium Papam, & Clementem, atq; Anacletum. Ait enim Lucius Papa.*

Exstat apud Stephanū 1. epist.1.c.5.

¶ In quibus locis primates, vel patriarchæ debeant ordinari. C. I.

VRbes, & loca, quibus primates præsidere debent, non a modernis, sed etiam multis ante aduentum Christi sunt statutæ temporibus: quarum primates etiam gentiles, pro maioribus etiā negotiis appellabant. ¶ In ipsis vero vrbibus post Christi aduentū Apostoli, & successores eorum, patriarchas, vel primates posuerunt, ad quos

Ans.l.6.c. 118.

episcoporum negotia (salua in omnibus Apostolica auctoritate) & maiores causæ, post Apostolicam sedem sunt referendæ.

Item Clemens Papa ad Iacobum, epist. 1.

¶ De eodem. C. II.

Leo II. epi. 3. Pol. l. 2. t. 22. Bur. l. 1. c. 155. Ans. l. 6. c. 113 † *al. Archiflamines,* † *iudicia*] origina.

IN illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi † flamines eorum, atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni, vel Patriarchas beatus Petrus præcepit, qui reliquorum episcoporum causas †, & maiora, quoties necesse foret negotia in fide agitarent. *& paulo post.* ¶ In illis autẽ ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant, quam memoratos primates, archiepiscopos institui præcepit. *& infra.* ¶ In singulis vero reliquis ciuitatibus, singulos, & non binos, vel ternos, aut plures episcopos constitui præcipit, qui non primatum, aut archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, sed episcoporum tãtum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit: sed vnus omnibus præfuit.

Item Anacletus, epist. 3. c. 2.

¶ De eodem. C. III.

Idem est Clementis in epist. proxime citata. Burc. l. 1. c. 4. Iuo p. 5. c. 58. & 98. † *quemcumque*] orig.

EPiscopi non in castellis, aut modicis ciuitatibus debent constitui: sed presbyteri per castella, & modicas ciuitates, atq; villas debent ab episcopis ordinari, & poni: singuli tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab vno, sed a pluribus debet episcopis ordinari, & vt dictum est, non ad modicam ciuitatem, ne vilescat nomen episcopi: sed ad honorabilem vrbem titulandus, & denominandus est. Presbyter vero ad qualemcumque † locum, vel ecclesiam in eo constitutam, est præficiendus.

Item Leo Papa ad episcopos Africæ, epist. 85. c. 2.

¶ De eodem. C. IIII.

Pol. l. 2. ti. 23. Bur. l. 1. c. 32. Iuo p. 5. c. 107 & 143. ext. de priuileg. c. 1.

ILlud sane, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta seruari, vt non in quibuslibet locis, neq; quibuslibet castellis, & vbi ante non fuerunt, episcopi consecrentur: cum vbi minores sunt plebes, minoresque conuentus, presbyterorum cura sufficiat: episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præsidere: ne, quod sanctorum Patrũ diuinitus inspirata decreta vetuerũt, viculis, & possessionibus, vel obscuris, & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium.

Item ex concilio Leodicensi, c. 57.

¶ De eodem. C. V.

† *al. castellis*

NOn debere in vicis, & villis † episcopos ordinari; sed visitatores*, id est, qui circumeant, constitui: hos autem, qui ante hac ordinati

nati sunt, nihil agere censemus sine conscientia episcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri nihil sine præcepto, & consilio episcopi agãt.

a ¶ S... visitatores] In codice Græco impresso legitur, ἢ περιοδευτὰς, in tribus autem manuscriptis, ἀλλὰ περιοδευτάς.

2 Sedes autem episcoporum non longo interuallo debet disiungi, & ad consecrationem sui comprouincialis sine difficultate poßint occurrere.

Vnde Gregorius Augustino Anglorum episcopo, responso octauo.

¶ Episcopales non longo interuallo a se debent disiungi. C. VI.

FRaternitatem tuam ita volumus in Anglia episcopos ordinare, vt ipsi sibi episcopo longo interuallo minime disiungantur: quatenus nulla sit necessitas, vt in ordinatione alicuius episcopi conuenire non possint. Nam episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus, vel quattuor episcopis fieri non debet. Pan.l.3.ti.16.

DISTINCTIO LXXXI.

1 ps HÆc de ordinandis, & ordinatoribus, atque de singulorum graduum distinctionibus, & officijs dixisse nos sufficiat. Verum quia aliquantulum diffusius in his immorati sumus, quædam præcedentibus cohærẽtia sub epilogo ad memoriam subijciamus. Debet ordinandus in episcopum (vt Apostolus scribit) esse sine crimine, id est, sine peccato mortali: quod non solum de episcopo, sed etiam de quolibet electo ad aliquam præposituram ecclesiæ oportet intelligi. *Ad Tit. 1.*

Vnde Augustinus scribit tractatu 41. ad c. 8. Ioannis.

¶ Sine crimine & graui peccato debet esse, qui ordinatur episcopus. C. I.

APostolus Paulus quando elegit ordinandos presbyteros, vel diaconos, & quicumque ordinandus est ad præposituram ecclesiæ; non ait, si quis sine peccato est; (hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur:) sed ait [si quis sine crimine est] sicut est homicidium, adulterium, aliqua immũditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegiũ, & cetera huiusmodi. *Item.* ¶ Crimen autem est peccatum graue accusatione, & damnatione dignissimum. *Beda ad Ad Tit.1.& 1. Timot.3.* Augu.ibid. sup. dist. 25. c. vnum oratium.

2 Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet; vel si iam ordinatus, ante tempus, vel post tempus suæ ordinationis aliquod eorum admisisse conuincitur, suscepti gradus officio priuabitur. Ex libello Ennodii pro defensione synodorum Romanarum.

Vnde Symmachus Papa ait.

¶ Monitoris personam non recte suscipit, qui verbis non operibus docet. C. II.

NEmo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem innocentiæ conuersatione demonstrat.

Item Cælestinus ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 3.

¶ Careat ordine, quem præstat, qui indignum sublimare non metuit. C. III.

TAntis Daniel grauatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, vt dicitur, virginum pollutus incestu, episcopus asseritur ordinatus. Et, vt in nostri libellis scrinii continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in Pontificii dignitatem, hoc tempore, quo ad causam dicendam, missis a nobis litteris, vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit iniuria. Facilius est, vt hanc dignitatem tali dando, ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui conuicto sociabitur, qui sibi eum credidit, largiendo pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit, ostendit.

Item ex concilio Niceno, c. 9.

¶ Non recipit ordo ecclesiasticus eum, qui sine examinatione, vel postea confessus ordinatur. C. IIII.

Raba. lib. pœnit. c. 1. Bur. l. 2. c. 13. Iuo p. 6. c. 33. Ans. l. 8. c. 13. sup. dist. 24. cap. vlti. † al. catholica.] sic in epist. 1. Cali. 1.

SI qui sine examinatione promoti presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua; & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines eis manus imposuerunt; hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est, sancta † defendit ecclesia.

Item eiusdem concilij, c. 10.

¶ Lapsi per ignorantiam, aut contemptu ordinantium, ordinati deiiciantur. C. V.

QVicumque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum, qui eos ordinauerunt; hoc non præiudicat regulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum fuerit, deponuntur.

a ¶ Contemptu] *Græce est in concilio vulgato,* ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων, *Id est,* vel etiā iis antea scientibus qui ordinauerunt.

Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epist. 5.

Pol. l. 4. c. 39. Ans. l. 8. c. 15. Iuo p. 6. c. 96. † al. Maximilianus.

¶ Alienus fiat a ministerio, qui illud, viuendo illicite, polluit. C. VI.

MAximianus † filius noster agens in rebus huiusmodi, qualem querelam detulerit, libelli eius series annexa declarat. Qui zelo fidei, & disciplinæ ductus, nō patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris,

sbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto. eos, qui talia perpetrasse dicuntur, iubebitis in medio collocari; discussisque obiectionibus; quæ ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint, a sacerdotali remoueantur officii (quia qui sancti nō sunt, sancta tractare non possunt,) atq; alieni efficiantur a ministerio, quod viuendo illicite polluerunt.

Item Eugenius Papa.

¶ Cuilibet ab ordine deposito episcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. C. VII.

SAcerdos, aut quiuis alius in ordine ecclesiastico prouectus, si in eo scelere inuenitur, quo abiiciendus comprobatur, depositus, prouidentia episcopi, bene prouiso loco constituatur; vbi peccata lugeat, & vlterius non committat. Ansel. l. 5. in princi.

Item ex concilio Moguntino.

¶ Retrudantur in monasterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. C. VIII.

DIctum est nobis, presbyteros propter suam negligentiam canonice degradatos, & sæculariter gradu amisso viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vnde statuimus, vt gradu amisso, agendæ pœnitentiæ gratia, in monasterium a, aut in canonicam regulam mittantur. ¶ Si vero hoc fieri causa qualibet prohibuerit, vbicumq; sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu sæculariter viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab ecclesiæ communione separentur. In conc. Cabilon. ca. 30. Bur. l. 2. c. 191. Iuo p. 6. c. 136

a ¶ In monasterium] *In concilio Cabilonensi, vbi hic canon habetur (licet Burchardus etiam, & Iuo ex Moguntino citent) & apud ceteros collectores legitur,* in monasterio, aut canonico, aut regulari. *in vno autem peruetusto Gratiani codice,* in monasterio iuxta canonicam regulam.

Item Isidorus, sententiarum de summo bono, lib. 2. c. 10.

¶ Mutatio loci aliquando valet conuersis ad pœnitentiam. C. IX.

VAlet interdum cōuersis pro animæ salute mutatiō loci. Plerumque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nam locus, vbi quisque praue vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod sæpe ibi vel cogitauit, vel gessit.

Item ex tertia synodo Aurelianensi, c. 7.

¶ Clericus adulterasse conuictus, vel confessus, in monasterio detrudatur. C. X.

1 SI quis clericus adulterasse aut confessus, aut conuictus fuerit, depositus ab officio, communione concessa, in monasterio, toto vitæ suæ tempore detrudatur. Iuo p 8. c. 185 Pan. l. 3. c. 143.

Item Pelagius Papa Constantino defensori.

¶ De eodem. C. XI.

Pan.l.3.c.144 ROmanus ecclesiæ Tharaenensis clericus crimine adul[illegible] ii, quod admisisse prohibetur, a clericatus ordine depositus in [illegible]onaste rio hic in vrbe Romana ad agendam pœnitentiam ex nostra iussione detrusus est.

Item ex canone Apostolorum 25.

¶ In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. C. XII.

In conc. Tribur. c. 11. Rab. l. pœnitent. c. 1. Ansl. l. 11. c. 29 Bur. l. 2. c. 189 Iuo par. 6. c. 234. Pol. l. 4. t. 31. † οὐκ ἐκδική σει ἐπὶ τὸ αὐτό.

PResbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto aut [a] homicidio captus est, deponatur: nō tamen communione priuetur[b]. Dicit enim scriptura [Nō † vindicabit Dominus bis in idipsum.

a ¶ Aut homicidio] *Hac dictio non est in canone 25. Apostolorum. Sed in conci. Triburiensi, cum Patres illi ita dixissent,* legimus in canonibus Apostolorum, quod episcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est deponatur: *hinc argumentantur idem multo magis statuendum esse de homicida: qua fortasse causa fuit, quamobrem a Gratiano, & alijs collectoribus ea dictio huic canoni adiecta sit. In canone autē 32. Basilij idem statuitur de clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatorib. expositum erat in canone tertio.*

b ¶ Priuetur] *In codicib. impressis sequebatur,* si paruerit sententiæ, *quæ verba sunt expuncta, quia neq; in originali, neq; in vetustis Gratiani exemplaribus legitur.*

Item.

¶ De eodem. C. XIII.

sup. dist. 28. c. presbyter. Ansl. l. 11. c. 31.

2 SI quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus post diaconii gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab ecclesia proiectus, inter [c] laicos agat pœnitentiam.

¶ *Proprius auctor huius capitis non est inuentus: sed simile habetur in concilio Neocæsariensi, cap. 1. & in capitulis Martini Bracarensis, c. 27.*

c ¶ Inter laicos] *Hæ duæ dictiones non leguntur in capite 1. concilij Neocæsariensis in citato supra dist. 28. cap. presbyter. (vt ibi notatum est) neq; in capitulo Martini Bracarensis.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 11. & 14.

¶ De eodem. C. XIIII.

Iuo p. 16. c. 368. & p. 15. c. 18. C. 15. † al. fit.

SI diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio, & a communione pellatur. Si vero pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submouerit, his † quoq; si alii defuerint, & causa certa necessitatis exoritur † poscētem baptisma liceat baptizare.

Item Gregorius septimus omnib. per regnum Italicum, & Theutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.

¶ Non ingrediantur ecclesiam presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent. C. XV.

Ansl. 6. c. 177. Pan. l. 3. c. 134.

4 SI qui sunt presbyteri, diaconi, vel subdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex parte Dei omnipotentis, & sancti Petri auctoritate, ecclesiæ introitum, vsquedum pœniteant, & emendent. Si qui vero in suo peccato perseuerare maluerint, nullus vestrum

lus vestrum officium eorum audire præsumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatū, testante Domino per prophetam [Maledicam, inquit, benedictionibus vestris.] Qui vero *Malach. 2.*
huic saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriç peccatum in- Iuo p. 5.c.36.
currit, Samuele testante, & B. Gregorio adstruente [Peccatum ario- li. 35. moral.
landi est non obedire, & quasi scelus idololatriç nō acquiescere.] Pec- c.12. 8. q.1.c.
catum igitur paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se asserit sciendum.
sedi Apostolicæ obedire contemnit.

¶ *In regesto epistolarum Gregorij septimi non est inuenta hæc epistola, in qua sint omnia prorsus verba huius capitis. Sunt tamen in eo multa, quæ huius decreti faciunt mentionem. Libro primo epist. 30. episcopo Saltzburgensi, & lib. 2. epist. 61. Leodiensi episcopo, & sequenti epist. Sicardo Aquilegiensi. De quo decreto, vt ipsum exequi omnino curarent, eod. lib. 2. epist. 66. Burchardo Halberstatensi episc. & epist. sequenti. Annoni Coloniensi Archiepiscopo diligentissime scribit, & lib. 3. epist. 3. Sigifredo Archiepiscopo Moguntino idem mandat, & lib. 4. epist. 10. comitissæ Flandriensi, & sequenti comiti de eadem re scribit. Inter decreta etiam Innocentij II. fit istius decreti mentio. Verum propria verba huius capitis vsq; ad versi.* Qui vero huic saluberrimo. *Marianus Scotus refert in fine suorum Chronicorum. Sequentia autem verba valde sunt ipsi Gregorio VII. familiaria.*

Item Alexander secundus, episcopis, & Regi Dalmatiarum.

¶ Officio, & beneficio priuetur episcopus, presbyter, vel diaconus feminam accipiens, vel acceptam retinens. C. XVI.

3 Si quis amodo episcopus, presbyter, aut diaconus feminam acce- Pan.l.3.c.133
perit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat, vsquedum ad satisfactionem veniat: nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat.

Idem clero Mediolanensi.

¶ De eodem. C. XVII.

4 Si quis sacerdotum, vel diaconorū, vel subdiaconorum officium Pan.l.3 c.139
contumaciter deserens feminā sibi potius eligit, sicut sponte ob fornicationem dimittit officium, ita ob præuaricationem dimittere cogatur etiam inuitus beneficium.

Idem populo Mediolanensi.

¶ De eodem. C. XVIII.

Eos etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinum officiū derelinquunt, Pan.l.3.c.14
& a Deo recedentes, diabolo & operibus eius seruiunt, sicut se ju- Habetur in e
stissima ab officio alienos faciunt; ita beneficio ecclesiarum priuatos pisto. 2. Cle-
esse adiudicamus. mentis ad Ia

Item Lucius Papa. cobum fra-

¶ De eodem. C. XIX. trē Domini.

Ministri altaris presbyteri, siue diaconi ad Dominica tales eligan- Ansl.l. 8. c.2.
tur officia, qui continentiam seruent. ¶ Si vero post ordinatio- Pol. l.4. t.31.
nem suam ministros contigerit propriæ vxoris inuadere cubile, sacra- Iuo p.6 c.87.
rii non intrent limina, neque sacrarii [a] portitores fiant, neque altare † *al. porta-*
contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant; *tionem.*
neque ad Domini corporis portionem † accedant; neque propinent [b],

neque sine maiotis natu auctoritate minora gerant officia: vreeum sane ad altare, vel calicem ne suggerant.

a ¶ Sacrarii] *In epistola secunda Clementis (vnde hoc caput sumptum videri pot & vnde citat Ivo) legitur,* sacrincii. *in vno autem vetusto gratiani cod.* sacri.

b ¶ Neque propinent] *In epistola Clementis est* : nec aquam sacerdotibus porrigat ad manus, ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum, siue calicem ad altare non sufferat *: *Apud Iuonem vero:* Sed aquam tantum sacerdotum manibus porrigat, ostia forinsecus claudat, minora gestet officia: vrceum sane ad altare suggerat.

* *al. suggerat.*

Idem.

Clemés Papa ibid. paulo inferius. Iuo p.6.c. 89. Ans.l.7.c.147 Pol.l.4 ti.31.

† *al. domesticos eius.*

‡ *al secreto aliquid.*

¶ Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. C. XX.

3 Clericus solus ad feminę tabernaculum nō accedat, nec propter sine maioris natu sacerdotis iussione [a]: nec solus presbyter cum sola femina fabulas misceat. Nec Archidiaconus sub prętextu humilitatis, aut officii frequenter intret domicilia matronarum; aut forte per clericos, aut domesticos † matronæ mandet aliquid ‡ secrete. Si agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur ecclesiæ.

a ¶ Iussione] *In epistola Clementis sequitur:* Nec presbyter solus cum sola adiungatur: sed duobus adductis testibus visitet infirmam: nec solus cum sola femina fabulas misceat: nec archidiaconus, aut diaconus sub prætextu officii humilitatis frequentet, &c.

[*Idem.*]

¶ De eodem. C. XXI. PALEA.

Clemens ib. continétur. Polycar. ibi,

Sed si forte aliqua intercessio fuerit; episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interuentu, ipse pergat: sin autem, de latere suo dirigat [b], cum duobus, aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cū magna solicitudine fiat. Non enim ignoramus malitiam satanæ.

2. *Cor.* 2.

¶ *Hæc Palea in plerisque vetustis exemplaribus habetur coniuncta capiti antecedenti.*

b ¶ Dirigat] *In epistola S. Clementis sequitur.* cum duobus, ac tribus, qui hoc sanare * debeant. Sane ad visitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

* *al. scire.*

[*Ex [c] decreto Eugenij Papæ.*]

¶ De eodem. C. XXII. PALEA.

Pol. l.4.ti.31. Ans. l.3.c.9. ex pœn. Romano.

Si quispiam sacerdotum, id est presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus de quacumque femina crimine fornicationis suspectus post primam, secundam, & tertiam admonitionem [d] inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuersari, excommunicetur: femina vero canonice iudicetur.

c ¶ Ex decreto] *Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio secundo editus, & postea a Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohab t. clerico. & mulie. Et plerisque vetustis exemplaribus est sine nomine.*

d ¶ Admonitionem] *In eodem canone sequitur:* metropolitani, vel alterius episcopi, aut eius, cui subiacere videatur.

Item

Item Gregorius.

¶ Simul cum mulieribus sacerdotes habitare non licet
C. XXIII.

4 Oportet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super dominicas oues, ne lupinis morsibus, id est diaboli stimulis lanientur. ¶ Neque enim hoc silere debeo, quod cum graui animi tristitia dico: sacerdotes cum feminis habitare conspicio: quod nefarium est dicere, vel audire, & contra sanctorum canonum sancita. Vbi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, antiqui hostis stimuli non desunt, ideoque admonendi sunt vt non antiqui hostis decipiantur fraude; quatenus iuxta Apostoli vocem non vituperetur ministerium nostrum. Cauere enim nos oportet, fratres ab illicitis, vt mundas valeamus ad dominum leuare manus: scriptum est enim [Sancti estote, quoniam sanctus ego sum Dominus Deus vester.] Si quis vero præsumpserit aliter agere, sacerdotii sui honore priuetur. Vnde omnimodo cauendum est, fratres, ne fallamus populum, & illud prophetæ dictum impleatur in nobis [Sacerdotes mei contaminant sancta, & reprobant legem] quos & alius propheta increpat dicens [O vos sacerdotes, qui fallitis nomen meum, & dixistis, in qua re fallimus nomen tuum? quibus responsum est: offerentes ad altare meum panes pollutos: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia polluti estis.]

Iuo par. 6. c. 76. Pol. l. 4. t. 31. *2. Cor. 6.* *1. Tim. 2.* *Leuit. 20.* *Soph. 3. secundum 70.* *Malach. 1. secundũ 70.* *Ibid.*

Item Symmacho defensori, lib. 1. reg. indict. 9. epist. 50.

¶ De eodem. C. XXIIII.

Iuo par. 6. c. 86.

Volumus vt sacerdotes † prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuersentur: excepta duntaxat matre, sorore, vel vxore, quæ caste regenda est.

† *sacerdotes qui in Corsica cōmorantur*] orig.

Idem, lib. 7. epist. 39.

¶ De eodem, C. XXV.

Legitur, quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit † dicens: quę cum sorore mea sunt, sorores meæ nō sunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio.

Apud Possidonium in vita Augustini.

Item ex viij. synodo.

¶ De eodem. C. XXVI.

Iuo p. 6. c. 77.

In omnibus obseruare conuenit, vt certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis personis vel apparere clericus, vel loqui debeat mulieribus, vt excludatur omnis nefanda suspicio. Certe solum & ad solam accedere nulla religionis ratio permittit. Melius est enim duos esse simul, quam vnum. Simul enim & fidelius, & tutius res geritur. [Væ enim vni; quia si ceciderit, non est qui erigat eum.]

† *al. consenserit.* *Eccl. 4.* *Ibidem.*

¶ Caput hoc etiam in aliquot manuscriptis citatur ex septima synodo in cuius sane postremo capite aliqua huc spectantia habentur. Ceterum in plerisque citatur ex octaua & sententia videtur sumpta ex capite 83. Asceticorum B. Basilij: cui -egulas sub nine octaua synodi sape citari alibi notatum est.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 17.

¶ De eodem. C. XXVII.

CVm omnibus omnino clericis extraneę feminæ non cohabitent, sed solæ matres, auiæ, & matertetæ, amitæ, sorores, & filiæ fratrum, aut sororum, & quæcumque ex familia domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel si filii eorum iam ordinatis parentibus, vxores acceperunt: aut seruis non habentibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

Item ex concilio Laodicensi, c. 30.

¶ De eodem. C. XXVIII.

NOn oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet, aut continentes se, aut omnem omnino Christianum cum mulieribus lauacra habere communia. Hæc est enim apud gentiles prima reprehensio.

Item Gregorius ad Ianuarium episcopum Caralitanum, libro 3, epistola 26.

¶ De eodem. C. XXIX.

ARchidiaconum tuum, vt audio, habitare cum mulieribus prohibuisti; & nunc vsque in ea prohibitione despiceris; qui nisi iussioni tuæ paruerit, eum sacro ordine volumus esse priuatum.

Item ex concilio Toletano quarto, c. 42.

¶ Venundentur ab episcopo, quæ appetunt consortia clericorum illicita. C. XXX.

Ansel. l. 7. c. 148. Pol. l. 4. ti. 39. QVidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt. Ideo, quæ coniunctæ taliter cum clericis sunt, ab episcopo auferantur, & venundentur: illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt.

Item Siricius Papa Himerio episcopo, epist. 1. c. 12.

Pol. l. 4. t. 31. Bur. l. 2. c. 110. ¶ Non habitent feminæ cum clericis, nisi quas necessitudo excusat. C. XXXI.

Iuo p. 6. c. 52 & 187. Ansel. l. 7. c. 149. c. 3. FEminas non alias esse patimur in domibus clericorū, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinū causas habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit.

Item ex concilio Africano, c. 5.

¶ Nisi

¶ Nisi maiorum iussione ad feminarum domicilia clerici non accedant. C. XXXII. Concord. Carthag. 3. c. 25.

Lerici vel continentes ad viduas, vel virgines, nisi ex iussu, vel permissu episcoporum, aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum conclericis, vel cum quibus episcopus, aut presbyter iusserit: Nec ipsi episcopi, & presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas; sed vbi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui Christiani. Ansl. l. 7. c. 151.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 102.

¶ Episcopi prouideant, ne occasione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines socientur. C. XXXIII.

AD reatum episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præest, Pol. l. 4. t. 37.
si substentandæ vitæ præsentis causa adolescentiores viduæ, vel Bur. l. 8. c. 55.
sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiiciantur. Iuo p. 7. c. 73.

Item ex eodem, c. 103.

¶ De eodem. C. XXXIIII.

VIduæ, quæ stipendio ecclesiæ substentantur, tam assiduæ in Dei Polycar. ibi.
opere esse debent, vt & meritis, & orationibus suis ecclesiam ad- Iuo par. 8.
iuuent. 327.

DISTINCTIO LXXXII.

1 *GEneraliter etiam pauperibus, & ijs, qui suis manibus laborare non possunt, episcopus necessaria prouideat.*
ps *Vnde in concilio Aurelianensi 1. c. 18. legitur.*

¶ De eodem. C. I.

EPiscopus pauperibus, vel infirmis, qui, debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, victum, & vestitum (inquantum sibi possibile † fuerit) largitur. † *possibilitas habuerit*] orig.

Item Innocentius Exuperio, Tolosano episcopo, epist. 3. c. 1.

¶ Qui voluptatem officio præposuerit, modis omnibus submoueatur. C. II.

2 PRoposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in diaconii mini- Iuo p. 6. c. 57.
sterio, aut in officio presbyterii positos, incontinentes esse, aut Pannor. l. 3.
fuisse, generati filii prodiderunt. De his & diuinarum legum manife c. 137.
sta est disciplina, & beatæ recordationis viri Syricii episcopi monita e- Ansl. l. 8. c. 8.
uidentia commearunt, vt incontinētes, in officiis talibus positi, omni Pol. l. 4. t. 31.
ecclesiastico honore priuarentur, nec admittantur ad tale ministe- Infra ca. seq.
rium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admo- *Luc.* 2.
dum sacræ legis auctoritas iam inde ab initio custodita, quod in tem- *Paral. c.* 24

† al. puri & purgati. — *† al. sacrificia.* — Sup. dist. 31. c. cos. — *Leuit. 11. & 20.* — *Num. 18.*

plo, anno vicis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus; puros †, & ab omni labe purgatos sibi vendicēt diuina ministeria, neq; eos ad sacra † officia fas sit admitti, qui exerc vel cum vxore carnale consortium: quia scriptum est [Sancti estote, quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester.] Quibus vtique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerit relaxatus: quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quo † magis hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est; nec præterit dies, qua vel a sacrificiis diuinis, vel baptismatis † officio vacent. Nam si beatus Paulus Apostolus ad Corinthios scribit, dicens [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi,] & hoc vtique laicis præcepit; multo magis sacerdotes, quib. & orandi, & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere: qui †, si contaminatus fuerit carnali concupiscentia [a], quo pudore vel sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quove merito exaudiri se credit, cum dictum sit, [Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum?] Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est, [vnius vxoris virum.] Non [b] dixit hoc, vt permaneret in concupiscentia generandi, sed propter incontinentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait, [vellem autem omnes sic esse, sicut & ego.] Quod & apertius declarat, dicens, [Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.] Et [habentem filios,] non, generantem dixit. Sed ea plane dispar, & diuersa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ ab episcopo Syricio ad prouincias commeauit, non probatur † peruenisse; his ignorantibus † venia non negabitur: ita vt de cetero penitus incipiant abstinere: & ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint, retenerent, vt eis non liceat ad potiora conscendere: quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. ¶ Si qui autem scisse formam viuendi missam a Syricio deteguntur †, neque statim cupiditates libidinis abiecisse; illi sunt modis omnibus submouendi: quia post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem.

† Quanto.] origina. — *† al. orationis.* — *1. Cor. 7.* — *† al. quia.* — *Tit. 1.* — *1. Timot. 3.* — *1. Cor. 7.* — *Rom. 8.* — *1. Tim. 3.* — *† probabitur] orig.* — *† al. ignorationis.* — *† al. detegentur.*

a ¶ Concupiscentia] *Emendatus, & locupletatus est hic locus ex ipsa epistola Innocentij, quemadmodum & multa alia in hoc capite, vbi per glossam licuit. In epistola autem Syricij, quæ refertur in concilio Teleptensi (ita enim pro Tellensi legendum videtur) sic legitur.* Quid faciet? excusabit? quo pudore? qua mēte vsurpabit? qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit?

b ¶ Non dixit hoc] *In originali sic legitur:* non ad permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit.

Item Syricius Papa ad Himerium Tarraconensem episcopum epistola 1. capite 7.

¶ De

¶ De eodem. C. III.

PLurim[os] sacerdotes Christi, atque leuitas, post longa consecrationis [su]æ tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, præceptorque vitiorum, si æstimat, quod in lege Moysis passim sacris ordinibus a Deo nostro laxata sunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebatur sancta sanctorum, præmonet dicens [Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus Deus vester?] Cur etiam procul a suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possint carnale exercere commercium, vt conscientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, etiam expleto deseruitionis suæ tempore, vxorius vsus solius successionis causa fuerat relaxatus: quia non ex alia nisi ex tribu Leui, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti. Iuo p.6.c.50. Pol.l.4.t.31. *Leuit. 20.* *Luc. 2.*

Idem paulo inferius.

¶ De eodem. C. IIII.

QVia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua sanctitas retulit, ignorantia † se lapsos esse deflent, his hac conditione misericordiam dicimus non negandum, vt sine vllo honoris augmento, in hoc, quo deiecti † sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent: si tamen posthac continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegii excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri. Hoc lege concessum; nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigni vsi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate deiectos; nec vmquam posse veneranda attrectare mysteria. quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præsentia cauere nos præmonent in futurum; si quilibet episcopus, presbyter, atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus; iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia ferro necesse est vt abscindantur † vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam. Poly.ibid. Iuo p.6.c.50. §.quia. † *ignoranter*]orig. † *excidantur*]orig.

¶ *Caput hoc in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori.*

3 *Qui autem propter peccata iubentur deponi; post condignam pœnitentiam in suo ordine poterunt reparari.*

Vnde in concilio Hybernensi.[a]

a ¶ Hybernensi.] *Caput hoc citabatur ex concilio Gangrensi, in quo non legitur. Est emendatum est ex Polycarpo; & alio libro manuscripto peruetusto; in quo libro sunt multi canones pœnitentiales; & his refertur ex Theodoro archiepiscopo Hybernensi.*

¶ Quæ pœnitentia sit imponenda sacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit. C. V.

Pol. l. 4. ti. 39. Can. Apost. 25.

PResbyter, si fornicationem fecerit quamquam secundum canones Apostolorum debeat deponi; tamen iuxta auctoritatem beati Papæ Siluestri, si in vitio non perdurauerit, sed sua sponte confessus adiecit, vt resurgat; decem annis in hunc modum pœniteat: tribus quidem mensibus priuato loco a ceteris remotus pane, & aqua a vespera in vesperam vtatur; tantum autem diebus Dominicis, & præcipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur sine carne, & sagimine, ouis, & caseo:[a] sacco indutus humi adhæreat; die, ac nocte iugiter misericordiam Dei omnipotentis imploret: finitis tribus mensibus continuis exeat: tamen in publicum non procedat; ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enim † debet sacerdos publice pœnitere, sicut laicus. Postea aliquantisper resumptis viribus, vnum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis, & præcipuis festis, in quibus vino, & sagimine, † ouis, & caseo, iuxta canonicam mensuram vti poterit. Finito primo anno & dimidio corporis & sanguinis Domini, ne indurescat, particeps fiat, & ad pacem veniat; psalmos cum fratribus in choro vltimus canat; ad cornu altaris non accedat; iuxta beati Clementis vocem, minora gerat officia. Deinde vero vsque ad expletionem septimi anni, omni quidē tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto septimo anni circulo, si sui confratres, apud quos pœnituit, eius condignam pœnitentiam con laudauerint; episcopus in pristinum honorem, iuxta beati Calixti Papæ auctoritatē, eum reuocare poterit. Sane sciendum est, quod secundam feriam vnum psalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando (si opus † est) redimere poterit. Finitis autem septem annis, deinde vsque ad finem decimi anni, sextam feriam (nulla interueniente redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit sacerdoti, de omnibus aliis peccatis, & criminibus, quæ eum in depositionē inducunt. Neq; hoc cuilibet videatur onerosum; si sacerdos post lapsum digne, vt supra dictum est, pœnitens, ad pristinos redeat honores.

Marginalia: † *al. etiam.* — † *al. sanguine.* — Epist. 2. — Epist. 2. — † *operarius*] — Poly.

a ¶ Et caseo] *In vulgatis sequebatur,* vtatur: *quæ vox sublata est auctoritate omnium fere exemplarium Gratiani manuscriptorum, & Polycarpi, & libri manuscripti in superiore notatione indicati.*

DISTINCTIO LXXXIII.

In libello Ennodii.

I p. 1 PRouidendum quoque est, ne is, qui ad ordinandum eligitur, & si a proprio vitio videatur alienus, consentiendo alienis inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait, non est grandis differentia, an lethum inferas, an admittas. Mortem enim languentibus proba-

probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit. Hinc Gregorius VII. ait in reg. lib. 6. cap. 12. Romana synodi celebrata Anno Domini 1080. al. 1078.

¶ Suspendatur episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationi consentiens. C. I.

SI quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum [a], vel crimen incestus in sua parochia, pretio interueniente, vel precibus consenserit, vel commissum, sibique compertum auctoritate officii sui non impugnauerit; ab officio suspendatur. Ansl.6.c.177

a ¶ Subdiaconorum] *Additum hoc est ex originali, & Anselmo; quemadmodum & paulo post verba illa,* sibique compertum. *Notum autem est a tempore Gregorij primi subdiaconos eadem lege continentiæ, qua presbyteros adstrictos fuisse.*

Item Gregorius prima parte pastoralis, c. 2.

¶ Maxime ecclesiam lædit, qui sub nomine sanctitatis delinquit. C. II.

NEmo quippe in ecclesia nocet amplius, quam qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere præsumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur; quando pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Episcopus [b] itaque, qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quam episcopus. Pol.l.4.ti.31. Bur.l.1.c.209 Iuo p.5.c.323 Bur.l.1.c.203 Iuo p.5.c.317 ex Gregorio

b ¶ Episcopus] *Hæc non sunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur infra 2. q. 7. c. qui nec regiminis, ex Augustino (cui etiam reliqua huius capitis antea tribuebantur) & ex eodem a Burchardo, & Iuone citantur. Ceterum ijdem collectores Burchardus quidem lib. 1. cap. 13. Iuo autem parte 5. cap. 67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.*

Item Innocentius.

¶ Qui non resistit erroribus, consentit. C. III.

ERror, cui non resistitur, approbatur; & veritas, cum minime defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Deusde. p. 2. Eleuterius Papa ad Galliæ prouincias, & orientales, in epi. ad Iulium, & Ægyptii in epi. ad Felicē II. Poly.l.4.t.31.

Item Pius, epist. 1. ad omnes Christi fideles.

¶ Non prodest suo errore non pollui, qui alieno consentit. C. IIII.

QVid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti?

Item Gregorius [a].

¶ Qui non occurrit, consentit erranti. C. V.

COnsentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit.

a ¶ Gregorius] *In epistolis impressis Beati Gregorij non habentur. Verum libro septimo epist. 117. Syagrio episcopo Augustudonensi, post ea verba,* qui non restiterit. *in*

regesto manuscripto peruetusto, & in Polycarpo, vbi ipsa epistola integra refertur, hæc sequuntur. Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, vt resecari debeant, non occurrit. Quia vero, &c.

Sicut autem aliorum vita palpare non debet, ita nec malorũ laudibus delectari. Vnde Anacletus Papa, epist. 1. episcopis omnibus.

¶ Miserrimus est episcopus, qui malorum laudibus gloriatur. C. VI.

Ansel. 6. c. 154. Iuo p. 5. c. 237. in fine. † *al. Sicut autem.*

NIhil illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atq; ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum, placere lupis, & gregibus ouium potest. Perdit enim labiorum [b] memoriam mens terrenis obligata carceribus. Sicut † artium in suo quoq; opere inuenitur mater instantia: ita nouerca eruditionis est negligentia.

b ¶ Labiorum] *In epistola Anacleti legitur,* laboris: *apud Anselmum, & in vno ex vetustis codicibus Gratiani,* laborum, *vnde potuit irrepsisse mendum: quod tamen ob glossam non est sublatum.*

2 *Quamquam sacerdotem tam a suis, quam ab alienis criminibus oportet esse immunem, tamen si aliorsum sese habuerit, non ideo verba suæ prædicationis debent contemni. Sicut enim Hieronymus ait. Vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur, ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat a sordibus peccatorum.*

Bur. l. 1. c. 204. ex dictis Hiero. Iuo p. 5. c. 318.

DISTINCTIO LXXXIIII.

1 ps *SOlicitum quoq; & vigilantem oportet esse episcopum circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, tuitionem monasteriorum. Quod si facere neglexerit, aspere corripiendus est. Vnde Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ, l. 11. epist. 29.*

¶ Corripiatur episcopus, qui circa officium suum negligens extiterit. C. I.

PEruenit ad nos fratrem, & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidem, negligentemque in cunctis existere; vt in nullo, quia est episcopus, agnoscatur: adeo, vt neque ecclesia ipsius, neque monasteria siue filii ecclesiæ; vel oppressi pauperes † eius erga se dilectionis studium sentiant; nec aliquam supplicantibus sibi † in quibus iustum est, opem defensionis accommodet; & (quod adhuc dici est grauius) consilia sapientum, & recta suadentium nulla patiatur ratione suscipere, vt quod per se nequit attendere, ab altero saltem possit addiscere. *& infra.* ¶ Quod si ita est, nõ sine culpa tua esse cognoscas, qui eum obiurgare, atque coercere, vt dignum est, distulisti. Quia ergo hoc totum non solum ipsum reprobat, sed etiam ad sacerdotalis officii pertinere probatur opprobrium; volumus, vt eum coram aliis sacerdotibus, & quibusdam de filiis suis nobilibus contestari pro hac re debeas, &

† *al. vel pauperes.* † *hu*] orig. paulo plenius apud B. Greg. † *vel*] orig.

as, & hortari. Si vero (quod nō credimus) post hanc adhortationem nostram sc[illegible]to adhuc more negligens esse tentauerit; ad nos est modis omnibus transmittendus, vt hic positus discere possit, quid vel qualiter secundum Dei timorem agere conueniat sacerdotem. Ibidē paulo inferius.

Item ad eumdem eod. lib. epist. 33.

¶ De eodem. C. II.

NVntiatum est nobis Campaniæ episcopos ita negligentes existere, vt immemores honoris sui, neque erga ecclesias, neque erga filios suos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monasteriorum solicitudinem gerant, seu in oppressorum, & pauperum se tuitionem impendant. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus, vt eis a † te conuocatis, ex nostro illos mandato districte commoneas; quatenus desides vlterius esse non debeant: sed sacerdotalem se habere zelum, & solicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuste secundum Deum agere conuenit, vigilantes existant, vt nullū nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem vero eorum post hæc negligentem esse cognoueris; ad nos eum sine aliqua excusatione transmitte: vt quam sit graue, nolle ab his, quæ reprehensibilia, & valde vituperanda sunt, corrigi; regulari in se valeat districtione sentire. †al. ad.

2 *Quod autem de munditia castitatis sacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet altari seruientibus intelligendum est.* In Carthagi. can. c. 3. & 4.

Vnde in Carthaginensi concilio 2. capitu. 2. Aurelius episcopus dixisse legitur.

¶ Qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentiam in omnibus seruent. C. III.

CVm in præterito concilio de continentiæ, & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione † quadam castitati per consecrationes adnexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt condecet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes, nec non & leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus; quo possint simpliciter, quod a Deo postulant, impetrare: vt quod Apostoli docuerunt [a], & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab vniuersis episcopis dictum est; Omnibus placet, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel † qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab vxoribus abstineant. Ab omnibus dictum est; Placet; vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt. †al. constrictione castitatis per. dist. 31. episcopos. dist. 31. c. aliter. †al. &.

a ¶ Docuerunt] *In vulgatis codicibus sequebatur.* exemplo, *quod est sublatum, quia neque in ipso secundo Carthaginensi, aut impresso, aut manuscripto, neque in vnico codice canonum, cum quo Græcus canon conuenit, neque in vetustis Gratiani exemplaribus habetur & ex glossa videtur translatum in textum.*

b ¶ Custodiamus] *In codice canonum cap. 5. vnici Carthaginensis sequuntur haec* Faustinus episcopus ecclesiae Potentinae prouinciae Piceni, Legatus ecclesiae Romanae dixit, Placet, vt episcopi, &c. *quae in recentioribus Colon: edifibus concilio-rum editionibus adscripta sunt alijs characteribus. Verum in prisca Coloniensi, duabus Parisiensibus, & codicibus Vaticanis legitur quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 3.

¶ De eodem. C. IIII.

In cod. ca. c. 25. In Africa. c. 37. dist. 32. c. placuit. †al. propria. CVm de quorumdam clericorum, quamuis erga vxores proprias incontinentia referretur; placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos secundum priora † statuta etiam ab vxoribus continere; quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio: ceteros autem clericos ad hoc non cogi; sed secundum vniuscuiusque ecclesiae consuetudinem obseruari debere [c].

c ¶ Debere] *In codicibus impressis haec sequebantur*, contra Martinus Papa [si lector viduam duxerit] vt supra legitur. Sed illud, vbi necessitas vrget. *Quae sunt expuncta; quia in vetustis codicibus aut non habentur, aut sunt adscripta in margine.*

3 *Similiter, quod monogamus episcopus esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos deriuari oportet.*

Vnde Siricius Papa Himerio Tarraconensi episcopo, epist. 1. c. 11.

¶ Laica sit tantum communione contentus clericus, viduam aut secundam ducens vxorem. C. V.

Ans. l. 6. c. 7. Iuo p. 6. c. 51. QVisquis clericus, aut viduam, aut certe secundam coniugem duxerit, omni ecclesiasticae dignitatis priuilegio mox nudetur; laica sibi tantum communione concessa. Quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum vero nomen, quamquam a senectute sit sumptum, magis tamē maturitatem indicat sapientiae, quam caniciē corporis.*

Vnde Anacletus ad episcopos Italiae, epist. 2.

¶ Presbyteri seniores dicuntur non tam ętate, quam sapientia. C. VI.

Ans. l. 7. c. 96. Bur. l. 2. c. 5. Iuo p. 6. c. 25. *Prouerb. 29.* †*al. hic.* POrro Moysi praecipitur, vt eligat presbyteros [id est seniores] Vnde & in prouerbiis dicitur [Gloria senum canicies.] hęc † vero canicies sapientiam designat, de qua scriptum est [Canicies hominum prudentia est.] Cumque nongentos, & amplius annos ab Adam vsque ad Abraham vixisse homines legerimus; nullus alius prius appellatus est presbyter, id est, senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis cōuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

DISTINCTIO LXXXV.

Io. Diaco. l. 3. cap. 11. r ps HOspitalitas vero vsqueadeo episcopis est necessaria, vt si ab ea inuenantur alieni, iure prohibeantur ordinari.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo, lib. 12. epist. 6.

¶ Hospi-

¶ Hospitalitatem nesciens, non fiat episcopus. C. I.

Archidiaconum † Florentinum ecclesiæ Anconitanæ, qui ad episcopatum fuerat electus, scripturę quidem sacrę scientiam habere; sed ita ætatis senio iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere: adiicientes etiam ita illum tenacem existere, vt in domo eius amicus ad charitatem numquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; sed quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentinum vero diaconum ecclesiæ Rauennatis, qui ab omnibus electus dicitur, solicitum esse nouimus; sed qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoque fraternitas tua vnà cum fratre, & coepiscopo nostro Armenio suprascriptæ ecclesiæ Anconitanæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus † singulorum requirere, si de nullo sibi sunt crimine conscii, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de præfato archidiacono dictum est, quia numquam amicus domum eius ingressus est, si ita se veritas habeat, & vtrum ex necessitate, an ex tenacia † talis sit; aut si ita senex est, vt ad regendum non possit assurgere; vel si tactis sacrosanctis Euangeliis (sicut nobis nuntiatum est) iusiurandum præbuerit, numquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono, quantos psalmos minùs teneat, perscrutandum est. Florentio autem diacono Rauennati, si nullum, sicut dicimus crimen est, quod obsistat, apud episcopum eius agi necesse est, vt ei debeat cessionem concedere: non tamen ex nostro mandato, vel dicto; ne contra suam voluntatem eum cedere † videatur.

† *al. Florentinū, al. Florentium archidiaconū.*

† *al. de vita, & moribus.*

† *al. tenacitate.*

† *al. concedere.* in recentioribus editionibus.

DISTINCTIO LXXXVI.

1 ps *Doctorem autem episcopum oportet esse, ne inferiorum culpa in eum refundatur, qui docendi officium accepit, quod exequi nescit, vel negligit. Vnde Leo episcopus scribit Aquilegiensi episcopo, epist. 3. & 84. seu 86.*

¶ Negligentiæ rectorum imputantur culpę inferiorum. C. I.

Inferiorum culpæ ordinum, ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides, negligentesq; rectores: qui multam sępe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem [a] dissimulant adhibere medicinam. Ans.l.6.c.155.

a ¶ Austeriorem] *Sic legitur in epistola 84. Verum in epistola 3. eiusdem Leonis legitur,* necessariam. *Reliqua vtrobique eadem sunt.*

Itē Leo episcopus Rustico Narbonēsi episc. epi. 90. seu 92. in princ.

¶ Homines sunt diligendi, peccata odio habenda. C. II.

Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi: tolerētur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuientis plectatur animo, sed medentis.

Item Ioannes VIII.

¶ Qui negligit emendare, quod valet, facientis culpam habet. C. III.

Gregorii.l.7. reg.epi.114. indict. 2. *Roma.* 1. Pelagius 2. Epist.3. Eleutherius sup. dist. 83. c. error. 2. q. 7. negligere, & 23. q. 3. c. qui potest. Iuo p.6.c.115.

FAcientis culpam procul dubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Scriptum quippe est [Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, participes judicantur.] ¶ Et libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probat odisse se vitia, qui condemnat errãtes. Nec relinquit sibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus innocentiæ gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate consensum. Et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est a [a]lieno peccato.

¶ *Caput hoc ex varijs sententijs hinc inde collectis confectum est: quarum prima vsque ad versi.* emendare, *sumpta est ex epistola B. Gregorij 114. lib. 7. indict. 2. Theoderico, & Theoberto Regibus Francorum.*

2 *Si autem in corripiendo quis modum excesserit, nõ a subditis, sed a Domino veniam petat. Vnde Augustinus de vita* [a] *clericorum.*

¶ Veniam a subditis non petat, qui corripiendo modum excesserit. C. IIII.

Iuo p.6.c.384 † *in ipsis*] or.

QVando necessitas disciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit; si etiam, ipsi † modum vos excessisse sentitis; non a vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis.

a ¶ De vita] *Inter opuscula B. Augustini anno Domini 1481. Parmæ impressa, sunt tres sermones de communi vita clericorum, ex quibus vulgatis tomis operum B. Augustini, tomo decimo referuntur duo sub numero 52. & 53. ad fratres in eremo. Tertius autem cum epistola 109. omnino conuenit, sed quæ in epistola diriguntur ad monachas, in sermone diriguntur ad viros. Ex istis tribus sermonib. de communi vita clericorum multa capita accepit Gratianus (vt suis locis notabitur) & hoc quidem ex tertio.*

3 *In doctrina vero sacræ scripturæ, auctoritatem debet episcopus præferre, non secularium litterarum peritiam ostentare. Non enim episcopalis officij est, Grammaticam exponere, ne laudes Iouis personent ore Pontificis.*

Vnde Gregorius scribit Desiderio episcopo, lib. 9. epist. 48.

¶ Sacram scripturam, non Grammaticam debet episcopus exponere. C. V.

Bur.l.1.c.97. Iuo p.4.c. 161. & p. 5.c. 199.

CVm multa nobis bona de vestris fuissent studiis nuntiata, ita cordi nostro nata est lætitia, vt negare ea, quæ sibi fraternitas vestra concedenda poposcit, minime valeremus. Sed post hoc peruenit ad nos (quod sine verecundia memorare non possumus) fraternitatem tuam grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepi

suscepimus, ac sumus vehementius aspernati, vt ea, quæ prius dicta fuerint, in gemitum & tristitiam verteremus: quia in vno se ore cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quam graue, nefandumque sit episcopis, canere, quod nec laico religioso conueniat, ipse considera.

4 *Liberalem quoque necessitatem patientibus sacerdotum esse oportet: alias autem vacuum portabit nomen episcopi. Vnde Gregorius scribit l.5.epi.29. seu c.129. Secundino seruo Dei inter cetera.*

¶ Sine liberalitate inane portatur nomen episcopi. C. VI.

FRatrem nostrum Marinianum episcopum verbis, quibus vales, excita: quia obdormisse eum suspicor. *& infr.* ¶ Dic ergo ei, cum loco mutet & mentem. Non sibi credat solam lectionem, & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minime fructificare: sed largam manum habeat; necessitatem patientibus concurrat; alienam inopiam suam credat: quia si hæc non habet, vacuum episcopi nomen tenet.

5 *In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerum, & personarum: rerum, vt non omnia vni, sed singulis quædam præstentur, vt pluribus prodesse possimus; iuxta illud Prophetæ [Dispersit, dedit pauperib.] personarum, vt primum iustis, deinde peccatorib. quibus tamẽ dare prohibemur, nõ quia homines sunt, sed quia peccatores.* *Psal.* III.

Vnde Augustinus tract. 100. *ad c.*16. *Ioannis.*

¶ Immane peccatum est res suas donare histrionibus. C. VII.

DOnare res suas histrionibus vitium est immane, nõ virtus. Et scitis de talibus, quam sit frequens fama cum laude: quia sicut scriptum est, [laudatur peccator in desideriis animæ suæ; & qui iniqua gerit, benedicitur.] Iuo p.11.c.84 *Psal.*9.

Idem in psal. 102. *ad vers.* [*Faciens misericordias.*]

¶ Grauiter delinquunt, qui venatori aliquid donant. C. VIII. Iuo p.13.c.31

QVi venatoribus donant; quare donant? dicant mihi; quare donant venatori? Hoc in illo amant †, in quo nequissimus est; hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt: ipsam nequitiam publicam † spectaculis omnium. Qui donant histrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus, quare donant? numquid non & ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani. † *amat.*] ori. & sic deinceps. † *al. publicant.*]

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. IX.

QVi venatoribus donant, nõ homini donant, sed arti nequissimæ. Nam si homo tantum esset, & venator non esset, non donares: honoras in eo vitium, non naturam. Iuo ibidem.

*Idem in psal.*147.

¶ De eodem. C. X.

Iuo p.13.c.22. VIdent homines venatorem, & delectantur: væ miseris, si non se correxerint. Qui enim vident venatorem, & delectantur; videbunt Saluatorem, & contristabuntur.

Inter opera adscripta Hieronymo, tomo 8. *Item Hieronymus in psal. 90. ad vers. [sperabo in Domino.]*

¶ De eodem. C. XI.

Iuo p.13.c.35. ESau venator erat; quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem, piscatores inuenimus sanctos.

Item Ambrosius in homilia 33. de Quadragesima.

¶ De eodem. C. XII.

Iuo p.13, c. 34. QVid prodest ieiunare viscerib. & luxuriare venatibus? abstinere cibis; errare peccatis?

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. XIII.

Iuo ibidem. AN putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum loca sancta perquirit, sed surgens congregat seruulos; disponit retia, canes producit, saltus, siluasq; perlustrat? seruulos, inquam, secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes; & voluptatibus suis peccata accumulat aliena; nesciens reum se futurum tam de suo delicto, quam de perditione seruorum.

Item Ambrosius lib. 1. de officijs, c. 30.

¶ Quæ sint in liberalitate seruanda. C. XIIII.

Ansel. 13. c. 28. Pol. l. 6. t. 20. Gal. 6. NOn [a] satis est bene velle, sed etiam benefacere. Nec satis est iterum benefacere; nisi id ex bono fonte, hoc est ex bona voluntate proficiscatur. *& infra.* ¶ Perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commēdatur, vt primum operieris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat; si scias eum sine sumptu esse; fame laborare, ærumnam perpeti; qui præsertim egere erubescat: si in causam ceciderit aut captiuitatis suorum, aut calumniæ, & non adiuues: si sit in carcere, & pœnis, & suppliciis propter debitum aliquod iustus excrucietur (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamē iusto amplius:) si tempore afflictionis suæ nihil a te imperret, si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri; non est leue peccatum [b].

a Non satis] *Hinc vsque ad c. si quid vero. in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Anselmum est vnicum caput.*

b ¶ Non est leue peccatum] *Verba hæc non sunt ibi apud Ambrosium, sed tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.*

Poly. ibid. Ansel. ibid. *Idem ibidem paulo inferius.*

¶ De eodem. C. XV.

† *al. Deus*] orig. 3. *Reg.* 19. DOminus † non vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi forte, vt Helisæus, qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit:

habuit:vt nulla cura teneretur domestica; sed relictis omnib. in disciplinam se propheticam daret.

Idem ibidem continenter.

¶ De eodem. C. XVI.

Est probanda illa etiam liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamē, vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus: causam [c] enim natura præstat, non gratia: Neque enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias; sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & precio miserationis peccata redimas tua. Putant se parū poscere? pretium † tuum quærunt: vitæ tuæ fructum adimere contendunt: & accusant †, quod eos diuites non feceris: cum te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede?

Ansel. ibid. Polycar. ibi.

† *al. pramiū.*

† *al. accusat*] orig. & sic deinceps.

c ¶ Causam enim] *Apud B. Ambrosium legitur,* causa enim præstat, non gratia, *itemque apud Anselmum, & in Polycarpo. Sed vetusti codices Gratiani, & glossa cum impressis concordant. Alia autem nonnulla ex ipso Ambrosio sunt emendata.*

Item ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. XVII.

Considerada est etiam in largiendo ætas, atque debilitas; nonnumquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptius: tū si quis ex diuitiis cecidit in egestatem: & maxime, si non vitio suo, sed aut latrociniis, aut proscriptione †, aut calumniis, quæ habebat, amisit.

Polycar. ibi. Ansl. ibid.

† *al. prascriptione.*

Idem libro 2. officiorum, c. 21.

¶ De eodem. C. XVIII.

Pulchra [d] etiam liberalitas est in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, vt abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Quidquid ex affectu puro, & sincero promitur, hoc est decorum: non superfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc cōuenit, ornare Dei templum honore † congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini resplendeat: impensas misericordiæ conuenientes frequētare: quantum oporteat, largiri peregrinis, non superflua, sed competentia, &c. *Idem.* ¶ Compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus, iuuemus; & plus interdum, quam possumus. Melius est enim pro misericordiā causas præstare, vel inuidiam pei peti, quam prætendere inclementiam; vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus.

Poly. ibid. Ansl. ibid.

† *decore*] orig.

eod. lib. c. 28.

a ¶ Pulchra etiam] *Apud B. Ambrosium legitur*: pulcra liberalitas erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere. *Sed apud Anselmum, & in Polycarpo habetur vt apud Gratianum, & adest glossa in voce*, dato.

Idem ad c. 3. Lucæ, in vers. [*Generatio viperarum.*]

¶ De eodem. C. XIX.

† *singulis quoq;*] orig. IN † singulis quoque generibus hominum conueniens tribuit Sanctus Baptista Ioannes responsum, vnum omnibus, ita: publicanis, ne vltra præscriptum exigant: militibus ne calumniam faciant, ne prædā requirant; docens ideirco stipendia constituta militiæ, nedum sumptus quæritur, prædo grassetur. Sed hæc, & alia officiorum præcepta propria singulorū; misericordia † cōmunis est vsus. *al. Misericordia.* Ideo commune præceptum omnibus officiis, omnibus ætatibus necessaria, & ab omnib. deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus, diues, & pauper, omnes in commune admonentur, vt conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutū est. Et ideo omnibus est proposita perfectæ forma virtutis, ne vestimentis, alimentisque suis parcant. Misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura seruetur, vt non sibi vnusquisque totam eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.

Idem ad c. 18. Lucæ.

¶ De eodem. C. XX.

Mat. 15. *Leuit. 20.* *Exod. 21.* CEterum Dei traditio est, vt prius pascas parentes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames, quæ morte grauior est? Quo loco insolentem Dominus infrenat iactantiam, &c.

Idem in libro de officijs ❦

¶ De eodem. C. XXI.

Ans. l. 13. c. 28. Pol. l. 5. t. 20. D T. 22. q. 32. ar. 5. PAsce fame morientem, quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti.

b ¶ De officiis] *Caput hoc non est inuentum apud B. Ambrosium: sed apud Anselmum, & in Polycarpo, ex eodem citatur, & Bartholomaus Vrbinas Emerita in Milleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambrosii, affert hunc locum ex eodem Ambrosio in libro de alendis pauperibus, qui liber hactenus desideratur.*

Item Hieronymus in commentarijs ad Galatas, c. 6. in vers. Alter alterius.

¶ De eodem. C. XXII.

QVi clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lacrymarum, quamuis spiritalis sit, non adimplet † legem Christi. † *adimplebit*] orig.

6 *Similiter etiam oportet episcopum non esse percussorem, id est non ad vindictam facilem.*

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Pannormitano, libro 11. epist. 49.

¶ Ad

¶ Ad vindictam episcopus facilis esse non debet. C. XXIII.

Si quid vero de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas; nec ad vindictam te res quid accendat incognita: sed præsentibus senioribus ecclesiæ tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis. 15.q.7.si

Idem Ianuario episcopo, lib. 7. indict. 2. epist. 1.

¶ De quodam episcopo qui antequam Missarum solennia celebraret, die Dominico ad exarandam messem cuiusdam profectus est. C. XXIIII.

Tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eam nisi adhuc humanitus pensaremus, fixa iam maledictione feri remus. Dictum quippe mihi est, quod Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares, ad exarandam messem latoris præsentium perrexisti, & post exarationem eius, Missarum solennia celebrasti: post Missarum solennia etiam terminos possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum quæ pœna debeat insequi, omnes qui audiunt, sciunt. Dubii autem de tanta hac peruersitate fueramus: sed filius noster Cyriacus, abbas a nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur, † vt aliquando resipiscas miser senex; atque a tanta te leuitate morum, & operum peruersitate compescas †. Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri solicitior, atque timidior debes. Et quidem pœnæ sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam † cum senectute nouimus; interim tacemus. Eos vero, quorum consilio hæc ea gisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus: ita tamen, vt si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus aduenerit; benedictione viatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautus existe: te quoque solicite custodi, ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ vlterius, nec senectuti parcamus. 1 q 7. tanta. Bur.l.1 c. 197. Iuo par. 2. c. 78. & p.5. c.312. † *al. hortamur aliquando resipisce.* † *al. compesce.*

7 *Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet propriis manibus aliquem cadat. Vnde in Agathensi* [a] *concilio legitur.*

¶ Non licet episcopo propriis manibus aliquem cædere. C. XXV.

Non licet episcopo manibus suis aliquem cædere. Hoc enim alienum a sacerdote esse debet. Burc.l.1.c. 202. Iuo p.5.c.316.

a ¶ Agathensi] *Hoc caput non habetur in Agathensi, quod extat. Burchardus, & Iuo citant ex decretis Bonifacij Papæ. Habetur autem in nouellis const. 13. c. 16. apud Iulianum antecess. Non dissimile etiam est tamen 18. Apostolorum, quem interpretatur synodus Constantinopolitana, quæ prima, & secunda dicta est. c. 9.*

8 *Prohibetur etiam episcopus turpis lucri esse cupidus, ne aliquo inhonesto negotio victum, vel cetera sibi necessaria quærat.*

Quod generaliter de omnibus diuino cultui mancipatis, id est, clericis, & monachis intelligi oportet.

Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 5. legitur.

¶ Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inseruiant. C. XXVI.

Bur. l. 2. c. 145. Iuo p. 6. c. 28. † al. saecularium.

PEruenit ad sanctam synodum, quia de ijs, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, alienarum possessionum conductiones, & causas saeculares † suscipiunt; & a sacris quidem officiis se per desidiam separant, ad domos autem saecularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritiae causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta, & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est, episcopum, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri saecularibus procurationibus; nisi forte, qui legibus ad minorum aetatum tutelas, siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ciuitatis ipsius episcopus ecclesiasticarum rerū commiserit gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum, quae indefensae sunt, & earum personarum, quae maxime ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit haec praecepta, correctioni ecclesiasticae subiaceat.

DISTINCTIO LXXXVII.

I ps *VIduis autem, & orphanis ecclesiae praesidium implorantibus episcopi debent adesse: & contra improborum violentias protectionis patrocinium eis negare non debent.*

† al. Leontio.

Vndo Gelasius Gerontio †, & Petro episcopis.

¶ Implorantibus patrocinium, episcopi debent adesse. C. I.

LIcet omnibus de nobis sperantibus non debeamus, inquantū possumus, nos negare; plus tamen viduarum, & orphanorum causas, & impensius ducimus exequendas: quas tueri a nobis, vel ab omnibus diuina manifestat assertio.

Idem Anastasio episcopo.

¶ De eodem. C. II.

† al. prodesse.

DEfensionis propriae desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse † pro aetatis infirmitate non possunt, exoratum pontificem decet subuenire: quia pupillis ᵃ tuitionem etiam diuinitas iussit impendi. Et ideo Maximo, & Ianuario, clericalis officii (qui se solatio parentum) vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione praestabis: vt aduersus improbitates aduersariorum suorum protecti, tuae executionis annisu noxia commenta non sentiant.

a ¶ Pupillis] *In codicibus impressis sequebatur,* & viduis: *quae voces expunctae sunt, quia absunt a plerisque vetustis. Et quae antecedunt, ac sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis.*

Idem Leontio, & Petro episcopis.

¶ De

¶ De eodem. C. III.

QVisquis in negotiis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, prona nos conuenit animositate præstare.

Idem Honorio episcopo.

¶ De eodem. C. IIII.

DIuinæ retributionis memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam sollicitudinem non negare.

Idem Fortunato episcopo.

¶ Tueatur ecclesia, quos in sui defensione suscepit. C. V.

IRreligiosum prorsus & execrabile iudicamus, si quisquam [b] vel extraneos in sua tuitione susceptos, non omni fide, & tota animi sui educauerit sanctitate. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuæ, Felicis, & Olympii suggeratur auunculus, eosque paruulos tutelæ vice susceperit nutriendos; vltra latrocinium esse iudicamus, quod eos bonisculis † parentum (sicut asserunt) reliquit extorres; alia retinendo, alia contra leges, & iura vendendo.

b ¶ Quisquam] *In vulgatis codicibus sequebatur vox,* clericos, *quæ in aliquot manuscriptis, & apud Iuonem non habetur, adeoque sublata est. Non enim hic clericos cum laicis, sed extraneos cum sanguine iunctis comparat.*

Iuo par. 6. c.109. *al. bonusculis.* Raban. pœn. c. 22. Bur. l.3. c. 195. Iuo p.3. c. 112. Ibid. c.6. c.7.

Item ex concilio Arausicano 1. c.5. & sequentibus.

¶ Confugientes ad ecclesiam extrahere non licet. C. VI.

EOs, qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportere: sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi. ¶ Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur. ¶ In ecclesia quoque manumissos, & per testamentum ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur †.

Iuo par.3. c. 154. & 245. Pan. l.2. c. 48. † *coerceb[i]tur* orig. Iuo par. 3. c. 159. & p.6. c.51.

Item ex concilio Agathensi, c.29.

¶ In libertate ecclesia tueatur libertos. C. VII.

LIbertos legitime a dominis suis factos, ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur: quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

Pan. l.2. c.82. Burc. l.3. c. 186. Iuo p. 6. c. 246. & p.16. c.52.

Item ex concilio Toletano 4. c.71.

¶ A sacerdotibus defendantur liberti, ne in seruitutem reuocentur. C. VIII.

LIberti, qui a quibuscumque manumissi sunt, & ecclesiæ patrocinio condemnati existunt, sicut regulæ antiquorum Patrum constituerunt sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio, quod habere noscuntur.

Pan. l.2. c.83. cap. lib. 6. c.14. concor. Vasense 1. c. 9.

Item ex concilio Arelatensi 2. c.32.

¶ Expositos defendat ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit. C. IX.

Burc. l. 3. c. 201. Iuo p. 3. c. 252. Pol. l. 3. ti. 13. † al. ponatur epistola.

3 SI expositus ante ecclesiam cuiuscumque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat † epistolã, vt si is, qui collectus est, intra decẽ dies quæsitus, agnitusque nõ fuerit, securus habeat, qui collegit. Sane qui post prędictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

DISTINCTIO LXXXVIII.

1 ps PRohibentur ergo clerici cupiditatis negotia suscipere, nõ pietatis curam viduis, & orphanis impendere. *Vnde Melchiades*[a] *Papa.*

¶ De eodem. C. I.

In scripto de primitiua ecclesia, & munificẽtia Constantini ex concilio Chalcedon. c. 3. † absunt istę duæ voces fere ab omnibus manuscriptis. *Exod. 33. Gen 28.*

DEcreuit sancta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum, [& † orphanorum] ac viduarum, aut si forte episcopus ciuitatis ecclesiasticarum rerum solicitudinem habere præcipiat. Vbi liquido patet, quia alia sunt negotia sæcularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in sęculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret, qui intus contemplatione raptus foris infirmantium negotiis vrgebatur? *& infra.* Sic & Iacob ascendentes, & descendentes Angelos vidit: quia videlicet rectores ecclesiæ non solum Deo contemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et Domini sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

a ¶ Melchiades] *Caput hoc habetur in scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus continenter sequitur post decreta Melchidiadis (quamuis in recentioribus concilium Neocæsariense sit interpositum) & ex illa coniunctione fortasse factum est, vt hoc quoq; scriptum olim decretis Melchiadis adnumerari solitum esset, cum tamen in eo de Niceno concilio & alijs, quæ post Melchiadem gesta sunt, mentio fiat: quod ex cap. ad futuram. infra 12. q. 1. apparet.*

Concil. Aquisgranen. c. 93. 14. q. 4. c. clerici. Pol. l. 4. t. 31. † *al. inhiare. Matt. 21. 2. Tim. 2.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

COnsequens est, vt de illa quoque de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non prætereunda putaremus: id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminère †, nullo pudore cernentes Euangelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores e templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait, [Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus,] Psalmistam quoque Dauid surda dissimulantes aure, cantantem [Quoniam non cognoui negotiatio-

gociationes, introibo in potentias Domini.] Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum: aut in quo cumque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per † officia negotiationis potius fit latronum spelunca.

Ps. 70. Vide infra, c. quoniam.
Luc. 19.
† ne officina negotiationum, & spelunca potius sit latronum] orig.

Item ex septimo canone Apostolorum.

¶ In sacris ordinibus constitutus sæculares curas assumere non debet. C. III.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam sæculares curas assumat, sin aliter, deiiciatur.

Item Gregorius Romano defensori, lib. 8. epist. 11.

¶ Episcopus sæcularibus causis occupari non debet. C. IIII.

PErlatum est ad nos reuerendissimum Fratrem nostrum Basilium episcopum, velut vnum de laicis in causis sæcularibus occupari, & prætoriis inutiliter deseruire. Quæ res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat; statim vt experientia tua hoc præceptum susceperit, eum ita ad reuertendum districta executione compellat, quatenus ei illic te insistente quinque diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat: ne si quolibet modo eũ ibidem amplius moram habere permiseris; cum ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis.

Ansel. l. 6. c. 179.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 18.

¶ Testamentorum tuitionem, & curam rei familiaris episcopus non suscipiat. C. V.

ij EPiscopus tuitionem testamentorum non suscipiat. Pol. l. 4. t. 5.

Item ex eodem, c. 20.

¶ De eodem. C. VI.

iij EPiscopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

Item ex eodem, c. 17.

¶ De eodem. C. VII.

iiij EPiscopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat. Polycar. ibi.

Item Gregorius Quertino ex præfecto. epist. 30. lib. 10.

¶ Ratiociniorum causas clericus suscipere non debet. C. VIII.

INutile, & valde laboriosum est, hominẽ litteratum, ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

¶ Fugiendus est clericus negotiator. C. IX.

NEgotiatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quamdam pestem fuge.

Item Augustinus in libro quæstionum veteris, & noui testamenti, c. 127.

¶ Clerico negotiari non licet. C. X.

Iuo p. 8. c. 89. Pan. l. 7. c. 26. FOrnicari omnibus semper non licet: negotiari vero aliquando licet; aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit; licet ei negotiari: facto iam, non licet.

[*Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum*, [*id est, auctor operis imperfecti, hom. 38. ad c. 21. Matth.*

¶ De eodem. PALEA. C. XI.

Paulo aliter. EIiciens Dominus vendentes, & ementes de templo, significauit, quia homo mercator vix, aut numquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, proiiciatur de ecclesia Dei; dicente propheta: [Quia non cognoui negotiationes; introibo in potentias Domini.] (*Psal. 70.*) Quemadmodum enim, qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & se commendare, sine maliloquio esse non potest: (necesse est enim vt isti male loquantur de illo, & illi male de isto.) sic qui emit, & vendit, sine mendacio, & periurio esse non potest. *& paucis interiectis.* ¶ Sed est nec stabilis substantia eorum, neque ad bonũ proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim si triticum, aut aliud † tale cernas (*† aliquam bladi speciẽ.*) in cribro: dum huc, & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt; & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus solũ, sic de substantia negotiatorum nouissime nil remanet, nisi solum peccatum. Sed omnes homines videntur esse mercatores. Ostendam ergo, quis non est negotiator, vt quis talis non fuerit, eum intelligas esse negotiatorem. Quicumque rem comparat, non vt ipsam rem integram, & immutatã vendat, sed vt materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiator. Qui autẽ comparat rem, vt illã ipsam integram, & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eiicitur. Vnde super omnes mercatores plus maledictus est vsurarius. Ipse nãque rem datam a Deo, vendit non comparatam, vt mercator; & post fœnus rem suam repetit, tollens aliena cum suis; mercator autem non repetit rem venditam. Adhuc dicit aliquis. Qui agrum locat, vt agrariam recipiat, aut domum, vt pensiones recipiat, nonne est similis ei, qui pecuniam dat ad vsuram? Absit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem vsum disposita est, nisi ad emendum. Secundo, quoniam agrum habens arando accipit ex eo fructũ; habens domum, vsum mansionis capit ex ea. Ideo qui locat agrum, vel domum, suum vsum dare videtur, & pecuniã accipere, & quodãmodo quasi cõmutare videtur cũ lucro lucrum: ex pecunia reposita nullũ vsum capis. Tertio ager, vel domus vtẽdo veterascit. Pecunia aũt cum fuerit mutuata, nec minuitur,

minuitur, nec veterascit [Et mensas nummulatorum subuertit.] Pecunia spiritualiter homines intelliguntur; quia sicut nummus habet charagma Cæsaris, sic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cęsaris, reprobus est; ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus æstimatur. Vnde Esaias dicebat ad Hierusalem [Pecunia tua reproba est, caupones tui miscent *Esa. 1.*
vinum cum aqua, &c.] Ideo ergo mensas nummulariorum euertit, significans, quia in templo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, id est, qui Dei imaginem, non diaboli portant. Aut certe mensas nummulariorum, sacerdotum dicit scripturas. Nouo enim testamento succedente priori, euersæ sunt scripturæ illorum.

¶ *Hæc Palea (quemadmodum & sequens) est in aliquot vetustis exemplaribus, in quibus Paleæ raro habentur. Est autem sumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multæ sententiæ partim reijciendæ, partim in bonam partem interpretandæ sunt) & quidem multis locis de industria. quod ibi plenius, hic in summam redactum est, incolumi fere sententia. Quamobrem ea tantum mutata, aut locupletata sunt; quæ valde conducere visum est. Quod etiam in sequenti capite est obseruatum.*

Item ex verbis Augustini [hinc inde collectis, & in summam redactis, ad psal. 70. ver. Quoniam non cognoui.]

¶ De eodem. PALEA. C. XII.

QVoniam non cognoui litteraturam.] Aliqui codices habent [negotiationes:] in quo diuersitas interpretum, sensum ostēdit, non errorem inducit. Ergo si propterea iste tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negotiationes; corrigant se Christiani; non negotientur. Sed ait mihi negotiator. Affero ex longinquo merces; mercedem laboris mei, vnde viuam, peto: dignus est operarius mercede sua. De *Luca. 10.*
mendacio, de periurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Possem enim dicere; tanto emi, tanto vendam: si placet, eme. Quomodo ergo reuocas a negotiatione? omnes artifices mentiuntur, sutores, agricolæ. Vis, vt optem carum tempus, vt possim vendere annonam, quam seruaui? Sed non hoc faciunt, inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum est; quia quando eis caput dolet, malę & infideles matres ligaturas sacrilegas, & incantationes quęrunt? omnia ista hominum, non rerum peccata sunt. Quęre ergo episcope (dicit mihi negotiator) quomodo psalmistam intelligas, & noli me prohibere a negotiatione: negotiatio enim me non facit malum, sed iniquitas mea, & mendacium meum. Quæramus ergo negotiatores, qui præsumunt gloriari ex suis operibus; si sunt contra illam gratiam, quam hic psalmista commen- *Psal. 87.*
dat, vt nemo de suis operibus glorietur. Et sicut contra medicos super- *Psal. 70.*
bos salutis pollicitatores vigilat hoc, quod dictum est, [tota die salu- *† iustitiā tu*
tem tuam;] sic contra negotiatores de operibus suis gloriantes vigilat *am, id est, nō*
hoc, quod dictum est, [os meum annuntiabit iustitiam † tuam] Vnde *meam, &c.]*
& Dominus expulit illos de templo volentes suam iustitiam statuere, Augusti.

& ignorantes iustitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium; quod malum est, neque quærit veram quietem, quæ est Deus.

Item Cassiodorus in eumdem psalmum 70. in eumdem versic.

¶ De eodem. C. XIII.

† al. negotiari. QVid est aliud negotium, nisi quæ possis vilius comparari, carius velle distrahere? *& infra.* Negotiatores ergo illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minime considerantes per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces suas plus periuriis onerando, quam pretiis. Tales eiecit Dominus de templo dicens. [Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.] Ioan. 1.

Item Cyprianus ad clerum, & plebem Furnitanorum, li. 1. epi. 9.

¶ Nomine sacerdotis careat, qui Dei ministros a suis auocat officiis. C. XIIII.

Iuo par. 6. c. 393. 2 NEque apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros voluit auocare. Et ideo Victor, cum contra formã nuper in concilio a sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem cõstituere; non est, quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio; aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur: vt sacerdotum decretum religiose, & necessarie factum seruetur a nobis.

DISTINCTIO LXXXIX.

1. Tit. 3. 1 ps *DOmus quoque sua oportet episcopum bene esse prapositum, vt quadã inde quodammodo futura dispensationis argumenta sumantur. In dispensatione vero ecclesia hanc regulam obseruandam nouerit, vt nulli quantumlibet exercitata persona duo simul officia committat: neque secularibus viris res ecclesiasticas gubernandas committat.*

Unde Gregorius scribit omnibus episcopis.

¶ Vni personæ duo non committantur officia. C. I.

Pol. l. 4. c. 23. Ansl. l. 7. c. 108 Iuo par. 6. c. 344. Rom. 12. SIngula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim committi iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita in ecclesiæ corpore secundum veridicam Pauli sententiam, in vno, eodemque spiritu alii conferendum est hoc officium, alii committendum est illud: neque vni, quantumlibet exercitatæ personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulcritudinem repræsentat; ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa, & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei ecclesiæ manifestat. Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, simulq; turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

¶ Grego-

a ¶ Gregorius] *Caput hoc a collectoribus ita citatur, quasi sint verba alicuius epistolæ B. Gregorij. Verum a Ioanne diacono libro 2. vita eiusdem sancti Pontificis, num. 54. sic referuntur.* Singula ecclesiastici iuris officia, singulis quibusque personis singulatim committi debere dicebat, asserens, quia sicut in vno, &c. *Ex eo autem nonnulla sunt emendata.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 9. epist. 66.

¶ Quilibet episcopus vicedominum, & œconomum habeat. C. II.

a VOlumus, vt frater noster Paschasius, & vicedominum sibi ordinet, & maiorē domus: quatenus possit vel hospitibus superuenientibus, vel causis, quæ eueniunt, idoneus, & paratus existere. Si vero & negligentem eum prospicis, & ea, quæ diximus, implere differentem; omnis clerus eius adhiberi debet, vt communi cōsilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea, quę prædiximus, valeant ordinari. Pol.l.4.t.22. Ansel.l.6. c.145.

Hinc ᵃ colligi potest archidiaconi electionem a cuncto clero, si episcopus negligens, vel differens fuerit, canonice fieri posse. Officium vicedomini est, episcopatum† disponere. Vnde Gregorius Clementinæ patriciæ, lib. 1. epist. 11. post alia. †episcopiū.

a ¶ Hinc] *Verba hæc vsque ad versi.* officium, *absunt a plerisque vetustis exemplaribus.*

¶ Quod sit officium vicedomini. C. III.

DIaconum vero Anatolium, quē ad nos dirigi poposcistis, hoc nos facere non posse, causæ magis modus, quam rigoris austeritas fecit. Vicedominum enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopium commisimus disponendum. Ansl.7.c.77.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 26.

¶ De eodem. C. IIII.

QVia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos peruenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant; placuit omnes ecclesias habentes episcopos, etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi: vt non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum; & ex hoc eueniat res eiusdem ecclesiæ dispergi, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc non obseruauerit, diuinis subiaceat regulis. 16.q.7. quoniam in quibusdam. Ansel.l.6. c.143. Pol.l.4.t.22. Deusdc.p.4.

¶ *Hic idem canon refertur infra 16. q. 7. c. quoniam in quibusdam. ex versione Dionysij. Hic enim est ex prisca, quæ extat in collectione Isidori.*

Item Gregorius Ianuario Caralitano episcopo, lib. 7. epist. 66.

¶ Sæcularibus viris res ecclesiasticæ non committantur. C. V.

INdicatum est nobis, quod laicis quibusdam curam vestri patrimonii commisetitis†, qui postmodum in rusticorum vestrorum deprædationibus, atque ᵃ fatigationibus fuerint deprehensi; & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quasi suæ ditionis, quippe vestrę non suppositi curationi, postponant, vobisque despiciant actuum Ansl.6.c.146. †committeres] orig.

ſuorum reddere rationem. Quod ſi ita eſt, diſtricte a vobis diſcuti conuenit, atque inter eos, eccleſiæque veſtræ ruſticos cauſam examinare ſubtilius. Et quidquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna legibus ſtatuta reddere compellantur. De cetero vero cauendum a fraternitate veſtra eſt, ne ſæcularibus viris, atque non ſub regula noſtra degentibus, res eccleſiaſticæ committantur; ſed probatis de veſtro officio clericis. In quibus, ſi quid reperiri poterit prauitatis, vt in ſubditis, emendare quod illicite geſtum fuerit, valeatis: quo[b] videlicet apud vos habitus ſui officium magis conuenientet adminiſtrent, quam accuſent.

a ¶ Atque fatigationibus] *In pleriſque manuſcriptis legitur*, atque ex fatigationibus: *in editionibus epiſtolarum B. Gregorij*, atque per hoc & fatigationibus, *in vno autem vetuſto earumdem epiſtolarum codice*, atque per hoc ex fugationibus.
b ¶ Quo videlicet] *Apud B. Gregorium legitur*, quos apud vos habitus ſui magis officium commendet quam excuſet.

3 *Propinquis etiam, vel fauore ſibi coniunctis eccleſiaſtica officia epiſcopus committere non audeat.*

Vnde in Toletano concilio 10. *c.* 3. *legitur.*

¶ Eccleſiaſtica officia non committat epiſcopus propinquis, vel fauore coniunctis. C. VI.

† *Nam quiſquis*] orig. † *deuinctis*] orig. † *al. loca.*

DEcenter omnibus placet, & in præſenti tale reſcindere factum, & non eſſe de cetero faciendum. Quicumque igitur † pontificum deinceps aut ſanguine propinquis, aut fauore perſonis quibuſcumque ſibi coniunctis † talia lucra † commendare tẽtauerit, ad ſuum nefandæ præſumptionis excidium, & quod iuſſum fuerit: deuocetur in irritum; & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi ſubiaceat. Quæ vero ablata fortaſſe fuerint; ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum.

Porro ipſa officia quare ita ſint diſtinguenda, & non vni perſonæ omnia committenda, ex auctoritate Gregorij, & Bonifacij Papæ datur intelligi, qui ſic aiunt.

¶ *Caput hoc iiſdem pene verbis legitur in epiſtola Bonifacij ſecundi ad Eulalium, & Gregorij primi ad epiſcopos Galliarum, lib.* 4. *epiſt.* 52. *Sic quoque in alijs epiſtolis B. Gregorij multa leguntur, quæ in ſcriptis ſuperiorum Pontificum habentur.*

¶ Graduum, & ordinum diſtributio eccleſiaſticam vnitatem conſeruat. C. VII.

† *al. diſpoſitionis.* † *Vna concordia fieret ex diuerſitate contextio*] orig.

AD hoc diſpenſationis † diuinæ prouiſio gradus diuerſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent vera † concordia fieret, & ex diuerſitate contextio, & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas, alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eã differentiæ ordo ſerua-

seruaret. Quia vero quæque creatura in vna, eademque qualitate † † *æqualitate*] Boni. gubernari, vel viuere non potest; cœlestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli: liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine (sicut nostis) differt alter † ab altero. † *al. vnus.*

DISTINCTIO XC.

1 ps *Litigiosus quoq; prohibetur ordinari; quia qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dissidentium prohibetur recipere, nequaquam litigandi facilitate alios ad dissidium debet prouocare.*

Vnde in concilio Carthaginensi 4. c. 59. legitur.

¶ Clerici discordes deiiciantur, vel reuocentur ad concordiam. C. I.

Discordantes clericos episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes synodus per audientiam damnet. Bur. l. 2. c. 215 Iuo par. 6. c. 290.

Item ex eodem, c. 93. & 94.

¶ Dissidentium fratrum, in ecclesia oblationum dona non recipiantur. C. II.

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiantur. *Similiter.* ¶ Dona eorum, qui pauperes opprimunt, a sacerdotibus refutanda sunt. Bur. l. 4. c. 38. & 39. Iuo p. 2. c. 47. & 48.

Item Cyprianus de Vnitate ecclesiæ. Infra c. eorũ.

¶ Extra ecclesiam esse probatur; qui pacem cum proximo non habet. C. III. Burch. l. 10. c. 52. & 54.

Neque ad Cain munera respexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiã non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? An secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi ecclesiam colliguntur? Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & grauis culpa discordiæ nec passione purgatur. Iuo p. 13. c. 55. & 53. ex concil. Mogunt. 1. Cor. 10.

Item ex octaua synodo.

¶ Murmurantes a fratrum vnitate alieni efficiantur. C. IIII.

Alienus sit a fratrum vnitate, qui murmurat; & opus eius abiiciatur, qui murmurans [a] extiterit: ne pœnam murmurantium incurrat: de qua Apostolus dicit [Neque murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.] Iuxta [b] mensuram itaque operis peccator (quod in hac sententia Apostoli plenius declaratur) sacerdotis iudicio pœniteat.

¶ *In libello B. Basilij de institutis monachorum Rufino interprete (qui nuper Coloniæ cum regula B. Benedicti est impressus) c.42.in vltima responsione habetur prima pars huius capitis vsque ad vers.* abiiciatur.

a ¶ Qui murmurans] *Eiusdem libelli c.50.penultima interrogatio sic habet,* Si vero etiam quis murmuret propter escam, quæ erga eum sententia seruabitur? Resp. Ea,quæ circa eos, qui murmurauerunt in deserto. Dicit enim Apostolus [neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt,& perierunt ab exterminatore.]

b ¶ Iuxta] *Hæc pars non habetur, in eo Basilij loco. Apud Burchardum vero & Iuonem (a quibus citatur ex concilio Mogunt.) sic legitur,* iuxta mensuram,opusque peccati, quia in hoc sententia, &c.

In regula Isidori c. 17. Bur.l.10.c.62 Iuo p.13.c.63.

Item ex eodem.

¶ Corripiantur,qui rixas,& contentiones amant. C. V.

† *abest a multis exemplaribus.* In l. sententiarum Patrum, c. 96. ex statutis seniorum. Bur.l.10.c.53. Iuo p.13.c.54.

SI quis monachus † cōtentiones,vel rixas amauerit,vel manifestum conuicium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris, modumque peccati, diuturna expietur pœnitentia. *Item.* ¶ Qui contentiosus,aut murmurās extiterit,secundum arbitrium prioris tam diu [b] pœniteat, quam diu culpæ qualitas extat.

a ¶ Si quis monachus] *Hanc priorem partem Burchardus, & Iuo citant ex concilio Agathensi, in quo etiam habetur ex codice librorum sexdecim. lib.5.c.22.abest autem fere vbique,etiam in multis Gratiani exemplaribus,vox,* monachus.

b ¶ Tamdiu] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui citant hanc partem posteriorem ex Moguntino, habetur autem in libro sententiarum Patrum,c.96.ex statutis seniorum) legitur,* ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c.25.

Bur.l.1.c.62. Iuo par.5.c.172.

¶ Dissidentes episcopi ad concordiam redire cogantur. C. VI.

DIssidentes episcopos,si non timor Dei,synodus reconciliet.

Item ex eodem, c. 26.

Bur.l.2.c.101. Iuo par.5.c.203.

¶ De eodem. C. VII.

STudendum est episcopis, vt dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos,ad pacem magis,quam ad iudicium coerceant †.

† *cohortentur*] vera lectio.

Item ex eodem, c. 94.

Sup. ea. oblationes. Bur.l.5.c.39. Iuo p.2.c.48.

¶ Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt. C. VIII.

EOrum, qui pauperes opprimunt, dona a sacerdotibus sunt refutanda.

Item ex concilio Agathensi, c.31.

Bur.l.10.c.61. Iuo p.13.c.62.

¶ A cœtu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt. C. IX.

PLacuit etiam, vt (sicut plerumque fit) quicumque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari diuturna † obstinatione nequiuerint, a sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur.

† *al. diutina intentione.*

Item

Item Fabianus Papa.

¶ Inediis maceretur acerrimis, qui fratri suo reconciliari noluerit. C. X.

SI quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo, qui contristauit, acerrimis maceretur inediis, usquedum gratanti animo satisfactionem recipiat. Bur.l.10.c.59 Iuo p.13.c.60 ex Fabiano.

Item Innocentius secundus.

¶ Episcopi ad pacem firmiter tenendam vicissim sibi consilium, & auxilium præstent. C. XI.

2 PRæcipimus, vt episcopi ad solum Deum, & salutem populi habentes respectum, omni tepiditate semota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium, & auxilium præbeant: neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quod si quis in hoc Dei opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat. In conc. Lateranen.c.9. extra de treuga, & pace, c.1. §. præcipimus, ex Alex.3.

Item Victor Papa ad Afros, epist. 2.

¶ Expellendi sunt a communione fidelium, qui sibi inuicem reconciliari noluerint. C. XII. Pannor. l. 8. c.147.

PErlatum est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrum nocere fratribus † velle, & vt cadant, decertare: similiter in sacramentis, dissrepare: & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter vos: a quibus dissensionibus vos auertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis; ab Apostolicæ sedis, & totius ecclesię communione vos pelli non dubitetis. Pol.l.4.c.13. † *al. fratres.*

DISTINCTIO XCI.

I QVi autem turpi lucro, vel inhonesto negotio victum sibi quærere prohibentur; de oblationibus ecclesiæ stipendia consequantur. Quod si ecclesia eis sufficere non potuerit; proprio artificiolo †, vel agricultura (exemplo Apostoli, qui de labore manuum vivebat) sibi necessaria inueniat: ita tamen, vt occasione sui operis vigilijs ecclesiæ non desit. Quod absque inæqualitate sui corporis nulli impune conceditur. † *al. artificio.* Actuum 2. & 1. Cor. 4. 1. Thess. 2. & 2. Thess. 3.

Vnde Pelagius † Papa. † *al. Gelasius.*

¶ Corripiantur clerici, qui officiis matutinis, vel vespertinis se subtrahunt. C. I.

ELeutherius frater, & coepiscopus noster quęritur clericos suos sibi contra canones superbire; & id, quod nobis iubentibus facta in scrinio cautione promisit, vt quotidianis diebus vigilię in eius celebrarentur ecclesia, illis contemnentibus implere non posse; sed magis Ans.l.7.c.165.

vnumquemque suis (postposito ecclesiæ seruitio) vacare negotiis. Et ideo experientia tua eos, quos tibi esse ostenderit contumaces, debita obiurgatione compesce, & modis omnibus vigiliis vacare compelle. [*Item ex concilio Nannetensi.*]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

extra de cele.mis.c.1.ex Agathensi. Bur.l.2.c.104 Iuo p.6.c.181 ex Nãnetẽsi.

PResbyter mane, matutinali officio expleto, pensum seruitutis suæ, canendo primam, tertiam, sextam, nonamque persoluat: ita tamen vt postea horis competentibus, & signis designantibus iuxta possibilitatem aut a se, aut a scholaribus publice compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit, ad opus rurale exeat ieiunus; vt iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitum, siue diuersorum commeantium, infirmorum quoque, atque defunctorum succurrere possit vsque ad statutam horam pro qualitate temporis, & opportunitate †. *Item ex dictis S. Benedicti.* ¶ Propheta dicente [Septies in die laudem dixi tibi:] qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur, si matutinæ, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperæ, completoriique tempore nostræ seruitutis officia persoluamus: quia de his dixit propheta [Septies in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigiliis idem ipse propheta ait [Media nocte surgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ.

†*al. opportunitatis.* In reg. S. Benedicti, c. 16. Bur. l. 2. c. 105. Iuo p. 6. c. 212. *Psal.* 118 Bur.l.2.c.303 Iuo par. 7. c. 180.

Item in concilio quarto Carthaginensi, c. 52. & 49.

¶ Sine officii detrimento, artificiolo sibi clericus necessaria quærat. C. III.

CLericus victum, & vestimentum sibi artificiolo, vel agricultura, absque officii sui duntaxat detrimento, paret †. *Item.* ¶ Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio priuatus [a] excommunicetur.

†*al. apparet* C. 49. Bur.l.2.c.102 Iuo p.6.c.179 & 180. C. 53. C. 48. Bur.l.1.c.210. Iuo p.6.c.285 Bur. l. 2. c. 51. C. 50.

¶ Priuatus] *In postrema Coloniensi conciliorum editione legitur,* priuetur. *Sed in vetustioribus Coloniensibus, duabus Parisiensibus, exemplaribus duobus huius concilij manuscriptis Vaticanis, & vno Sorensi regio legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex eodem, c. 51. 53. & 48. & 50.

¶ De eodem. C. IIII.

CLericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo victum quærat. *Item* ¶ Omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & litteras discant. Qui vero non emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio suo degradentur. Interemptores [a] autem ab officio declinantes, vel negligentius agentes, ab officio suo remoueantur.

¶ *Caput hoc confectum est ex multis capitibus Carthaginensis quarti, non suo ordine dispositis.*

a ¶ Interemptores] *In exemplaribus concilij etiam manuscriptis legitur,* clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo remouendum. *Contra enim in canone 42. iubet:* clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. *Sed ob glossam non est mutatum. De tentationibus vero, ob quas (præter tyrannorum persecutionem) aliqui clerici officium suum deserebant, agit B. Ambrosius, epist. 17.*

Item ex concilio Aurelianensi 1. *c.* 30.

¶ De eodem. C. V.

CLerici vero, qui ad opus sanctum adesse contēpserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

DISTINCTIO XCII.

1 ps *CVm autem ad ecclesiam venerint, corde magis, quam voce Deo cantandum meminerint.*

Vnde Hieronymus lib. 3. comment. ad c. 5. epistolæ ad Ephesios.

¶ Corde, non voce tantum Deum laudare debemus. C. I.

CAntantes, & psallentes in cordibus vestris Domino.] Audiant hęc adolescentuli, audiant ij, quibus psallendi in ecclesia officium est: Deo non voce, sed corde cantandum: nec in tragœdorum modū guttur, & fauces dulci medicamine liniendæ † sunt, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica; sed in timore, in opere, in sciētia scripturarum.

Ans. l. 7. c. 70. *Ephesi.* 5. † *al. collinendas, &c.*

Ab officio autem cantandi, & psallendi diaconi inueniuntur exempti; ne dū vocis modulationi studēt, altaris ministeria negligant.

Vnde Gregorius lib. 4. epist. 44. seu c. 88. & lib. 12. post finem epistolarum in concilio ab ipso habito.

¶ Cantandi officium diaconi sibi non vsurpent. C. II.

IN sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministerium [a] cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inseruiant, quos ad prędicationis officium, & eleemosynarum studium vacare congruebat. Vnde fit plerumque, vt ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur; quæri congrua vita negligatur, & cantor minister Deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Qua de re pręsenti decreto constituo, vt in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque Euangelicæ lectionis officiū inter Missarum solennia exoluant: psalmos vero, ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meū venire tentauerit, anathema sit.

Ans. l. 7. c. 69. Pol. l. 4. t. 31. Iuo p. 2. c. 79

a ¶ Ministerium] *In impressis sequebatur,* constituti, *quæ vox expuncta est; quoniā neque in vetustis Gratiani exemplaribus est, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in glossa ad versi.* ministerium, *quæ etiam glossa non est inter vetustiores.*

2 *A quibus ordinandos oporteat esse immunes; breuiter monstratum est. De quorum vero manibus ordines suscipere debeant, facile patet. Sacerdos enim, & cuncti infra ipsum constituti ab episcopis suis debent ordinari.*

In capitulis Mart. Bracarensis, c. 45.

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

¶ Qui non sunt ordinati ab episcopo, in pulpito non psallant, neque legant. C. III.

NOn liceat in pulpito psallere, aut legere; nisi qui ab episcopo lectores sunt ordinati.

De episcopis autem, a quibus, vel in quib. locis ordinari debeant, supra definitum est. 3 ¶ *Nunc autem quæritur de his, qui ordinati, a parochijs suis non recipiuntur, vel pro aliqua causa eas adire noluerint, an in alterius parochia episcopale possint officiũ celebrare.*

Capi. Marti. Bracar. c. 10.

De his in concilio Martini Papæ sic statutum est.

¶ Sacerdotis tantum officium gerat episcopus, quem sua parochia non recipit. C. IIII.

Vide Pelagi. II. in epi. ad Benignũ. Pol. l. 2. ti. 13. Iuo p. 5. c. 151. † al. cõuenit.

SI quis ordinatus episcopus [b], pro contentione [c] populi, aut pro aliqua ratione, nõ pro sua culpa in parochiam, quę ei fuerit data, non ierit; hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere; ita, vt de rebus ecclesiæ, in quam venit †, nihil sibi præsumat. substineat autem, quod de eo sanctum concilium iudicare voluerit.

b ¶ Episcopus] *In vulgatis sequebatur,* ad parochiam, cuius est electus: *quæ inducta sunt auctoritate manuscriptorum, & originalis, ac ceterorum collectorum.*

c ¶ Contentione] *In duobus vetustis exemplaribus Gratiani, & vno conciliorum Regis Catholici legitur,* contemptione.

Item ex concilio Antiocheno, c. 18.

¶ De episcopo ordinato, quem sua parochia non recipit. C. V.

In epistola. Poly. ibid. Bur. l. 1. c. 141 Iuo p. 5. c. 152. † al. cui. † al. vitet.

SI quis episcopus ordinatus ad parochiam, cuius † est electus, minime accesserit, non suo vitio, sed quod eum aut populus vetet [d] †, aut propter aliam causam, nõ tamen eius vitio perpetratam, hic & honoris sit, & ministerii particeps: dummodo rebus ecclesiæ, vbi ministrare cognoscitur, in nullo molestus existat, Quem etiam obseruare [e] conuenit; quidquid synodus perfecta [f] prouinciæ iudicando decreuerit.

d ¶ Vetet] διὰ τὴν τοῦ παραίτησιν, eo quod populus recuset.

e ¶ Obseruare] ἐκδέχεσθαι, *id est,* expectare & suscipere.

f ¶ Perfecta] *Antea legebatur,* perfectæ. *Restituta est vera lectio ex originali, & Burchardo, & Iuone. Quid autem sit synodus, quæ hic perfecta, & in paulo post sequ. capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. si quis episcopus, tertio.*

Item ex concilio Ancyrano, c. 28.

Poly. ibid. Bur. l. 1. c. 36. Iuo p. 5. c. 147

¶ A sua parochia non recepti aliis molestiam non inferant. C. VI.

SI qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præsulibus

præsulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando, abiici † placuit. Quod si voluerint in presbyterii ordine, vbi prius fuerant vt presbyteri residere, non abiiciantur a propria dignitate. Si autem se ditiones, commouent ibidem constitutis episcopis, presbyterii quoq; honor talibus auferatur, fiantque damnatione † notabiles.

† ἀφορίζεσθαι, *id est*, segregari. † ἐκκηρύτους, *id est*, abdicatos.

Item ex concilio Antiocheno, c. 17.

¶ Communione priuetur episcopus, qui sibi commissam ecclesiam adire neglexerit. C. VII.

3 SI quis episcopus per manus impositionem episcopatum acceperit, & [a] sibi commissum ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit ire ad ecclesiam sibi commissam; hunc oportet communione priuari, donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum.

Pol. l. 2. t. 12. Bur. l. 1. c. 37. Iuo par. 5. c. 348.

a ¶ Et sibi] *Ita etiam Burchardus, & Iuo. Sed in versione Dionysii, quam in ceteris partibus referunt, legitur:* & præesse populo constitutus ministerium subire, &c. *quod ad verbum de Græco expressum est.*

Item ex eodem. c. 16.

¶ Sine concilio integri ordinis vacantem episcopus vacans ecclesiam non adeat. C. VIII.

Apud Martinum Brachar. c. 9. Burch. l. 1. c. 139. Iuo p. 5. c. 150.

4 SI quis episcopus vacans in ecclesiam non habentem episcopum surripiens populos sine concilio integri ordinis irruerit, etiam si populus, quem seduxit, desideret illum; alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem, & perfectum concilium dicimus illud, cui metropolitanus [b] episcopus interfuit.

¶ *Hæc versio, quam & Gratianus, & Burchardus, & Iuo sequuntur, eadem fere est atq; illi Martini Bracharēsis. Dionysiana vero longe magis accedit ad verba Græca.*

b ¶ Metropolitanus] *Addendum est,* Metropolitanus etiam. *Sic enim Græce.* καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως.

4 *Quod autem supra clericis se vigiliis subtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum est, qui ab episcopo frequenter admoniti negligentiam suam corrigere contemnunt.* sup. dist. 91. c. clericus victum.

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

¶ Excommunicetur clericus, qui ab episcopo commonitus, matutinis, vel vespertinis horis adesse neglexerit. C. IX.

In cap. Martini Brachar. c. 64. ex Tolet. 1. c. 5.

5 SI quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus si intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo ecclesia est, & ad quotidianū psallendi officium † matutinis, vel vespertinis horis ad ecclesiam non conuenerit, deponatur a clero: si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionē noluerit promoueri.

† *al. sacrificium.*

DISTINCTIO XCIII.

† al. ex ordine.

15 p *OBedientiam autem inferiores ordines † superioribus debēt. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, ut nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit: nec in ecclesia esse poterit, qui eius cathedram deserit. Vnde beatus Apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis populum alloquens inter cetera ait.*

¶ Cui pro actibus suis Apostolicus inimicatur, communicare non debemus. C. I.

Clemens epist. I. Anacletus epist. I. Alex. epist. I. Fabianus epist. I. Conc. Vasen. I. c. 6. 2. q 3. c. 15. Iuo par. 14. c. 22. Ansl. I. c. 6. Poly. l. I. t. 16. † al. habere] al. gratiam reparare.

SI inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commonitione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur: vt vnusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, † festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur; vnus est & ipse ex illis, qui exterminare Dei ecclesiam volunt; & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarū speciem, quæ sunt inimica, gerit & ecclesiam dispergit, ac vastat. Ideoque ᵃ charissimi his Apostolicis institutis vos monentes instruimus, vt effecta certior charitas vestra solicitius deinceps agere studeat, & cautius; ne peruersi, & infideles homines lædendi fideles, ac beneuolos habeant facultatem.

a ¶ Ideoque] *Hinc vsque ad finem sunt in Fabiani tantummodo epistola. Quamobrem ex ipso potissimum videtur Gratianus cetera etiam sumpsisse.*

Item Gregorius lib. 5 epist. 26 seu c. 126.

¶ A nullo debet suscipi, quem Romana depellit ecclesia. C. II.

MIratus valde sum, quia in tanto Salonitanæ ecclesiæ clero vel populo, vix duo ex sacris ordinibus inuenti sunt, frater scilicet, & coepiscopus noster Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem ecclesiæ, qui communicare Maximo sacerdotium rapienti, minime consentirent, & se Christianos esse cognoscerent. Debuistis enim filii charissimi pensare ordines vestros: & quem sedes Apostolica repellebat, repulsum cognoscere, vt prius, si posset ab illatis criminibus mundaretur; & tunc ei vestra dilectio communicaret, ne particeps obligationis eius existeret.

Item Cyprianus de vnitate ecclesiæ.

¶ Non

¶ Non est in ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur. C. III.

QVi cathedram Petri, super quam † fundata est ecclesia, deserit; Ansf.l.21.c.
in ecclesia se esse non confidat. 11.

¶ *Apud Cyprianum Romæ impressum hæc leguntur*, Hanc ecclesiæ vnitatem qui Iuo p.5.c.
non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesiæ renititur, & resistit in ec- 361.
clesia se esse confidit? *Verum in Vaticana bibliotheca, præter octo integra Cypriani* † al. quem.
exemplaria, est etiam aliud, in quo tantum opuscula quædam continentur, & inter ea hic tractatus. Atque in eo codice, itemque in altero integro Monasterij, S. Saluatoris Bononiæ sunt verba hæc, quæ a Gratiano, & Iuone afferuntur. Ac sane paulo ante Cyprianus hanc ipsam Petri cathedram esse ostenderat, vnde vnitas ecclesiæ penderet.

Episcopi vero, qui Apostolicæ ordinationi subiacent, etiam hanc reuerentiam debent, vt sese singulis annis, Apostolorum liminibus repræsentent.

Vnde Anacletus, & Zacharias Papa.

¶ Singulis annis Apostolorum limina visitent episcopi, qui ordinationibus Apostolicis subiacent. C. IIII.

IVxta sanctorum Patrum, & canonum instituta omnes episcopi, qui Leo epis. 4.
huius Apostolicæ sedis ordinationi subiacent, qui propinqui sunt c. 7.
annue circa † Idus Maij sanctorum principum Apostolorum Petri, Pol.l.4.c.25.
& Pauli liminibus præsententur omni occasione seposita: Qui vero de Ansf.l.6.c.
longinquo, iuxta chirographum suum impleant. Qui autem huius 164.
constitutionis contemptor extiterit, præter quam si ægritudine fuerit † al. Idibus
detentus; sciat se canonicis subiacere sententiis. Maij.

¶ *Hic est canon quartus synodi Romæ habitæ sub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

2 *Reliqui vero in ecclesia minores semper debent maioribus subesse, sicut in synodo Romana S. Siluestri, c. 7. legitur.*

¶ Minores maioribus obedientiam exhibeant. C. V.

A Subdiacono vsque ad lectores omnes subditi sint diacono Car- Burc.l.2.c.
dinali vrbis Romæ, in ecclesia repræsentantes ei honorem. Por- 224.
ro Pōtifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, sub- Iuo p.6.c.
diacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostia- 299.
rius, ostiario abbas, [a] abbati monachus in loco repræsentent obse- Ansf.l.7.c.65.
quium siue in publico, siue in gremio ecclesiæ.

¶ *Caput hoc apud Gratianum, & in ipsius synodi editionibus videtur valde mendosum: Burchardus & Iuo sic habent:* A subdiacono vsque ad lectorem, omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ, in ecclesia honorem repræsentantes tantum. Pontifici vero presbyter, diaconus, subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, abbas, monachus in omni loco repræsentent obsequium, siue in publico, siue in gremio ecclesiæ. *Verum ob magnam codicum varietatem, &*
propter glossas, ac doctorum dicta nihil fere in textu mutatum est. Et l.2.con-
a ¶ Abbas] *De abbate, & monacho in synodi editionibus nulla mentio est.* stit.c.48.

Item ex epist. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini.

¶ Quod sit officium diaconorum. C. VI.

DIaconi ecclesiæ tamquam oculi sint episcopi, oberrantes, & circumlustrantes cum verecundia actus totius ecclesiæ, & perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato, vt referant hæc ad episcopum. *Et infra* [b]. ¶ Sed & de peregrinis similiter episcopo suggerant refouendis; & cetera his similia, quæ ad cultum ecclesiæ, & disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sint.

b ¶ Et infra] *Sic legitur in plerisque manuscriptis. In vulgatis legebatur,* & ita. *alia vero nonnulla verba restituta sunt ex originali.*

Item ex eodem, eadem epistola.

¶ De eodem. C. VII.

Ansl.7.c.67. SAcerdotes vero beatus Petrus sal terræ, & mundi lumen docens, præcepit in splendore bonorum operũ patrem glorificare Deum,

Matt. 5. de quibus Dominus ait [Beati estis, cũ maledixerint vobis homines, & reli.] & iterum [vos estis sal terræ.]

Concordat concil. Mogunt. sub Carolo, c. 22. Burch. l. 2. cap. 226. Iuo p. 6. c. 301.

Item ex concilio Parisiensi.

¶ Hi non sunt habendi clerici, qui episcopali prouidentia non gubernantur. C. VIII.

NVlla ratione clerici, aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos, id est, sine capite prisca ecclesiæ consuetudo nominauit.

Item ex epist. 3. *Clementis.*

¶ De eodem. C. IX.

QVi suis episcopis nõ obediunt, indubitãter rei & reprobi existunt. Porro ipsi a Deo donum summi muneris consequuntur, qui per iustitiæ, & præceptorum eius semitas incedentes doctoribus suis, qui recte episcopi intelliguntur, libenter obediunt.

Item Anacletus epist. 1.

¶ Illi in Deum scandalizantur, qui suo non obediunt episcopo. C. X.

Iuo par. 6. c. 245. ILle procul dubio scandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui eius scandalizat episcopum, vel sacerdotem.

Item Euaristus ad episcopos Africanos, epist. 1.

¶ Septem debent esse diaconi in vnaquaque ciuitate. C. XI.

Pol. l. 2. t. 38. Ansl. 7. c. 69. † abest ab originali. DIaconi (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in vnaquaq; ciuitate, iuxta Apostolorum constituta, septem debent esse, qui custodiant episcopũ prædicantem; ne aut ipse episcopus † ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lędatur a suis; aut verba diuina, detrahẽdo aut insidiando, polluãtur, vel despiciãtur; sed veritas spirituali redoleat feruore, & pax prædicata labiis, animi cum voluntate concordet.

Item ex concilio Neocæsariensi, c. 14.

¶ De

¶ De eodem. C. XII.

Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamuis [a] magna sit ciuitas. Regulæ autem auctoritas ista est, quod & liber actuum Apostolorum idem insinuat. Ex prisca versione. Ordo Ro. c. 9. Cóc. Aquisgra. c. 6 4.

a ¶ Quamuis magna] *Antea legebatur*, quamuis non magna. *Emendatum est ex canone Græco, (qui etiam recitatur in sexta synodo c. 16.) & ex vulgatis etiam versionibus. In canonibus primæ Nicenæ synodi, qui ex Arabico in Latinum conuersi nuper editi sunt, canone 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia, quem fortasse canonem significauit Andreas Colossensis septima actione synodi Florentinæ.*

3 *Vt igitur ex præmissis apparet, diaconi debent obedientiam presbyteris, sicut presbyteri episcopis. Sed diaconi superbientes sacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum insolentiam multorum auctoritates manauerunt, eorum supercilium reprimentes, atque vt sacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.*

b ¶ Gelasius] *Sic est in plerisque manuscriptis, & apud Burch. & Iuonem. Nam in vnpressis erat* Pelagius.

¶ Nibil eorum, quæ sunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi C. XIII.

Diaconos propriam constituimus seruare mensuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus: Nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absque episcopo, vel presbytero baptizare non audeant: nisi prædictis fortassis ordinibus † longius constitutis, necessitas extrema compellat. Quod & laicis Christianis facere plerumque conceditur. *& infra.* ¶ Sacri corporis prærogationem † sub conspectu pontificis, seu presbyteri (nisi his absentibus) ius non habeant exercendi.

Pol. l. 3. t. 10. Ansl. 7. c. 63. Bur. l. 4. c. 57. Iuo p. 1. c. 252. & p. 6. c. 69. † *officij*] ori. C. 10. in medio. † *al. erogationem.*

Item in concilio Nicæno, c. 14. seu 18.

¶ Inferiores presbyteris se diaconi cognoscant. C. XIIII. In Aquisgr. c. 41. Burch. l. 5. 26. Iuo par. 2. c. 36.

Peruenit ad sanctum concilium, quod in locis quibusdam, & ciuitatibus presbyteris sacramenta diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, vt qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam diaconi etiam ante episcopos sacramenta [c] sumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in sua diaconi mensura permaneant, scientes, quod episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinẽ ergo post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant, aut episcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia si hoc fiat, præter regulam, & ordinem probatur existere.

Si quis autem etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debebit.

¶ *Prior pars huius capitis usque ad ver.* amputentur, *est ex prisca versione in canone quartodecimo. Reliqua vero pars est ex versione Dionysij, in canone 18. quam quidem totam afferunt, & codex canonum, & Burchardus, & Ivo.*

c ¶ Sacramenta sumunt] *Graece est*, τῆς εὐχαριςίας ἅπτονται, *quod Dionysius vertit*, oblata contingant: *quamquam Burchardus, & Ivo hoc uno fere loco discrepantes habent. ille quidem*, sacra oblata contingant: *hic vero*, sacram oblationem contingant.

& in Agat. c. 65. & Aquisgra. c. 77. Ansl. l. 7. c. 65. Burch. l. 2. c. 221. Iuo par. 6. ca. 196. Aquisg. c. 78.

Item ex concilio Laodicensi, c. 20.

¶ Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipse ab inferioribus honoretur. C. XV.

1 NOn oportet diaconum coram presbytero sedere: sed iussione presbyteri sedeat: similiter autem diaconus honorem habeat a sequentibus, id est a subdiaconis, & omnibus clericis.

Item ex eodem, c. 25

¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. C. XVI.

2 NOn oportet diaconos [a] panem dare, nec calicem benedicere.

¶ Diaconos] *In vetustioribus prisca versionis editionibus est*, diaconem. *Graece est*, ὑπηρέτας, *quod Dionysius vertit*, subdiaconos: *& sic habetur in concilio Aquisgranensi.*

Item ex concilio Carthaginensi quarto [b], *c. 37.*

Pol. l. 2. t. 39. Ansl. l. 7. c. 63.

¶ Sicut episcopis, ita & presbyteris diaconi ministrent. C. XVII.

DIaconi ita se presbyteri, sicut episcopi ministros esse cognoscant.

b ¶ Quarto] *Caput hoc cum duobus sequentibus habetur in concilio quarto Carthaginensi, & in codicibus Gratiani etiam manuscriptis, itemque apud Anselmum titulo huius capitis erat additum*: Carthaginensi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios: *quod minime convenire ostendunt acta sextae synodi Carthaginensis: ad quam Zozymus Faustinum Potentinae ecclesiae episcopum, Philippum, & Asellum legatos misit. Nam quarta habita est, Honorio IIII. & Eutychiano coss. sexta vero Honorio XII. & Theodosio VIII. coss. id est, anno vigesimo post. Quo anno (prout ex Africano concilio can. 76. & sequentibus apparet) contra & Pelagij Caelestij haeresim quaedam sunt definita: cum Caelestius ad Zozymum Papam appellasset: quod ex nonnullis manuscriptis Zozymi, & episcoporum Africae ad ipsum epistolis, quae in bibliotheca Vaticana servantur, demonstratur. Quare, cum Zozymus pontificatu duos tantum annos, & menses aliquot vixerit; necessarium est multo ante ipsius Pontificatum quartam synodum Carthaginensem habitam fuisse.*

Item ex eodem, c. 38.

Poly. ibid. Ansl. l. 7. c. 66. Bur. l. 4. c. 13. Iuo par. 2.

¶ De eodem. C. XVIII.

PRaesente presbytero diaconus Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget.

Item ex eodem, c. 39. & 40. & 41.

¶ De

¶ De eodem. C. XIX. Ans. ibid.

Diaconus sedeat quolibet loco, iubente presbytero. Item Diaconus in conuentu presbyterorum interrogatus loquatur. Alba vero tempore oblationis tantum, vel lectionis vtatur † †al. induatur.

Item ex concilio Toletano 4 c.38.

¶ Diaconi presbyteris se superiores non cognoscant. C. XX.

Nonnulli diaconi in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atq; in primo choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo, vt sublimiores se † presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in vtroque ᵃconsistant. Bur. l. 2. c. 222. Iuo p. 6. c. 297. † al. sibi.

ᵃ ¶ In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur,* in vtroque ordine, *& in tomis conciliorum impressus,* in vtroque choro: *tamen in vetusto codice conciliorum Regis Catholici, & plerisq; vetustis Gratiani, etiam impressis neutra vox habetur.*

4 *Compagis vero calciari absque Apostolici licentia diaconis non permittitur. sicut nec mappulis vti absq; eiusdem auctoritate, quibuslibet clericis conceditur. Vnde Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 28 indict. prima.* Ioan. diac. l. 4. c. 8.

¶ Absque Apostolica licentia Diaconi compagis vti non præsumant. C. XXI.

Peruenit ad nos, diaconos ecclesiæ Catinensis scalceatos compagis procedere præsumpsisse: quod quia nulli hactenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodo diaconis ecclesiæ Messanensis, quibus olim a prædecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis ausus non est leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si ᵃita, sicut ad nos peruenit, inuenerit verum esse; vtrum vel a se, vel alicuius hoc auctoritate præsumpserint, nobis subtiliter innotescat: vt cognita veritate, quid fieri debeat disponamus. Nam si negligenter ea, quæ male vsurpantur, omittimus; excessus viam aliis aperimus. Ans. l. 7. c. 74.

ᵃ ¶ Et si ita.] *Hic & paulo inferius addita sunt aliquot verba ex originali.*

Item Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 54. seu c. 93. Ioan. diac. l. 4. c. 2.

¶ Mappulis clerici sine Apostolici licētia vti non debent. C. XXII.

Illud autem, quod pro vtendis a clero vestro mappulis scripsistis, a nostris est clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alij cuilibet ecclesiæ concessum fuisse; nec Rauennates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua cōscientia præsumpsisse, nec si tentatum esset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari. Sed etiam, si in qualibet ecclesia hoc præsumptum fuerit, asserunt emendandum, quod non concessione Romani Pontificis, sed sola surreptione præsumitur. † Ans. l. 7. c. 168. † al. præsumitur.

Item Hieronymus de septem ordinibus ecclesiæ, c. 5. Inter opera B. Hieron. tom. 4 ve-

Y

¶ Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine diacono episcopus non viuat. C. XXIII.

Pol.l.2.t.39. Ansl.l.7.c.72. *Apoc.1.* †abest ab orig. *Deut.33.* †*al. nouimus.* †*al. nomen habet.* *Mar.10.* †*consecratio*] vera lect.

Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus, septem Angeli ecclesiarum: hi sunt septem cādelabra aurea: hi voces tonitruōrum. *& infra.* ¶ Virtutum operatione praeclari, humilitate praediti, & quietu, humiles, euangelizantes pacem, annunciantes bona, dissensiones, & rixas, & scandala resecantes, docentes, † soli Deo colloquentes, in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicētes patri, & matri, non noui † vos, & filios suos non agnoscentes. *& paulo post.* ¶ Sine hoc sacerdos nomen * † non habet, ortum non habet; officium non habet. Hic minister Dei dicitur, quia scriptum est. [Quis maior est, qui ministrat, an cui ministratur?] Et sicut in sacerdotio ministratio, † ita in ministro est sacramenti dispensatio. *& paulo post.* ¶ Sacerdotibus ēt propter praesumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem; nisi eis traditus fuerit a diacono. *& paucis interiectis.* ¶ Ita.n. Deus noster omnipotens vniuersa disposuit, vt qui maiorem se esse crediderit, minor sit; & qui videretur minor, maior existeret. Denique quàm hoc verum sit, ipse perpende. Leuitae inferunt oblationes in altari: Leuitae cōponunt mensam Domini: Leuitae cum sacerdotibus, dum sacramenta benedicunt, † assistunt: Leuitae ante sacerdotes orant, vt si distinctio locorum creditur, ēt in altari Dei videāt sibi episcopi, si superbi sunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt, maiores se esse in eo, quod sunt humiles, cognoscant. Tunc demū, † vt aures habeamus ad Dñm, diaconus acclamat: ipse praedicat, ipse hortatur, ipse commonet adstantibus sacerdotibus, ne leuiter hanc vocem, quae loquitur haec, & pacem annuntiat, aut negligenter aspicias, aut contemnendā putes. Sufficit huic ordini, tantum per Dominum fuisse concessum, vt non solus sacerdos in templo totum agere, & implere videatur. *& infra.* ¶ Nunc autem ex quo in ecclesiis, sicut in Romano imperio, creuit auaritia; periit lex de sacerdote, & visio de propheta. Singuli quiq; per † potentiam episcopalis nominis, quam sibiipsi illicite absque ecclesia vendicarunt, † totum, quod Leuitarum est, in vsus suos redigunt; nec hoc sibi, quod scriptum † est, vendicant; sed cunctis auferunt vniuersa. Mendicat infelix clericus in plateis; & ciuili † operi mancipatus publicam a quolibet deposcit alimoniā. † Et quidem ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis, solus ministerio vtitur, solus vniuersa sibi vendicat; solus partes inuadit alienas, solus occidit vniuersos. *& paulo post.* ¶ Hinc propter sacerdotum auaritiam odia consurgunt: hinc episcopi accusantur a clericis; hinc principum † lites; hinc detractionis † causa; hinc origo criminis. Etenim si vnusquisque ita in hoc † mundo visibili aliquid possidere iubetur, vt sua tantum possessione contentus sit, ac res inuadat alie-

†*al. benedicuntur.* †*deinde*]or. *Ezech.7.* †*propotentia*] orig. †*al. adscriptum.* †*al. seruili* †*al. eleemosynam.* †*diuitiis*] orig. †*al. principum litis.* †*desolationum causa.*] orig.

alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, non subuectorium† aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis, qui ecclesiæ Dei præest, debet ita in omnibus seruare iustitiam, vt sibi hoc tantum vendicet, quod sui iuris esse cognoscit? aliena non rapiat? aliena non contingat? æqualem se cæteris faciat? & sicut sine his in ministerio non viuit, ita in dispensatione non viuat? ¶ Certe, vt ipse nosti, qui visibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum; accusatur a paupere, damnatur a iudice: ita & in ecclesia Dei, cum vnusquisque stipendia sua perdit; clamat ad Deum; exauditur a Christo: nec differtur in hac parte vltionis sententia; si non redduntur vniuersa. Moderatio enim Dei, ac pietas solum nostrum reditum quærit; ac nos cupit sua longa bonitate saluari. Sed si non conuertimur, si duri corde sumus, si in peccatis vsq; ad mortem illicite perduramus; assidue peccanti, sicut scriptum est, Deus non miseretur.

†*hunc mundum visibiliter possi.*] orig. †*al. subuectorium*] *al. subiunctorum.* †*Dei preces, ac solum*] or. [abest ab or.

a ¶Nomen non habet:] *Sic etiam in originali, sed in multis Gratiani manuscriptis, & apud Anselmum est,* nomen habet, officium non habet.

b *Hoc capitulo sacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorũ dignitas, siue officium commendatur. Sed quia vt supra dictum est diaconi insolescentes etiam presbyteris se praferẽdos arbitrati sunt; contra eorum supercilium scribit Hieronymus ad Euagrium episcopum epist. 85. tomo 2.*

¶ Diaconi presbyteris debent subesse. C. XXIIII.

Legimus in Esaia [Fatuus fatua loquetur.] Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, vt diaconos presbyteris, id est episcopis anteferret. Nam cũ Apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros, quos episcopos; quid †patitur mensarum, & viduarum minister, vt supra eos se tumidus efferat, ad quorũ preces Christi corpus, sanguisq; conficitur? Quæris auctoritatem? Audi testimonium [Paulus, & Timotheus serui Christi Iesu omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippus, cum episcopis, & diaconis.] Vis & aliud exẽplum? in actibus Apostolorum ad vnius ecclesiæ sacerdotes ita Paulus loquitur: [Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, vt regeretis ecclesiam Dñi, quam acquisiuit sanguine suo.] Ac ne quis contentiose in vna ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimonium: in quo manifestissime comprobatur, eundem esse episcopum atq; presbyterum. [Propter hoc reliqui te in Creta, vt quæ deerant, corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut & ego tibi mandaui. Si quis est sine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet. n. episcopũ sine crimine esse, quasi Dei dispensatorẽ. Et ad Timotheum [Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ tibi data est per prophetiam * per impositionem manuum presbyterij.] Sed & Petrus in pri-

Pol. ibid. Ans. l. 7. c. 87. *Esa.* 32. †*al. quis patiatur.* *Philip.* 1. *Act.* 20. *Ad Tit.* 1. 1. *Tim.* 4. 1. *Pet.* 5.

ma epistola.[Presbyteros,inquit,in vobis precor compresbyter, & te-
stis passionum Christi, & futuræ gloriæ,quæ reuelanda est, particeps
regite gregem Christi, & inspicite non ex necessitate, sed voluntarie
iuxta Deum.]Quod quidē Græce significātius dicitur ἐπισκοποῦντες,
Mar.3. id est superintendentes:vnde & nomen episcopi tractum est.Parua ti-
2.Ioan. bi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba Euāgelica,
3.Ioannis. filius tonitrui,quem Iesus amauit plurimum; qui de pectore Saluato-
toris doctrinatum fluenta potauit [Presbyter Electæ dominæ, & filiis
eius, quos ego in veritate diligo.] Et in alia epistola [Presbyter Caio
charissimo,quem ego diligo in veritate.]Quod autem postea vnus e-
lectus est,qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum
est;ne vnusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam &
Alexandriæ a Marco Euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium
episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum,in excelsiori gradu
collocatum,episcopum nominabant: quomodo si exercitus Impera-
torem faciat;aut diaconi eligant de se,quem industrium nouerint &
archidiaconum vocent.Quid enim facit excepta ordinatione,episco-
pus,quod presbyter non faciat?Nec altera Romanæ vrbis ecclesia;al-
tera totius orbis existimanda est. Et Galliæ,& Britanniæ,& Africa, &
Persis,& Oriens,& India,& omnes barbaræ nationes vnum Christum
adorant,vnam obseruant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur,
orbis maior est vrbe. Vbicumq; fuerit episcopus,siue Romæ,siue Eu-
gubij,siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ,siue Tanis;
eiusdem meriti,eiusdem est & sacerdotij.Potentia diuitiarum,& pau-
pertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem episcopum non
facit:ceterum omnes Apostolorum successores sunt.¶ Sed dicis,quo-
modo Romæ ad testimonium diaconi presbyter ordinatur? Quid
mihi præfers vnius vrbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua
ortum est supercilium,in leges ecclesiæ vendicas?Omne,quod rarum
est,plus appetitur.Pulegium apud Indos pipere pretiosius est. Diaco-
nos paucitas honorabiles, presbyteros turba contēptibiles facit. Ce-
terum etiam in ecclesia Romę presbyteri sedent,& stant diaconi;licet
paulatim increbrescentibus vitiis inter presbyteros absente episcopo,
† al.benedi- sedere diaconum viderim,& in domesticis conuiuiis benedictiones †
ctionem co- presbyteris dare. Discant, qui hoc faciunt,non se recte facere, & au-
ram presby- diant Apostolos:[Non est dignum, vt relinquentes verbum Dei,mi-
teris. nistremus mensis.] Sciant quare diaconi constituti sint. Legant acta
Act.6. Apostolorum: recordentur conditionis suæ. Presbyter,& episcopus,
aliud ætatis,aliud dignitatis est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Ti-
motheum de ordinatione episcopi, & diaconi dicitur:de presbyteris
omnino reticetur:quia in episcopo & presbyter continetur. Qui pro-
uehitur,de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero or-
dinetur diaconus,vt presbyter minor diacono comprobetur,in quem
crescit ex paruo: aut si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit[b] se

laicis maiorem sacerdotibus esse minorem.

a ¶Per prophetiā.] *Sic in vulgata editione & Græce διὰ προφητείας. Sed hic apud B. Hieronymum*, prophetiæ.

a ¶Nouerit se.] *In originali est*, nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem. *Quo etiam pertinet, quod idem Hieronymus ad caput vltimum Ezechielis scribit.* Leuitarum multitudinem intelligere se a sacerdotali gradu esse disiunctam, & ad decutiendam superbiam ministrorum, qui ignorantes humilitatem status sui vltra sacerdotes, hoc est presbyteros, intumescunt, & dignitatem non merito, sed diuitiis æstimant. *Verū ob glossam non est mutatum.*

Item Cyprianus lib. 3. epist. 9.

¶De eodem. C. XXV.

Dominus noster ipse Iesus Christus rex, & iudex, & Deus noster vsque ad passionis diem seruauit honorem Pontificibus, & sacerdotibus; quamuis illi nec timorem Dei nec agnitionē Christi seruassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi: [Vade, & monstra te sacerdoti, & offer donum.] Humilitate ea, qua nos quoque esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. Item sub ictu passionis cum alapam accepisset, & ei diceretur, [Sic respondes Pontifici? nihil ille contumeliose locutus est in personam Pontificis: sed magis innocentiam suam tutatus est, dicens [Si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene; quid me cædis?] Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atque patienter vt nos humilitatis, ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitime, & plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit†. Meminisse autem diaconi debent; quoniam Apostolos, id est episcopos & præpositos † Dominus elegit: diaconos autem post ascensum Domini in cælos Apostoli sibi constituerunt episcopatus sui; & ecclesiæ ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit, possunt & contra nos audere diaconi, a quibus fiunt.

Iuo p. 5. c. 355. *Luc. 5.* *Io. 18.* *† al. existit* *† al. presbyteros.*

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbique seruandum est, nisi cum locum diaconus habuerit aut proprij Patriarchæ, aut sui metropolitani.*

Vnde in sexta synodo, c. 7. legitur.

¶Diaconus sacerdotibus non præferatur; nisi locum metropolitani sui obtineat. C. XXVI.

Præcipimus ne diaconus (quamuis etiam in dignitate, hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit) ante presbyterū sedeat: nisi cum locum habuerit proprij Patriarchæ, aut metropolitani sui pro aliquo capitulo. Tunc enim sicut ille locum tenens honorabitur. Si quis vero præsumpserit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repulsus, vltimus omnium fiat in ordine suo. *Iuo p. 6. c. 123.*

DISTINCTIO XCIIII.

1 *Subdiacono etiam summus Patriarcha vices suas committere*
ps *valet.*

Vnde Gregorius a *ad episcopos Siciliæ libro 1. epist. 1. ait.*

a ¶ Gregorius.] *Restituta est inscriptio ex Polycarpo. Nam antea legebatur*, Symmachus Papa.

¶ Etiam subdiaconis vices suas Apostolica committit ecclesia. C. I.

Pol. l. 1. t. 14. Ans. l. 1. c. 26. VAlde necessarium esse perspeximus, vt sicut prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni, eidemq; personæ omnia committamus, vt vbi nos præsentes esse nō possumus, nostra per eum, cui præcipimus repræsentetur auctoritas. Quamobrem Petro subdiacono sedis nostræ, intra prouinciā Siciliam vices nostras, Deo auxiliante commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui Deo auxiliante totum nostræ ecclesiæ noscimur patrocinium † commisisse.

† *al. patrimonium*

2 *Legatum vero Apostolicæ sedis quicumque impedierit, vsque ad satisfactionem excommunicetur.*

Vnde Alexander Papa *I. epist. 2. omnibus episcopis.*

Conc. Triburiense, c. 9.

¶ Excommunicetur, qui legatum sedis Apostolicæ impetere tentauerit. C. II.

Bu. l. 15. c. 37. SI quis autem legationem impedit, non vnius, sed multorum profectum auertit †. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, & bonorum societate priuandus †: Et quia Dei causam impedit, & statum conturbat ecclesiæ; ideo ab eius liminibus arceatur †. Ab omnibus itaque † talis est cauendus, & non in communionem fidelium, vsque ad satisfactionem recipiendus.

† *al. euertit* † *al. arcēdus* † *al. quoque*

a ¶ Legationem.] *In epistola ipsa, concilio Triburiensi, & apud Burchardum additur*, vestram. *Ea enim legatio videtur significari, quā Apostolos, & episcopos pro Christo fungi docuit B. Paulus 2. Corinth. c. 5.*

3 *Archidiaconus vero, quamuis ex officio suo clericorū vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, episcopo nuntiare: tamen dominationē super eos exercere, & censum ab eis exigere prohibetur. Vnde in Cabilonensi conc. c. 15. legitur.*

¶ Archidiaconi super presbyteros iurisdictionem non exerceant. C. III.

I [?]p. 3. c. 134. DIctum est, quod in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quamdam exercent dominationē, & ab eis censum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, q̄ ad rectitudinis pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apostoli sententiā, episcopi non debent esse dominātes in clero, sed forma facti gregis ex animo; multo minus facere isti hoc debent; sed contēti sint regularibus disciplinis, & teneant pro-

1. Pet. 5.

priam

priam mensurã:& quæ ab episcopis eis iniũgitur, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem, & auaritiam præsumentes.

DISTINCTIO XCV.

I Q*Vod autem sacerdotes supra iubentur episcopis tamquam* P*s* *subditi obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis, præsentibus episcopis sacra mysteria celebrare (sicut episcopali supercilio quidam ab his volebant presbyteros prohibere:) sed quia presbyteri Pontificibus tãquam filij parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chrismate eis tangere conceditur. Vnde Gregorius scribit Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26. indict. 12.*

¶ Vbi episcopi desunt, baptizatos in frontibus presbyteri chrismate tangant. C. I.

PErvenit quoq; ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tãgere in fronte eos, qui baptizati † sunt, prohibuimus. Et nos quidẽ secundũ vsum veterẽ ecclesiæ nostræ fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi episcopi desunt, vt presbyter etiã in frontibus baptizatos † chrismate tangere debeant, concedimus.

De consec. dist. 4. presbyteri baptizatos.

† *baptizandi*] orig.

Supra Leo episcopus contra [Quamuis chorepiscopus, &c.]

Pol. l. 3. t. 10.

Item Gelasius Papa episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1. c. 8.

Mag. 4, sent. dist. 7. c. 1.

¶ Vltra suum modum presbyteri tendere non præsumant. C. II.

PResbyteros vltra suum modum tẽdere prohibemus; nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere; non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem.

† *baptizandos.*] orig.

Sed istud Gregorij pro scandalo sedando semel cõcessum legitur. Illud autẽ Leonis Papæ, & Gelasij, vsu approbante: praualuit, nisi forte, vbi aliquorum consuetudo hoc admisit, vt in absentia episcopi, extrema necessitate cogente, ex concessione Gregorij, presbyteri baptizatos in fronte liniant. ¶ Prohibitio vero Leonis, & Gelasij in eo casu intelligatur, cum episcopi præsentes sunt, vel cum non cogit vltima necessitas. Oleo vero sanctificato permittitur eis vngere infirmos. Vnde Iacobus ait [Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, qui orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum.] Iac. 5. 2 *¶ Sed quæritur, an episcopis liceat eodem oleo vngere infirmos: vel si impœnitentibus huiusmodi vnctio sit concedenda. De his vero ita scribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum episcopum, epist. 1. c. vlt.*

Alcuinus de diuinis officiis pag. 94.

¶ Oleo sanctificato non prohibetur episcopus infirmos tangere. C. III.

Conc. Wormaciense. c. 72.

ILlud superfluum videmus adiectum, vt de episcopo ambigatur; quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si episcopus aut potest, aut

Iuo p. 2. c. 75.

dignum ducit aliquem a se visitandum: & benedicere, & tangere, chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma cōficere. Nam non ᵃ pœnitentibus istud infundi non potest; quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo vnū genus putatur posse concedi? His ergo, frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, respondere curauimus.

ᵃ ¶Non pœnitentibus.] *In epistola Innocentij, tam impressis, quam manuscriptis (licet aliter testetur auctor glossæ) in concilio VVormaciensi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum, & Iuonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur sine negatione. Et in glossa (vt est in antiquis exemplaribus) vtraque lectio exponitur.*

3 *Chrisma vero ᵃ suis episcopis ad baptismi sanctificationem presbyteri petant.*

Vnde in concilio Carthaginensi, 4. c. 36.

¶ Chrisma singulis annis a proprio petatur episcopo. C. IIII.

De consf. di. 4. presbyteri. Bur. l. 4. c. 76. Iuo p. 1. c. 270. Pan. l. 1. c. 101.

PResbyteri, qui per diœceses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis; nec per iuniorem clericum, sed omni anno aut per seipsos, aut per illum, qui sacrarium tenet, ante Paschæ solennitatem chrisma petant.

¶Huic capiti rubrica est præposita ex aliquot vetustis exemplaribus.

ᵃ ¶Omni anno.] *Verba hæc non sunt in editionibus conciliorum Coloniensibus duobus, & quattuor tomis impressorum, neque infra de consec. dist. 4. vbi hoc idem, sed ex concilio apud Valentias refertur. Verum & in Coloniensi prisca, ac trium tomorum, & duobus Parisiensibus, duobusque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. litteris, de consecr. dist. 3 a Fabiano Papa singulis annis nouum chrisma fieri præcipitur.*

An. l. 7. c. 127. Pol. l. 2. c. 39.

Item Hieronymus ad caput primum epistola ad Titum, ad ea verba [& constituas.]

¶ Presbyter idem est qui episcopus, ac sola consuetudine præsunt episcopi presbyteris. C. V.

† *Idem ergo est presbyter.*] orig. 1. *Cor.* 1. † *supponeretur.*] orig. † *dispositionis*] orig. Inter opera Hier. tom. 4. vel. 9.

OLim † idem erat presbyter, qui & episcopus. Et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis [Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ] communi presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabantur. Postquam vero vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi; in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur † ceteris, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. *& paulo post.* ¶ Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos; ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispensationis † Dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in commune debere ecclesiam regere.

Idem ad Rusticū Narbonens. episc. de septem gradibus ecclesiæ.

† *al. nō licet.* Ansl. 7. c. 128. 1. *Tim.* 5.

¶ Coram episcopis, presbyteris docere licet †. C. VI.

ECce ᵃ ego dico, præsentibus episcopis suis, atque adstantibus in altari presbyteros posse sacramenta conficere. *& infra.* ¶ Sed quia scriptum est [presbyteri duplici honore honorentur, maxime qui

qui laborat in verbo Domini,] prædicare eos decet, vtile est benedicere, congruum confirmare, conuenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia Dei sacramenta complere. *Et infra.* ¶ Nemo hinc episcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus irascatur in templo, si presbyteri interdum exhortentur plebem, si in ecclesiis prædicent, si plebibus, vt scriptum est, benedicant. Etenim abnuenti mihi ista sic dicam: qui non vult presbyteros facere, quę iubentur a Deo; dicat, quis maior est Christo? aut quid corpori eius, aut sanguini poterit anteponi? Si presbyter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicat; benedicere populo non debet qui Christum etiam meruit consecrare? *Et paulo post.* ¶ Circa [b] laicos, ac mulieres iubentibus vobis, o iniustissimi sacerdotes, presbyter Dei, benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicandi, truncatus est omni parte virtutum, solum presbyteri nomen habet, plenitudinem, ac perfectionē, quæ consecrationi eius competit, non retentat. ¶ Quis † *gregibus.* hic, rogo, o sacerdotes, honor vester est, vt damnum gibbi inferatis? *vera lectio.* Quoniam cum pastoribus per potentiam vestram aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam, & calamitas crescit in gregibus: ac Dominici [c] patrimonij damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesia potentari. *Et paucis interiectis.* ¶ Presbyteri ab initio, vt legimus, negotiorum iudices esse mandati sunt, presbyteri interesse sacerdotum concilio †: quoniam & ipsi presbyteri vt legimus, episcopi nuncupantur, secundum quod scriptum est ad [d] episcopum [Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyterij] & alibi ad maiores natu. [Qui vos posuit episcopos regere ecclesiam Dei.] *Et infra.* ¶ Sed oderunt hoc sacerdotes superbi in presbyteris nomen, qui nolunt esse hoc, quod Christus, qui discipulorum pedes lauit; qui baptizatus est a Ioanne, licet baptizandum se Ioannes a Domino proclamaret. Propterea hæc scribo; vt si præteriti temporis error non potest iam reuocari, vel ad præsens in ecclesiis seruetur humilitas, vt presbyteri hoc in ecclesiis suis faciant, quod Romæ, siue quod in oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hispania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, vbi humilitas perseuerat, quod in cœlis fit (quod maius est) vbi sedes angelorum † legis esse dispositas.

Margin: *2. Tim. 3.* — † *consilio.*] orig. — *1. Tim. 4.* — *Act. 20.* — *Ioan. 13.* — *Matt. 3.* — † *eorum.*] orig.

a ¶ Ecce ego.] *Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de septem gradibus, & additur negatio,* Nec ego dico præsentibus episcopis, atque adstantibus altari, presbyteros posse sacramenta conficere: sed si forte vsus exegerit, vt venientes ad ecclesiam sacerdotes eisdem horis, quibus aut oblatio parata non sit, aut non possit offerri, non debere episcopum repudiare eucharistiam presbyterorum, &c.

b ¶ Circa laicos.] *In libello sic legitur,* tamen credendum est summi sacerdotis iudicio. & hoc faciendum, quod iusserit circa laicos, & mulieres, iubenti-

bus vobis iniustissime sacerdotibus, non recte presbyter Dei, benedictionis, &c.

¶ Ac Dominici.] *Ibidem est*, ac Deo nostro, non patrimonij sui damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesiis potentari?

d ¶ Ad, episcopum.] *Hoc loco longe plenior est oratio in libello, & pro hac auctoritate Apostoli ad Timotheum, multa alia afferuntur.*

Item ad Nepotianum, epist. secunda.

¶ Episcopi, & clerici inuicem sibi honorem adhibeant. C. VII.

Ansl. 7. cap. 121. ESto subiectus pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe, *& paulo post.* ¶ Sed episcopi sacerdotes se esse nouerint, non dominos, honorent clericos quasi clericos, vt & ipsis a clericis quasi episcopis honor deferatur. ¶ Scitum est illud oratoris Domitij, Cur ego te inquit, habeam vt principem, cum tu me non habeas vt senatorem? ¶ Quod Aaron & filios eius, hoc episcopum, & presbyteros esse nouerimus. ¶ Vnus Dominus, vnum templum; vnum sit etiam ministerium. ¶ Recordemur semper, quid apostolus Petrus præcipiat sacerdotibus [Pascite eum, qui in vobis est gregem Domini, prouidentes, non coacti, sed spontanee, secundum Deum; neque vt turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque vt dominãtes in clerum, sed forma facti gregi † ex animo, vt cũ apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. [¶ Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbyteros, & præsentibus episcopis non loqui: quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. [Et si alij inquit Apostolus Paulus, fuerit reuelatum sedenti, prior taceat [*& paulo post.* ¶ Gloria patris est filius sapiens] Gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes.

1. Pet. 5.

† al. gregis.

1. Cor. 14. Prouerb. 10. & 13.

Item ex concilio Laodicensi, c. 56.

¶ Presbyteri episcopos non præcedant, sed comitentur; vel subsequantur. C. VIII.

NOn oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, & sedere in tribunalibus, sed cum episcopo ingredi; nisi forte aut ægrotet episcopus, aut in ᵃ peregrinationis commodo eum abesse constiterit.

a ¶ In peregrinationis commodo.] *Sic prisca versio: sed Dionysius longe propius ad verba Græca*, nisi forsitan infirmitate detineatur, aut proficiscatur episcopus. πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλοίη, ἢ ἀποδημοῖ ὁ ἐπίσκοπος

Item ex concilio Carthaginensi quarto, c. 34.

¶ Episcopus non dominum, sed collegam se presbyterorum cognoscat. C. IX.

EPiscopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur.

Item ex eodem, c. 35.

¶ De eodem. C. X.

Iuo p. 5. cap. 337. EPiscopus in ecclesia, & in consessu presbyterorum sublimior sedeat. Intra domũ vero collegam se presbyterorũ esse cognoscat.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Sine

¶ Sine præcepto episcopi presbyter non signet infantes. C. XI. In capit.

PResbyter præsente episcopo non signet infantes, nisi ab episcopo fuerit illi præceptum. Martini Brac. ca. 52. de consecr. dist. 4. ca. omni tempore.

[*Item ex concilio Neocæsariensi,*[b] *c.* 13.]

¶ [De eodem.] C. XII. PALEA.

PResbyteri ruris, in ecclesia † ciuitatis, episcopo præsente, vel presbyteris ipsius vrbis, offerre non possunt, nec panem sacrificatũ[c] dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, & ad [d] dandam orationem vocentur soli dare debebunt. Mart. Brac. c. 56. Ans. l. 7. ca. 188. Burc. l. 5. ca. 44. Iuo p. 2. c. 53.

† ἐν τῷ κυριακῷ.

b ¶ Neocæsariensi.] *Antea citabatur ex Genuensi. Restituta est inscriptio ex ceteris collectoribus. Est autem hæc fere Dionysij versio.*

c ¶ Sacrificatum.] *Alibi vbique legitur*, sanctificatum, *Græce est in concilio impresso* ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ: *Sed apud Balsamonem* ἄρτον εὐχῆς *id est*, panem mysticæ precationis.

d ¶ Ad dandam orationem.] *καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, δίδωσιν*; *id est*, et si solus ad mysticam precationem vocatus fuerit, dat.

DISTINCTIO XCVI.

1 Gratianus. I*Llud autem Honorij Augusti, quod de electione summi Pontificis supra constituisse legitur, nullius esse momenti probatur: cũ non solum de ordinibus, sed nec etiam de rebus ecclesiasticis legatur aliquando laicis attributa disponendi facultas. Vnde quæcumque a Principibus in ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus decreta inueniuntur, nullius auctoritatis esse monstrantur. Vnde Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit.* Sup. dist. 69. c. si duo. In synod. Rom. 3. sub Symmacho c. 1. & seq.

¶ De rebus ecclesiasticis disponendis, laicis nulla facultas relinquitur C. I.

BEne quidẽ fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij, quæ erant statuenda, definiuit; & ad iustitiæ cumulum peruenit, dum sufficienter vniuersa complectitur. nec adiectione indiget plenitudo, maxime de clericis, quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere *&* *paulo post.* ¶ Quorum excessus enarrare difficile est: vnum tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. Dixerũt inter alia scripturam quamdam illustris memoriæ Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substantiæ, conscripsisse; in qua nullus Romanæ ecclesiæ, nec interfuit, nec subscripsit antistes per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego inde disputem, vnde † potest vestrum iudicare concilium; requiratur, & deieratur in medium, vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substãtiam. ¶ Sancta synodus respondit deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dũ diceret; Hormisda diaconus recitauit. [Cem[a] in † Mausoleo, quod est apud beatum Petrũ apostolũ, resideret † sublimis;

† *sed vt possit*] orig.

† *in vnum apud beatũ*] orig.

Ibid. c. 2.

† *resedisset sublimis.*]

Verb. Bas[illegible]

& eminētiſſimus vir præfectus prætorio, atque patritius, agens etiam vices præcellentiſſimi Regis Odoacris Baſilius, dixit. Quamquam ſtudij veſtri †, & religionis interſit, vt in epiſcopatus electione concordia principaliter ſeruetur eccleſiæ: ne tamen † per occaſionem ſeditionis, ſtatus ciuitatis † vocetur in dubium, admonitione † beatiſſimi viri Papæ noſtri Symmachi † Simplicij, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, vt propter illum ſtrepitum, & venerabilis eccleſiæ detrimētum, ſi eum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione, cuiuſlibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Creſconius epiſcopus ciuitatis Tudertinæ eccleſiæ, ſurgens è conſeſſu dixit [Hic perpendat ſancta ſynodus, vti † prætermiſſis † perſonis religioſis, quibus maxime curæ eſt de tanto Pontifice, electionem laici in ſuam redegerint poteſtatem, quod cōtra canones eſſe manifeſtum eſt.] Item Hormiſda diaconus legit [Nam & cum quid confuſionis, atque diſpendij venerabilis eccleſia ſuſtineret, miramur, prætermiſſis nobis, quidquam de rebus eccleſiæ fuiſſe tentatum, cum etiam ſacerdote noſtro ſuperſtite nihil ſine nobis debuiſſet aſſumi. Quare ſi amplitudini veſtræ † vel ſanctitati placet, incolumia omnia quæ ad futuri antiſtitis electionem reſpiciunt, religioſa veneratione ſeruemus, hanc legem ſpecialiter præferentes; quam nobis, heredibusque noſtris Chriſtianæ mentis deuotione ſancimus: ne vnquam prædium, ſeu ruſticum, ſeu vrbanum vel ornamenta, aut miniſteria eccleſiarum, quæ nunc ſunt, vel quæ ex quibuſlibet titulis ad eccleſiarum iura peruenerint, ab eo, qui nunc antiſtes ſub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris ſæculis ſequentur, quocumque titulo, atque commento alienari liceat. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit, inefficax, atq; irritum iudicetur; ſitque facienti, vel conſentienti, accipientique anathema. [¶ Maximus epiſcopus Bleranæ eccleſiæ dixit [Modo ſancta ſynodus dignetur edicere; ſi licuit laico homini anathema in ordinem eccleſiaſticum dictare: aut ſi potuit laicus ſacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat conſtituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare? Sancta ſynodus dixit, Non licuit, & adiecit, lege ſequentia. Hormiſda diaconus legit: [Et is, qui prædium ruſticum, vel vrbanum iuris eccleſiaſtici fuerit cōſecutus, nouerit ſe nulla lege vel præſcriptione muniium; ſed ſiue is, qui alienauerit, qui eum † ſequetur voluntate contraria prædium huiuſmodi alienatum reuocare [b] voluerit, id cum fructibus reſtituat, quos † illic fuerit conſecutus.] ¶ Hæc cum legeret; Stephanus epiſcopus Venuſinæ eccleſiæ, ſurgens è conſeſſu dixit, perlegatur. Hormiſda diaconus legit. Qua [c] pœna placuit accipientis eſſet hæredes afficere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera ſit facultas. Iniquū eſt enim, & ſacrilegij inſtar, vt quæ vel pro ſalute, vel pro requie animarū ſuarum † vnuſquiſq; venerabili eccleſiæ, pauperum cauſa, cōtulerit, aut

† *noſtri.*] orig. † *al. ne per.* † *al. ciuilitatis.* † *al. tamen admonitione.* † abeſt dictio [Symmachi.] ab orig. ſed auctor caſus, & gloſſæ habuit. † *al. vtrum.* † *al. prætermiſſas perſonas religioſas.*] codex can. Verba Baſilij. † *Veſtra ſanctitatis.* Verba Baſilij. † *al. conſequenter.* † *al. qui illud.* cap. 3. Baſilij verba, † *al. ſuorū.*

aut certe reliquerit; ab his quos hæc maxime seruare conuenerat, in alterum † transferatur. Plane quæcumque in gemmis, vel auro, atque argento, necnon & vestibus minus apta vsibus, vel ornatui videbuntur ecclesiæ, quę seruari, ac diu manere non possunt, sub iusta æstimatione vendantur, & erogationi, † religiosæ proficiant.] ¶ Cumque lecta fuisset, Laurentius episcopus Mediolanensis ecclesiæ dixit. [Ista scriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laicos statuendi in ecclesia, præter Romanum Pontificem, habere aliquam potestatem: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: maxime cum nec Papa Romanus subscripserit, nec alicuius secundum canones metropolitani legatur assensus. ¶ Petrus episcopus Rauennatis ecclesiæ dixit [Scripturam, quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est, quia nec canonibus conuenit, & a laica persona concepta videtur maxime; quia in ea nullus præsul sedis Apostolicæ interfuisse, vel propria subscriptione firmasse monstretur.] ¶ Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit: [Scripturam quæ in sacerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat esse inualidam: Primum, quod contra Patrum regulas a laicis, quamuis religiosis [quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vmquam attributa facultas] facta videtur: deinde quod nullius præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmatá docetur. Quod si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intrá terminos suos concilio habito, quidquid sine metropolitani sui auctoritate tētauerint, irritum esse debere sancti Patres sanxerunt; quanto magis, quod in Apostolica sede, non † existente præsule (qui merito † beati Petri apostoli per vniuersum orbem primatū obtinens sacerdotij, statutis synodalibus consueuit tribuere † firmitatem) a laicis (licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen Pontifici, a quo consecrati † probantur, præiudicium inferre non potuerunt] præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta censeri? ¶ Sancta synodus dixit. Licet † secundum prosecutionem venerabilium fratrum nostrorū, Laurentij, Petri, Eulalij Cresconi, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertum habetur hanc ipsam scripturam nullius esse momenti; veruntamen etiam si aliqua posset ratione subsistere modis omnibus in synodali conuentu prouida beatitudinis vestræ sententia eneruari conueniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacumque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur.

† *al. alienatatem.*
† *al. erogatio religionis proficiat.*
Infra 9. q. 3. c. 2.
† *al. nunc.*
† *al. prærogatiua.*
† *al. consecrari.*
† *al. Liquet.*

¶ Cum in Mausoleo.] *Hoc initium scripturæ Basilij in tomis conciliorum & codice & canonum sic habet,* Cum in vnum apud beatum Petrum Apostolum resedissent, sublimis, &c. *Omnino autem multa sunt huius capituli varietates &*

exemplaribus Gratiani in variis conciliorum editionibus, & in codice canonum ex quibus ea tantum partim indicata, partim notata sunt, qua maioris ponderis sunt visa.
b ¶ Reuocare.] *Sic est emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impressis & manuscriptis, cum antea legeretur*, retinere.
c ¶ Qua pœna.] *In omnibus editionibus conciliorum legitur*, Quam pœnā placuit accipientis hæredes, prohæredesque respicere. *In codice vero canonum manuscripto non est dictio*, prohæredesque.

Unde in sexta actione Chalcedonensis concilij Martianus Imperator dixit inter cætera.

¶ Imperatores ad fidem confirmandam, non potentiam ostendendam synodo interesse debent. C. II.

Ans.l.3.cap. 107. NOs ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse volumus, ut inuenta veritate, non ultra multitudo prauis doctrinis attracta discordet.

Item ex eadem sexta actione, in fine.

¶ De eodem. C. III.

Ans.ibidem. Deusdedit p. 3. QUædam capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reuerentiæ vobis seruauimus, decorum esse iudicantes a vobis hæc regulariter potius firmari per synodum, quam nostra lege sanciri.

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imper. qua incipit [*Proposueramus.*]

¶ Synodali conuentui Imperatores interesse non conuenit, nisi vbi de fide agitur. C. IIII.

Ans.l.1.c.75. VBi nam legistis, Imperatores antecessores vestros synodalibus conuentibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de fide tractatū est, quæ vniuersalis est; quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos?

Idem in eadem epistola.

¶ De præsulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præsunt, iudicare non possunt. C. V.

Ans.ibid. DEnique hi, quibus tantum humanis rebus, & nō diuinis, præesse permissum est; quomodo de his, per quos diuina ministrantur, iudicare præsumant, penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vsurpet. C. VI.

Sup.dist.10. c. quoniam. Ans.ibid. † al. inferna. CVm * ad verum ventum est, vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vsurpauit, quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic, actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusque discreuit; propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in infernum † demergi, vt & Christiani Imperatores

tatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tãtummodo rerum imperialibus legibus vterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus; & ideo militãs Deo minime se negotiis sæcularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus. 2. *Tim.* 2.

a ¶ Ad verum.] *Post vltima verba capitis antecedentis sequitur continenter in eadem Nicolai epistola.* Fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidam typice reges simul & sacerdotes existerent. Quod sanctum Melchisedech fuisse sancta prodit historia, quodque in membris suis, diabolus imitatus: (vt pote, qui semper quæ diuino cultui conueniunt, sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit) vt pagani Imperatores iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est, eumdem Regem atque Pontificem, vltra sibi, &c. *Nihil autem mutatum est & ob glossam, & quoniam est initium capitis. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata sunt supra dist. 10. c. quoniam.* *Gene.* 14.

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A sæculari potestate Pontifex prorsus nec solui, nec ligari valet. C. VII.

SAtis euidenter ostenditur, a sæculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem; quem constat a pio principe Constantino (quod longe superius memorauimus) Deum appellatum: nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est. Sed & Theodosius b minor sanctæ synodo scribens Ephesinæ primæ, dixit [Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus Comes strenuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimam synodum vestram, & in nullo quidem iis, quæ facienda sunt de piis, dogmatibus quæstiones, seu potius expositiones, communicare. Illicitum namque est eũ, qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis intermisceri tractatibus†.] *Et post pauca* ¶ His itaque manifeste repertis apparet comministrum Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia præsulum quoque assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis. Ansel. 1. c. 71. Rufinus in hist. lib. 1. c. 2. † σκέμμασιν.

b ¶ Theodosius minor.] *Verba hæc sunt accepta ex epistola Theodosij, ac Valentiniani Imperatorum, synodi Ephesinæ per Candidianum missa, quæ est in extremo primæ actionis ipsius synodi. In versione antiqua, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita est, eadem plane hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optime conueniunt cum Græcis.* Habentur aliqua in ea. epist. ad Michaelem:

Idem Ludouico Imperatori.

¶ Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. C. VIII. Ans. ibid.

IN scripturis narratur Constatinus Imperator dixisse. Vere si proprius oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccãtem, chlamydem meam expolirarem †, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. [In quibus desideratissime fili necessario commonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris parilitate ei adæquari videmini: ita quoque humilitate, atque deuotione æquiparari nihilominus anhelitis: ita vt † *explicassem*, *& cooperuissem eum.*] Nicolaus in epist. ad Micha.

† al. talia. in nullo inferior eo, sed potior inueniani mi post illius exempla qui talem se exhibuit ante alia † prorsus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos nos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotibus, qui iure

Gen. 9. Patres dicuntur, aliquid contigerit nos audire, quod confusionem piis mentibus ingerat; nō infrunitum, sed pudoratos filios Noë imitantes paternam de reliquo verecundiam contegatis, vt affluenti, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

Item ex epistola Gregorij septimi ad Hermanum Metensem episcopum, lib. 8. epist. 21.

¶ Regum, & principum patres, & magistri sacerdotes esse censentur. C. IX.

Ans. l. 1. c. 84. Iuo p. 5. cap. 378. Pan. l. 5. ca. 108. QVis dubitet sacerdotes Christi regum, & principum, omniumque fidelium patres, & magistros censeri.] Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subiicere; a quo credit non solum in terra, sed etiam in cœlis se ligari posse & solui.

In eadem epist. Gregorij vij. *Item Gelasius Papa Anastasio Imperatori.*

¶ Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, huius mundi gubernacula regunt. C. X.

Capit. l. 5. ca. 167. Conc. Paris. l. 1. c. 3. Polyc. l. 1. tit. 27. Ans. l. 1. c. 73. Pann. l. 5. ca. 109. DVo [a] sunt quippe Imperator Auguste: quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra pontificum, & regalis potestas. In quibus tanto grauius pondus est sacerdotum; quanto etiam pro ipsis regibus † hominum, in diuino sunt reddituri examine rationem.] *Et post pauca.* ¶ [Nostri itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio; non illos ad tuam redigi posse † voluntatem.] ¶ Talibus igitur institutis, talibusq; fulti auctoritatibus pleriq; Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocentius Papa Archadium Imperatorem (quia consensit, vt sanctus Ioānes Chrysostomus a sua sede pelleretur) excommunicauit. [b] Beatus Ambrosius, licet sanctus, non tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus pro culpa, quæ aliis sacerdotibus non adeo grauis videbatur Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit: qui etiam in suis scriptis ostendit, quod aurum nō tam pretiosum sit plumbo, quam regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principiū sui Pastoralis scribens [Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullus poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati; longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum; & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri.]

† al. regiminibus. † al. velle. Amb. de digni. Sacerd. c. 2.

a ¶ Duo sunt.] *Caput hoc sumptum est ex eadem epistola Gregorij septimi, ex qua antecedens: & ab hoc vsque ad verb.* voluntatem, *sunt verba ipsius Gelasij ex epistola, quæ habetur impressa, citata a Gregorio septimo.*

¶ Excom-

b ¶ Excommunicauit] *Si hic interponatur caput*, Alius item. *infra 15. q. 6. hac pars epistolæ integra habetur.*

Item Ioannes Papa.

¶ Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse. C. XI.

SI Imperator catholicus est, (quod salua pace ipsius dixerimus) filius est, non præsul ecclesiæ: quod ad religionem competit, discere ei conuenit, nõ docere: habet priuilegia suç potestatis, quç administrandis legibus publicis diuinitus consecutus est; vt eius beneficiis non ingratus contra dispositionem cœlestis ordinis nil vsurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quç ecclesię disponenda sunt, pertinere, non ad sęculi potestates; quas, si fideles sunt, ecclesię suç sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vendicet alienum ius, & ministerium, quod alteri deputatum est: ne contra eum tendat abrumpi, a quo omnia constituta sunt; & contra illius beneficia pugnare videatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non a legibus publicis, non a potestatibus sęculi, sed a pontificibus, & sacerdotibus omnipotens Deus Christianę religionis clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti, recipiq; de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debẽt executiones suas ecclesiasticis præsulibus non præferre.

Pol. l. 1. t. 19. Ans. l. 4. c. 12. ex Ioanne 8.

Gelasius ad episcopos orientales.

¶ De eodem. C. XII.

NVmquam de Pontificibus, nisi ecclesiã iudicasse: non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam, absque ecclesiæ principaliter constitutis Pontificibus; obsequi solere principes Christianos decretis ecclesiæ, non suam præponere potestatẽ; episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

In origi. hæc pendent ex superioribus Polycar. ibi. Ans. l. 6. c. 157

¶ [De eodem.] C. XIII. PALEA.

1 COnstantinus Imperator coronã, & omnẽ regiã dignitatem in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidẽtalibus Apostolico concessit. Nam in gestis B. Siluestri (quę beatus Papa Gelasius in concilio LXX. episcoporum a catholicis legi commemorat, & pro antiquo vsu multas hoc imitari dicit ecclesias) ita legitur.

Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit l. 4. cap. 1.

¶ *Apud Anselmum libro quarto pro rubrica capitis 32. hæc habentur.* Quod Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & omnẽ regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus. *In principio vero eiusdem capitu 32. hæc leguntur.* In gestis beati Siluestri, &c. *vsque ad finem huius, & sequ. Palea, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit.*

¶ [De eodem.] C. XIIII. PALEA.

2 COnstantinus [a] Imperator quarta die sui baptismi priuilegium Romanæ ecclesiæ Pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cetera legitur. [Vtile [c] iudicauimus vna cum omnibus Satrapis nostris, & vniuerso senatu, optimatibusque meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio subiacenti, vt sicut beatus Petrus in terris Vicarius filii Dei esse videtur constitutus; ita & Pontifices, qui

In edicto Constantini qđ est post conci. Neocęsariense. Ans. l. 4. c. 32. Deusde. 1b

ipsius principis Apostolorũ vices gerunt vices, principatus potestatem, amplius, quã terrena imperialis nostrę serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam a nobis, nostroq; imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principẽ Apostolorũ, vel † eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenã imperialem potẽtiam, sic eius sacrosanctam Romanam ecclesiã decreuimus veneranter honorari, & amplius, quã nostrum imperiũ, & terrenum thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari: tribuentes ei potestatem, & gloriæ dignitatem, atq; vigorẽ, & honorificẽtiam imperialẽ. Atq; decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quattuor præcipuas sedes, Alexandrinam, Antiochenã †, Hierosolymitanã, Constãtinopolitanam, quã etiã super omnes in vniuerso orbe terrarũ ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctę Romanæ Ecclesiæ extiterit celsior, & princeps cunctis sacerdotibus totius mũdi existat; & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponãtur. *& infra.* ¶ Ecclesiis beatorũ Apostolorum Petri & Pauli pro continuatione † luminariorũ, possessionum prædia cõtulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostrã imperialem iussionem sacram tã in oriente, quã in occidente, vel etiã septentrionali, & meridiana plaga, videlicet, in Iudęa, Græcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis, nostra largitate ei † concessimus; ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Siluestri summi Pontificis, successorumq; eius omnia disponãtur. *& infra.* ¶ Beato Siluestro patri nostro, summo Pontifici, & vniuersalis vrbis Romę Papæ, & omnibus eius successoribus pontificibus, qui vsq; in finẽ mundi in sede B. Petri erunt sessuri, de pręsenti cõtradicimus palatium imperii nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; phrygiũ †, nec non & superhumerale, videlicet lorũ, quod imperiale circumdare assolet collũ; verũ etiã & chlamydẽ purpureã, atque tunicã coccineã, & omnia imperialia indumẽta; sed & dignitatem imperialiũ pręsidentiũ equitũ, cõferentes etiã & imperialia sceptra, simulque cuncta signa, atque blanda, & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriã potestatis nostræ. Viris autẽ reuerendissimis clericis in diuersis ordinibus eidẽ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ seruientibus illud culmen, singularitate, potentia, & præcellentia hãbere sancimus; cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est patritios [a], atque consules effici, nec non & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur; ita & clerum sanctę Romanæ ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officiis diuersis, cubiculariorum nempe, & ostiariorum, atq; omnium excubitorum ornatur, ita & sanctã Romanam ecclesiã decorari volumus. Et vt amplissime pontificale decus præfulgeat, decernimus, & hoc, clericorũ eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ manipulis & lintea-

† al. & eius successores.

† Antioch. Ale. Ior. impressum.

† al. concinnatione.

† al. eis libertatem cõcessimus.

Iuo p. 5. c. 49
Pan. l. 4. c. 1.

† al. phrygiũ id est mitrã.

Suidas in hoc verbo *βάνδα*.

minibus,

minibus, id est candidissimo colore decorari equos, & ita equitare. Et sicur noster senatus calceamentis vitiur cum 'vdonibus, id est, candido linteamine illustratis, sic vtatur & clerici, vt sicut cœlestia, ita & terrena ad laudē Dei decorētur. Prę omnib. autē licentiā tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Siluestro, & successoribus eius ex nostro indicto, vt quem 'placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero clericorum cōnumerare; nullus ex omnibus pręsumat superbe agere. Decreuimus itaque & hoc, vt ipse, & successores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus Papa, quia super coronā clericatus, quā gerit ad gloriā beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona; nos phrygiū candido † nitore splendidū resurrectionē Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reuerentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem imperii nostri. Vnde vt pontificalis apex non vilescat, sed magis, quā terreni imperii dignitas, gloria †, & potentia decoretur, ecce tā palatium nostrū, vt prędictū est, quā Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu occidentalium regionum prouincias, loca & ciuitates, præfato beatissimo Pontifici nostro Siluestro vniuersali Papæ contradicimus, atque relinquimus: & ab eo, & a successoribus eius per hanc diualem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus permansura. Vnde congruū perspeximus nostrū imperiū, & regni potestatem in orientalibus transferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatē ædificari, & nostrū illic constitui imperiū, quoniā vbi principatus sacerdotū, & Christianę religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutū est, iustū nō est, vt illic imperator terrenus habeat potestatē. Hęc vero 'omnia, quę per hanc nostram imperialē sacrā, & per alia diualia decreta statuimus, atq; cōfirmauimus, vsq; in finē mūdi illibata, & incōcussa pmanere decernimus. Vñ corā Deo viuo, qui nos regnare pręcepit, & corā terribili eius iudicio obtestamur p hoc nrm impiale constitutū oēs nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiā, amplissi. senatum; & vniuersū populū in toto orbe terrarū nūc & in posterū, cūctis retro tēporib. imperio nro subiacentē, nulli eorū quoquo modo licere hæc aut infringere, aut in quoquā cōuellere. Si quis aūt, qd non credimus, in hoc temerator, aut contēptor extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei, principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti, & in futura vita sentiat contrarios; atque in inferno inferiori cōcrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impiis. Huius vero imperialis decreti nostri paginā propriis manibus robo-

† *al. candidi nitoris splēdidam.*

† *al. & gloria potētia.*

borantes, super venerandum corpus B. Petri principis Apostolorũ posuimus. Datum Romæ iij. Kal. Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v. c. Coss.

¶ *Hac Palea in multis habetur exemplaribus. in quibus alia Palea esse non solent.*

a ¶ Constantinus] *Verba hac vsque ad versi.* In eo Priuilegio, *non solum habentur apud Anselmum, & Deusdedit, sed etiam in gestis beati Siluestri, in his, qua a Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

b ¶ Vtile] *Hinc vsq; ad finem sumpta sunt ex gestis seu actis sancti Siluestri, in quibus multa pracedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, qua in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi.* Priuilegium sanctæ Romanæ ecclesiæ, quod constituit D. Constantinus Augustus sancto Siluestro episcopo vrbis Romæ, & omnibus successoribus eius vsque in perpetuum, & obtulit super corpus B. Petri Apostoli. *De quo item priuilegio Leo nonus in epistola prima, seu libello aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 13. sic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiusdẽ Constantini manu cum cruce aurea super cælestis clauigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. *De iisdem gestis siue actis Gelasius in concilio L X X. episcoporum (& refertur sup. dist. 15. in c. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vsuardi in festo S. Siluestri legitur,* cuius actus clari habentur. *Inueniũtur vero etiã hodie peruestis litteris descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantulã: quorum interpres in proœmio hac ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsariæ Palęstinæ vrbis episcopus, cum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea quæ in aliis opusculis sunt, vel quæ se meminit retulisse. Nam viginti libros omnium pene prouinciarũ, passiones martyrum, episcoporum, & confessorum, & sacrarum virginum, ac mulierũ cõtinere fecit. Deinde secutus, & ab Apostolo Petro, omniũ episcoporũ nomina, & gesta conscripsit, & earum vrbium, quę arcẽ pontificatus per Apostolicas sedes tenere noscuntur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, & Alexandria. Harũ vrbium episcoporũ omniũ præteritorum nomina vsque ad tempus suum, & gesta Græco sermone conscripsit. Ex quo numero vnũ episcoporum vrbis Romæ sanctum Siluestrum me de Græco in Latinum transferre præcepisti, Domine sancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicumq; sit auctor istius proœmij, eadem gesta ab Eusebio Grace scripta fuisse clare profitetur. Qua etiam in vetustissimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus sanctorum vita sunt descripta, in vita beati Siluestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptismum Constantini, & imagines sanctorum Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri Irena scripta, qua in secunda actione septima vniuersalis synodi habetur. Ipsum autẽ priuilegiũ fere integrũ refert Leo nonus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photij nomocanone, tit. 9. c. 1. quãquam alius in rebus (quod Graci plerumq; solent) Romana ecclesia non satis aequus. Hanc eandẽ donationem ante Gratianũ recitarant Anselmus, Deusdedit. Iuo locu notatu: Quo ea pertinent, qua Petrus Damianus in disceptatione, synodali inter regium aduocatum, & Romana ecclesia defensorem scripsit,* Lege, inquit, Constãtini Imperatoris edictũ, vbi sedis Apostolicæ constituit super oẽs in orbe terrarum ecclesias principatũ. Nam postquã supra corpus B. Petri basilicam fundator erexit; postquã patriarchium Lateranense in B. Saluatoris honore construxit, mox per imperialis rescripti seriem Romanæ ecclesiæ constituit dignitatẽ, vbi nimirũ beato Siluestro suisque successoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterẽtur in capite, & ceteras regii cultus infulas vsurparent. Verum beatus Siluester ornamenta, quæ sacerdotali congruere indicabat officio, in proprios vsus assumpsit: coronã vero, vel cetera quæ magis ambitiosa, quã mystica videbantur, omisit. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure con-

cessit

cessit, regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt. Vnde congruum, inquit, prospeximus nostrum imperium, & regni potestatem orientalib. transferri, ac mutari regionibus, & in Byzantina prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatẽ ædificari, & nostrũ illic constitui imperium: quoniam, vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutum est; iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. *De hac eadem re scribit Ado Viennensis in commentario ætatu sexta, & Gotfredus Viterbiensis in chronicis par. 5. c. 2.*

c ¶ Præsidentium equitum] *Græce est apud Balsamonem*, καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *id est*, & dignitates imperialiũ equorum.

d ¶ Id est patricios] *Locus hic Græce sic habet*, καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα, *id est*, & illam habere celsitatẽ, atque amplitudinem, qua ornatus est magnus noster senatus, siue patritii & consules, siue hypati & reliquę dignitates.

e ¶ Cum vdonibus] *Græce totus hic locus habet paulo aliter*, καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως καὶ τὰ οὐράνια, ὡς καὶ τὰ γηϊνὰ πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ, *id est*, Et quemadmodum senatus noster fert calceos, seu sandalia cum linteis albis; ita etiam cælestia, sicut terrestria ad Dei laudem.

f ¶ Quem placatus] ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος, καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικὸς, δὲ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ, *id est*, vt si quis ex senatu sponte sua, quodque ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, et sanctorum clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

g ¶ Hæc vero omnia] *Hic quoque est magna verborum varietas, sed eadem fere sententia.*

Item Gelasius ad episcopos Dardaniæ.

¶ Imperialis auctoritas religiosæ dispensationis mensuram non mutat. C. XV.

Sicut quamuis parua ciuitas prærogatiuam præsentis regni non minuit, sic imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. *& infra.* ¶ Semper [h] est effectum in sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualescumque Pontifices fiunt, & si errore humanitus accidente non tamen contra religionẽ vllatenus excedentes, nullatenus videantur a sæculari potestate posse percelli.

h ¶ Semper] *Mutatus est a collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt recitanda essent.*

Item Marcellus Papa Maxentio [i].

i ¶ Maxentio] *In impressis addebatur*, episcopo, *quæ vox abest ab omnibus manuscriptis.*

¶ Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est. C. XVI.

Boni principis est, ac religiosi, † ecclesias contritas atque conscissas restaurare, nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atque tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumque successores sub diuina con- Ansel. 6. c. 192. † *al. regis.*

testatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni regis dispensatores.

DISTINCTIO XCVII.

† al. Pontificum.

HOc capitulo patenter ostenditur, quod nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis †, vel de reb. ecclesiasticis. Quæcumque antē ab eis constituta fuerint, pro infecto habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij Augusti, vt supra dictū est, vanū esse videtur quod contra auctoritatem sacrorū canonū de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesia precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse legūtur, ne hæretici aliquid nomine ecclesiæ possiderent. Ab ea autē non inuitati de reb. ecclesiasticis aliquid disponendi nō habent facultatem. Honorius vero Augustus non sua auctoritate, sed B. Bonifacio supplicante, ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit.

Distin. 79. si duo.

Vnde idem Bonifacius Episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

¶ Epistola Bonifacii ad Honorium Augustum. C. I.

episto. 1. ad Honorium.

ECclesiæ meæ, cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res humanas regentibus deputauit, nos cura cōstringit; nec causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus, qui a sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi principis desim. Si enim secus, quam oporteat, eueniat; nō vos id facere qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentem † desidiam videbimur, quod ciuitatis quietem, & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauēte prouideas †: nostra culpa erit, si nō id sub vestra gloria (quam certum est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriē, & sub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit: id est, vt * licita seruentur, & sub vestræ imperio clementiæ minime, quæ sunt illicita, formidentur. ¶ Ipsa enim ecclesia deuotionē tuam Christianissime imperator, meo † quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu †, quam Christus Deus noster, vestri fidus rector, & gubernator imperii, vni desponsatam sibi, & intactam virginem seruat, ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime, & tranquillissime Imperator Auguste †. Ipse ergo (quæ vni desponsata, nostra † tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, præterita, præsentiaque repetit.

† al. tacētes.
† al. præsideat.
† al. nō meo.
† al. affatu.
† al. semper Auguste.
† al. vestra.

petit. Vobis inquit, religiose imperantibus [b]creuit meus, qui modo tuus est populus, tam tam fidus Deo, quam tibi, qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate depēdit imperii, teste (apud quem, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitis pro religionis obseruātia vocibus clamat, cum solicita petitione miscetur oratio, ne[d] humanas res solito tētatore occulte solicitante semel euulsa discordia distrahat. Angeretur pluribus, Princeps christianissime, mater Ecclesia; nisi apud te suarū esset cura † causarum, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cū imperio semper florente, vicisset. † secura] ori.

¶ Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animū cum suæ religionis veneratione coniunctū: cum quicquid huic proficiat, vos agatis, & confratris fratribus, & consacerdotib. meis, probatissimis viris, a me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt †) legatis: quibus (precamur) sacra causam religionis prosequentib. in vrbe vestræ mansuetudinis hoc āo, quo postulatis annuitis, in perpetuum statui vniuersalis ecclesiæ consularis. † faciunt istiusmodi.] origina.

a ¶ Id est, vt licita] *In epistola ipsa legitur*, id est, vt fidens vtar licitis.

b ¶ Imperantibus] *Additis aliquot ex epistola vocibus emendatus est hic locus*, creuit qui modo tuus est, populus.

d ¶ Ne humanas] *In plerisque vetustis legitur*, ne hos in varias res solito, &c. *In originali vero*, ne [*alias* vos] in varias res semel euulsa distrahat a cultu solito, tentatore solicitante, discordia.

¶ Rescriptum Honorii ad Bonifacium Papam C. II.

Victor Honorius inclytus triumphator semper Augustus sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternę. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod sanctimoniā tuā post longū incōmodum optatæ redditā didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudiū nostrum, sacrorū apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem atq. imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce quod sanctimonia tua de ecclesiarū, aut populi perturbatione solicita est. Quæ, ne aliqua ratione possit euenire, satis clemētia nostra credidit esse prouisum. Deniq; beatitudine tua prædicante id ad cunctorū clericorū notitiā volumus peruenire, vt si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciāt omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo, *Vt supra. Et infra.* ¶ Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostrę admonitione custodiāt, nec aliquid seditionis conspirationibus tētare conētur: cum certum sit, nulli partium sua studia profutura. Distinct. 79. si duo.

2 *Sine signatis apicibus non est mos Romanæ ecclesiæ vndecunque legationem suscipere*[a]. *Vnde Nicolaus Papa.*

u ¶ Suscipere] *In vulgatis sequebatur,* neque mittere: *quæ absunt a vetustis, neque conueniunt cum his, quæ in seq. capite afferuntur.*

¶ Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem vndecumque suscipere. C. III.

NObilissimus vir, atque strenuus vestræ sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem a vobis nostri Pontifi-

† *al. moris.* cio detulisset, licet numquam Apostolicæ sedis modus † fuerit absque signatis apicibus vndecumque legationem suscipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiusque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones; nihilominus eum & sicut decuit, suscepimus & ei sicut honestum fuit, credidimus.

DISTINCTIO XCVIII.

1 ps *QVæ circa ordinandos sint obseruanda, quæ in eorum electione diligenter sint consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnumquam obscuratur, mutatione prouinciæ; decretum est sacris canonibus, vt peregrini nisi quinque, vel eo amplius suorum episcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.*

In fine epilogi concilii Romani sub Siluestro, sed paulo aliter.

Vnde Siluester Papa generali concilio præsidens dixit.

Pol.l.2.t.31. Ans.l.7.c.23.

¶ Nisi quinq; episcoporum litteris designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat. C. I.

NVllus aliqua ratione trāsmarinum hominem penes vos † in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque [aut † eo amplius] episcoporum designatus sit chirographis.

† *al. nos.*

† Absunt ab origi. & aliquot Gratiani codicib.

Item Anastasius I. vrbis Romæ episcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ episcopos, epist. 1. c. 2.

¶ De eodem. C. II.

Poly. ibid. Ans.l.7.c.24

TRansmarinos homines in clericatus honorem † nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum chirographis sint designati: quia multa per subreptionem solent euenire.

† *al. honore nolite suscipere*] orig.

Item Gregor. Romanæ ecclesiæ præsul Squillatino episc. l. 2. ep. 25.

¶ De eodem. C. III.

Polycar. ibi. Ans.l.7.c.25. Iuo p.6.c.351. Iuo p.6.c.352

AFros passim, vel incognitos peregrinos, ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi etiā in minorib. ordinibus cōstituti fortiores a de se prętēdisse honores sępe probati sunt.

a ¶ Fortiores] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorij codicibus: verum in Frobeniana, ac Lugdunensi eiusdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prętēdisse honores.

Item ex concilio Elibertano, c. 24.

¶ Non sunt promouēdi ad clerū, qui peregre fuerint baptizati. C. IIII.

OMnes, qui peregre † fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouinciis.

† *al. in peregrinatione.*

DISTIN-

DISTINCTIO XCIX.

1 *De primatibus autem (quorum supra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in ecclesia obtineant; an in aliquo a patriarchis differant; quam obedientiā archiepiscopi eis debeant. Primates, & patriarchæ diuersorum sunt nominum, sed eiusdē officij. Ab archiepiscopis autē, quoties necesse fuerit, episcopi ad primates appellant: sed a primatibus ad archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, quæ sibi ab eis iuste fuerint impetrata.*

ps

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 1.

¶ Quæ obedientia sit exhibenda primatibus, & patriarchis. C. I.

PRouinciæ multo ante Christi aduentum tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis † sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitiis suis; ipsosque appellabat, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat:) ipsis quoque in ciuitatibus, vel locis nostros † patriarchas, vel primates, qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & ecclesiasticæ poni, & esse iusserunt: ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent: & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alii. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus essent) haberent metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent primatibus, sicut & in legibus sæculi olim ordinatum erat: qui non primatum, sed aut metropolitanórum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur.

Iuo p. 5. c. 53. Pan. l. 4. c. 24 — † al. leges. — † al. nostris. — † al. maiorum comitū

Item Anicetus ad episcopos Galliæ.

¶ *Hoc caput integrum repetitur a Gregorio VII, libro 6. reg. epistola 35. Rothomagensi, Turonensi, ac Senonensi archiepiscopis scripta, ex qua, & originali nonnulla sunt restituta.*

¶ Non vocentur primates, nisi qui primas sedes tenent C. II.

Pol. l. 1. t. 21. Iuo p. 5. c. 54. Pan. l. 4. c. 25

NVlli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent ciuitates †; quarum episcopos Apostoli, & successores Apostolorum; regulariter patriarchas, & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum, primatem constitui. Reliqui vero, qui alias metropo-

† al. sedes. — † al. episcoporum.

litanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur.

Item ex concilio Africano. c. 6.

Et Carthag. 3. c. 29. Pol. l. 2. t. 26. Burc. l. 1 c. 3. Iuo p. 5. c. 57.

¶ Primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. C. III.

PRimæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi; sed tantum primæ sedis episcopus.

3 *Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur. Vnde Pelagius I I. epist. omnibus episcopis illicite a Ioanne Constantinop. conuocatis, &c.*

¶ Nec etiam Romanus Pontifex vniuersalis est appellandus. C. IIII.

Pol. l. 2. t. 25. Ansl. l. 6. c. 130. † al. hoc tā profano vocabulo] ori. † al. simus] orig. Io. diac. l. 3. c. vlt.

NVllus patriarcharum vniuersalitatis † vocabulo vmquam vtatur: quia si vnus † patriacha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit a fidelis cuiusquā mente, hoc sibi velvelle quempiam arripere, vnde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem vmquam suis in epistolis vniuersalem nominet; ne sibi debitū subtrahat, cum alteri honorem refert indebitum.

Item Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino, lib. 7. epist. 30. indict. 1.

¶ De eodem. C. V.

Pol. l. 2. t. 26. Ansl. l. 6. c. 131.

ECce, in præfatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis. Quod, peto, dulcissima mihi sanctitas, vestra vltra non faciat: quia vobis subtrahitur, quod alteri plus, quam ratio exigit præbetur. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus, nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

¶ *Apud B. Gregorium hæc sequuntur.* Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post a subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas nouit. Sed tamen nullus eorum vti hoc vmquam vocabulo voluit, vt dum hoc mundo honorem sacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum custodirent suum. *Quam rem etiam plenius exponit, lib. 4. epist. 32. Refert autem B. Thomas in opusculo contra errores Græcorum totam illam synodum sancto Leoni sic acclamasse.* Leo sanctissimus Apostolicus, et œcumenicus, id est vniuersalis Patriarcha per multos annos viuat. *Et Leo ix. Michaeli Constantinopolitano archiepiscopo de hac eadem appellatione scribens ait.* Licet magno Leoni prædecessori nostro, et successoribus ipsius hoc sancita decreuit Chalcedonensis synodus. *Sed in multis quoque libellis, qui actione ter.*

ne tertia eiusdem synodi habentur, hac est inscriptio, Sanctissimo, ac beatiss. vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni. *Et in codicibus multarum epistolarum ad Romanos Pontifices, quæ manuscripta in Vaticana bibliotheca seruantur (quarum tua exempla sunt, enes priuatos) ad Hormisdam Papam plusquam trecenti Archimandritæ, ac monachi secundæ Syriæ sic scribunt.* Sanctissimo, ac beatiss. orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ continenti sedem principis Apostolorum Petri, deprecatio, & supplicatio minimorum Archimandritarum, & ceterorum Monachorũ secundæ Syriæ. *Et in media fere epistola.* Quoniam Christus Deus noster principem pastorum, & doctorem, & medicum animarum cõstituit vos nostrum sanctum angelum, dignum est passiones, quæ nobis contigerunt, exponere &c. *Auitus quoque Galliæ episcopus ad eundem Hormisdam sic scribit:* Dum religionis statui, & plenis catholicæ fidei regulis perspicitis conuenire, vt gregem per tota orbis vniuersalis ecclesiæ membra commissum, peruigil cura me adhortationis informat. *Et Ioannes episcopus Nicopolitanus ad eundem.* Decenter ad vestras orationes concurro, vt iuxta consuetudinem Apostolicæ sedis vestræ cunctarum ecclesiarum curam, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam specialem dispositionem vestram. *Et in breuiario Liberati, c.22. episcopus Patera hac Imperatori de Syluerio Papa ait*, multos esse in hoc mundo reges, & non esse vnum, sicut ille Papa est super ecclesiam mundi totius. *Et Regino Germanus lib. 11. Chronicorum de Nicolao primo loquens, sæpe illum vocat vniuersalem Pontificem. Sed istius dictionis, vniuersale, duæ sunt notiones, quod Innocentius iij. lib. 2. epist. 206. (quæ incipit* Apostolicæ sedis) *Patriarcha Constantinop. scribens exponit his verbis,* Dicitur enim vniuersalis ecclesia, quæ de vniuersis constat ecclesiis, quæ Græco sermone catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem vocabuli ecclesia Romana nõ est vniuersalis ecclesia, sed pars vniuersalis ecclesiæ, prima videlicet, & præcipua: veluti caput in corpore; quoniam in ea plenitudo potestatis existit, ad ceteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur vniuersalis ecclesia illa vna, quæ sub se continet ecclesias vniuersas. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia vniuersalis nuncupatur: quoniam ipsa sola singularis priuilegio dignitatis ceteris est prælata, sicut & Deus vniuersalis Dominus appellatur (non quasi iam diuisus in species, aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim vna generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.] *Matt. 16.*

DISTINCTIO C.

1 *Episcopos autem ordinare ante pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagij Papæ (licet minus euidenter) datur intelligi.*

Ait enim Pelagius Papa.

¶ Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare a Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat. C. I. Pol.l.2.ti.10.

Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam secũdum priscam consuetudinem sanctæ sedi Apostolicæ exponere detrectãtes, vsum pallii neque expetunt, neq. percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio viduatis ecclesiis non sine periculo protelatur; Bur.l.1.c.25. Ansl.l.6.c.92. Iuo par.5. c.136. Pan.l.3.c.11.

† al. episcopo. Innoc.ij. l.epist.117. *† al. prabere.*

placuit, vt quisquis metropolitanus vltra tres menses cōsecrationis suæ ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate, sitque metropolitanis aliis licentia post secundam & tertiam commonitionem viduatis ecclesiis cum consilio Romani Pontificis, ordinādo episcopos†, subuenire. Si vero consecrandi episcopi negligentia prouenerit, vt vltra tres menses ecclesia viduata consistat, communione priuetur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandū offerre † non differat. Quod si vltra quinque menses per suam negligentiā retinuerit viduatam ecclesiam; neque ibi, neque alibi consecrationis donum percipiat: immo metropolitani sui iudicio cedat.

¶ *Burchardus, Anselmus, & auctor Pannormia citant ex decret. Damasi, Iuo vero citat, vt Gratianus, itemque Innocentius III. lib. 1. epist. 117. Bituricensi archiepisc. (qua incipit,* Ne si vniuersi.*) refert paragraphum,* Si vero consecrandi, *ex eodem Pelagio.*

Item Gregorius Papa Brunechilda Regina, lib. 7. epist. 5.

¶ Honor pallii non detur, nisi meritis exigentibus, & fortiter postulanti. C. II.

Ansl.6.c.93. Poly.l.2.ti.124. Io.Diac.l.3.c.5.

2 PRisca consuetudo obtinuit, vt honor pallii, nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat.

[*Idem Ioanni Corinthiorum episcopo, lib. 4. epist. 55. seu c. 99.*]

¶ De eodem. C. III. PALEA.

Ansl.l.6.c.90. Poly.l.2.t.1. *† al. fraternitas vestra*] orig. 1.q.1.c.de ordinationibus.

NOuit sanctitas † tua; quia prius pallium, nisi dato commodo, non dabatur. Quod quoniam incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri Apostolorum principis, tam de hoc, quam de ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergo, vt neque per commodum, neq; per gratiam, aut quorumdam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis, vel permittatis adduci.

¶ *Hac Palea habetur in plerisque vetustis exemplaribus.*

3 *Causarum vero merita accipienda sunt, vt & is, qui postulat, mereatur accipere, & fidei sua professionē prius iuramento confirmet, & Apostolicis decretis, atque synodalibus statutis se obedisturum nihilominus caueat. Pallio autem non nisi certis diebus, & intra ecclesiam ad Missarum solennia cuiquam Metropolitano vti licebit.*

Vnde Ioannes *episcopus* Wliberto [a] *Agrippinensi episcopo.*

a ¶Vuliberto] *Restitutum est hoc nomen ex Anselmo, Nam antea erat,* Giliberto: *Nam Regino in ea atate, qua Ioannes octauus Romana ecclesia prafuit, meminit Vulberti episcopi Agrippinensis: & inter epistolas Ioannis Papa octaui, qua in bibliotheca Vaticana seruantur, est epistola alterius arg. ad eumdē, & Deusdedit refert integram eiusd. Ioannis epistolam ad eumdem Vulbertum.*

¶ Nisi

¶ Nisi post consuetam fidei professionem pallium dari non debet. C. IIII

OPtatum tibi pallium nunc conferre nequiuimus: quia fidei tuæ paginam minus, quam oporteat, continere repetimus: cum videlicet in ea nullam sanctarum vniuersalium synodorum, in quibus fidei nostræ symbolum continetur, nec decretalium Pontificum Romanorum constitutorum secundum morem feceris mentionem: sed nec illam propria subscriptione munieris, nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miseris. Ansl.l.6.c.92.

Item Gregorius Aregio episcopo Francorum, lib. 7. epist. 111.

¶ Qui pallium desiderat accipere, prius a se remouere illicita promittat. C. V.

IN ea synodo, quam contra simoniacam hæresim per fratrem, & coepiscopum nostrum Syagrium decreuimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse, atque eidem fratri ita pallium, quod trāsmisimus, tribui, si prius se promiserit illicita, quæ prohibuimus, per definitionem synodicam a sancta ecclesia remouere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatē volumus scriptis discurrentibus nuntiare: vt ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certiores. Ansl. 6.c.90.

Idem Virgilio episcopo Arelatensi, lib. 4. epist. 51. seu c. 95.

¶ Non nisi ad missarum solennia archiepiscopo vti pallio licet. C. VI.

4 PAllium tibi transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam ad sola Missarum solennia vtatur. Ansl.l.6.c.98.

[*Item Ioanni Rauennati episc. l. 2. epist. 54. seu c. 93. indict. 11.*

¶ De eodem. C. VII. PALEA.

NOn multum temporis interuallum est, quod quædam nobis de tua fraternitate fuerunt nuntiata, de quibus vobis, veniente illuc Castorio notario sanctæ, cui Deo auctore præsidemus, ecclesiæ, subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat namque ad nos quædam in ecclesia vestra contra consuetudinis, atque humilitatis [a] tramitem geri; quæ sola vt bene nostis, est officii sacerdotalis erectio. Quæ si sapientia vestra mansuete, vel cum episcopali suscepisset studio, non de illis accendi debuerat; sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere. Ansl.6.c.87.

a ¶ Humilitatis] *Restitutus est hic locus ex ipsa epistola. Antea enim legebatur* contra vtilitatem ecclesiæ & consuetudinis tramitem geri: quæ sola vt bene nostis, est officii sacerdotalis ereptio.

Item Ioanni episcopo Rauennati, in eadem epistola.

¶ De eodem. C. VIII.

Ansl.l.6.c.95. Pol.l.2.t.20. CONtra morem quippe ecclesiasticum est, si non patientissime toleratur, (quod a vobis absit) etiam iniusta correctio †. *Et infra.* ¶Illud frater charissime tibi non putamus ignotum, quod pene de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditũ, extra Missarum tempus, vsum sibi pallii vindicasse. Et quod bene hanc consuetudinem generalis ecclesiæ noueritis, vestris nobis manifestissime significastis epistolis: quibus præceptum beatę memorię decessoris nostri Ioannis Papæ nobis in subditis transmissis annexum, continens omnes cõsuetudines ex priuilegio prędecessorum nostrorum concessas, vobis, ecclesiæque vestræ debere seruari. Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesiæ consuetudinem; postquam ea, quæ vos geritis, vobis ex priuilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium metropolitanorum etiam a tua est fraternitate seruandus; aut si ruę ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum, præceptum vel a prioribus Romanæ vrbis Pontificibus; quod hæc Rauennati ecclesiæ sunt concessa, a vobis oportet ostendi. Quod si hoc non ostenditur, restat postquam talia agere neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te comprobes, quod fecisti. *Et infra.* ¶ Decorari pallio volumus, forsan moribus indecori, dum nihil in episcopali ceruice splendidius fulget, quam humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis vsum ex nõ scripto sequi, aut ex scriptis † priuilegiis se tueri. Quod si postremo nihil horum est, aliis metropolitanis huius te præbere nolumus præsumptionis exemplum.

† *al. correptio.*

al. scripto priuilegio.

§ *Priuilegia quoq; cum vsu pallij semper debent concedi.*

Vnde idem Gregorius Syagrio episcopo Augustodunensi, lib. 7. epist. 112.

¶ Cum vsu pallii aliqua priuilegia debent concedi. C. IX.

Pol.l.2.t.21. Ansl.6.c.86. RAtionis ordo omnino nos admonet, vt cum vsu pallii aliqua simul, sicut diximus, largiri priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura quoque solicitudinis debet accrescere, vt cultui vestium, actionis † quoque ornamenta conueniant; oportet, vt enixius in cunctis se studiis vestra fraternitas exerceat & circa ᵃ subiectorum actus sit cura vigilans, vt vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

ᵃ ¶ Et circa] *Locupletatus est hic locus ex originali.*

Idẽ Ioanni episc. primæ Iustinianæ Illyricæ, lib. 4. epist. 15. seu c. 59.

¶ Vsus pallii conceditur, & antiqua priuilegia innouantur. C. X.

Ansl.6.c.100. PAllium vobis ex more transmisimus, & vices vos Apostolicæ sedis agere iterata innouatione decernimus.

Idem

Idem episcopis Epiri, lib.5. epist.7. seu 107. indict.14.

¶ De eodem. C. XI.

Scriptorum vestrorum insinuatio, fratres charissimi, patefecit Andream fratrem nostrum Nicomedianæ ciuitatis episcopum, Deo propitio, solenniter ordinatum. *& infra.* ¶ Suprascripto igitur Andreæ fratri, & coepiscopo nostro pallium nos direxisse agnoscite, atq; priuilegia, atque cuncta concessisse, quæ prædecessores nostri eius prædecessoribus contulere. Ansl.6.c. 100.

DISTINCTIO CI.

IN Vna autem prouincia duo metropolitani esse non debent: sicut in Chalcedonensi concilio, c.12. statutum est.

¶ Duo metropolitani in vna & eadem prouincia esse non debent. C. I.

Peruenit ad nos, quod quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potestam, per pragmaticum [a] sacrum vnam prouinciam in duas diuidant; ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in vna eademque prouincia esse. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari a quolibet episcopo; eos vero qui aliquid tale attentauerint, cadere de proprio gradu. Pol.l.2.t.24. Iuo p.5.c. 146. Bur.l.1. c.35.

a ¶ Pragmaticum sactum] *Versiones prisca, & Dionysiana habent*, per pragmaticam formam: *Grace autem est, διὰ πραγματικῶν; quod in eodem capite paulo post dicitur διὰ γραμμάτων βασιλικῶν. id est, per litteras Imperiales.*

Hactenus de electione, & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad simoniacorum ordinationes transeamus. Et vt facile liqueat, quid super hac hæresi, sanctorū patrum decreuit auctoritas, causa deducatur in medium: cuius negotium & de scienter a simoniacis consecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contineat.